Pater volens filiam dote materna ſibi debita priuare, peccat, quia theſaurizare, & non, an proprijs bonis filios ſpoliare debet. conſ.21. nu.10.

Pater ſi filium abſque filijs decedentem grauauit, poſthumi veniunt etiam nati poſt obitum grauati. conſi.22. numero 17.

Pater in teſtamento filiæ præcipere poteſt, vt derelicta ſibi quantitate tacita, & contenta ſit. conſ.37. nu.31.

Pater ſtipulans pro ſe filijs & nepotibus poteſt emphiteoſim ex propria pecunia acquiſitam in præiudicium eius filiorum reuocare. conſ.47. nu.1.

Pater in præiudicio filiorum emphiteoſim alteri filio prælegare non poteſt, quando res emphiteotica ex mera liberalitate eccleſia conceſſa fuit. eo. nu.3.

Pater & filius ſi in eodem inſtrumento confeſſi ſunt centum pro dote vxoris filij recepiſſe. & pater filium gubernabat, dos ad patrem perueniſſe prꝫſumitur, & ipſe tenebitur. conſi.49. ſub nu.2.

Pater ſicut filiam dotare tenetur, ita etiam pro dote nomine filiorum & deſcendentium recepta obligatur. eodem numero 3.

Pater obligationi bonorum ſuorum pro reſtitutione dotis factę derogare non poteſt ſubijciendo eius bona fideicommiſſo. ibidem.

Pater ſi filium baſtardum legitimari fecit, & eum tanquàm legitimum hęredem inſtituit, cùm legitimatio inualida eſſet, talis inſtitutio non valet, & hęreditas ad uenientes ab inteſtato excluſo fiſco pertinet. conſ 70. nu.25.

Patris præſentia & voluntas petentis filium illegitimum legitimari, dicitur eſſe iuſta, & rationabilis cauſa, nec alia in legitimatione requiritur. eo. nu.57.

Pater poteſt ad eius libitum plus vni, quàm alijs filijs relinquere dummodo alij eorum legitimam relinquat. eodem numero 73.

Pater filiorum iura conſeruare & augere tenetur. conſ.77. num.16.

Pater plus extraneum ſubſtitutum diligere non cenſetur, quam propriam filiam iure certa inſtitutam. conſ.82. numero 13.

Pater magis vnum filium quàm alterum diligere non prꝫſumitur, nec inter eos inęqualitatem ſeruare præſumitur. conſi.84. nu.10.

Pater ſi filios ex diuerſis vxoribus inſtituat, & inuicem ſubſtituat, coniuncti ex vno tantum latere adueniente ſubſtitutionis caſu, ſimul cum vtrinque coniuncto admittuntur. eo. nu.14.

Pater vſumfructum ſibi mediante perſona filij acquiſitum poſt patriam poteſtatem extinctum retinere poteſt. conſi. 117. nu.7.

Pater filijs prælegans ſi inter eos totum patrimonium æqualiter diuiſit, portio quam quis iure prælegati habet, ſuccedit in locum portionis, quam iure hæreditario habet. conſ.142. num.8.

Pater filio naturali inter viuos & in vltima voluntate totam eius hæreditatem non ſubſiſtente eius legitima prole, relinquere poteſt. conſ.154. nu.34.

Pater filio naturali loco alimentorum aliquid relinquere tenetur. eo. nu.35.

Pater in teſtamento iubere non poteſt, quòd filius aliud vltra legatum ſibi factum non petat, ſi ad legitimam non aſcendit. eo. nu.39.

Pater filio legitimam auferre non poteſt, etiam ſi Deo dare vellet.

uellet.conſ.157.nu.5.

Pater filio ultra legitimam relinquere non tenetur.eodem. numero 6.

Pater filium bonis ſuis ſine cauſa,excepta legitima, priuare poteſt,eodem num.9.

Pater de iure canonico legitimam filio iure inſtitutionis relinquere non tenetur.eo.num.11

Pater hæredem uniuerſalem inſtituere poteſt, quemcunque uoluerit, hæreditatemq́; inter filios diuidere,dummodo uni cuiq; legitimam relinquat.conſ.159.nu.1

Pater ſicut filio legitimæ ſupplementum prohibere non poteſt,nec onus in ea imponere,ita filius matri ſupplementum legitimæ prohibere non poteſt.conſ.169.num.9.

Patri aſſerenti acquiſita per filium fuiſſe ex labore & induſtria filij acquiſita, an ſit credendum.conſ.142.numero.4. 6.& 14.

Patris aſſertio in teſtamento aliquem eſſe filium naturalem, non probat.conſ.154.num.19.

Patronus ſi poſt factam per Epiſcopum inſtitutionem,ſententiam contra alium compatronum obtinuit, alium præſentare non poterit.ſed prius inſtitutum repræſentare cogitur.conſil.99.num.3.

Patronus ſi infra tempus ſibi à iure præfixum non præſentauit,poterit Epiſcopus rectorem ſaluo iure uacantis ordinare.eodem.num.6.

Patronus unus ex duobus ſi infra terminum à iure ſtatutū præſentauit,& anteqùam ab Epiſcopo præſentatus confirmetur,quæſtio de iure poſſeſſionis mota ſit, præſentatus confirmari debet,quamuis elapſus ſit terminus.eo.nu.7.

Pauper in cauſa matrimoniali & criminali an idoneus ſit teſtis.conſi.88.nu.4.

Pecunia ſi ad manus unius correi peruenit, an correus alter pecuniam afferre poſſit,illamq́; deponere, ut ſuis ſumptibus & periculo creditor contra illum,ad quem pecunia peruenit, experiatur conſ.31.nu.2.

Pecuniæ pro dotium aſſecuratione de uxoris uoluntate penes campſorem integræ opinionis depoſita, uxoris periculo cedunt,ſi depoſitarius fugam arripuit.conſilio.109 nume.22

Pendente citationis termino iudicis officium conquieſcit. conſ.104.num.2.

Pendente appellatione nihil innouandum eſt. conſilio 167. numero 21.

Pœnæ nubentibus infra annum luctus impoſitæ quamuis hodie ſublata ſint, illæ tamen quæ ſunt ſecundo nubentibus impoſita,remanent.conſi.156.num.16.

Pœnam delicti ut quis incurriſſe dicatur,prius de delicto conſtare debet.conſ.126.num.2.

Pœnitentia in donatione inter uiuos locum non habet. conſil. 165. nu. 51.

Penſio ſi ratione alicuius beneficij promittitur, & in obligatione reſpectus habetur ad fructus, talis obligatio ſtat limitatiue,quia illis non extantibus ceſſat obligatio. conſi. 5.numero 4.

Pia cauſa quando eſt ſubſtituta an locum habeat, ſi perſona ſupereſt, quæ ex præſumpta teſtatoris mente ſubſtitutum excludit.conſ.3.num.17.

Periurus contra contractum iuratum ueniens a iuramento abſolui non poteſt.conſi.20.nu.22.

Periurus ad agendum habilitari nõ poteſt, niſi à ſumma Principe.conſ.37.ſub num.20.

Periurus in cauſa quam agit, audiri non debet.eo.nume.26. imo à iudicij limine repellendus eſt.conſ.41.ſub nume.1.

Periurus licet emendatus ſit, non tamen idoneus eſt teſtis. conſ.62.numero.12.

Periurium quis ex libelli productione & facta citationis incurrit.conſ.37.numero 20.

Periurium ſicut teſtem à teſtificando repellit, ita & corruptio.conſ.62.numero 14.

Periurij uia aperiri non debet.144.numero.5.

Peritis in arte ſtandum eſt. conſ.143.num.5. & numero.8.

Peritis in arte magis creditur tanquam peritioribus, quam alijs non peritis.eo.num.8.

Periti ſi ab imperitis diſcordant, peritioribus magis credendum eſt.eo.num.9.

Per tacitam uulgarem ſubſtitutionem ſicut per expreſſam teſtatori ſuccedit̃ur & non filio impuberi.conſ.34.nu.8.& conſ.84.ſub num.14.

Permiſſum in uno,in alio prohibitum uidetur.conſ 93.nu.8.

Perſonæ quæ alias ſub ſimplici ſermone nõ includerentur, ſub uniuerſali dictione includuntur.conſ.84. ſub num 12.

Peſtis tempore inter Deum & homines prælium eſſe dicitur. conſ.87.ſub num.16.

Peſtis fugienda eſt, & omnes tempore peſtis aufugiunt.eo. numero 35.

Petitiones & abſolutiones tot ſunt neceſſariæ, quot ſunt iuramenta.conſ.20.ſub num.27.

Petitio hæreditatis hæredi directo datur ad defuncti hæreditatem conſequendam.conſ.139.nu.13.

Petitio hæreditatis regulariter contra titulo poſſidentem nõ datur.conſ. 147.num 11. Limitatur tamen num.12.

Petitorium & poſſeſſorium in cauſa matrimoniali quãdo intentatum uidetur.conſ.167.ſub num.15.

Petitio qualis qualis,& res exceptiones & probationes,coram arbitris, prout in iudicio,requiruntur.conſ.118.numero 26.

Pignus lato primi inuito creditore aliud ſubrogari poteſt. conſi.159.num.1.

Pignora ſi penes hebræum non reperiuntur,& in libro hebræi ſcriptum eſt,fuiſſe caſſa,hebræus illa aliter reſtituere nõ tenetur.eo.num.2.

Pignora ſi penes debitorem reperiũtur, per creditorem repeti non poſſunt. eo.nu.4.

Poſitiones facti proprij uel alterius,quod ſcit eſſe uerum negãs,in dolo eſſe dicitur,ſi de mendacio conuincitur,ut contra ipſam negantem iuretur in litem. conſi.9.nu.8.

Portio unius ex pluribus filijs inſtitutis deficiens omnibus alijs filijs ex diuerſis uxoribus natis accreſcit. conſil.84. numero 15.

Poſſeſſio rei donatæ & non proprietas ſi euicta fuit, de euictione non tenetur donans,ſed ad precium rei euictæ tantum.conſi.60.num.9.

Poſſeſſio per inſtrumenta probari non poteſt, niſi per locationis inſtrumenta contra conductorem. conſilio. 106.numero 4.

Poſſeſſio ſine animo non quæritur,nec retinetur. conſi. 127. num.26.& num.36.

Poſſeſſionis bonorum apprehenſio per longum temporis ſpacium domini ſcientiam,atq́; omnium per ſuum procuratorem geſtorum ratificationem argui.conſi. 16.numero 25.

Poſſeſſor bonæ fidei rem hæreditariam longo tempore præſcribens etiam ante.30.annorũ lapſum aduerſus filium ſe tueri poteſt.conſi.110.num.8.

Poſſeſſorium remedium, ſiue condictio.l.fin.C.de acqui.poſ. ubi uirtute conſtituti intentatur, ad bonorum poſſeſſionem, non ad bona relaxanda agi debet. conſilio 57. numero 1.

Poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis qualiter intentari & probari debeat,ut quis in eo obtinere ualeat. conſ. 106. num. 1.& 3.

Poſſeſſorium quodlibet per dominij oppoſitionem excluditur, cuius probatio in promptu eſt.conſ.167.num. 12.

Poſſeſſorium in cauſa matrimoniali intentans duo probare debet.eo.numero 20.

Poſſidens nomine alieno poſſidere non dicitur, ſed is poſſidet cuius nomine poſſidetur.conſ.127.nu.35.

Poſitioni contrariæ minime reſpondendum eſt,ſiue ex parte ponentis,ſiue ex parte reſpondentis contrarietas procedat, & ſi reſponſio facta fuit,non nocet, ex quo admittenda non erat.conſ 103.nu.7.

Poſitio ab altera pendens, quæ negata fuit, tanquam ſuperflua admitti non debet.eo.nu.8.

Poſta noua ſi per emphiteotas ſeparatim, & pro quolibet

eorum

eorum de per ſe de vtriuſque conſenſu,& de eccleſia volun tate facta fuit, emphiteoſis illa auctoris præordinatione per alium emphiteotam euinci non poteſt. conſi.16.numero 7.

Poſthumus natus viuus & perfectus ad monſtrum, ſeu prodigium non declinans, quamuis illico decedat. ab inteſtato patri ſuccedit,aliiſq́; agnatis excluſis admittitur.conſ.22. nume.8.

Prædilectus teſtatori ad ſubſtituti excluſionem quando quis dicatur.conſ.3.nu.8.

Precium in vniuerſalibus loco rei ſuccedit.conſ.162.numero 39.

Præceptum per ſimplicem partis comparitionem ſtante clauſula iuſtificatoria in eo appoſita, ipſo iure reuocatum dicitur, in vimq́; ſimplicis citationis reſoluitur.conſi.167. numero 1.

Præcedentia ſequentia declarant.conſ.138.nu.11.

Præſcriptio opponẽdi exceptionem non numeratæ dotis ignoranti non currit,& ei in integrum reſtitutio ex capite ignorantiæ conceditur.conſ.71.nu.16.

Præſcriptio.30.annorum an in feudo locum habeat,& agnatis ſucceſſiue venientibus noceat? conſ.77.nu.11.

Præſcriptio contra patrem in feudo antiquo filio non nocet. eo.nu.12.

Præſcriptio non valenti agere non currit. ibidem.

Præſcriptio contra hæreditatem iacentem,& contra filiam, quæ nondum hæreditatem adiuit,minime currit.conſi.110. num.15.

Præſcriptio an & quando impediatur,vbi de adeundi, & hæreditatem acquirendi iure præſcribendo agitur,quòd perſonę cui delata erat hæreditas,competit.eo. nu.16.

Præſcriptio rerum hæreditariarum ab alio poſſeſſarum ante aditam hæreditatem minime currit.eo.nu.18.

Prælegata per teſtatorem filio de liberis & ſumptibus in ſtudio & doctoratu ipſius facta an veniant in fideicommiſſi reſtitutione? conſ.128.nu.16.

Prælegata an in legitimam filij imputari debeant? eo.nu.17. & conſ.142.nu.12.

Prælegata inter hæredes æqualiter facta,ſi totum patrimonium abſorbent,in fideicommiſſo veniunt.conſ.142.num.9. & 10.

Prælegatum filio grauato per ſubſtitutionem compendioſam factum an in fideicommiſſi reſtitutione veniat? eo.num.1. 7.9.& 10.

Prælegatum ſi vxori de eius dotibus factum fuit,deinde hæres inſtituta fuit,& rogata de reſtituendo hæreditatem dotes non detrahit, niſi per inſtrumentum vel per teſtes datas fuiſſe probauerit.eo.nu.17.

Præſumptio legis;cùm anus.ff.de condi.& demon.aduerſus piam cauſam locum habet.conſ.3.nu.19.

Præſumptio in dubio capi debet, per quam potius valeat, quàm pereat actus.conſ.9.nu.17.

Præſumptio eſt contra negantem & occultantem. eod.nu.25.

Præſumptio quæ eſt contra negantem & occultantem, onus probandi contrarium in aduerſarium negantem transfert. eo.nu.27.

Præſumptio minus eſt quàm indicium.conſ.64.nu.47.

Præſumptio quod quis ſeu continenti corrigat,a iure reprobatur.conſ.103.nu.4.

Præſumptio illa in dubio ſemper capitur, per quam actus potius valeat,quàm pereat. conſi.122.nu.13.

Præſumptio illa,vt actus potius valeat,quàm pereat,quibuſcunque præſumptionibus præualet.eo. nu.14.

Præſumptio quòd calculatores ex iudicis officio electi fuerint,transfert in contradicentem probandi onus.eo. nu.19.

Præſumptio quamuis ſit quòd quis mandatum habuerit, licet poſt ſententiam opponatur, transfert tamen in negantem probandi onus. ibidem.

Præſumptio delicti nunquam capitur.conſ.126. nu.7.

Præſumptio in illam partem,per quam pœna tollatur, ſemper fieri debet.eo.nu.8.& nu.13.

Præſumptio ſcientiæ quando militat,reſtitutio ex clauſula generali concedi non debet.conſ.72.nu.8.

Præſumptio quæ ad veriſimilitudinem aptatur, eſt efficax,& illa efficacior eſt,quę veriſimilior eſt.eo. nu.9.

Præſumptiones duæ ſimul iunctæ plenam probationem faciũt conſ.9.nu.3.

Præſumptiones ad ponendum aliquem ad torturam non ſufficiunt, ſed indicia de neceſſitate requiruntur. conſ.64.numero 48.

Præſumptiones & ſuſpiciones ad capturam ſufficiunt, non autem ad alia.eo.nu.49.

Præſumitur pro ſententia, ne iudex de eo, quod in actis ſibi non liqueret, pronunciaſſe videatur. conſi. 122. numero 11.

Præſumitur in dubio quòd maior minorem ad diuiſionem prouocauerit, quando de prouocatione non apparet, ut actus potius valeat,quàm pereat.conſi.127. nu.59.

Præſumendum eſt pro ſententia, quæ in rem iudicatam tranſitum fecit.conſ.92.nu.2.

Pręſentia & taciturnitas partis in prolatione ſententię ſibi non præiudicat,immo ab illa infra debitum tempus appellare poteſt.conſ.119. nu.16.

Præſentia partis aut procuratoris in prolatione ſententię facit, quòd illius intimatio non requiritur, eodem numero 17.

Prætor eſt reductionis ad arbitrium boni uiri iudex, & non iudex appellationis.conſ.121. nu.1.

Præſens & tacens ad ſui præiudicium conſentire non dicitur,quando contradicendo actum fieri de re ſua impedire non poteſt. conſ.127. nu.10.

Princeps per ſupplicantis importunitatem,vel præoccupatus,vel circumuentus non concedenda concedit. conſi.17. num.6.

Princeps in dubio præſumitur quòd ſecundum iuſtitiam reſcribat,& quòd ius alteri quæſitum auferre nolit.conſi. eod.numero 7.

Princeps in reſcriptis ob reſcriptorum multitudinem iuris ſcientiam in promptu habere non præſumitur. eodem nume. 10.

Princeps legitimando ſi vult ius parti quæſitum auferre poteſt.conſ.70.nu.4.

Princeps in præiudicium filiorum legitimorum nunquam legitimare videtur. ibidem.

Princeps in dubio non præſumitur velle tollere ſtatuta particularia.eo.nu.22.

Princeps legitimans ex certa ſcientia natum ex damnato coitu perinde eſt ac ſi in ſpecie derogaret textui in §.ſi in auth. quib. mod.natura.effici.ſui.& cenſetur omne obſtaculum tollere.eo,nu.42.

Princeps quamuis de ordinaria poteſtate extantibus filiis legitime natis in eorum præiudicio non legitimet naturales, & alios illegitimos, poteſt tamen Comiti poteſtatem legitimandi concedere extantibus filiis legitimis etiam in eorum præiudicio.eo.nu.49.

Princeps de plenitudine poteſtatis, vel cum clauſula,non obſtante, legitimare poteſt. ibidem.

Princeps conſuetudines & ſtatuta multum vulgaria ſcire præſumitur.eo.nu.67.

Princeps per delegationem intendit non delegatorum, ſed litigantium perſonis prouidere. conſ.119. nu.5.

Princeps cauſam coram ordinario ceptam ad ſe aduocare, & alteri delegare poteſt.conſ.135.nu.11.

Princeps ſi cauſam ad ordinarium ſpectantem delegat, per talem delegationem ordinarum iuriſdictione quò ad illam cauſam priuaſſe,& cauſam ad ſe aduocaſſe cenſetur.eod. num.4.

Princeps plenitudine poteſtatis in non ſubditum,cui ex partis iuramento dominium acquiſitum eſſet, uti non poteſt. conſ.144. nu.7.

Princeps ſolam veritatem omiſſo iuris ciuilis ordine ſequitur.conſ.147.nu.19.

Princeps qui ueritatem non ignorat, per ambages ire non debet. & quicquid agit, ut Deus agit. eodem. num. 20.

Princeps abſq; cauſa ius ſubdito quęſitum auferre non poteſt, etiam de poteſtatis plenitudine. conſilio. 154. numero 53. & 54.

Princeps eſt ſupra ius ciuile, & illud etiam ſine cauſa tollere poteſt. ibidem.

Princeps quando circa ea quę ſunt de iure gentium, reſcribit, in eo iuſta cauſa non præſumitur. eodem num. 56.

Principalis dominus ſi citatus fuit, non autem procurator dominus litis, iudicium erit nullum. conſ. 139. num. 3.

Prior in tempore, potior eſt in iure. conſ. 131. num. 2.

Priuilegium in dubio intelligitur abſq; tertij præiudicio conceſſum. conſ. 70. ſub. num. 6.

Procurator mandatum non habens non poteſt poſſeſſionem per fictos actus in alium transferre. conſ. 8. nu. 17.

Probatio plena inducitur ex concurſu plurium præſumptionum in his quę difficilioris ſunt probationis. conſ. 9. num. 4.

Pobatio certi temporis & certę quantitatis ubi requiritur; non ualet dictum teſtis per uerbum, circa, deponentis. eodem ſub num. 5.

Probatio duplex de eadem ſumma ex eadem mutui cauſa inter eaſdem perſonas unum mutuum & nõ duplex præſumere facit. conſ. 32. num. 3.

Probatio incumbit implere habenti, quando inter implere habentem, & cui impleri debet, agitur. conſilio 121. numero 16.

Probatio dubia probantem non releuat. conſ. 123. num. 9. & conſ. 151. num. 24.

Probationes per coniecturas contra fraudantes gabellas ſufficiunt. conſ. 9. num. 1.

Probatio per coniecturas manifeſta dicitur probatio. ibidem.

Probationes efficaciores, & fortiores requiruntur in eo contra quem uiget præſumptio a lege approbata. eodem numero 28.

Probationes plenæ in cauſa ſola facti ueritate inſpecta commiſſa requiruntur, ſicut in ordinario iudicio. conſ. 155. numero 7.

Probationes neceſſariæ de iure diuino ſunt, & in cauſis ſummarijs, & in quibus ſola facti ueritate inſpecta proceditur, requiruntur. conſ. 167. nu. 13.

Probare volens contra illud quod lex præſumit, tres requiruntur idonei teſtes, uel ſaltem duo excellentes. conſ. 9. numero 29.

Probari quid requiratur in remedio fideicommiſſariæ hæreditatis petitionis intentato. conſ. 139. nu. 40.

Proceſſus per iudicem ſecularem contra perſonam eccleſiaſticam factus non ualet, nec etiam in eius contumacia tenet, nec etiam ſi comparuiſſet, & nihil oppoſuiſſet. conſ. 89. nu. 10.

Proceſſus coram arbitratoribus nullus eſſe dicitur, & nullū iudicium. conſ. 107. nu. 3.

Proceſſus vigore commiſſionis ſubreptitiæ factus, contra quam de ſubreptione in termino reaſſumptionis cauſa fuit exceptum, non ualet. conſ. 159. nu. 10.

Procurator mandatum non habens non poteſt poſſeſſionem per fictos actus in alium transferre. conſ. 8. nu. 17.

Procurator de rata cauere tenetur, ubi de mandato dubitatur, ſi tamen huiuſmodi cautio ab opponente petatur. conſ. 21. num. 1.

Procurator abſens qui habita ſcientia mandatum abſque alia proteſtatione acceptauit, domini defenſionem recuſare non poteſt, immo ad illum defendendum compelli poteſt. conſ. 63. nu. 2.

Procurator generale mandatum habens, appellare tenetur, & interpoſitam appellationem proſequi debet. eodem numero 3.

Procurator poſtquam litem conteſtatus eſt, in actis ſucceſſiuis citari debet, & non dominus cauſæ, alioquin non ualet proceſſus. eo. nu. 4.

Procurator mandati fines excedens domino non præiudicat. conſ. 113. nu. 2. niſi dominus ſciuerit, & non contradixerit. conſ. 10. nu. 21.

Procurator ad recipiendum mutuum conſtitutus ſimpliciter, ſe illud recepiſſe confiteri non poteſt. ibi.

Procurator in iudicio poſt litem per alterum conteſtatam comparere non poteſt, niſi ſit a domino litis ſubſtitutus. conſ. 139. num. 2.

Procurator, vel defenſor non appellans ſi ſoluendo non eſſet, vel alio modo impeditus, dominus in ſubſidium prohabita in integrum reſtitutione, ne ius ſuum perdat, appellare poteſt. conſ. 140. nu. 12.

Procurator poteſt pro ſuo principali comparere ad allegandum interfectum ab eo bannitum fuiſſe. conſ. 65. ſub numero 1.

Procurator cum libera, facere poteſt ea quæ ſpeciale mandatum requirunt. conſ. 70. nu. 38.

Procuratoris factum domini factum dicitur. conſ. 16. ſub num. 19.

Procurator ſi penes acta conſtituitur, teſtium requiritur inſcriptio. conſ. 93. nu. 2.

Procurator lite conteſtata effectus eſt litis dominus, & eadem perſona cum domino cenſetur. conſ. 102. ſub numero 6.

Procurator per litis conteſtationem admiſſus per exceptionem procuratorij amplius repelli non poteſt, cum in quaſi poſſeſſione officij procuratoris ſit. eo. nu. 7.

Procurator, & aduocatus in cauſis pupillorum, & uiduarum gratis ſeruire debet. conſ. 174. nu. 6.

Prodigalitate alicuius durante, curatoris etiam officium durat. conſ. 158. nu. 4.

Procuratoris præſentia, & litis aſſiſtentia loco denunciationis habetur. conſ. 147. nu. 5.

Producens inſtrumentum, ex eoq; agens neceſſe habet omnia & ſingula in eo contenta confiteri. conſ. 37. nu. 30. & conſ. 81. nu. 12.

Prolatio indefinita æquipollet uniuerſali diſtributiuæ. conſ. 58 ſub nu. 4. & nu. 6.

Promiſſio de non reuocando, rebus ſic ſtantibus intelligitur. conſ. 2. ſub num. 4.

Promiſſio qualibet ſemper eſt intelligenda, rebus ſic ſtantibus. conſ. 5. nu. 2. & conſ. 138. nu. 16.

Promiſſio regulatur, regulariq; ſecundum præcedentem obligationem uidetur. eo. nu. 6.

Promiſſio, ſeu obligatio a contractu regulatur, cuius reſpectu fit. eo. nu. 7.

Promiſſio per procuratorem in contractu diuiſionis facta ſecundum naturam diuiſionis facta intelligitur. conſ. 16. numero 2.

Promiſſio ſine cauſa, vel ex falſa cauſa emanata cum iuramento facta valet, & obligat. conſ. 145. nu. 16.

Promiſſio ex falſa cauſa quamuis non ualeat, quando tamen ratificata fuit, in vim pacti valet. eo. nu. 20.

Promittens remittere non intelligitur exceptionem quam habet. conſ. 5. nu. 3.

Promittens ſoluere contenta in teſtamento Titij, illo reuocato, promiſſio ceſſat. eo. ſub nu. 6.

Promittens cum iuramento ratum, & gratum habere quicquid &c. & attendere, & obſeruare, & in nullo contrafacere, vel venire per ſe, vel per alium aliqua ratione, vel cauſa &c. de euictione promiſſionem ex natura rei, vel contractus præordinatione per eius procuratorem factam, ratam habere, & non contrauenire tenetur, etiam ſi mandati fines exceſſiſſet. conſ. 16. nu. 20.

Promittens cum iuramento Titium eiuſq; hæredes ſuper re in diuiſione ſibi conſignata defendere tenetur, multo fortius ſe ipſum conſignantem defendere debet. conſ. 18. numero 23.

Promittens attendere, & obſeruare omnia, & ſingula in inſtrumento contenta, & non contrauenire, ab omni iure excluditur, quod ſibi competere poteſt. conſ. 81. nu. 5.

Promittens ſi contra eius iuratam promiſſionem venit, repelli

pelli debet. conſ.40. num.3.

Promittens aliquem indemnem, tam per ſe, quàm per ſuos hæredes conſeruare tenetur ad omne damnum, & intereſſe quod patitur, cui facta eſt promiſſio conſ.60.nu.1.

Promittens per verba de futuro aliquam ducere in uxorem, non ligatur.conſ.88. nu.15.

Promittens cum iuramento infra certum terminum ſoluere, non ſoluens periurus efficitur.conſ.138.nu.5.

Pro mandato non præſumitur, niſi quatenus ex eius inſpectione appareat etiam ex temporis diuturnitate. conſilio 8. numero 2.

Pronunciatum per appellationem extinguitur vel ſuſpenditur. conſ.125.nu 7.& 13.

Proprietas legati relicti per maritum vxori ad ſecundas nuptias conuolanti, an mortua filia cum teſtamento ſine liberis, ad eius hæredem, vel ad matrem reuertatur? conſi. 169.numero 2.

Prouiſio de filijs in eorum fauorem facta ad nepotes porrigitur. conſ.22.ſub nu.4.

Prouiſio hominis expreſſa legis prouiſionem ceſſare facit. conſi. 116.nu.55.

Proteſtatio per aliquem facta non tenet, niſi per proteſtantem adimpleatur id quod per ipſum adimpleri debet. conſi.8. numero 14.

Proteſtatio per actorem vel reum facta quod cum eo litigare non intendit, niſi legitimum ſufficienſq; mandatum habeat; operatur quòd mandatum poſt huiuſmodi proteſtationem ratificari non poteſt, conſ.14. nu.3.

Proteſtatio contraria facto proteſtantem non iuuat. conſ.129. nu.11.& quo caſu iuuet.nu.12.

Proteſtatio de non conſentiendo in iudicem, an per proceſſum ad vlteriora reiecta videatur, & tacita ſufficiat reiectio, vel expreſſa iudicis pronunciatio de ipſius competentia requiratur? eo.nu.13.

Prothocollum notarij defuncti quid requiratur vt in publicam formam redigi poſſit. conſ.110. nu. 10.

Prothocollum ſi in eo deſcripta non fuerunt verba videlicet lectum, latum, & publicatum ſuit teſtamentum non valet.conſi.127.nu.51.

Prothocollum ſi nullum eſt, etiam ſumptum ab eo, tanquam ab infecta & vicioſa radice procedens nullum erit.eodem numero 56.

Prothocollum teſtamenti manu notarij, qui de eo rogatus fuit, & non alterius, ſcriptum eſſe debet, alias non valet. eodem numero 57.

Proximitas grauati & non teſtatoris attenditur, vt ſubſtitutus ad fideicommiſſum admittatur.conſi.3.nu.9.

Proximior vltimo emphiteota defuncto excludit omnes alios agnatus. conſ.51.nu 4.

Plenitudine poteſtatis contra non ſubditum Papa vti non poteſt, quando agitur de præiudicio tertij in temporalibus non ſubditi.conſ.144. nu.8.

Plures ſi principaliter & inſolidum obligantur, eorum quilibet conueniri poteſt. conſ.31.nu.1.

Plures quando vocati ſunt ſub nomine collectiuo, & nati, & editi ſunt, quamuis ſimul ad legatum illud admittantur, ſecus eſt quando in rerum natura non exiſtunt, quia tunc vnuſquiſque eorum conſequitur totum. conſ.58. nu.5.

Pluralitas obligationis ex perſonarum & ſcripturarum diuerſitate præſumitur. conſ.32. ſub nu.9.

Pluralitas contractuum non præſumitur.eo.nu.2.

Pluralitas non eſt præſumenda vbi actus non eſt multiplicabilis. eo.nu.7.

Pluralitas teſtamentorum non præſumitur, niſi probetur. conſ. 87. nu.40.

Pluralitas in dubio non præſumitur.conſ.113 nu.42.

Pluralitas rerum præſumitur, niſi identitas probetur. conſ.127. num.30.

Pluralis locutio in ſingularitatem reſoluitur. conſi. 84.numero 9.

Pluralitas & vniuerſalitas ex propria ſignificatione non verificatur plus in vno, quàm in altero. conſi.84.nu. 11.

Plus dictum & minus à patre ſcriptum præſumitur, vt ad eius filios bona perueniant. conſi.116.nu.10.

Pupilla quamuis penes vitricum educari non debeat, poteſt tamen penes eius conſanguineos proximiores educari. conſi.29. num.4.

Pupillus cui hæreditas delata fuit, ſi ad illam adeundam tutorem non habebat, & poſt aliquod temporis ſpacium hæreditate non adita deceſſit, eius hæredi imputandum eſt, ſi eo tempore tutorem non petijt.conſi.36.

Pupillaris ſubſtitutio poſt mortem pupilli viuo teſtatore decedentis euaneſcit. conſ.34. nu. 5.

Puella quæ bonis paternis renunciauit, & incaute iurauit, ſi enormiter læſa reperitur, abſolutionem à iuramento petere poteſt. conſi.37. nu. 10.

Q

QValitas adiuncta verbo ſecundum verbi tempus intelligitur conſi.22.ſub nu.14.& conſi.117.nu.4.

Qualitas in diuerſis orationibus & capitulis adiecta in præcedentibus repetita non intelligitur. conſ.55. nu.7.

Qualitas alicuius probi viri ad remouendum falſitatis præſumptionem multum operatur.conſi.62. nu.7.

Qualitas omnis minima, & defectus impedit, vt teſtis de viſu auditu inni ad torturam non faciat.eo.num.23.& conſi. 64.numero 20.

Qualitas matris legitimandi exprimi debet legitimanti, aliâs legitimatio tanquam ſubreptitia non valet. conſi.70.nu.18. ſed vide nu.62.

Qualitas matris in legitimatione filij non eſt exprimenda, niſi quando mater eſſet illuſtris.eo.nu.62.

Qualitas communicandi dotes in teſtamento appoſita, an in codicillis repetita intelligatur? conſ.105. nu.2.4.& 8.

Quadriennium ad petendam reſtitutionem ex capite ignorantiæ peti poteſt. conſ.110. ſub nu.20.

Quærere ſibi, hærediq; ſuo, & non alteri in dubio præſumitur. conſ.4. ſub nu.15.

Quæ in continenti fiunt, ineſſe cenſentur. conſ.76. nu.7. & conſ. 111. nu.5.

Quæ requirantur, vt quis in canonem ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.incurriſſe dicatur. conſ.134.num.1.

Qui per alium facit, per ſeipſum facere dicitur.conſi 9.num.15. & conſ.89. nu.12.

Qui omne dicit, nihil excludere dicitur.conſ.113.nu.40.& conſ. 160.nu.15.& conſ.69. ſub nu.4.

Quietatio ad præſens tempus reſtricta, an ius de futuro comprehendat: conſ.39.nu.2.

Quietatio pactumq; de vlterius non petendo factum reſpectu renunciationis futurum continet. eo.nu.6.

Quilibet primo ſibi, deinde ſuis deſcendentibus proſpicere velle cenſetur.conſ.16 nu.11.

Quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos.conſ.70. ſub nu.55. ſed an hoc verum ſit, declara ibi.

Quinque viri caſtri, & villa vniuerſitatem faciunt. conſ.102. ſub num.1.

Quinque teſtes vbi in donatione interuenerunt ipſam cauſa mortis eſſe cenſeri faciunt. conſ.163.nu.3.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. conſ.16 nu 4.

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.conſ.37 nu.32. & conſ.118. nu 5.

Quod ex mente, & ſententia venit, expreſſum dicitur. conſilio 112. nu.17.

Quod vni attribuitur ab omnibus alijs remouetur. conſ.116.numero 35.

Quod vni in priuilegium conceditur, ad aliam perſonam non extenditur, nec ad aliam caſum. conſ.132. num.7. & numero 14.

R

Ratio agnationis conſeruanda ſi in teſtamento expreſſa non fuit, non attenditur. conſ.22. nu.25.

Ratio vbi eſt eadem in vno; quæ eſt in pluribus, quod dictum eſt in pluribus, in vno locum habet. conſ.81. nu. 10.

Ratio per teſtatorem in alienationis prohibitione appoſita fideicommiſſi diſpoſitionem inducit. conſ.116.nu.5.

Rationes per quas ordinarij conſenſus requiritur, in remittendo, ſeu relaxando alteri ius patronatus, quæ ſint. conſ.98.nu.2.

Ratihabitio retrotrahitur, confirmatq́ ea quæ ab initio inualide ſubſecuta fuerunt. conſ.25.nu.1.

Ratihabitio ab ignorante præſumi non poteſt, ſed a ſciente, & certo fieri debet. conſ.48. ſub nu.3.

Ratificatio re, & verbis fieri poteſt. conſ.127.nu.25.

Ratificatio mandato æquiperatur. conſ.145. nu.6.

Ratificatio actus ſi per procuratorem geſtus fuit, aduerſus eam principali datur reſtitutio. eo.nu.13.

Ratum ad hoc, vt quis habere poſſit, neceſſe eſt, quòd omnia geſta in eius abſentia ei ſint ſpecificata, & per oſtenſionem inſtramenti.conſ.48.nu.3.

Receptantes aliquem nulliter bannitum nulla pœna puniri poſſunt. conſ.94. nu.9.

Receſſus ab vno iudice, & ad alium tranſitus quadam exceptio declinatoria cenſetur. conſ.118.nu.1.

Recipiens pactum pro ſe, etiam illud contra ſe ſeruare tenetur. conſ.81. nu.11.

Reconuentio coram arbitro locum non habet. conſilio 121. numero 7.

Recuſatio conſultoris vſque ad ſeptimum gradum fieri poteſt. conſ.95.nu.3.

Regula.l.quod fauore. C.de legi. quomodo procedat. conſ.136. num. 10.

Reiteratio contractus præſumi facit errorem abeſſe.conſ.20.ſub num. 17.

Reiteratio actus illum efficaciorem eſſe facit.conſ.163. nu.12.

Rei vendicatio fideicommiſſario dari conſueuit ad vendicanda bona fideicommiſſo ſubiecta. conſ.139.nu.8.

Relatio citationis ſoli notario actorum fieri poteſt. conſ.92. numero 4.

Relatio ad ea facta intelligitur, quæ in actis producta fuerunt, & non ad alia extrinſeca, & non apparentia. conſ.122. numero 16.

Relatio calculatorum partibus abſentibus fieri poteſt. cod. ſub num.21.

Relatio die feriata in honorem Dei fieri non poteſt. conſ.119. num.4.

Relationis natura eſt, vt procedat ſecundum veritatem patentem ex conuentione ſcripturarum relatarum, & referentium vere, & proprie etiam in materia ſtricta. conſ.122.nu.17.

Relationi notarij, & officialis, an ſtandum ſit? conſ.143. numero 6.

Relatiua dictio, refert præcedentia cum omnibus qualitatibus. conſ.5. nu.10.

Relicta ad pios vſus non regulantur, nec laicorum ſtatutis ſubijciuntur. conſ.87.nu.51.

Remedium. l.2. C. de reſcin. vend. in donatione locum non habet. conſ.20. ſub nu.5.

Remedium poſſeſſorium. l.ſi.C.de edic.Diu.Adr.tol infra annum a tempore mortis defuncti computandum intentari debet. conſil.59.nu.6.

Remedium poſſeſſorium.l.ſi. C. de edict.Diu.Adr.tol.abſque verbali reſtitutione intentari non poteſt, etiam quòd in petitione poſita fuerit clauſula deducens &c. eo.nu.7.

Remedium.c.reintegranda.3.q.1.intentans quid allegare debeat, vt obtineat? conſ.101. nu.1.

Remedium.c.reintegranda.3.q.1. contra titulo poſſidentem non competit, maxime quando poſſeſſio non eſt vicioſa. eodem numero 2.

Remedium.c.reintegranda. 3.q.1. locum non habet, quando ſpoliatus culpa ſua a poſſeſſione cecidit. eo.nu.5.

Remedium.l.ſi. C. de edict.Diu.Adr.tol. ſi intentatum fuit, & cauſa ſit poſſeſſoria ex parte agentis plena requiritur probatio. conſ.139. nu.27.

Remedium. l.ſi. C. de edict.Diu. Adr.tol.quibus non competat, et quibus competat. conſ.141. nu.1.4.& 5.

Remedium.l.ſi. C. de edict.Diu..Adr.tol. fideicommiſſario competit in omnibus caſibus in quibus actiones ipſo iure abſque reſtitutione tranſeunt. eo.nu.4.

Remedium. l.ſi. C. de edict.Diu. Adr.tol.hæredi,& fideicommiſſario competit ſi bona reſtitutioni ſubiecta penes aliquem reperiuntur, qui titulum ab alio, quàm à teſtatore habeat, etiam poſt teſtatoris obitum.eo nu.5.

Remittenti ius & actiones ſuas non eſt dandus ad eas regreſſus. conſi.18.nu.19.maxime interueniente aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione.conſ.38.nu.7.

Remittere nihil aliud eſt, quàm donare.conſ.20.ſub nu.2.

Remittere & renunciare aliud eſt, & aliud eſt promittere non petere.conſ.42.nu.8.

Remittere eſt factum inſtantaneum, & non petere eſt factum ſucceſſiuum. ibidem.

Remittere porrigitur ad tempus præſens, & non petere effectum dirigit in futurum.ibidem.

Remanens in domo hæreditaria relinquorum bonorum per teſtatorem poſſeſſorum poſſeſſionem apprehendiſſe non dicitur.conſi.127.nu.63.

Remotior non eſt inconueniens, quòd melioris ſit conditionis, quã proximior. conſ.84.nu.2.

Remiſſio mercedis ut conductori per locatorem fieri poſſit, requiritur talem fuiſſe ſterilitatem quòd conductor vltra dimidiam ſolutionis affictus in damno remaneat. conſ.156.nu.1.

Remiſſio mercedis affictus peti non poteſt, quando tempore contractus de euidenti damno ob illius temporis ſterilitatem apparere poteſt. eo. nu.2.

Renuncians cum iuramento omni iuri quod habet cum aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione inde ſecuta amplius ad illud regreſſum non habet. conſ.20. nu.1.

Renuncians beneficio de fideiuſſoribus excuſſionis beneficio renunciare dicitur.conſ.31. nu.3.

Renuncians omnibus beneficijs, iuribus, & defenſionibus cum clauſula & omni legum & iuris auxilio: excuſſionis beneficio renunciare dicitur.eo.nu.4.

Renuncians iuribus ſuis cum aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione ſecuta amplius ad ea regreſſum non habet. conſi. 35. num. 1.

Renuncians omni iuri quod quis habet, & conſequi poſſet, iuri de futuro renunciare intelligitur. conſ.38.nu.1.

Renuncians in aliquibus bonis omni iuri quod habet, vel habere poteſt, vel poſſet, renunciare intelligitur omni iuri quod eſt de præſenti re vel ſpe.conſ.38.nu.13.

Renuncians cum pacto de vlterius non petendo aliqua bona à ſe abdicare dicitur omnia illa bona, & omne ius quærendi ea.conſi.39.nu.4.

Renuncians bonis emphiteoticis cum pacto de vlterius non petendo, ſi de illis portionem habuit, ius quod habebat in alijs penes eum remanentibus, cui renunciatio facta fuit, remiſiſſe dicitur. eo. nu.5.

Renuncians in re aliqua omni iuri quod habet, vel habere poteſt, vel poſſet, intelligi debet ex iure quod eſt de præſenti re, vel ſpe.conſ.40.nu.5.

Renuncians bonis emphiteoticis ius re & ſpe non habet in bonis aſſignatis ſeu dimiſſis tempore renunciationis, ſed ſpe tantum. conſ.42. nu.6.

Renuncians ſterilitati cum iuramento ad penſionis remiſſionem non admittitur. conſ.156.nu.5.

Renunciari legitima non poteſt tacite, ſed expreſſa requiritur renunciatio. conſ.6. nu. 28.

Renunciare probationibus & teſtium productioni aliud eſt, & aliud teſtes publicare, & teſtificata didicere. conſ.66. nu.8.

Renunciare iuri ſuo quis in dubio velle non præſumitur.conſ.136. num.13.

Renunciari non poteſt his quæ à ſtatuto vel à lege pro forma introducta ſunt, vt certa ſeruetur ſolemnitas.eodem numero 16.

INDEX

Renunciari non poteſt bis, quæ in vtilitatem renunciantis, et tertij introducta ſunt, niſi tertij ſequatur conſenſus. eod. numero 19.

Renunciari non poteſt bis, quæ a lege, vel ſtatuto diſpoſita ſunt, ſi illa priuatam vtilitatem continent, quod tamen ob ætatis imbecillitatem introductum ſit. eo. nu. 20.

Renunciatio de omnibus iuribus in genere facta ad incogitata non trahitur, nec ad futura, ſeu ad ius ex cauſa de futuro nouiter ſuperueniente, ſecus ſi in ſpecie appoſita fuiſſet clauſula quòd ad incogitata referatur, quia ad ea quoque refertur, quæ quis ſibi compeſere ignorabat. conſ 16. nu. 16.

Renunciatio omnium ſuorum iurium ſimpliciter facta vim donationis habet. conſ. 20. nu. 2.

Renunciatio cum iuramento facta etiam non viſis, nec inſpectis teſtamenti verbis valet. eo. nu. 3.

Renunciatio bonorumq́, ac iurium ſibi competentium ceſſio per monialem ſine ſuperioris decreto facta non valet. conſil. 28. num. 1.

Renunciatio facta de omni iure quod quis habet cum Aquiliana ſtipulatione, & accepsilatione, tollit omne ius ſibi competens, & omnem ſpem competituri iuris extinguit. conſ. 35. nu. 2. & conſ. 40. nu. 6.

Renunciatio metu facta etiam iuramento firmata non valet. conſil. 37. nu. 6.

Renunciatio generalis cum clauſula, & generaliter, & generaliſſime finem fecit de omni alio, & toto quod ipſe renuncians petere poſſet, renuncianti præiudicat. conſ. 38. nu. 4.

Renunciatio virtute iuramenti ad ius de futuro porrigitur. eod. num 6.

Renunciatio cùm ſtricti iuris ſit, rebus ſic ſtantibus intelligi debet. eo. nu. 11.

Renunciatio de omnibus iuribus vſque in præſentem diem competentibus facta, quomodo intelligi debeat. eo. nu. 12.

Renunciatio per filiam contemplatione fratrum facta, an illis ceſſantibus ceſſare debeat. conſ. 44. nu. 1. & nu. 4.

Renunciatio exceptionis non numeratę dotis in inſtrumento dotis confeſſata facta, non confeſſionem ſub ſpe futurę numerationis, ſed donationem inter virum, & vxorem videri facit. conſil. 71. nu. 4.

Renunciatio eſt donatio. eo. nu. 9.

Renunciatio ſtricti iuris eſt, & in ea non veniunt, niſi ea quæ exprimuntur. conſ. 136. nu. 14.

Renunciatione iuris emphiteotici renunciatum videtur omni iuri quærendi bona emphiteotica. conſ. 42. nu. 5.

Reo magis quàm actori fauendum eſt in deciſione cauſarum. conſ. 101. nu. 3. & conſ. 122. nu. 7.

Repetitio legatorum, vel fideicommiſſorum quando a lege fit a ſubſtituto, vel a venientibus ab inteſtato, licet repetita conditio cenſeatur, quando tamen a teſtatore fit repetitio, conditio repetita non cenſetur. conſ. 55. nu. 8. & conſ. 105. nu. 3.

Res in ſpecie alicui legata, nec pro dote, nec etiam pro legitima filiæ retineri poteſt. conſ. 15. ſub nu. 14.

Res inter alios acta tertio non præiudicat, & quomodo procedat. conſ. 87. nu. 8. & 10. & conſ. 127. nu. 7. & 34. & conſ. 136. num. 21.

Res fideicommiſſo ſubiecta ſi per hæredem fideicommiſſum ignorantem alienata fuit, alienatio valet, illiusq́; precium in reſtitutione tantum venit. conſ. 124. nu. 3.

Res aliena ſine domini conſenſu obligari non poteſt. conſ. 127. ſub num. 7.

Reſcripta ſemper ſecundum ius commune interpretari debent. conſ. 17. nu. 11.

Reſcriptum ſi dubium eſſet, ad Principem reſcribentem pro illius interpretatione recurri debet. eo. nu. 12.

Reſcriptum omnes, & quaſcunque ſolemnitates ſanans, ſub illa verborum generalitate non comprehendit iuriſdictionis defectus. conſ. 64. nu. 17.

Reſcriptum ſubreptitium aduocatorium eſt ipſo iure nullum. conſil. 119. nu. 6.

Reſcriptum conditionale ad preces ſupplicantis refertur. conſilio 135. nu. 2.

Reſcriptum per ſupplicantem citatæ parti præſentari debet poſt dilationem ſibi in eo conceſſam. conſ. 137. nu. 1.

Reſcriptum per ſupplicantem non obſeruatum iuxta formam in eo contentam, habetur, ac ſi conceſſum non fuiſſet. eodem num. 4.

Reſcriptum ad perſonam in eo non mentionatam non extenditur. eo. nu. 5.

Reſcriptum ſtricte intelligendum eſt. eo. nu. 9.

Reſcriptum ſemper intelligitur, ſi preces veritate nitantur. conſ. 161. nu. 2.

Reſeruatio iurium per creditorem facta promiſſori abſenti, aut non conſentienti præiudicare non poteſt. conſ. 8. nu. 13.

Reſeruatio de aliquo iure facta quod in futurum eueniret, nullum ius tribuit. conſ. 138. nu. 19.

Reſeruatio iurium ſolet ius tantum quod quis habet reſeruare, non autem ex ea ius aliquod quæritur. eo. nu. 20.

Reſeruatio iurium in ſententia ſi quę competunt, non valet. eod. num. 21.

Reſeruatio vſusfructus in donatione cauſa mortis in vita donantis facta, illam in donationem inter viuos valere facit. conſil. 163. nu. 16.

Reſeruationes odioſæ ſunt, & ſtricte interpretandæ ſunt. conſi. 8. ſub nu. 13.

Reſciſſo principali, reſcinditur acceſſorium. conſ. 75. nu. 15.

Reſoluto iure feudatarij vſufructuarij ius reſoluitur. eodem numero 8.

Reſtitutio in integrum minori 25. annorum iuranti non datur. conſil. 20. nu. 12.

Reſtitutio in integrum minori conceſſa non datur ei, qui eſt annorum vigintinouem. eo. nu. 14.

Reſtitutio in integrum aduerſus contractum iuramento reiteratum concedi non debet. eo. nu. 18.

Reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. hæredi minoris ad hæreditatem adeundam per minorem non aditam concedi non debet contra ius alteri quæſitum. conſ. 36. ſub nu. 2. & nu. 5.

Reſtitutio in integrum minori conceditur, non ſolum ſi incontinenti læditur, ſed etiam ſi lædi poteſt. conſ. 37 nu. 13.

Reſtitutio in integrum maiori non conceditur, vbi ex facto proprio læſus eſt. eo. nu. 38.

Reſtitutio in integrum aduerſus deſertam appellationem minori appellanti concedi non debet contra alium minorem appellatum. conſ. 46. nu. 6.

Reſtitutio verbalis ſi per grauatum, aut eius hæredem facta non fuit, fideicommiſſario non competit. l. fi. C. de edic. Diu. Adr. tol. conſ. 59. nu. 5.

Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ peti poteſt. conſ. 110. nu. 19.

Reſtitutio reliquorum venit in redditione adminiſtrationis. conſil. 123. nu. 3.

Reſtitutio verbalis qualiter fieri debeat. conſ. 139. nu. 22. & conſil. 162. nu. 2.

Reſtitutio verbalis quando non eſt neceſſaria, & quando ſic. eod. num. 26.

Reſtitutio verbalis de æquitate canonica non requiritur. ibi.

Reſtitutio in integrum aduerſus tranſactionem conceditur, in qua quis enormiſſime læſus fuit. conſ. 145. nu. 7.

Reſtitutio verbalis requiritur, vt fideicommiſſarius in hæreditate ius habeat. conſ. 153. nu. 6. & conſ. 162. nu. 10.

Reſtitutio verbalis, & realis, an in vno, & eodem libello intentari poſſit. eo. nu. 8. & 9.

Reſtitutio in integrum in libello reconuentionali peti, & proponi debet. conſ 160. nu. 2.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali his qui in probabili, & iuſta, & non in ſupina ignorantia fuerunt, concedi debet, ſecus ſi ſcientiæ præſumptio militaret. eo. nu. 4. 5. & 6.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali competit tantum læſis lapſu temporis ex ignorantia facti. eo. nu. 11.

Reſtitutio emphiteotæ ſuccedenti datur re integra, & non poſt inueſtituram alteri factam. eo. nu. 7.

Reſtitutio poſt quadriennium concedi poteſt, quando de eminentiſſimo damno, & Prælatorum mutatione probatum fuit. eo. num. 14.

Reſtitutione verbali fideicommiſſario facta omnia iura hæreditaria in ipſum tranſeunt. conſ.162.nu.4. & conſ.139.nu.16.
Reſtitutionem in die vna petere, cauſamq́; , & omnia expedire, impoſſibile eſt. conſ.158.nu.14.
Reſtitutionis beneficium, quod ex capite ignorantiæ conceditur, a die ſcientiæ currere incipit. conſ.110.nu.20.
Reſtituta hæreditate verbo ſaltem, omnia iura hæreditaria in fideicommiſſarium tranſeunt. conſ.139.nu.16. & conſ.162.numero 4.
Reſtitutus ius alteri quæſitum non recuperat, vbi præſertim effectualiter, & non in ſpe quæſitum eſt. conſ.36. nu.3.
Reſponſio ſimpliciter poſitionibus facta, cum omnibus qualitatibus de quibus in poſitione facta intelligitur, & ſecundum præcedentem interrogationem. conſ.103.n.2. ſub contra n.11.
Reſponſio poſitionibus facta tunc præiudicat, quando per partem, vel eius procuratorem proteſtatio facta non fuit, quòd impertinentes non admittantur. eo nu.9.
Reſponſiones poſitionum vbi ſibi contrariæ videntur, interpretari debent, quòd prima dicta ad vltima trahantur, & vltima ad prima, vt contrarietas euitetur. eo.nu.5.
Retentio rei locatæ conductori datur alienatione rei ſecuta pro intereſſe conductoris, & pro pœna, quando in locationis inſtrumento ſpecialis, vel generalis hypotheca appoſita fuit. conſi.24.num.1.
Retentio facilius, & fauorabilius datur, quàm petitio. conſi.33. num.3.
Retentio rei in prima inſtantia non oppoſita, in ſecunda opponi non poteſt. eo.nu.5.
Retentio rei eſt compenſationis ſpecies. ibi.
Retentio legitimæ & trebellianicæ datur in bonis fideicommiſſo ſubiectis. conſ.54.nu.10.
Reuiſio datorum, & receptorum non admittitur, quando ſententia ſuper rationibus, & calculis factis lata fuit. conſ.123. nu.6. & 8.
Reuocari poteſt confeſſio aduocati per ipſum clientulum quandocunque. conſ. 119. ſub nu.15.
Reuocatio conſenſus, qui in pacto de viuentis hæreditate interuenit, quo ad ipſum, & paciſcentes operatur. conſ.127.n.12.
Reus iura ſua ad fundandam actoris intentionem edere non tenetur. conſ.57.nu.3.
Reus probandi onus ſuſcipiens, quod eſt actoris fundamentum, ſi non probat, prærogatiuam retinet, quòd actore non probante reus abſoluitur. conſ.89.nu.11.
Reus perſonaliter, & non domi citari debet, quando in ciuitate reperitur. conſ.96. nu.2.
Reus qualiter proteſtari debeat, ne teſtes ad perpetuam rei memoriam examinentur. eo.nu.3.
Reus inepta actione conuentus qua conueniri non poterat, ab obſeruatione iudicij abſoluendus eſt. conſ.162.nu.5.
Rogitus notarij de ſubſtantia teſtamenti requiritur, alioquin teſtamentum per alios notarios reuocari non poteſt, nec fidem facit. conſ.127.nu.54.

S

SAluianum interdictum, vbi intentatum eſt, ſufficit probari debitorem bona in genere obligata poſſediſſe. conſ 28.n.2.
Saluianum interdictum eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, & alienam, & non ſuam poſſeſſionem auocat. conſ.57.nu.3.
Sacrilegium committit, qui de Pontificis, & Imperatoris auctoritate diſſerere vellet. conſ.18.nu.6.
Sacrilegij pœna non eſt excommunicatio, niſi violenta percuſſio ſequatur. conſil.134.nu.5.
Sacrilegij pœna olim pecuniaria erat, nunc vero eſt arbitraria. eo. num.6.
Sententia ſine cauſæ cognitione lata, quæ nulla eſt, ſi parte præſente prolata fuit, & non reclamante valet, & tenet, partiq́; imputandum eſt. conſ.9.nu.21.
Sententia expreſſum errorem continens, qui ex actis colligi poteſt eſt nulla. conſi.33.nu.19.
Sententia domini declaratoria requiritur ad hoc, vt quis ab emphiteoſi cadat. conſ.76.nu.8.
Sententia inferioris ſine citatione lata confirmatione Apoſtolica, non validatur etiam per clauſulam, ſupplentes. conſ.89. numero 3.
Sententia contra minorem indefenſum lata eſt ipſo iure nulla. conſil.94. nu.5.
Sententia lata in petitorio pro aduerſario non nocet, nec refragatur, quin ſpoliatus recuperandæ poſſeſſorium quod ex ſpoliatione prius facta ſibi competit, intentare valeat. conſ.119. num.13.
Sententia petitioni conformis eſſe debet. eo.num.4. & conſ.139. num.33.
Sententia in dubio ad acta, & producta refertur. conſ.122.n.10
Sententia contra procuratorem ferri non poteſt, ſi non fuit dominus litis. conſil.139. ſub nu.3.
Sententia ad procuratoris inſtantiam lata, de cuius mandato nõ conſtat, nulla eſt. eo.nu.4.
Sententia, & proceſſus non viciabitur in caſibus in quibus libellus non requiritur, licet ineptus fuerit. conſil.141. nu.6.
Sententia præcipiti feſtinatione, ob temporiſq́; breuitatem lata dicitur nulla. conſ.158.nu.45.
Sententia cum cauſæ cognitione ferri debet etiam quòd ſit interlocutoria. eo.nu.16.
Sententia Principis ex temporis breuitate viciatur. eo.nu.19.
Sententia ſi eſt ex eiſdem actis retractanda, qui prius ſententiam obtinuit, in expenſis condemnandus eſt. conſi.161.nu.36. & conſi.4. nu.13.
Septem teſtes in teſtamenti nuncupatiui confectione requiruntur. conſ.127.nu 41.
Scienti & volenti dolus non infertur, nec deceptio. conſ.20. nu. 8. & conſ.116.nu.52.
Scientia, & patientia venditoris patientis emptorem rem venditam tenere, & poſſidere vim traditionis habet. conſil.131. ſub num.4.
Scientia ex coniecturis probatur, ex quibus ignorantiæ præſumptio tollitur. conſi.172. ſub nu.8.
Scire quis præſumitur id quod inquirere tenetur. eo.nu.11.
Sindicus aduerſarij poſitionibus vniuerſitatis nomine reſpondere poteſt. conſ.102.nu.4.
Singularitas quando in ſubſtantia differre dicatur. eo.nu.8.
Soboles aliena melioris conditionis eſſe non debet, quam ſint filij & filiæ teſtatoris. conſi.22. ſub nu.6.
Societas vnius ex ſocijs morte finitur. conſi.72.nu.1.
Societas noua quando contracta dicatur. eo.nu.2.
Societas pro æquali, & non pro inæquali portione contracta intelligitur, niſi aliter expreſſum ſit. eo. nu.3.
Societas ex nouo conſenſu nedum expreſſe, ſed etiam tacite renouari poteſt. eo.nu.5.
Societas, ſeu confraternitas Sancti Hieronymi de Arimino, an locus pius dicatur, ita quòd Epiſcopo ſubiectus ſit, & quæ requirantur, vt locus pius dicatur, & Diœceſano ſubijciatur? conſil.133. num.1.
Societas inter patrem, & filios, nec tacite, nec expreſſe contracta dicitur. eo.nu.12.
Socius criminis indicium ad inquiſitionem formandam non facit. conſ.62.nu.4.
Socius ſocij mei meus ſocius eſſe non dicitur. conſ.72. num.11. quomodo autem dicta regula procedat. vide nu.12.
Socius ſi de communi pecunia nomine proprio bona comparauit, illa in ſocietate communicare non tenetur. conſil.151. num.15.
Solemnitas in teſtamento per ſtatutum requiſita remittitur tempore peſtis. conſ.87. nu.52.
Solemnitas ſi in actu non requiritur, & illa minus legitime interueniat, actus non viciatur. conſ.62.nu.12.
Solemnitas iuris in contractu minoris requiſita, ſi omiſſa eſt, vehemens doli præſumptio inducitur. conſi.136.nu.2.
Solemnitas iuris, & forma ſi in alienatione bonorum pupilli ſeruata non fuit, etiam quòd in vtilitatem pupilli verſetur, contractus ipſo iure non tenet. eo.nu.4.
Solemnitas quæ eſt de forma, prout eſt quæ in alienatione immobilium minoris requiritur, actum præcedere debet, & ſi ex interuallo ſubſequatur, non valet actus. eo.nu.23.

Solem-

Solemnitas in alienatione rei eccleſiæ requiſita, per commiſſionem, & licentiam Papæ rectori eccleſiæ attributam, remiſſa dicitur. conſ. 148. nu. 8.

Solemnitas in ſtatuto requiſita vſque ad certum tempus, vltra illud tempus non requiritur. conſ. 161. nu. 20.

Solemnitates de iure requiſitæ an ex temporis diuturnitate interueniſſe præſumantur. conſ. 23. nu. 5.

Solemnitates a iure requiſitæ in alienatione rei pupillaris quæ ſint conſ. 136. nu. 15.

Solemnitates iuris poſitiui in iudicio ſummario ſublatæ ſunt, & cauſa ſecundum merum ius gentium deciditur, conſi. 147. nu. 16. & 17.

Solemnitas & iuris apices tolluntur in cauſa, in qua ſola facti veritate inſpecta proceditur. conſ. 153. nu. 13.

Solemnitates in contractibus minorum quæ de iure requiruntur. conſ. 161. nu. 26.

Solemnitati iuris directè renunciari non poteſt, præſertim ſolemnitati in alienationibus minorum requiſitæ. conſi. 136. nu. 15.

Solemnitatis defectus in alienatione rei eccleſiaſticæ ex curſu triginta annorum tollitur, immo tempus annorum decem ſufficit conſ. 146. nu. 5.

Solutio ſufficit quòd vni facta fuerit, vbi actum eſt, quòd vni, vel alteri fiat. conſ. 32. nu. 9.

Spurius in dubio non præſumitur, ſed naturalis. conſ. 18. ſub num. 33. & conſ. 70. nu. 55.

Spurius legitimationem impetrans, dicens ſe ſpurium. ſi ſit tamen duplicatus ſpurius & inceſtuoſus, & particulariter non expreſſerit, legitimatio tanquàm ſubreptitia non valet. conſi. 70. nu. 10. & ſub nu. 19. & non ſufficit clauſula generalis non obſtante. vt eo. & nu. 15.

Spurius qui eſſe dicatur. conſi. 154. nu. 4.

Spurius eſt inter viuos & ex teſtamento patris incapax. eod. numero 8.

Spurius a matre hæres inſtitui non poteſt. eo. nu. 9.

Spurius de iure canonico alimentari debet, & ei uſque ad alimenta relinqui poteſt. eo. nu. 10. & 11.

Spurius contra certam patris diſpoſitionem in legato ſibi facto venire non poteſt, etiam ſi legitimatus eſſet. eo. nu. 14.

Spurij tam per ſe, quàm per aliam perſonam in odium patris, ac eius incontinentia, & libidinis, patri ſuccedere prohibentur. conſ. 70. nu. 28.

Spurij de iure ciuili filij nominari non debent. conſ. 154. numero 7.

Spurio a patre etiam pro ipſius alimentis nihil relinqui debet. eo. nu. 6. ſed vide nu. 10. & 11.

Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, etiam ſi poſt ſpoliationem dominium eidem ſpolianti facto ipſius ſpoliati acquiſitum eſſet. conſ. 119. nu. 12.

Subornatio teſtium dicitur crimen ſimile crimini falſi. conſil. 62. num. 8.

Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. conſil. 55. nu. 12. & conſ. 128. ſub nu. 13.

Scriptura quæ diuerſorum manu ſcripta fuit, pro ſuſpecta habetur. conſ 45. nu. 5.

Scriptura priuata a partibus, & curatoribus ſubſcripta, & approbata tanquam publicum inſtrumentum valet. conſ. 69. n. 1.

Scriptura priuata manu teſtatoris ſcripta quid requiratur, vt inter liberos valeat. conſ. 79. nu. 7.

Scriptura teſtatoris ſi reperitur, & conſtat, quòd eius manu ſcripta ſit, etiam quòd in ea deſcripti teſtes non adſint, ſufficit, vt relictum debeatur. conſ. 87. nu. 26.

Scriptura teſtamenti in qua cancellationes ſunt, ſuſpecta redditur. conſi. 110. nu. 2.

Scriptura de neceſſitate in contractu venditionis non requiritur. conſ. 131. nu. 5. & 12.

Scriptura priuata ſine teſtium ſubſcriptione, & ſine legitima comparatione, nec plene, nec ſemiplene probat. conſ. 168. n. 18.

Statutum quod eſt contra ius commune ſtricto interpretandum eſt, vt ius commune minus lædat, quàm poſſibile ſit, ſemperq; interpretari debet, vt cum iure communi conformitatem habeat, etiam ſi ſtatuti verba impropriè acciperentur. conſ. 7. num. 18.

Statutum filiam ab alimentis excludens non valet. conſ. 13. ſub num. 8.

Stante ſtatuto quòd nemini alij quàm hæredi liceat mortuo poſſeſſore defuncti bona auctoritate propria ſub certa pœna ingredi, filia tamen defuncti ſtatuti pœnam non incurrit, ſi patre mortuo, qui extraneum hæredem inſtituerat, bonorum poſſeſſionem patris apprehenderit. conſ. 25. nu. 5.

Statutum ad bona extra territorium ſtatuentium ſita non extenditur. eo. nu. 4.

Stante ſtatuto quòd filia dotata in bonis dotantis non ſuccedat, quamuis de bonis in loco ſtatuti exiſtentibus dotata fuerit, non extendetur ad bona extra territorium ſtatuentium exiſtentia. eo. nu 50.

Statutum Caſenæ ad bona in territorio Rauennæ ſita non trahitur conſ. 56. nu. 1. & nu. 9.

Statutum Caſenæ quamuis ſit in perſona, cùm tamen odioſum ſit, ad bona in territorio Rauennæ ſita non ſe extendit. conſil. 58. num. 4.

Statutum quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, in filijs maſculis legitimatis locum non habet. conſ. 70. nu. 21. ſed vide nu. 68.

Statutum generaliter præſcriptionem inducens, contra filiumfam. agere non valentem locum ſibi non vendicat. conſ. 77. nu. 13.

Statutum, & conſuetudo introducens quòd res feudalis eccleſiaſtica alienari poſſit, non valet. conſ. 77. nu. 8.

Statutum, & conſuetudo inter ſe non differunt. eo ibi.

Statutum generaliter permittens bannitum occidi, generaliter intelligi debet, ſiue quis per ſe, ſiue per alium etiam data pecunia eum interficiat. conſ. 84. nu. 9.

Statutum dictans quòd ſententia parte non citata proferri poſſit, non valet, quia citatio eſt de iure diuino. conſ. 89. nu. 5.

Statutum loquens de dote data an locum ſibi vendicet in dote promiſſa? conſil. 90. nu. 1. 3. & 6.

Statutum, vel conſuetudo ſi extat in foro delegantis, & aliud in foro delegati, ſeruari debet ſtatutum, & conſuetudo fori delegantis, etiam quòd delegatus ſit loci ordinarius. conſil. 94. num. 2.

Statutum diſponens compromiſſum inter conſanguineos fieri, ſi non declarat ad cuius inſtantiam fieri debeat, ad illius inſtantiam contra quem controuerſia mouetur, intelligi debet. conſ. 118. nu. 10.

Statutum, vel lex de compromiſſis loquens per verbum, quæſtio, lite conteſtata intelligitur, idem ſi per verbum, lis. eo nu. 13.

Statutum Arimini reductionem ad arbitrium boni viri prohibet, ſi laudum confirmatum fuit. eo nu. 27.

Statutum volens quòd a ſententia delegati ad ordinarium appelletur, non valet, etiam ſi in genere fuit a Papa confirmatum. conſi. 135. nu. 14.

Statutum ſi extat quòd inſtrumenta paratam habeant executionem, aliudq; extat, quòd cauſæ inter coniunctos compromittantur, hoc vltimum non procedere, limitatur, vbi cauſa inſtrumentaria eſſet. conſi. 148. nu. 7.

Statutum iuris correctorium de contractibus mentionem faciens non intelligitur de contractibus, qui in iudicio fiunt, ſed extra iudicium. conſ. 161. nu. 11.

Statutum de fratre loquens de ſorore non intelligitur, ſtante ſtatuto quòd ſtatuta intelligantur, vt iacent, & ad literam. eo. num. 15.

Statutum ſpeciale limitat generale ſtatutum. eo. nu. 19.

Stante ſtatuto quòd iudex contra indefenſum procedere poſſit, perinde eſt ac ſi diſponeret, quòd iniuſtitiam faciat. conſ. 167. num. 7.

Statutum præſcriptionem cum mala fide inducens de iure canonico tanquàm peccati nutritiuum non valet. conſilio 169. numero 15.

Statuti verba amplianda non ſunt, ſed reſtringenda, quando a iure communi exorbitat ſtatutum. conſil. 7. nu. 9.

Statuta de compromiſſis inter conſanguineos faciendis loquentia fauorabilia ſunt. conſ. 118. nu. 11.

Statuta certas ſolemnitates in contractibus ſecundum leges cõmunes requirentia, contractus iuratos non comprehendunt. conſil. 127. ſub nu. 61.

Sterilitas culpa, & defectu conducentis obueniens penſionis remiſſionem impedit. conſ. 156. nu. 3.

Sterilitas quando conſueta eſt, penſio non remittitur. eo. nu. 4.

Stilus eſt quid facti. conſ. 155. nu. 6.

Strepitus iudicialis infra octauam reſurrectionis Domini Noſtri acquieſcere debet. conſ. 119. nu. 3.

Stipulationes ſtrictiſſimi iuris ſunt, & contra illum qui ex ſtipulatione vult niti, interpretandæ ſunt. conſ. 4. nu. 14.

Subſcribens ſe alicui ſcripturæ ideo conſentire, & ibi contenta approbare videtur. conſ. 87. nu. 44.

Subſcriptio notarij ad teſtamenti validitatem de neceſſitate requiritur, alioquin teſtamentum per alios notarios in publicam formam releuari non poteſt. conſ. 127. nu. 53.

Subſtitutio facta duobus in caſu mortis vtriuſque poſt mortem omnium facta dicitur. conſ. 3. nu. 1.

Subſtitutio duobus coniunctim, & ſimpliciter poſt mortem ipſorum facta, non vni tantum, ſed cuilibet facta dicitur. eo. n. 3.

Subſtitutio poſt mortem plurium facta in ſingularitatem reſoluitur, ac ſi quilibet ſeparatim grauatus fuiſſet. eo. nu. 4.

Subſtitutio quæ aliâs de vno caſu ad alium trahi ſolet, ad caſum omiſſum non trahitur. eo. nu. 10.

Subſtitutio fideicommiſſaria vltimo morienti, vel pluribus facta, licet purificata conditione ex vnius perſona locum habeat, non tamen procedit, quando supereſt perſona, quæ ex præſumpta teſtatoris mente ſubſtitutum excludit. eo. nu. 16.

Subſtitutio tacita pupillaris ad fauorem animæ teſtatoris facta matrem excludit, quamuis tacita pupillaris regulariter contra matrem non admittatur. eo. nu. 18.

Subſtitutio reciproca inter fratres facta locum ſibi vendicat, et ſi frater cum filijs decederet. conſ. 12. nu. 2.

Subſtitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum quãuis in tempus mortis facta cenſeatur ei, qui ſine liberis decederet, non intelligitur tamẽ habere locum quando frater fratrem in teſtamento grauaret. eo. nu. 3.

Subſtitutio fideicommiſſaria etiam per diſtributiuam (quandocunque) comprehenditur. conſ. 22. nu. c.

Subſtitutio alicui facta ſine filijs decedenti expirat, ſi ille cum filijs moriatur, nec cõſideratur, quid poſtea de filijs contingat etiam quòd non vixeriat, niſi vno momento. eo. nu. 14.

Subſtitutio inter filios facta ad nepotes non extenditur. eo. nu. 22.

Subſtitutio in vno caſu facta quamuis ad alium ſibi ſimilem ex præſumpta teſtatoris mente, ex veriſimilibusq́; coniecturis trahatur, non procedit tamen vbi teſtatoris diſpoſitio de perſona ad perſonam extendi debet. conſ 27. nu. 5.

Subſtitutio de perſona ad perſonam non extenditur. ibi.

Subſtitutio per verbum commune facta, dicitur omni tempore fideicommiſſaria, præſertim quando poſt pupillarem ætatem facta eſt. conſ. 54. nu. 2.

Subſtitutio alicui in certa quantitate facta legatum non dicitur, ſed fideicommiſſaria ſubſtitutio. conſ. 53. nu. 2.

Subſtitutio prima ſi de filijs maſculis mentionem facit, vltima vero de filijs ſimpliciter, vltima tam de maſculis quàm de fœminis intelligitur. eo. nu. 6.

Subſtitutio vulgaris in compendioſa comprehenditur. conſ. 70. nume. 29.

Subſtitutio per verba collectiua locum ſibi non vendicat, niſi conditio in vtriuſque perſona impleta fuerit. conſ. 82. nu. 4. & 7. Nec locum habet, vbi supereſt perſona quæ ex præſumpta mente teſtatoris habet ſubſtitutum excludere. & nu. 8.

Subſtitutio duobus copulatiue facta in vnius perſona locum non habet, niſi in vtriuſque perſona locum habeat. eo. nu. 6.

Subſtitutio in caſu filiorum, & filiarum omnium decedentium concepta adeo quòd vix ipſis nullus exſtat, vltimo dictorum filiorum, & filiarum decedenti facta dicitur. eo. nu. 10.

Subſtitutio vltimo morienti facta duas ſubſtitutiones, expreſſam videlicet, & tacitam comprehendit. eo. nu. 11.

Subſtitutio legato, & donationi cauſa mortis fieri poteſt. ibi.

Subſtitutio tacita reciproca quo caſu concepta dicatur. eo. nu. 12

Subſtitutio in primo teſtamenti capite facta etiam ad ſecundum illius caput trahitur. conſ. 112. nu. 2. & quomodo procedat. nu. 36. & 37.

Subſtitutio prima ſi caduca efficitur, locum habet ſecunda, & ſic ſecundo loco ſubſtituti admittuntur. eo. ſub nu. 4. & quomodo procedat. nu. 40. & 41.

Subſtitutio in vnum caſum facta ad omnes alios ſimiles caſus, & ex eadem cauſa, & ratione diſpoſitionis teſtatoris procedentes extenditur. eo. nu. 8. & quo caſu non procedat. num. 27. & quo caſu procedat. nu. 43. 44 45. & 47.

Subſtitutio qualibet conditionalis dicitur. eo. nu. 22.

Subſtitutio vno tempore facta ad aliud tempus non extenditur. eo. num. 30.

Subſtitutio generalis adinuicem inter filios facta ad aliam perſonam, cui ſpecialis facta eſt ſubſtitutio, minime referenda eſt. eo. num. 39.

Subſtitutio in pœnam inſtitutionis obſeruantiæ teſtatoris mandatum facta de caſu ad caſum etiam ſimilem, & maiorem rationem habentem non extenditur. eo. ſub nu. 47.

Subſtitutio in vno caſu ex coniecturata teſtatoris mente facta quamuis ad alium caſum trahatur, de perſona ad perſonam non extenditur. conſ. 114. nu. 30.

Subſtitutio ſecundum caſum formaliter expreſſum limitatur. eo. ſub nu. 35.

Subſtitutio de vna perſona facta an ex veriſimili teſtatoris mente ad aliam perſonam extendatur? conſ. 116. nu. 6. 20. 23. & 63.

Subſtitutio fideicommiſſaria eſt alteri onus & grauamen. e. n. 22.

Subſtitutio compendioſa concepta per verba, ſi eorũ aliquis ſine filijs decederet. conſ. 164. nu 8.

Subſtitutio compendioſa per illa verba, ſi eorum aliquis ſine filijs decederet, concepta, vulgarem, & fideicommiſſariam in ſe continet. eo. nu. 9.

Subſtitutio vulgaris per hæreditatis aditionem expirat. eo. n. 10.

Subſtitutio quæ ſemel expirauit, amplius reuiuiſcere non poteſt. eo. nu. 12.

Subſtitutio quæ in perſona primi ſubſtituti vim habuit effectum, in perſona ſecundi vlterioriſq́; ſubſtituti ceſſat. eo nu. 13.

Subſtitutiones diuerſæ dicuntur, quæ ſimul, & eodem tempore concurrere non poſſunt, conſ. 112. nu. 37.

Subſtitutionis reciprocæ naturæ regulariter continere eſt, niſi vulgarem ſubſtitutionem, vel etiam pupillarem, quando fit inter pupillos, conſ. 22. nu. 1.

Subſtitutionis fideicommiſſariæ primus gradus quando locum habuit, alij ſequentes gradus non ſunt amplius in conſideratione. conſ. 54. nu. 6.

Subſtitutionem allegans comprehendere ea quæ in ſecunda ſubſtitutione dicuntur, probare debet, quia ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur. eo. nu. 7.

Subſtitutus ad decedentis portionem admitti debet, quamuis conditio in omnium perſona impleta non ſit. conſ. 3. nu. 2.

Subſtitutus ſubſtitutionis caſum euenuiſſe probare debet, quia ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur. eo. nu. 14.

Subſtitutus hæredi in vita teſtatoris decedente per tacitam vulgarem ſubſtitutionem ſuccedere poteſt. conſ. 34. ſub nu. 6.

Subſtitutus ſi ante conditionis euentum deceſſerit, ſpes ſubſtitutionis expirat. conſ. 112. nu. 20.

Subſtitutus ſecundus quando ad conditionale fideicommiſſum primo ſubſtituto ante conditionis implementum decedente admittitur, ex ſua perſona, non ex primi ſubſtituti perſona venit, & ſic tanquàm a teſtatore poſt primum ſubſtitutum vocatus. eo. nu. 41.

Subſtitutus ante purificatam cõditionem fideicommiſſum ad eius filium non tranſmittit. eo. nu. 23.

Subſtitutus ſi ante caſum fideicommiſſi reſtituendi deceſſerit, fideicommiſſum penès grauatum remanet. conſ. 115. nu. 11.

Subſtitutus ſubſtituto cenſetur in fideicommiſſaria ſubſtitutione etiam primo inſtituto ſubſtitutus. conſ. 116. nu. 3. & quomodo procedat. vide nu. 58.

Subſtitutus ſemel excluſus perpetuo excluſus remanet. conſilio 164. nu. 13.

Subſtituti ſi ante conditionis euentum deceſſerint, ſubſtitutio effecta eſt caduca, nec ad eorum hæredes tranſmittitur. conſilio 114. num. 37.

Subſtituti in ſubſtitutione reciproca generali an in locum alterius ſubſtituti in alia ſubſtitutione ſuccedant? conſ. 115. n. 3.

Subſtituti defuncti quando per ius accreſcendi admitti non poſſint.

ſiut. conſ.116. ſub nu.68.

Subſtantia obligationis ſi inefficax eſt, omnes clauſulæ illi inhærentes ſunt inefficaces. conſ 70.nu.12. & conſ.175.nu.3.

Succeſſor in officio ſententiam ambiguam ex veriſimilibus coniecturis ab actis procedentibus declarare poteſt. conſ.122. n.4.

Succeſſoris appellatio de vniuerſali, & non particulari intelligitur.conſ.164.nu.17.

Suſpicio iudicis ante litem inchoatam proponi debet ſi eo tempore extitit, non autem poſt.conſ.119.nu.9.

Suſpicio ſola ad probationis fidem auferendam ſufficit.conſ.168 ſub nu.9.

T

TAcens fauore pupillorum conſentire non præſumitur. conſil. 113.nu.12.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. conſ.161.nu.32.

Taciturnitas continua annorum quinque poſt minorem ætatem perfectam in contractibus onéroſis, & taciturnitas decem annorum inter præſentes in contractibus lucratiuis operatur neminem poſſe, nec per in integrum reſtitutionem, nec dicendo contractum nullum, contrauenire, aut contractum reſcindere. conſ.20. nu.15.

Tempus contractus quo quis lædi videtur, attendi debet, non autem quod poſt ipſum contractum, vel actum accidit. conſ.69. num.3.

Tempus ad appellandum quando domino etiam ignoranti, & abſenti currat.conſ.149.nu.11.

Tempus vbicunque eſt alicuius intentionis fundamentum, illud præciſe probari debet. conſ.172. nu.6.

Tenor feudalitatis legitimandi diligenter conſiderandus eſt. conſil. 70. num.2.

Tenor inueſtituræ attendi debet. conſ.77. nu 3. & ad eum recurrendum eſt. conſ.81. nu.2.

Tenor inueſtituræ vim contractus oſtendit: eo.conſ.81.ſub nu.2.

Tenor inueſtituræ potius attenditur quàm feudi, & emphiteoſis natura.eo.nu.3.

Terminus ad appellandum a die ſcientiæ currit, de momento ad momentum. conſ.149.nu.10.

Terminus ſolutionis quamuis in precibus per petentem a iuramento abſolutionem expreſſus fuerit, non tollit, quin ſupplicans in periurium incidit. conſ.144. nu.4.

Tertius poſſeſſor litem ſibi denunciatam non fuiſſe, excipere non poteſt, niſi oſtendat, quòd ſi lis denunciata ſibi fuiſſet, modum & facultatem habeat defendendi primum reum conuentum aduerſus euincentem. conſ.28. nu.16.

Tertius pro ſuo intereſſe ad vtilitatem litigantis appellare poteſt.conſi.149.nu.1.& quomodo procedat.nu.8.

Tertius appellans pro ſuo intereſſe cauſas in appellatione exprimere tenetur, & illas probare, antequàm in ea procedatur. conſ.150.nu.1.& 2.

Teſtamentum per hæreditatis aditionem approbari non dicitur, quin trebellianica detrahi poſſit. conſ.6.nu.29.

Teſtamentum a ſubſtitutione vires aſſumit, quando inſtitutio corruit, & non valet.conſ.70.nu.26.

Teſtamentum nuncupatiuum in terris Imperij numerum ſeptem teſtium, & rogatorum de neceſſitate requirit. conſ.87. nu.13.

Teſtamentum tempore peſtis ruri conditum an cum minori teſtium numero valeat? & an tantam requirat ſolemnitatem, quæ alio requiritur tempore? eo. nu.16. & 52.

Teſtamentum de iure canonico cum duobus teſtibus non rogatis ad pias cauſas valet, quando locus pius inſtitutus fuit, ſecus ſi laicus inſtitutus fuiſſet, & loco pio legatum relictum fuiſſet. eo nu.17.& 23. ſed contra nu.34.& nu.54.

Teſtamentum etiam quòd ratione voluntatis non ſit perfectum, ſi de relicto ad pias cauſas conſtat, quamuis quòad alia minime perfectum ſit, relictũ tamen ad pios vſus debetur.eo.n.25.

Teſtamentum inter liberos cum duobus teſtibus etiam non rogatis valet, & maxime in terris eccleſiæ.conſ.127.nu.43.

Teſtamentum inter liberos ratione imperfectæ voluntatis non valet etiam ad pias cauſas. eo.nu.45.

Teſtamentum de falſo arguitur ſi tres teſtes teſtamentarij deponerent quòd teſtator quando interrogatus fuit ſi teſtamentum condere vellet, & talem hæredem facere, nihil reſpondit. eo.num.50.

Teſtamentum continens, lectum, & publicatum, aliæq. ſolemnitates, & ſubſtantialia deficiant, non valet. eo.nu.52.

Teſtamentum patris a Comite Palatino, & a Principe ſine cauſa ſubuerti non poteſt. conſ.154. nu.15.

Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione non valet.eo.nũ.30.

Teſtamenti vicium ſi poſt diuiſionem inter verum hæredem, & hæredem putatiuum factam apparet, probato teſtamenti vicio hæredi vero non præiudicat. conſ.110.nu.23.

Teſtator vbi non expreſſit, noluiſſe fertur, & voluiſſe non præſumitur quod non dixit. conſ.54.ſub nu.6.

Teſtator ſi in ſubſtitutione verbo communi vtatur, potius per fideicommiſſum ſubſtituere voluiſſe cenſetur, quàm directo, & de iure ſpeciali ex diſpoſitione ſtatuti. conſ.55.nu.3.

Teſtator quando dicatur ſe conformare cum diſpoſitione municipali vnius loci, & quando cum diſpoſitione ſtatuti alterius loci. conſ.59.nu.3.

Teſtator ſi legat coniunctæ perſonæ rem quæ non eſt ſua, an valeat legatum? conſ.74. nu.7.

Teſtator legans rem de qua ſolum vſumfructũ habebat, ius quod in ea habebat, legare dicitur.eo.nu.8.& conſ.74 nu.10 & 12.

Teſtator vſufructuarius legans rem, de qua tãtum vſumfructum habebat, ius legare dicitur, quod in illa habebat. conſ 75.n.10. & num.12.

Teſtator ſi totam eius voluntatem in ſchedula ſcripſit, & eam coràm teſtibus non publicauit, & moritur, an teſtamentum perfectum dicatur? conſ.79. nu.2. & nu.4.

Teſtator in extremis laborans mentis ſuæ compos fuiſſe non præſumitur. eo.nu.10.

Teſtator ſi poſt conditum teſtamentum per multos annos ſuperuixit, & illud non mutauit, vt mutare potuiſſet, cum eodem teſtamento decedere voluiſſe præſumitur. conſ.87. nu.39.

Teſtator ſe incontinenti corrigere non intelligitur. conſ.112. nu.3.

Teſtator ſi nepoti domum, vel fundum reliquit, & adiecit, quòd ſi abſque filijs quandocunque decederet, quòd talis domus ad teſtatoris hæredem reuertatur, ſi prius ante purificatam conditionem moriatur hæres, & deinde nepos ſine filijs decedat, fideicommiſſum omnino ceſſat, nec hæredis filij illud petere poſſunt. eo.nu.26.

Teſtator ſi eius filios in genere inſtituit, talis inſtitutio ad filium, quem habere ignorabat, non extenditur. eo.nu.28.

Teſtator vbi in pœnam inſtituti diſponit, & prouidet, diſpoſitio in vno caſu facta ad alium ſimilem non porrigitur. eo.nu.47.

Teſtator velle non dicitur, niſi expreſſe diſponat. conſ 115.nu.8. et conſ.116.nu.24.

Teſtator quod non loquitur, velle nõ præſumitur.conſ.116.n.25.

Teſtator voluntatem, & quæ prius diſpoſuerat, mutare, & corrigere non præſumitur. eo.nu.46.

Teſtator hæredibus hæreditatem adimens etiam ademiſſe intelligitur quicquid iure inſtitutionis, vel fideicommiſſi hæredes ipſi capere poterant. eo.nu.49.

Teſtator quod directo voluit, per indirectum voluiſſe non videtur. eo. nu.62.

Teſtator id tantum voluiſſe cenſetur, quod verbis expreſſit. eod. nu.68. & conſ.154.nu.38.

Teſtator ore proprio hæredem nominare debet, vt teſtamentum valeat. conſ.127. nu.48.

Teſtator ſi alicui quicquam tanquam debitum reliquit, & falcidia imminet, illa de legato illo detrahetur, niſi per teſtes, vel inſtrumenta debitum probetur.conſ.142.n.16.

Teſtator in dubio velle præſumitur id quod lex diſponit.conſ.157. nu. 14.

Teſtatorem voluiſſe non ſufficit, niſi diſponat. conſ.116.num.24.

Teſtatoris pœnam eius mandatũ ſpernenti imponere licet.eo.n.39

Teſtatoris animus matrem excludendi ex tacitu pupillari præſumitur et ex his quæ extra teſtamentum dixit. conſ 3.nu.7.

Teſtatori per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ſicut per vulgarem ſucceditur. conſ.84. ſub nu.14.

Teſtatoris prouiſio in vnum caſum facta ad omnem alium porrigitur, in quo teſtator veriſimiliter idem prouidiſſet, ſi de tali

caſu cogitaſſet, aut de eo interrogatus fuiſſet. conſ. 112. n. 10. & quomodo procedat. nu. 49. 50. & 51.

Teſtatoris diſpoſitio in vna perſona concepta ad aliam perſonam etiam omiſſam extenditur, ſi ex euidenti coniectura apparere poteſt, quòd idem prouidiſſet teſtator, ſi de ea cogitaſſet. eo. nu. 18. ſed vide tamen nu. 27. & 28.

Teſtatoris coniectura qualiter intelligi, & interpretari debeat. eo. num. 58.

Teſtatoris voluntas in vltimis voluntatibus prædominatur. conſ. 116. nu. 54.

Teſtatoris voluntas quando euidens eſt, ſeruanda eſt, & nulla interpretatio contraria admittitur. eo. nu. 64. & 66.

Teſtimonium de auditu onus probandi contrarium transfert in aduerſarium. conſ. 90. nu. 56.

Teſtis deponens (iudicio ſuo) non probat, & ſe ſuſpectum reddit. conſ. 9. nu. 6. & conſ. 19. nu. 2. & 23.

Teſtis vnus contra occultantem ſemiplenam probationem facit. eo. ſub nu. 26.

Teſtis deponens per verbum credit, non probat, etiam quòd dicat pro certo tenere. conſ. 19. nu. 9. & nu. 13. nec eſt ei iuramentum ſuppletorium deferendum. ibi. & conſ. 188. nu. 5. & nu. 7.

Teſtis referens ſe ad aliquod inſtrumentum, ſi illud non producitur, vel in eo nihil dicatur, non probat. eo. nu. 5.

Teſtis de auditu alieno non probat. eo. nu. 12. & conſ. 113. nu. 23.

Teſtis per verbum, vel circa, deponens non probat. eo. nu. 14.

Teſtis ſi vnus alteri contradicit, neutri ſtandum eſt. eo. ſub n. 17.

Teſtis ſingularis conteſtem non habens non probat. eo. nu. 19. & conſ. 87. ſub nu. 45. & conſ. 88. nu. 11.

Teſtis de æſtimatione, & melioratione alicuius fundi deponens etiam non interrogatus congruentem rationem aſſignare debet eo. num. 25.

Teſtis examinatus, vel tortus parte non citata, vel non præſente, non probat, nec indicium ad torturam facit, quod etiam in aſſaſſinij cauſa procedit. conſ. 71. nu. 2.

Teſtis quando contra alium torquetur, vt indicium ad torturam faciat, torqueri debet præcedentibus indicijs, aliàs contra ipſum nihil probat, nec indicium facit. eo. nu. 3.

Teſtis allegans aliquem conteſtem in actu, in quo ille conteſtis interfuiſſe negauit, dicitur ſuſpectiſſimus, & ei non creditur. eo. nu. 32. & conſ. 158. nu. 18. & conſ. 168. nu. 12.

Teſtis in vno falſus, in omnibus alijs eius dictis dicitur falſus, & periurus. ibi. & conſ. 62. nu. 9. & conſi. 88. nume. 10. etiam quod in aliquo verum dixiſſet. conſ. 113. nu. 16. & conſ. 131. nu. 21. & conſ. 129. ſub nu. 39.

Teſtis poſt publicationem teſtium examinatus præſumitur ſubornatus. conſi. 62. nu. 1.

Teſtis teſtimonium contrarium deponens ſubornatus depoſuiſſe videtur, & ob illam contrarietatem incidit in falſum. eo. ſub num. 2.

Teſtis vbi de ſe, & de alio interrogatus fuit præſertim in caſu in quo interrogari non poteſt, tunc primo dicto plus ſine tormentis creditur, quàm cum tormentis. eo. nu. 3.

Teſtis deponens ſe falſum dixiſſe precibus, & conſilio inquiſiti, in præiudicium inquiſiti non probat, nec ei credendum eſt. eo. nu. 5. & nu. 8. & 15.

Teſtis in vno falſus in tota eius depoſitione falſus dicitur, & in aliquo ei non creditur, & contra ipſum præſumptio eſt. eo. nu. 9. Quod procedit etiam ſi falſitas eſſet circa aliqua acceſſoria. ibid.

Teſtis non veriſimilia deponens nullam fidem facit, ſed de falſo ſuſpectus videtur. eo. nu. 10. & conſi. 168. nu. 9.

Teſtis ſi vnum in iudicio, & aliud extra iudicium deponit, primæ depoſitioni tanquàm iurata, & ſolemni ſtandum eſt, & de falſo puniri non poteſt, ſecus ſi depoſitio ſecunda in iudicio facta eſſet, & prima extra iudicium eo. num. 15. & conſ. 87. num. 4.

Teſtis vnus ad hoc, vt indicium ad torturam faciat, duo requiruntur, ſcilicet quòd de ipſo maleficio directe, & immediate per ſenſum ſuum deponat, & ſit integer, & omni exceptione maior, & contra ipſum nulla opponi poſſit exceptio, & inuulnerabilis, ac indubitatus eſſe debet. eo. nu. 22. & conſ. 64. n. 21.

Teſtis vnus de viſu ſufficit ad faciendum indicium ad torturam in probando ipſum maleficium. conſ. 64. nu. 1.

Teſtis de nocturno tempore, abſque luminis artificio, vel lumine lunæ deponens, de falſo puniri poteſt. eo. nu. 2.

Teſtis laicus contra clericum quamuis ad plenam probationem non admittatur, indicium tamen ad quæſtionem facit. eo. n. 4.

Teſtis de auditu alieno quamuis regulariter non probet, nec ad torturam indicium faciat, indicium tamen in cauſa aſſaſſinij facit. eo. ſub nu. 13. & an hoc verum ſit. vide nu. 46.

Teſtis vilis, & infamis in grauibus delictis indicium ad torturam non facit. eo. nu. 18.

Teſtis de viſu, vt indicium ad quæſtionem faciat, requiritur quòd integer ſit, ac omni exceptione maior. & nu. 21.

Teſtis vt indicium ad torturam faciat, debet eſſe integer, omni exceptione maior, inuulnerabilis, indubitatus .i. de cuius integritate nullo pacto dubitari poſſit, & cui nulla coniectura reſiſtat. eo. num. 21.

Teſtis perſona turpis vbi in teſtem admittitur, cum tormentis admittitur, & non alias. ibi.

Teſtis iudicare non debet, ſed teſtificari, & de eo deponere, quod aliquo ex quinque corporis ſenſibus percipit, aliàs non probat. eo. nu. 23. & conſ. 168. nu. 4.

Teſtis de auditu quamuis contra alium non probet, præſumptione tamen probat aduerſus illum pro quo examinatus fuit, vel ſaltem aduerſus eum onus probandi contrarium transfert. eo. num. 24.

Teſtis de actu facto ad lunæ lumen deponens facile decipitur. eo. num. 25.

Teſtis literarum ignarus ſecundum Regni conſuetudinem teſtamentum ſubſcribere poteſt, & in eo crucem apponere, & talis ſubſcriptio valet. conſ. 87. nu. 2.

Teſtis inſtrumento contradicens an, & quo caſu illud vacillare faciat, & pro ſuſpecto haberi? eo. nu. 3.

Teſtis inſtrumentum manu ſua ſubſcriptum impugnans ſe deceptum fuiſſe allegare poteſt, & inſtrumentum inualidum remanebit. ibi. & num. 6. ſed contra nu. 44.

Teſtis ſi vnum extraiudicialiter deponit, & aliud in iudicio ab illo diuerſum cum iuramento, ſecundo dicto ſtatur. eo. nu. 4.

Teſtis in mortis articulo ſi poſt eius depoſitionem dixerit ſe falſum pecunia corruptum depoſuiſſe, ei non creditur in tertij præiudicium. eo. nu. 43.

Teſtis in alia inſtantia inter diuerſas perſonas examinatus an probet? eo. nu. 46.

Teſtis criminoſus, & vita reprehenſibilis in cauſa matrimoniali & criminali non eſt idoneus etiam quòd emendatus eſſet. conſ. 88. num. 8.

Teſtis de nocte, abſque artificio, vel lumine Lunæ deponens de falſo ſuſpectus eſt. eo. nu. 9.

Teſtis de falſo ſuſpectus in vno dicitur in omnibus eſſe idem. eod. nu. 10. & conſ. 139. ſub nu. 39.

Teſtis infamis infamia iuris teſtis eſſe non poteſt, nec probat maxime in cauſa matrimoniali. eo. nu. 12.

Teſtis affinis de fide diminuitur. eo. nu. 13.

Teſtis non confeſſus, nec communicatus a teſtimonio repellitur. eo. num. 14.

Teſtis rationem dicti ſui reddens teſtibus nullam rationem reddentibus præualet. eo. nu. 21.

Teſtis ab vtraque parte productus, & examinatus, ſi dicti ſui rationem pro vno reddit, depoſitioni præfertur, quam pro altero fecit, in qua rationem non reddidit. eo. nu. 22.

Teſtis falſus quamuis ad concordiam reduci poſſit, hoc ſit, ad falſum, & periurium euitandum, non tamen vt probet. conſ. 113. ſub nu. 16. & nu. 39.

Teſtis plene factum ignorans nihil probat. eo. nu. 17. & conſilio 151. nu. 21.

Teſtis qui veritatem dicere iurauit, illam plenam, & veram deponere debet, & ſi aliquid omiſit, in falſum incidit. eo. nu. 18.

Teſtis dicens ſe non recordari de his quæ eodem contextu geſta ſunt, ſuſpectus redditur. eo. nu. 20.

Teſtis de alicuius confeſſione deponens factam fuiſſe parte præſente, eam petente, & acceptante deponere debet, aliàs non probat. eo. nu. 25. & conſ. 167. ſub nu. 13.

Teſtis de extraiudiciali confeſſione abſente parte deponens ſemiplenam

INDEX

plenam ſemiplenæ probationis tantum probat. eo.nu.26.
Teſtis ſuper impoßibili & non veriſimili deponens de falſo ſuſpectus eſt.eo.nu.34.& conſ.139. nu.39.
Teſtis vnus, vel plures quando inſtrumento contradicunt, an inſtrumentum de falſo ſuſpectum faciant? conſi. 127.numero 42.
Teſtis ſi eſt ſingularis, iuramentum in ſupplementum probationis deferri non poteſt. conſi.139. nu.30. & conſi.168. numero 14.
Teſtis ſingularis non probat. eod. ſub nu.36. & quando dicatur ſingularis. eo.conſ.168. ſub d nu.14.
Teſtis deponens de his quæ in infantili ætate vidit, non probat.eodem num. 37.
Teſtis varius in dicto ſuo non probat.eo.nu.42.
Teſtis ſibi ipſi contrarius ad concordiam reduci non debet, vt probet. eo. ſub nu.43.& conſi.151. nu.26.
Teſtis de facto proprio deponens plene probat. eo.nu.62.& conſil.152.nu.6.& conſ.124.nu.8.
Teſtis compater ita per ſpiritualem cognationem, ſicut per naturalem repellitur, vel minus creditur, adeo quòd ſemiplene non probat. conſ.151.nu.18.
Teſtis omni exceptione maior ſemiplenam probationem facit, ſecus ſi talis eſſet conditionis, quòd eius fides in aliquo vacillaret.eo.nu.19.
Teſtis de tempore non deponens, quod eſt de ſubſtantia, non probat. eo.nu.25.
Teſtis cauſam, & rationem dicti ſui reddens etiam non interrogatus, non probat. eo. nu.27.& conſ.168. nu.3.
Teſtis debitor cum dicatur creditoris ſeruus, de fide diminuitur, & ſemiplenam probationem non facit. eo.nu.28.
Teſtis non confeſſus, nec communicatus tempore paſcatis eſt excommunicatus. eo.nu.29.
Teſtis in peccato mortali exiſtens a teſtimonio repellitur. eodem num. 30.
Teſtis ab vna parte approbatus contra illam probat. conſil.152. num. 5.
Teſtis conteſtem non habens tanquàm ſingularis non probat.eod. num.8.
Teſtis lucrum ſperans, & iure propria deponens non probat. eo. num.12.
Teſtis ad perpetuam rei memoriam examinatus etiam ad rei inſtantiam examinari poteſt, vbi de morte, & diuturna teſtis abſentia timeretur. eo.nu.14.
Teſtis ad perpetuam rei memoriam examinari non debet, quando terminus ad probandum in cauſa ſtatutus fuiſſet. eodem num. 15.
Teſtis ſi alteri teſti contrarius eſt, neutri creditur. conſilio 155. num.5.
Teſtis depoſitio per rei incertitudinem redditur nulla, nullamq́ probationem inducit. conſ.168.nu.1.
Teſtis de his quæ vidit vel nouit, deponere debet. eodem numero 8.
Teſtis, vt alicuius manu apocam ſcriptam fuiſſe probet, in ſpecie deponere debet ſe præſentem fuiſſe, quando debitor, aut alius de eius voluntate apocam ſcripſit, & quòd illam ſcribere vidit, illamq́ eandem eſſe, quæ eidem teſti oſtenditur. eo. num.6.
Teſtis in vno ſuſpectus, in omnibus alijs ratione iuramenti ſuſpectus redditur. eo.nu.10.
Teſtis dicens ſe non recordari de eo de quo veriſimiliter recordari debet, ſuſpectus dicitur.eo.nu.11.
Teſtis periurus a teſtimonio repellendus eſt, & ei in aliquo credi non debet. eo.nu.15.
Teſti dicenti ſe ab inquiſito corruptum, vel falſum in prima depoſitione depoſuiße non eſt credendum.conſi.62. ſub nu.8.
Teſti periuro, ſiue in tortura, ſiue abſque tortura teſtificetur, non eſt credendum, etiam quò ad faciendum indicium, nec ad inquiſitionem faciendam. eo.nu.13.
Teſti contrarium eius quod per notarium ſcriptum reperitur, deponenti, minime credendum eſt. eo.nu.21.
Teſti varianti non creditur, nec fides ſibi adhiberi debet. conſ. 113.nu.37.
Teſti vnico de facto proprio deponenti creditur. conſilio 124.numero 8.
Teſtibus de bona conditione, & fama deponentibus, an & quando magis credendum ſit, quàm alijs contrarium aſſerentibus. conſ.88.nu.20. & nu.24.
Teſtibus de ſana mente, ſaniſq́ alicuius moribus deponentibus magis creditur quàm mille contrarium deponentibus. conſilio 158. nu 9.
Teſtes in facto proprio deponentes, vt ſunt baiuli, & portitores vini plenam faciunt probationem.conſ.9.nu.20.
Teſtes adinuicem contrariantes ſuper quo deponunt, non probant. conſ.19.nu.17.
Teſtes duo de alieno auditu requiruntur ad faciendum indicium ad torturam. conſ 64.nu.13.
Teſtes ſuper fama deponentes debent non interrogati reſpondere a quibus audiuerunt, alioquin non probant.eo.nu.30.
Teſtes quamuis in cauſa criminali regulariter ad iudicem repreſentandi ſint, & eorum examen committi non poſſit, hoc tamen non procedit, quando teſtes in longinquis partibus habitarent, & ad delicti improbationem examinari deberent. eod. num.40.
Teſtes ad concomitantiam inſtrumenti, ſine alterius ſcripturæ non obſtante atteſtationum publicatione, & in cauſa conclusione, an & quo caſu admitti debeant.conſ.66.nu. 1.& 7.
Teſtes duo ad teſtamenti validitatem requirũtur, quando ad pias cauſas diſponitur.eo.nu.8.
Teſtes ſi examinati fuerunt, & poſtea moriuntur, ſemiplenam contra alios probationem faciunt. conſi.87.nu.9.
Teſtes teſtamentarij ſi octo interuenerunt, inter quos duo inhabiles erant, illi duo pro vno habentur, & teſtamentum valet. eo. nu.14.
Teſtes intereſſe in cauſa habentes ſingulares, & de auditu atteſtantes nihil probant. eo nu.20.
Teſtes ad inſtrumentum ſe referentes probant ſecundum ſcripturam, ſeu inſtrumentum ad quod ſe referunt. eo.nu.21.
Teſtes contrarij, & falſum deponentes repelli debent, quia falſus in vno dicitur in omnibus falſus.eo.nu.22.
Teſtes de auditu in factis antiquis probationem faciunt, in alijs autem præſumptionem, & coniecturam. eo.nu.37.& 38.
Teſtes ſuper remotis deponentes omni exceptione maiores etiam in criminalibus eſſe non debent. eo.49.
Teſtes vniuerſitatis an in vniuerſitatis cauſa probent? eod. ſub num. 48.
Teſtes ſuper verbis formalibus ab aliquo prolatis deponentes, in ſubſtantia, & verborum cortice concordes eſſe debent. conſil 88. nu.1.
Teſtes duo ſi adinuicem contradicunt, vnius dictum non attenditur, & neutri creditur.eo.nu. 2.
Teſtes in cauſa matrimoniali omni exceptione maiores eſſe debent. eo.nu.7.
Teſtes omni exceptione maiores qui eſſe dicantur. eo.nu.8.
Teſtes qui cum iure communi concordant alijs præferuntur, qui iuri communi aduerſantur. eo. nu.19.
Teſtes de varijs pecuniarum ſummis deponentes in minori ſumma probant.conſ.91.nu.11.& conſ.139.nu.61.
Teſtes ad inſtrumenti validitatem requiruntur, alids inſtrumentum nullam facit fidem. conſ.93.nu.1.
Teſtes in cauſa matrimoniali ante litis conteſtationem examinari non poſſunt. conſ.96. nu.1.
Teſtes ſuper capitulis non admittendis examinati nullam fidem faciunt. conſ.103. nu.10.
Teſtes poſt proceſſum ad conſulendum tranſmiſſum pro habenda veritate per arbitratores recipi poſſunt. conſ.107. nu. 1.
Teſtes quorum vnus ſuper facto, alter ſuper confeſſione deponit, non iunguntur, vt plenam probationem faciant. conſ.113.numero 21.
Teſtes de duabus confeſſionibus deponentes, vnus de vna, alter de alia ad plenam probationem iungi non poſſunt.eo.nu.35.
Teſtes mille ſingulares minus probant, quàm vnus ſolus. eod. num.36.
Teſtes ſingulares non probant, & quo caſu probare dicantur. conſ.151.nu.3.

Tex.in

Tex.in §.et quoniam varit.in auth.quib.mod.nat.effic.ſui.quomodo procedat.conſ.70.nu.33.71.et 73.

Tex.in l.ſi forte.ff.de caſtren.pecu.locum non habet in indice, pro quo praſumitur, ſed in priuato.eo.ſub nu.58.

Tex.in auth.cui relictum. C.de indic.vidui.tol.quomodo procedat.conſ.112 ſub nu.36.

Tex.in c.inter monaſterium.ext.de re iud.quomodo procedat. conſ.118.nu 23.

Tex.in auth.ex teſtamento.C.de ſecund.nup.procedit quando mater titulo lucratiuo aliquid acquiſiuit. conſ.169 nu.4.

Titulus acquiſitus poſt teſtatoris obitum non impedit immiſſionem virtute l.fi.C.de edic.Diu.Adr.tol.conſ.141 ſub nu.5.

Titulus donationis cauſa mortis, et donatio cauſa mortis non differunt inter ſe. conſ.165.nu.3.

Tortura in ſubſidium datur. conſ.9.nu.30.

Tortura duplex eſt, vna in delinquentem, altera in teſtem.prima ad veritatem eruendam, altera ad indicium, & probationem contra delinquentem faciendum. conſi.61.nu.1.

Tortura leuis, & modica non dicitur tortura, & leuiter tortus non dicitur proprie tortus, vt indicium ad torturam faciat. eo.nu.7.

Tortus abſque legitimis indicijs nullum contra ſe, nec aduerſus alium facit indicium.eo.nu.8.

Tortus ſi eſt in ſe, & in alios ſimul, & ſemel, debilior eſt confeſſio in tormentis facta, quam ſine tortura. conſi.62.nu.19.

Turpitudinem ſuam allegans non auditur, maxime quando eſt contra eccleſiam, ſecus ſi in eius fauorem. conſil.87.nu 42.

Tutela defertur ſicuti defertur hereditas. conſ 29.ſub nu.2.

Tutor vnus ex pluribus pupillum inſolidum defendere poteſt, et adminiſtrare, & conueniri.conſil.149.nu.3.& 4.

Tutor in teſtamento datus a patre pupillorum iudicis confirmatione non eget. eo.nu.5.

Tutor non appellans, aut appellationem non proſequens, ſi cauſa fuiſſet iuſta, ad intereſſe pupilli tenetur. eo.nu.6.

Tutor ſi non appellauit, per eum, vel per contutorem poſt decendium pets debet pupillus aduerſus appellationem omiſſam reſtitui, et infra decem dies poſt reſtitutionem appellare debet. eo.nu.7.

Tutores, & curatores minorum pecunias penes campſorem deponentes, ad quem omnes currebant, ad pecunias per campſoris fugam deperditas, non tenentur. conſ 109.nu.4.

Tutor vel curator cuius auctoritatem, & conſenſum interponens in alienatione rei per pupillum, vel adultum facta ſibi non præiudicat, nec ius perdit, quod in ea habet.conſ.113.nu.10.

Tutores officium inſolidum habere dicuntur.conſ.143.ſub nu.3.

Totor exceptione in moram non incidit non ſoluendo.conſ.120. num.5.

Tutori, & adminiſtratori imputatur ſi res emphiteotica ob canonem non ſolutum ad eccleſiam reuertitur.conſ.160.nu.3.

Tractatus in ceſſione, bonorumq; immobilium Eccleſia alienatione requiritur, et ſæpe, et ſæpius, et de per ſe, et ſeparatim ab alienationis inſtrumento interuenire debet, alioquin ceſſio, et alienatio non valet. conſ.23.nu 4.

Tractatus de homicidio committendo nullo effectu ſecuto, an et per quem iudicem, et quo caſu puniri poſſit? conſilio 64. numero 50.

Tractatus, ſeu ordinatio etiam in atrocioribus immo atrociſſimis non punitur. ibid.

Tractatus in alienatione rei eccleſiæ, an et quando interuenire requiratur? conſ.146.nu.3.et nu.7.

Tractatus in alienatione rei eccleſiæ ex temporis diuturnitate interueniſſe præſumitur. eo.nu 4.et nu.6.

Tranſactio ſuper futuris alimentis per monialem cum Abbatiſſa, et monialibus facta abſque ſuperioris auctoritate, non valet. conſ.13.nu.7.

Tranſactio quædam per computa inter partes facta ante contractus celebrationem reſultare videtur, quæ erroris prætextu reſcindi non poteſt. conſ.17.nu.3.

Tranſactio per minorem facta iuramento vallata, valet, & tenet, etiam quòd contractus per ipſum geſtus inualidus eſſet, & factus abſque curatoris auctoritate, & iudicis decreto. conſ.20. nu.11.

Tranſactio per minorem facta cum iuramento in integrum reſtitutionis beneficium, & remedium l.2.C.de reſcin.vend.tollit. eod. num.13.

Tranſactio ſuper continentia, & dependentibus a teſtamento facta ſine clauſula, inſpectis, & cognitis teſtamenti verbis &c. valet, quando quis teſtamenti tenorem non ignorat, vel eius notitiam habere præſumitur. eo.nu.19.

Tranſactio non viſis, nec cognitis teſtamenti verbis facta nullum partibus præiudicium infert. conſi.115.nu.13.

Tranſactio ſi ſuper appellatione fiat, non ſolum inſtantiæ renunciatur, ſed ſententia primæ executioni demandatur, ſi tranſactioni non ſtetur. conſ.145.nu 3.

Tranſactioni iurata contrauenient periurus dicitur, & incidit in pœnam.l.ſi quis maior. C.de tranſact. conſil.113.nu.41.

Tranſitus ſecundarum nuptiarum cum morte purificatur. conſ. 112.ſub num.12.& quomodo procedat, nu.56.

Tranſmiſſibile quod de ſui natura non eſt, ex coniecturata teſtatoris mente fit tranſmiſſibile. eo.nu.13.

Tranſmiſſio, vt locum habeat, quæ requirantur. eo.ſub num.57.

Trebellianica detrahi poteſt eo caſu quo fideicommiſſum præſumitur, vel eſt expreſſe ab hærede filij relictum. conſil.6. numero 13.

Trebellianica de fideicommiſſo ad piam cauſam relicto ſecundum vnam opinionem non detrahitur, & ſecundum aliam ſic. eo.nu.14.& nu.21.legitima vero detrahitur. eo.nu.14.

Trebellianica etiam in filijs primi gradus, ſecundum magis communem opinionem prohiberi poteſt. conſ.15.nu.19.ſed contra conſ.49. nu.8.& conſ.55.num.10.& conſi.128.numero 1. & 27.

Trebellianica eſt quarta reſidui portio detracta legitima. conſil. 19.nu.8.& conſ.128.nu.34.

Trebellianica per non confectionem inuentarij perditur ſecundum magis communem opinionem, & in fideicommiſſi reſtitutione detrahi non debet. eo.nu.10.ſed contra conſ.49.nu.10. & conſ.126. ſub nu.27.

Trebellianica de relictis ad pias cauſas, an & quando detrahi poſſit, ſi reſtitutio immediate, vel mediate facienda eſſet. conſil.49.nu.9.

Trebellianica in legitima ad ſemiſſem aſcendente imputari non debet.eo.nu.11.

Trebellianica non detrahitur, vbi vulgaris ſubſtitutio locum habet. conſ.114.nu.18.

Trebellianica de bonis fideicommiſſario reſtituendis detrahi debet. conſ.128.nu.20.

Trebellianica per filios detrahi poteſt etiam ſi teſtamentum eſſet iureiurando per eos approbatum.eo.nu.22.

Trebellianica eueniente fideicommiſſi conditione detrahitur.eod. num.38.

Trebellianica per filium pure grauatum habita iuris diſpoſitione in legitimam computatur. eo.nu.40.

Trebellianica per fratrem hæredem ex alterius fratris perſona de fideicommiſſo detrahi debet. conſ.130.nu.3.

Trebellianica ex perſona filij vltimo defuncti detrahi non poteſt, quando fideicommiſſum eſt ad pias cauſas reſtituendum. eod. num.6.

V

Valor, & precium rei tempore quo vendita fuit, non temporis præſentis precium attenditur. conſ.127.nu.64.

Variatio teſtis primum dictum debilitat, ſecundaq; eius depoſitio attenditur. conſ.152.nu.7.

Valiſia conſignata, & ſigillata, ſi poſtea diſſigillata, & aperta reperitur, & ignoretur quis eum diſſigillauerit & aperuerit, per nautam, vel hoſpitem, penes quem reperitur, diſſigillata, & aperta præſumitur.conſ.9.nu.16.

Vaſallus feudum habens ſi abſque filijs maſculis deceſſerit, iure ordinario ſecundum feudi naturam ad dominum concedentem redire debet, & in feudatarij coniunctos non tranſit. conſil.53. nu.2.

Vaſallus ſi abſque filijs maſculis deceſſerit relicta tantum filia fœmina excluſis tranſuerſalibus filia ad feudum admittitur, idem in emphiteoſi procedit. eo. nu 4.

INDEX

Vaſallus feudum abſque domini licentia legare non poteſt.conſil. 75.nu.3.& nu.9.

Vaſallus ſi feudum legat ei qui de agnatione non ſit, illud ad dominum reuertitur non extantibus agnatis, vel deſcendentibus. eo.nu.7.

Vaſallus vſufructuario aquiperatur. eo.nu.11.

Vaſallus in feudo ſucceſſurus illud vendicare non poteſt viuente alio qui ante eum vocatus eſt. conſ.77.nu.14.

Vbi ſit de linea mentio, in dubio de recta, & non de inflexa, vel obliqua dicitur. conſ.52.ſub nu.7.

Vbi eadem ratio militat, ibi idem ius eſſe debet. conſ.113. numero 45.

Vendens rem ſcienter alteri ſub conditione obligatam, & dicens illam eſſe liberam, pœna falſi tenetur. conſ.124. nu.13.

Vendens rem duobus an venditionis inſtrumentum ei cui primo res vendita fuit, exponere teneatur? conſ.131.nu.1.

Venditor generalem bonorum emptoris hypothecam habens, an pro precio rei vendita conſequendo praferatur in re ipſa creditoribus anterioribus ſimiliter bona dicti emptoris generaliter obligata habentibus? conſ.50.nu.1.

Venditor rem fideicommiſſo ſubiectam alteri vendens emptori de ipſum conſeruando a tali obligatione conditionali cauere teneatur? conſ.124.nu.1. & nu.5.

Venditor an emptori cautionem ſub bonorum hypotheca, vel cum fideiuſſoribus praſtet, referre non dicitur. eo. nu.4.

Venditor ſi contractum ad emptoris requiſitionem facere promiſit, an inter eos actum videatur quòd venditio non ſit perfecta? conſ.131. nu.6.

Venditor an ante celebratum venditionis inſtrumentum pœnitere poſſit. eo.nu.7.

Venditor oſtendere, & probare debet, quòd ſi lis ſibi denunciata fuiſſet, emptorem defendiſſet aduerſus euincentes rem venditam, aliàs non ſufficit, quòd ipſe excipiat litem non fuiſſe ſibi ab emptore denunciatam. conſ.147. nu.10.

Venditio pura, & ſimplex perfecta eſſe dicitur.conſilio 131.numero 11.

Venditio in ſcriptis facta non dicitur, quamuis inter partes agatur, quòd de venditionis contractu ſcriptura fiat.eod.nu.12.

Venditio vt in ſcriptis facta dicatur requiritur quòd a contrahentibus expreſſe actum ſit, quod aliter non valeat contractus.eo. nu.13.

Verba grauaminis quando a teſtatore ſimpliciter prolata ſunt, an in dubio fideicommiſſum cenſeatur a filio, vel ab harede filij relictum? conſ.6. nu.2.

Verba pleno iure in fideicommiſſaria ſubſtitutione appoſita, nec legitimam, nec trebellianica prohibitionem inducunt. eodem numero 25.

Verba legis, vel ſtatuti quando ſunt enunciatiua, & ob aliud ſunt in oratione poſita, non diſponunt, nullamq; diſpoſitionem inducunt. conſ.7.nu.12.

Verba vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum quid in reciproca ſubſtitutione operentur. conſ.12. nu.4.

Verba in fine orationis poſita debent ad omnia pracedentia referri, quando ad ea ſalua recti ſermonis ratione referri poſſunt, & dummoda abſurdum non reſultet. conſ.15. nu.8.

Verba reſcripti potius improbanda ſunt, quàm vt propriè intelligendo alteri praiudicent. conſ.17.nu.8.

Verba reſcripti potius interpretari debent, quòd nihil operentur, quàm quòd quis indebite damnum patiatur.eo.nu.9.

Verba generalia quacunque alia ratione, vel cauſa ad futura trahuntur, & generalis ſermo de ſui natura ad omnia trahitur, qua in hominis cogitationem aſcendere poſſunt. conſ. 43. ſub num. 2.

Verba quacunque alia ratione, vel cauſa renunciationem amplificant, vt contineant ea qua aliàs non continerent praſertim adiecta iuramenta. eo.nu.3.

Verba contractus contra producentem illa, interpretanda ſunt, & contra eum qui ſuper eis ſe fundat. conſ.52.nu.2.

Verba inueſtitura diligenter perſcrutari debent. conſ.81. numero 1.

Verba, & pradictis filijs, & filiabus omnibus decedentibus, collectiua dicuntur. conſ.82.nu.3.

Verba vniuerſalia comprehendunt omnia qua excogitari poſſunt multa magis quando geminata ſunt. conſ.84.nu.3.

Verba geminata prolata magis deliberata cenſentur. eodem numero 4.

Verba quando ſunt geminata de diſponentis voluntate, magis apparere dicitur. eo.nu.5.

Verba generaliter prolata, generaliter intelligenda ſunt. eodem num. 8.

Verba enunciatiua de praterito in vltimis voluntatibus ad pias cauſas diſpoſitionem inducunt. conſ.87.nu.19.

Verba ſunt intrinſeca mentis expreſſiua. conſ.100.nu.4.

Verba teſtatoris intelligi debent, vt aliquid operentur, & ne fruſtra appoſita videantur.conſ.105.nu.7.

Verba per notarium poſt completum teſtamentum appoſita, videlicet actum, lectum, & publicatum fuit praſens teſtamentum, an de neceſſitate ſint, & qua ad validitatem, & dicti teſtamenti perfectionem expreſſe requirantur? conſil.110.numero 11.

Verba teſtium ambigua, & obſcura contra producentem interpretari debent.conſ.113.nu.13. & nu.22.

Verba per teſtem indefinite prolata vniuerſali non aquipollent. eo. nu.14.

Verba vxori per teſtatorem adiecta, videlicet vitam vidualem ſeruaote, quid importent. conſ.114.nu.22.

Verba ſubſtitutionis vbi non aptantur, non aptatur ſubſtitutio. & num. 35.

Verba vbicunque clara ſunt, voluntatis quaſtio non admittitur. conſ.116.nu.67.

Verba cuiuſcunque conditionis poſita in ſtatutis compromiſſarijs quid importent.conſ.118.nu.31.

Verba quomodocunque, qualitercunque, cuiuſcunque conditionis, & ſimilia in ſtatuto appoſita interpretationem ſtatuti reſtrictiuam impediunt. eo.nu.32.

Verba teſtatoris vbi ſunt generalia, ad id quod eſt veriſimile reſtringi debent. conſ.154.nu.49.

Verba in donatione appoſita videlicet purè, liberè, ſimpliciter, & irreuocabiliter dedit, & donauit, &c. inter viuos donationem important. conſ.163 nu.5.

Verbum quodlibet, & qualibet clauſula in reſcripto appoſita, abſque operandi miniſterio appoſita non dicitur. conſ. 17. nu. 13 & conſ.70.nu.48.

Verbum ſupra viuentes ad inſtitutos refertur, qui grauato ſuperuinerent, non autem ad eorum filios. conſ.22. ſub nu.24.

Verbum, dictis, reſtrictiuum eſt. conſ.27. nu.2.

Verbum, poſſet, tractum futuri temporis habet. conſ.35.nu.4.

Verbum petere poſſet aliquo iure, vel modo, extenſiuum eſt in futurum. conſ.43.nu.2.

Verbum ſubſtituit iunctum cum verbo inſtituit, fideicommiſſariam ſubſtitutionem importat. conſ.54. ſub nu.2.

Verbum plena ſignificat abſque vlla diminutione. conſ.70. ſub num. 37.

Verbum quodlibet minimum, & qualibet dictio, vel ſyllaba in quauis diſpoſitione non debet eſſe fruſtrà appoſita, ſed cum miniſterio operandi.eo.nu.48.& conſ.82.nu.14. & conſ.116. nu.45.

Verbum videtur, & verbum placet, an & quando boni viri arbitrium, & quando liberam voluntatem importent. conſi.84. num.6.

Verbum, volo, infinitiuo verbi ſignificantis actum de futuro iniunctum non diſponit, niſi infinitiuo verbi, eſſe, iniunctum ſit, quod procedit etiam ſi in vltimis voluntatibus prolatum eſſet. conſ.87. nu.18.

Verbum, de ſero, inter diem, & noctem ſignificat. conſilio 88. num. 17.

Verbum cadat, & verbum ipſo iure in conceſſione appoſita canonem lata ſententiæ important, intelligentiam tamen recipiunt. conſ.111.nu.1.& nu.8.

Verbum intelligitur fictionem ſignificat. conſ.113. ſub nu.4.

Verbum, deuenire, quamuis de ſui natura commune ſit, ex mente tamen teſtatoris interdum obliquum eſt. conſilio 114. numero 17.

Verbum, ſtantibus filijs in communione, exponitur ſi ſtabunt.

conſ.

conſ.116.nu.57.
Verbum, quæſtio, quando ab homine profertur, tunc ante litem conteſtatam intelligitur. conſ.118.nu.25.
Verbum, moleſtia, differentia, vel controuerſia quomodo intelligatur. ibid.
Verbalis reſtitutio de æquitate canonica non requiritur. eod. ſub num.26.
Veriſimilitudo in materia probationis attendenda eſt. conſi.9.numero 18.
Veriſimilitudo naturæ cognata dicitur. ibi. & conſilio 154. numero 50.
Veriſimilitudo pro lege habetur. ibi.
Veriſimile quod non eſt, imago falſitatis eſt. conſil.9. ſub numero 18.
Veriſimile non eſt, nec rationabile teſtatorem plus neptes ex filijs diligere, quam proprias eius filias. conſ.19. ſub nu.27.
Veriſimile non eſt ſtatuentes ius commune ſine rationabili cauſa tollere velle. conſ.26 ſub nu.2.
Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, & eſt adeo potens quod pro lege habetur. conſ 172.nu.10.
Veritas ſæpe examinata magis elucefcit. conſ.161.nu.1.
Vicarius perpetuus ſaltem infra annum ſacerdos eſſe debet. eod. num.8.
Vicioſus in ſemel ſemper magis in alium præſumitur. conſ.88. numero 5.
Viam quis in dubio eligere non cenſetur, per quam actus ſuus impugnetur. conſ.132.nu.10.
Vincula duo magis ſtringunt quàm vnum. conſ.70. ſub numero 19.
Violans eccleſiam, vel eccleſiæ immunitatem de iure canonico excommunicari debet. conſ.134. nu.8.
Vir ignorans mulierem habere maritum ab adulterio excuſatur. conſ.18.nu 28.
Virtus clauſulæ, abſque præiudicio venientium ab inteſtato eſt, alijs ius quæſitum, vel ex cauſa de præterito quærendum reſeruare, non autem ius ex noua, & futura cauſa obuenturum. conſ.70. nu.51.
Viuens ex alterius facto, & ipſo inſcio legem ſibi imponere non poteſt, quin ab ea ſibi recedere liceat. conſ.127.nu.14.
Viuere an quis vſque ad centum annos præſumatur? conſ.18.numero 34.
Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis prius quàm verba, inſpicitur. ibi.
Voluntas teſtatoris expreſſa tacitam ceſſare facit. conſ.82.n.17. & conſ.154.nu.47.
Voluntas teſtatoris ex teſtibus ſingularibus, & de auditu deprehenditur in relictis ad pias cauſas. conſ.87. nu.29.
Voluntas teſtatoris valet eo caſu, quo ex verbis concipi poteſt. conſ.116.nu.26.
Voluntas teſtatoris tacita, & in corde retenta nihil operatur. eo. num. 27.
Voluntas teſtatoris quando euidens eſt, ſeruanda eſt, & nulla interpretatio contraria admittitur. eo.nu.64. & 66.
Voluntas, ſine conatus ſine effectu non punitur. conſ.134. ſub num.2.
Voluntas tacita & præſumpta ceſſat, vbi de expreſſa voluntate conſtat. conſ.154.nu.47.
Voluntas teſtatoris in dubio ſemper interpretari debet ſecundum id quod eſt magis veriſimile. eo.nu.48.
Voluntas & patris præordinatio, vt filius legitimetur, an iuſta cauſa legitimandi filium dicatur. eo.nu.60.
Vnus alium mutuum obligare non poteſt. conſ.138. ſub nu.6.
Vniuerſitas quælibet ex decem viris, & minori numero conſtare poteſt. conſ.502.nu.1.
Vniuerſitas omnibus alijs decedentibus in vno remanet. eodem numero 2.
Vniuerſitas ſindicum ad cauſas etiam extraneam perſonam ſine iudicis loci decreto conſtituere poteſt. eo.nu.3.
Vſusfructus bonorum dotalium per mortem nepotis non extinguitur. conſ.34. nu.2.
Vſusfructus morte vſufructuarij finitur. conſ 75.nu.13. & conſ. 127.nu.37.
Vſufructu vxori legato cum onere non petendi dotes, illo ceſſante ceſſat onus. conſ.74. nu.2.
Vtens inſtrumento raſo, lacerato, vituperato, combuſto, cancellato, ſeu interlineato an falſarius præſumatur, & puniri debeat? conſ.45.nu.4.
Vxor a communiter accidentibus notitiam non habet, nec habere poteſt de his quæ extra domum per maritum fiunt. conſil. 48. num.1.
Vxor cui alimenta extra domum, ſi cum eius herede ſtare non poſſet, relicta fuerunt, an hoc onus probare teneatur. conſil. 105.num.9.
Vxor ſi ea vitam vidualem ſeruante inſtituta fuit, verba illa interpretantur, quamdiu ita vixerit. eo.nu.16.
Vxor ſi ad ſecundas nuptias tranſiret, veriſimile non eſt, teſtatorem voluiſſe eam portione ſibi relicta gaudere. eodem numero 8.
Vxor per tranſitum ſecundarum nuptiarum quicquid ei per maritum fuit in eius teſtamento relictum, perdit. eo.nu.14.
Vxor ad ſecunda vota de viri voluntate etiam tacita tranſiens, nec proprietate, nec fructibus rerum ſibi relictarum priuatur. eo.nu.51. & nu.53.
Vxor ad ſecunda vota tranſiens proprietate tantum, non vſufructu rerum ſibi in teſtamento relictarum priuatur. eod.numero 73.
Vxor in rebus dotalibus nullum habet vſumfructum, nec poſſeſſionem naturalem, nec ciuilem, nec dominium, niſi in ſpe. conſil.131.nu.15.
Vxor conſtante matrimonio rem dotalem per eius maritum de facto venditam vendicare non poteſt, ſed rem propriam tantum. eo.nu.17.
Vxor regulariter eius virum ſequi tenetur. conſ.167.nu.2.
Vxor aliquando virum ducit. eo.nu 18.
Vxori ſecundæ quamuis plus relinqui non poſſit, quàm vni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum ſit, ſi tamen filia dotata a ſucceſſione patris per ſtatutum excluditur, ſi plus ſecundæ coniugi relinquatur, in illo pluri non irritatur relictum. conſ.70. nu.74.
Vxori inſtitutæ dato ei in caſu nuptiarum ſubſtituto, per vulgarem ſubſtitutionem, non per compendioſam, vel fideicommiſſariam ſuccedit. conſ.114.nu.19.
Vxori ſoluto matrimonio rei vendicatio in rebus dotalibus abſque aliqua traditione competit. conſ.131.nu.16.

FINIS.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM MATTHAEI BRVNI ARIMINENSIS, PRAESTANTISSIMI, CELEBERRIMIQ. IVRISCONSVLTI

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 *Filius patris locum in tranſuerſalium ſucceſſione non intrat. & num.3. quod etiam in feudo procedit. nu.4.*
2 *Filius patris intrat locum quando de patrui, vel aui tantum ſucceſſione tractatur, & in feudi ſucceſſione etiam procedit. & num.7.*
5 *Nepos ex fratre non venit appellatione fratris.*
6 *Nepos patris locum non intrat, vbi de ſucceſſione ex teſtatoris diſpoſitione tractatur, ſecus ſi de legali tractatur ſucceſſione, ſed contra num.9. & num.11.*
8 *Filiorum prima cauſa eſt in feudi ſucceſſione, & in ſucceſſione hæreditaria.*
10 *Filij in conditione poſiti an dicantur per teſtatorem vocati, præſertim vbi eſt appoſita dictio, maſculis.*

CONSILIVM I.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO puncto, teſtamentis, inueſtitura, atque Apoſtolica conceſſione ad me tranſmiſſis, Prima conſideratione dicendum videretur, Comitem Alexandrum Comitis Nicolai de Rouerellis filium ad nullam caſtrorum Montisleonis, & Montisnoui portionem cum Comite Florio, & Comite Io. hercule admitti poſſe, cum de Illuſtris Comitis Hieronymi Rouerelli portione tractetur, &
1 ſic de tranſuerſalium ſucceſſione, quo caſu filius patris locum non ingreditur, vt voluit Bart. in authen. poſt fratres. la 1, C. de legi. hæred. vbi per illum text.
2 determinat, quòd filij in patris ſui locum ſolummodo ſuccedunt, quando de patrui, vel aui ſucceſſione tractatur, ſecus vbi de aliorum ſucceſſione agitur. & hoc probatur in §. cum filius. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferun. & in l. vt inteſtato. C. de ſuis & leg. vbi quando de aui ſucceſſione quæritur, filius ſuccedendo locum patris ingreditur, idem quando de patrui ſucceſſione agitur, vt eſt caſus in §. reliquum. in authen. de hæred. ab inteſt. venien. & in feudo eſt tex. in c. 1. in princ. de feu. ſucceſſ. in c. 1. §. 1. de feu. March. & in c. 1. §. his vero. de gradi. ſuccedem. in feu. & tenet Por. Imo. in concluſ. 33. in 4. ampliatione. cum multis concordan. ibi per eum traditis. fol. 104. in 2. libr. & Roland. conſil. 68. perſpectis. col. 5. num. 22. verſi. ſed præmiſſis. cum multis concord. per ipſum ibi relatis. vnde formaliter dixit Ang. in d. §. reliquum. in 3. not. quòd filius locum patris obtinet, quando de aui, vel patrui carnalis tantum ſucceſſione tractatur, ſecus ſi de ſuccedendo alijs tranſuerſalibus in vlteriori gradu poſitis ageretur, tunc enim filius in locum patris non ſubrogatur, per illum text. quod inquit eſſe notandum. idem tenet Saly. in d. auth. poſt fratres. circa fi. verſic. vlterius nota. firmat Alex. conſil. 44. videretur prima facie. col. pen. ante fi. verſicul. item clarum eſt. vol. 5. & ſequitur Dec. conſil. 1. memini. col. 2. in princ. verſic. nam tantum in duobus. cum alijs concord. Rim. conſi. 127. in contractu matrimonij. col. 1. & ſeq. & conſi. 67. vltra per tac. col. 1. num. 4. & Roland. conſil. 68. perſpectis. col. 5. in fin. num. 23. vol. 1. & Port. Imol. vbi ſupra in 2. limita. verſicul. ſecundo limita regulam procedere. fol. 1026. Quod idem in feudo conſuluit Anto. de But. conſil. 47 præmittendum quod quanquam. ver. item quia. Io. Anto. de Ferrarijs inter conſil. Alber. Brun. conſil. 70. circa quæſtionem propoſitam. conſil. 71. dicitur adhuc. & conſil. 74. quia mihi. & idem Alb. Bru. conſi. 75. quia fuit, vbi apertiſſime decidunt filios in tranſuerſalium ſucceſſione patris locum obtinere non poſſe, cùm ipſi in gradu remotiores ſint, & poſt fratres, fratrumque filios, in gradu proximiores admittantur, vt eſt tex. in d. auth. poſt fratres. & ibi Bar. not. quòd autem in tranſuerſalium ſucceſſione ſimus, apparet, quia Comes Alexãder a Comite Hieronymo in quarto gradu de iure ciuili diſtat, vt eſt tex. in l. iuriſcõſultus. §. quinto gradu. ibi, fratris pronepos. ff. de gradi. & §. quinto gradu. Inſtit. de gradi. cognatio. cum ipſe Comes Alexander ſit Comitis Antonij fratris dicti Comitis Hieronymi pronepos, Comes verò Florius, Comes Io. hercules a dict. Comite Hieronymo in quarto gradu diſtant. d. l. iuriſcõſultus. §. quarto gradu. ibi, fratris, ſororiſque nepos. & §. quarto gradu. Inſt. eod. cum Comitis Io. herculis ſenioris ſint filij, & dicti Comitis Antonij nepotes. Præterea ſi legati uerba in teſtamento Comitis Hieronymi rectè conſpiciantur, Comes Alexander comprehendi nõ poteſt, nec in eo vocatus videtur. Teſtator enim ibi filijs maſculis legitimis, & natura-

libus Comitis Io. Herculis Rouerelli partem ipſius
teſtatoris per indiuiſam cum ipſis fratribus caſtrorũ
Montiſleonis,& Montisnoui in prouincia Roman-
diolæ poſitorum cũ tota eius iuriſdictione,& emo-
lumentis iure legati reliquit &c. voluit igitur quòd
filij,fratreſque adinuicem,& non alij,dicta caſtra hã
berent,cum ſub verbo fratrum,fratrum filij non cõ
prehendantur, ex quo fratris appellatione non ve-
nit ex fratre nepos.l.tres fratres.& ibi plene not. per
Iaſ.ff.de pact.& tradit Gratus conſil.72. cum Magni
fica Domina col.fi.in prin.num.39.verſicul.vltimo
probatur.volum.1. & quòd Comitis Hieronymi le-
gantis voluntas. & intentio non fuerit ſub nomine
filiorum Comitis Io. Herculis contineri Comitem
Alexandrum eſſe vocatum , probabiliter ſuadetur
ratione affectionis,quam Comes Hieronymus ad di
ctos filios particulariter habebat: tum ratione com-
munionis dictorum caſtrorum,quam cum ipſis ha
bebat, tum (ut dixi) affectionis ratione, quam in di-
ctum Comitem Alexandrum nondum natum, aut
conceptum non habebat,cum teſtamenti tempore
filij Comitis Io.Herculis nati eſſent, ipſique teſtato-
ri cogniti,pariter & dilecti dicuntur per eum uoca-
ti,uti perſonæ ſibi notæ & dilectæ: quod in Comite
Alexandro non conſideratur, qui teſtamenti tem-
pore nec natus, nec conceptus erat, nec de eo vlla
erat cogitatio, minuſque in eum aliqua erat affectio
cum illa ad incognita non dicatur: merito ad Comi
tem Alexandrum teſtatoris uerba extendi non poſ-
ſunt. Cum ergo teſtamenti mortiſque Comitis Hie
ronymi teſtatoris tempore Comes Alexander na-
tus non eſſet, ipſeque in remotiori gradu reperiatur,
& de ſuccedendo in Comitis Hieronymi portionẽ
filijs Comitis Io.Herculis ſenioris tractetur, conclu-
dendum videtur, quòd nec ex teſtatoris diſpoſitio-
ne,nec ex eius affectione, neque ex coniectura ta ip-
ſius mente colligi poteſt ipſum ad portiones in teſta
mento legatas Comiti Io.Franciſco, Comitiq; Lau-
rentio defunctis vocatum, comprehenſumque fuiſ
ſe. Præterea vbi aliàs nepotes filiorum appellatione
venirent, hoc tamen in caſu Comes Alexander ve-
uire poſſe non videtur, ex quo (vt dixi) nec teſtamen
ti Comitis Hieronymi, nec eius mortis tempore na
tus erat,& ita in ſimili conſuluit Alex.conſi.184. ui-
ſo themate.poſt prin.verſ. & primo quia dici poteſt.
vol.2.& ita in propoſito conſuluit late Soc.iun.con
ſil.30.reſolutio. vol.3. Poſtremo admittendum eſſe
non uidetur in portionẽ totam eodem iure ſuo patri
Comiti Nicolao per præfatum Comitem Hierony
mum relicta, quàm etiam relicta per Comitem Ioa.
Herculem auum paternum in eius teſtamento, tum
rationibus proxime deductis, tũ etiam ſi diſtinctio-
nem ſequentem tenere uolumus, quod ubi de ſuc-
6 ceſſione ex teſtatoris diſpoſitione tractatur, nepos
patris locum non ingreditur, ſecus ſi de legali ſuc-
ceſſione tractaretur, ut diſtinguendo conſuluit De-
ci.d.conſil.1.col.2.in fi.verſ.unde dato quod eſſet ue
ra.& col.ſeq.ubi magis communem opinionem eſ-
ſe concludit, quòd filius locum patris non obtinet,
quando titulo fideicommiſſario ſucceditur, ſecus
quando titulo hereditario: Ratio eſt ſecundum Bal.
in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de leg.2.quia titulo
hæreditario ſuccedendo iuris diſpoſitio conſidera-
tur,quę eſt, quòd filius in locum patris ſuccedat: in
ſuccedendo vero fideicommiſſi titulo conſideratur
affectio, quam quis ad magis proximiores habere vi
detur; & hanc opinionem, magis communem in
quit Iaſ.conſi.37.circa dubium.col.fi.verſicu.tertio
principaliter. Inter conſi.Rub.Alex. eandem opinio
nem tenet idem Rub.Alc.conſ.36. eximij numinis.
& conſi.38.memini dum legerem.Ioa.Crot. in ſeq.
conſi.39.circa quæſtionem.& ibi Ruy.conſi.40.cir-
ca dubium.& eam tanquam communem referri eſ-
ſe ſequendam Bello.conſi.50.in præſenti difficulta-
te.col.1.verſ.altera principalis.& ita ſecundum hanc
opinionem fuit per dominos de Rota iudicatum,
ut atteſtatur idem Dec.in l.2.col.3.in prin.in 1.nota.
in fi.C.de ſucceſ.edic.& conſi.412.uiſo eleganti.con
ſil.ſub num.5.verſ.tertiò reſpondetur. & num.ſeq.
cum pluribus alijs per Bello.ubi ſupra citatis.& per
Pariſi.conſi.30.dubitatur.col.fi. num.61. uerſic.co
etiam.volu.2.conſi.57.ſi bona.col.10.num.69.uerſ.
prætereà in ſucceſſione.& conſi.40.iſte ab nepos.co
lum.3.in prin.num.18.uerſi.& iſto caſu.cum pluri-
bus ſeq. & uolu.2. nihilominus Comes Alexander
ad d.portionem admitti non debet: tum quia Co-
mes Io. Hercules auus paternus ad Comitem Ale-
xandrum nullam habuit affectionem, quia ipſe non
dum natus erat, nec tempore teſtamenti ipſius aut
conceptus, ut late conſuluit Soc.iun.d.conſi.30.co-
lumna quarta, poſt princip.num.23.cum ſeq.immo
in eius teſtamento eius teſtatoris filios tantum vo-
cauit, & eos adinuicem ſubſtituit, ideo omnes eius
nepotes excluſiſſe uidetur, ergo Comes Alexander
in portione Comitis Ioan. Franciſci Comitis Laurẽ
tij extantibus filijs d.Comitis Io. Herculis aui pater-
ni ſuccedere non poteſt, ſed in illam ſolummodo
Comes Florius,& Comes Io.Hercules iunior admit
tuntur. Quibus tamen ſupra deductis non reſtragan-
tibus, cõtrarium caſu propoſito verius eſſe cenſeo,
& moueor: quia hoc in caſu non de ſuccedendo Co
miti Hieronymo leganti, ſed Comiti Io.Franciſco,
& Comiti Laurẽtio patruis carnalibus agitur, cum
non amplius Comitis Hieronymi hæreditas, ſeu pa-
trimonium dicatur, ſed poſt agnitum acquiſitumq;
legatum effecta eſt Comitis Io.Franciſci, & Comitis
Laurentij hæreditas & patrimonium, ut eſt text.in l.
ſed ſi plures.§.filio.ff.de vulg.& pup.l.paterfam.§.fi.
ff.de priuil.cred.tradunt communiter doct. in l.1. §.
veteres.ff.de acq.poſſ.Capr.conſi.61.punctus.Quidã
Butr.col.1.ſub num.2.& Dec.conſil.433.viſa copia.
col.2.num.4. in 3.par. quo ſtante ſuccedit commu-
7 nis theorica quòd in caſu propoſito Comes Alexã-
der patris locum ingreditur, vt eſt tex. in c.1.in prin.
de ſucceſ.feud.c.1.l.1.de feud.March.& c.1 § his ve-
ro.de grad.ſucced.in feu.& diximus ſupra.& eſt tex.
in d.§.reliquum.in auth.de hered.ab inteſta.veni. &
per not.per Bart.in d.auth.poſt fratres.& per Dec.d.
conſ.1.col.2.in princ. Cum ergo Comes Alexander
in ſuccedendo Comiti Io.Franciſco,& Comiti Lau-
rentio locum ſui patris obtineat, attenta dicti ſui pa
tris iam defuncti hæreditate per ipſum adita, in qua
nedum ſexta paternæ hæreditatis portio, verum etiã
quinta pars per eundem Comitem Nicolaum per
mortem Comitis Bartholomæi prædefuncti acqui-
ſita reperitur iuxta auth.ceſſante.C.de legi.hæred.&
d.c.1.in prin.de ſucceſ.feud.d.c.1.§.1.de feu.March.
& d.c.1.§.his vero.de gradi.ſucced.in feu.cum in feu
8 di ſucceſſione primatur filiorum cauſa.d.c.1.in prin
cip.de grad.ſucced.in feud.& cap.1.§.& quia.de his
qui feu.dare poſ.tradit Curt.in tract.feudo.in ſecun
da par.3.par.in princ.quem refert Grat.conſ.6.uiſis
ac diligenter.col.pen.in princ.num.23.uerſi.& quo
niam non ſolum uult.ſicut in ſucceſſione hæredi-
taria.auth.in ſucceſſione.C.de ſuis & legi. & d.auth.
ceſſante. concludendum eſt, ipſum Comitem Ale-
xandrum æqualiter in dimidia parte cum Comite
Florio,& Comite Io.Hercule fratrib.in portione Co
mitis Io.Franciſci, & Comitis Laurentij ſuccedere,
& hæc ex ſui patris perſona quotam patri delatam ob
tinet,& ex ſua propria perſona locum patris ingre-
diente in hæreditate Comitis Io. Franciſci & Comi-

tis

tis Laurentij portionem conſequitur, qualem dicti
Comes Florius, & Comes Io. Hercules conſequun-
tur, cum (ut dixi) Comes Alexander hoc caſu in lo-
cum patris ſubrogetur, & ſic in dimidia parte ſucce-
dit, & in alia dimidia ſuccedunt Comes Florius, &
Comes Ioan. Hercules, & patrui carnales in por-
tione Comitis Io. Franciſci, & Comitis Laurentij,
cum in ſtirpem non in capita ſuccedant iuxt. d. au-
then. ceſſante. ideo in dictis caſtris Montisleonis, &
Montisnoui idem ius habet in dimidia quod ha-
bēt dicti Comes Florius, ac Comes Io. Hercules fra
tres, per rationes de quibus ſupra. Ex quibus ad in
contrarium deducta ſolutio euidentiſſime patet, &
nihilominus vt veritas magis eluceſcat, particula-
rius reſponderi poteſt, & primo non obſtat dum di-
cebatur Comitem Alexandrum ad nullam dictorū
caſtrorum portionem admitti poſſe, cum de tranſ-
uerſalium ſucceſſione tractetur; quia ex ſupra dedu
ctis de tranſuerſalium ſucceſſione non tractari con
ſtat, ſed de ſuccedendo patruis carnalibus tantum,
cum in caſu propoſito de Comitis Io. Franciſci, &
Comitis Laurentij patrimonio & hæreditate, & non
de hæreditate Comitis Hieronymi agatur. Nec re-
fragatur ſecūdum, quòd fratris appellatione nepos
ex fratre non continetur, & Comes Alexander ſub
filiorum nomine non venit, quia in pręſenti caſu ta
lis obiectio conſiderari non poteſt, nec refert an cō
tineatur, uel non contineatur ex fratre nepos, vel ve
niat, aut non comprehendatur Comes Alexander
ſub filiorū appellatione Comitis Io. Herculis. Suffi-
cit enim quod in ſuccedendo patruis carnalibus ip-
ſe locum patris obtineat, prout ipſum obtinere ſu-
pra demonſtratum eſt: & ita conſuluit Roland. dict.
conſi. 68. Nec aduerſatur quod de affectione Comi
tis Hieronymi in Comitem Alexandrum non habi
ta dicebatur, quia eſto quòd verum eſſet, eiuſmodi
affectio in caſu propoſito non militat, ex quo de Co
mitis Hieronymi hæreditate non quæritur, vt ſupra
proxime diximus, ſed de hæreditate Comitis Io. Frā
ciſci, & Comitis Laurentij. Vltimū quoque non re
fragatur, quòd vbi de ſucceſſione ex teſtatoris diſpo
ſitione agitur, filius locum patris non ingreditur,
quia in caſu prædicto Comes Alexander ex teſtato-
ris diſpoſitione in portione olim per Comitem Hie
ronymum legata non ſuccedit, vt ſæpiſſime ſupra-
dictum fuit, ſed ex legali diſpoſitione iuxta text. in d.
c. 1. in prin. de ſucceſ. feud. & in d §. reliquum. in au-
then. de hęred. ab inteſtat. venien. & per tradita per
Bar. in d. auth. poſt fratres. cum concurd. de quibus
ſupra. & poſito quòd ex teſtatoris diſpoſitione tra-
ctaretur, vt in hęreditate Comitis Io. Herculis aui pa
terni præſupponitur; dico quod contrarium tenuit
Iaſ. conſi. 52. Io. Bartholomæi. vol. 3. ubi conſuluit ꝙ
9 in ſubſtitutionibus appellatione filiorum nepotes
veniunt, & filius locum patris ingreditur. idem con
ſuluit conſi. 215. ex Valentia. in 3. dub. vol. 2. & ſecun
dum hanc opi. conſuluit etiam Alex. conſi. 26. uide-
retur fortaſſe. col. 1. ad fi. verſic. tamen præmiſſis nō
obſtantibus. uol. 3. ubi in ultima col. in princ. atteſta
tur magis communem opinionem eſſe, quòd etiā
in teſtatoris diſpoſitione nepos obtinet locum pa-
tris: & ita conſuluit Aymo conſil. 67. ultra per me.
col. 1. num. 5. & latiſſime Roland. d. conſi. 68. nu. 31.
cum ſeq. & nu. 46. & eam tenet & proſequitur Port.
Imol. in d. concluſio. 33. ubi reſpondent ad dicta per
Bald. in d. l. cum ita. §. in fideicom. & hanc opin. dixit
eſſe magis communem Alc. conſi. 508. teſtamentū.
col. fi. uer. tertio eſt difficultas. & conſil. 670. Mihi pe
riculoſa. col. 1. nu. 1. præterea in caſu propoſito Co-
mes Io. Hercules in eius teſtamento uoluit, & diſpo
ſuit, quod ſi aliquis dictorum filiorum maſculorum
quandocunque ſine filiis maſculis decederet, ſic de-
cedentis portio ad quoſcunque filios maſculos tūc
ſuprauiuentes peruenire debeat: nulliſque de prædi-
ctis extantibus, eo caſu quia præmortui forent, ad
quoſcunque eorum, uel cuiuslibet ipſorum ſuorū
filiorum præmortuorum, ut ſupra filios maſculos
legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio na-
tos, ut ſupra uiuentes, prout in ſtirpem, & non in ca-
pita ſuæ hæreditatis bona peruenire uoluit, & ſic de
liberis in liberos maſculos ex dicto teſtatore, & ex
dictis ſuis filiis natos, & naſcituros, ut ſupra, ipſe do-
minus teſtator ſuæ hæreditatis bona peruenire debe
re uoluit, donec, & uſq; quo aliquis ex eis, ſeu ex eo-
rū aliquo extabit &c. ex quibus uerbis præmortuo-
rum filii dicuntur ſubſtituti decedentibus abſque fi
liis, prout elegantiſſime conſuluit Ruy. conſi. 171. ca-
ſus iſte. col. 3. uerſic. & iſta opin. ſub num. 8. uol. 2. &
ſic apparet quòd Comes Alexander tum ex iuris cō
munis diſpoſitione, tum etiam ex diſpoſitione teſta-
toris ad Comitis Io. Franciſci, Comitiſque Lauren-
tii portionem unà cum Comitis Florio, & Comite
Io. Hercule patruis carnalibus pro dimidia parte uo
10 catus eſt. Et dato quòd forte dici poſſet Comitē Ale
xandrum ex ſupradictis uerbis ad aui hæreditatem
reſpectu Comitis Io. Franciſci, & Comitis Laurentii
uocatum non fuiſſe, ſed potius in conditione poſi-
tum per glo. communiter approbatam in l. Lucius.
ff. de hæred. inſt. & conſuluit Dec. conſi. 242. in caſu.
& in l. 1. col. 4. num. 15. uerſic. ultimo poteſt. C. de pa-
ctis. cum multis concord. per Gualden. relatis in tra
cta. de arte teſtan. caute. 36 ſi pater. in prin. de ſubſti-
tutio. contrariam tamen opin. refert magis commu
nem Barba. conſi. 55. præclare. col. 6. uol. 2. Pariſi. cō-
ſil. 66. nobilis. num. 16. uol. 3. cum qua tranſit idem
Gualden. vbi ſup. uerſic. ſed in contraria, quam etiā
ſequitur in Iul. Clar. in trac. de teſta. q. 77. verſic. con-
trariam vero ſententiam. præſertim ubi dictio (ma
ſculis) eſt appoſita, vt cōſuluit Dec. conſ. 318. in cau
ſa. & conſi. 270. Dominus Raynald. cum alijs citatis
per Soc. iun. conſi. 126. maxima. col. 7. uerſicu. quod
etiam ſecundo probatur. num. 29. volu. 1. Aymo cō
ſil. 130. de anno. num. 2. & Ripa in l. Centurio. num.
162. de vulg. & pup. & Iul. Clar. in q. 79. in 2. tract. qui
omnino uideantur. prout eſt in caſu propoſito. Co-
mes ergo Alexander ad portiones Comitis Io. Fran-
ciſci, & Comitis Lauren. uocatus dicitur, & ſic patris
locum ingreditur, vt dictum eſt, & de expreſſa teſta-
toris uoluntate conſtat, ut in ipſius Comitis Io. Her-
culis codicillis apparet, dum uoluit filiorum filios
in eius hæreditatem ſuccedere, ut declarat Pariſi. cō-
ſil. 86. ad ueram, col. 4. in princ. num. 18. uerſi. uerum
quoniam. uol. 2. & prædictam opin. quòd in teſtato
11 ris diſpoſitione etiam nepos locum patris ſubintret
nulla per teſtatorem expreſſione facta, uoluit Gual-
denſ. in d. tract. caut. 27. ſubſtitutis. ſub num. 1. de ſub
ſtitutio. quia minor aui affectio ad nepotes non ui-
detur, quàm ad filios. l. liberorum. ff. de uerb. ſignifi.
immo maior affectio naturaliter eſt in nepotes quā-
uis remoriores, ut ſcilicet plus diligamus nepotes,
quàm filios, cum per eos longiorem noſtri propa-
gationem, & diuturnitatem uideamus, ad quam ten
dit omnis noſtra intentio in concipiendo, & eden-
do liberos, ut dicitur in d. l. liberorum. & dixit Oldr.
conſi. 269. thema ſiue tenor. ad fi. uerſic. nam ſecun-
dum. eam quoque ſequitur Gozad. conſil. 4. prima
facie. col. 5. in princ. uerſic. ſexto, & ſi dicatur. & in pe
nul. col. in princ. dicens Dec. contra communē opi-
nio. conſuluiſſe, cum magis communis opi. ſit, ꝙ in
teſtatoris diſpoſitione filius in patris locum ſucce-
dat, ſecundum quam opi. conſuluit Bald. conſi. 488.
caſus talis eſt, quidam Titius deceſſit. uol. 3. quem ci

tat,& ſequitur Caſſan.conſi.65. ex facto in propoſito.in princ.Grat.conſil.64.profecto.num.39. uol.2. Cur.iun. præceptor meus conſil.97. habita. col.pen. numer.8.ad verſicu.aggredior autem.conſil.58.circa præmiſſam.in prin.conſi.128.præſupponitur.colum.pen.ad fin.num.11.verſicu.confirmantur præmiſſa.conſi.154.præſupponitur.col.3.in prin. num. 7.verſi.ſecundo moueor.& conſil.161.præſupponitur.col.2.num.1.verſi.circa primam. ubi inquit hãc eſſe magis communem opin.quando de aſcendentis,uel patrui ſucceſſione tractatur.;eandem opinio. tenet Corn.conſi.37.in hac. col.1.nu.3.& conſi.263. primo aſpectu.uol.1,Ruy.conſi.8.in propoſita. col. pen.num.9.conſi.13.præſupponitur.col.fi.& conſi. 163.quæritur.col.2.in princ.num.7.uerſicu.ſed iſtis. uol.1.Soc.in conſil.116.uiſo.num.8.& 9. conſi.126. maxime.col.6.num.25.uol.1.& conſi.20.non diſputabo.ubi late.uol.3.& Tiraq. in trac. 1.geniorum.q. 40 num.187.& ſeq.& ſecundum hanc opi.tanquam magis communem nouiſſime conſuluit Ruy.conſil.163.quæritur & in dubium.col.fi. uerſ.& per prædicta.uol.1.dicens ab ea non eſſe conſulendo,& iudicando recedendum. & ita conſuluit Rolan.d.conſil.68. ubi latiſſime probat hanc opinio. eſſe magis communem.num.46.cum ſeq.& Por.Imol. in d.cõcluſio.33.& quamuis idem Ruyn.conſi.134.uiſo ac perfecto.col.9.ſub num.22.uerſic. ſed præmiſſis nõ obſtantib.uol.2.alteram opinionem ſequatur, eam tamen procedere declarat,ubi de alterius tranſuerſalis ſucceſſione ageretur, tunc enim patruus tanquã proximior præfertur, vt etiam ſupra dictum eſt, ſecus vbi patruus & nepos grauato prædefuncto pariter ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent,prout in caſu propoſito,& prout tex.in d.auth. ceſſante. loquitur. & ſic ubi auus, uel patruus grauatus præmortuus eſſet,quo ad hos tantum filius fratris ſimul cum patruo ab Inteſtato ſuccedit, & cum hac opin. conſuluit idem Ruy.præallegato conſi.171.col.2.in fi. uerſic.ſed iſtis non obſtantibus.ubi hanc opi.eſſe communem atteſtatur. & ex his euidentiſſime conſtat oppoſita non refragari, quin Comes Alexãder pro dimidia parte cum Comite Florio, & Comite Ioan. Hercule eius patruis carnalibus in dictis caſtris Mõtiſleonis,& Montisnoui ſuccedere ualeat.&ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſul.Arminen.ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter maritum & vxorem eſt prohibita, & non ualet,ſecus ſi iuramento firmata eſt.& num.11.*
2 *Donatio per filium facta, patri non præiudicat.*
3 *Donatio cauſa mortis per filium facta patre conſentiente, ſola patris voluntate reuocatur.*
4 *Donatio cauſa mortis per donantem reuocari poteſt, etiam quòd illam non reuocare promiſerit, ſecus ſi iuramentum interuenit.& num.12.*
Promiſſio de non reuocando, rebus ſic ſtantibus intelligitur, eod. num.4.
5 *Donans cauſa mortis promittens in inſtrumento attendere, obſeruare, & in nullo contrafacere, donationem per pœnitentiam reuocare poterit, & quando reuocare non poterit, vide num.10.*
6 *Pater filio cauſa mortis bona ſua donanti conſentiens, vſumfructum quem in filij bonis habet, obligare non dicitur, & quo caſu illum obligare dicatur. vide num.8.& num.13.*
7 *Donatio cauſa mortis per filiumfam.facta,ad hoc vt valeat, quid requiratur.*
Donatio abſenti facta, & pro eo notario ſtipulante, per donatarium acceptari debet, ſed magis communis opi. eſt non requiri quòd acceptetur. vt ibidem.
9 *Donatio cauſa mortis vbi iuramento firmata eſt, reuocari non poteſt.*
13 *Auus adminiſtrator bonorum aduentitiorum nepotis omnes dictorum bonorum fructus lucratur.*

CONSILIVM II.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO ac diligenter conſiderato tenore inſtrumenti donationis cauſa mortis per Ioannem filium magiſtri Iacobi Fabri factæ tã dominæ Antoniæ eius uxori,quàm Ioannuiantonio eius filio, Primo aſpectu dicendum uidebatur donationem illam eius vxoris reſpectu non valere. Tum quia in-
1 ter maritum & uxorem prohibita eſt donatio.l.1. & l.3.§.ſciendum.& toto tit.ff. de dona.inter uir.& vxor. Tum etiam quia filij donatio patri non præ-
2 iudicat per ea quæ conſuluit Ancha. conſi.76. Per modum cõſilij.col.2.uerſi. Vlterius ſi dicamus.ubi noluit quod donatio per filium facta de portione ad patrem ſpectante in eius præiudicium non ualeat,quin ipſe per eius pœnitentiam talem donatio
3 nem reuocare poſſit,cùm pater quanuis filio conſentiat,ut donet cauſa mortis, ſola tamen patris uoluntate talis donatio reuocatur, ut uoluit Ang. in l. non ſtatim.ff.de pecul.quẽ refert & ſequitur Hyp.in rub.C.de proba.num.347.uerſi.et facit etiam.Sicut
4 de eo dicimus, qui mortis cauſa donauit, quia ille quamuis talem donationem non reuocare promiſerit, illam tamen reuocare poterit, quia illa promiſſio de non reuocando, rebus ſic ſtantibus intelligitur ut eſt glo.in c. quemadmodum. in glo.2. extra.de iureiu.l.cũ quis.ff.de ſolutio.declarat Corne.conſi.116.decreueram.col. pe. in prin.uol.3.cũ alijs per Gozadi.relatis conſi.27. in cauſa conductorum.in prin.ſecus ſi illum pœniteat ſecundũ naturã donationis cauſa motus, quia per pœnitentiam reuocatur, ut concludit Bal.in l. cum quis. uerſi. Sed pone.ff. de condi. ob cau. ſequitur Alea. in l. quæ dotis.col.4.ver. Sed iuxta hoc cadit dubitatio.ff. ſol. ma.& idem tradit Cor.conſi.126.licet in hac.col.fi. verſi.et propterea licet.uol.1.cum multis concord. de quibus per Roland.conſi.8.in præſenti conſultatione.col.4.ſub num.12.vol.1. Vbi inquit quòd illa
5 inſtrumenti uerba, in quibus ille, qui mortis cauſa donauit, promiſit attendere, obſeruare,& in nullo contrafacere, non impediunt, quominus donatio per pœnitentiam ſecundum donationis cauſa mortis naturam reuocari poſſit, quæ per pœnitentiam reuocari poteſt.l. non omnis.in prin. & ibi Dec. in 3.col.verſi.& quod dictum eſt.num.10.ff.ſi cer.per. nec conſenſus per magiſtrum Iacobum tali dona-
6 tioni præſtitus ubi præiudicat,quia pater filio bona ſua donanti conſentiens,ea tali conſenſu bona propria,& ſic vſumfructum, quem in filij ſui bonis habet,obligare non uidetur, quia ex illo conſenſu cõtrahere nõ uidetur,ſed donãti cõſentire. ut l.aliud. ff.de regu.iu.& ita in conſequente quod ex tali contractu non obligetur,tenet Bar.conſi.22. quidam ſibi filios.col.1.verſi.Super primo.in 1.par.Ancha. d. conſi.76. propè fi. uerſi. Super quarto & ultimo. Corne. conſi.250. viſo puncto. in prin. uol.1.quos etiam in propoſito allegat Aymo. in tract.de indẽni.mulie.ſuper interpretatione ſtatuti Ferrarien. in 3.col.uerſi. Tertio licet pater. ſub num.4. Præterea patris conſenſus in huiuſmodi donatione præſtitus

nudam

nudam tantum filij bonorum proprietatem, non
antem vſumfructum patri contingentem reſpicere
videtur, cum pater in rem propriam, & ſic in eius
vſumfructum auctorizare non dicatur, ſed in rem
filij tantum, vt declarat Io.And.in addi. ad Spec. in
§.porro.ſub verſi. & no. quod in donatione.de in-
ſtrumen. edi.& eſt glo. in l. impuberem.ff. de falſ.
voluit Bal.in l. bonorũ. ante fi.C. qui admit. & tra-
dit Pa.de Ca.in l.tam is.§. 1.ff.de don.cau.mor.qui-
7 bus tamen non refragantibus, contrarium in caſu
propoſito dicẽdum arbitror, & præſuppono quòd
ad hoc ut donatio per filiumfa. cauſa mortis facta
alteri quàm patri valeat, primo requiritur quòd pa
tre permittente faciat. ut d.l. tam is. §.1. Secundò
quòd pater eidem nominatim, & expreſsè licentiã
concedat, quod mortis cauſa donet.l.cum non ſo-
lum.§.filijs autem. C.de bon.quæ lib.tenet glo.in l.
qui in poteſtate.ff.de teſtamen. & eſt tex.in l. filiuſ-
fa.§.patri.& ibi eſt caſus ſecundum Bar.ff. de dona-
tio.Soc.ſen. conſ.12.num.7. uol. 1. & Clar. in trac.
de donatio.in 6.q. uerſic. ſucceſſiue quæro. Tertio
quòd permiſſio, ſeu patris conſenſus præcedat.d.§.
patri. Quarto quòd is cui donatur, ſit præſens.l.in-
ter mortis.ff.de do. cau. mor. & not.in l.5. ff.eo.tit.
& per Io.Fab.in §.1.Inſti. de donatio. aut notarius
pro eo abſente ſtipuletur ſecundum Bar.in d.l. tam
is.§.1.& Capra conſi.86.& ſi uideatur. num.6.& tra
dit Gui.Pa.in deciſ.223. in donatione cauſa mortis
& in deciſ.ſeq.& deinceps per donatarium accepte
tur.l.ſi ego.ff.de nego.geſt.Pau.de ca.conſi.195.Vi-
ſis his quæ narrantur.col.3.verſi. Secundo uidendũ
eſt.vol.2.in nouiſ.quem refert & ſequitur Dec.con
ſi.226. Magiſter Ioannes.in fi.& conſi.432. cum ſit.
in fi.verſi.vltimo in caſu iſto.idem tenet Cagnol.in
l.hæredem.num.24.verſi.donatio tamen abſenti.ff.
de reg.iur.& in l.quo tutela.§. nec paciſcendo.in fi.
eo.tit.vbi opinionem hãc eſſe communem atteſta-
tur.quam refert Tiraquel.in tract.de iure conſti. in
8 30.limita.nu.8.uerſi.ſed & hanc. in 3. pat. cum alijs
per Senat.pedemonta.relatis in deciſ.32. ex proceſ-
ſu. num.1.2.& 3. poſt Roland. conſi.19. Facta fuit.
col.1.cum plurib.ſeq.uol.1.quamuis opi.contrariã
teneat idẽ Roland.ibi in 5.col.nume.16. verſi.quib.
tamen non obſt. & eam ſequitur Senat. Pedemon.
in d.deciſ. 32.in 2.col.num.4. verſi.contrariam au-
tẽ opi.ꝙ notarius ſtipulari poſſit per abſente & ua-
let ſine acceptatione, & eſt magis communis opi.
vt ibi atteſtantur. & ſequitur Tiraq. in d.30. limit.
num.23. verſi.ſunt et alij. quibus ſic præmiſſis dico,
quòd cum hac in præſenti donatione omnia inter
uenerint requiſita, ut ex inſtrumenti donationis te
nore patet, talis donatio magiſtro Iacobo in eius
vſufructu præiudicat, quem in bonis aduentitijs fi-
lij donantis habebat, & præſertim cum in ſpecie
& in indiuiduo filio conſenſerit, quod uſufructuũ
omnium eius bonorum medietatem ſuæq; domus
habitationem Antoniæ vxori filij donaret, nec talẽ
conſenſum amplius reuocare poteſt, cum eius iura
mento firmatus fuerit, quod ſeruari debet, cum in
animæ ſuæ detrimentum nõ vergat.c.1. de pact. in
6.& c.cum contingat.& ibi Cano. extra. de iureiu.
& iuramentum interpoſitum valere facit actum eo
meliori modo quo poteſt.l.cum pater.§. filius ma-
trem. de legat.2.ubi Bart.& Mattheſi.in not.56.no-
ta hanc regulam. Bar.in l. ſi quis in principio teſta-
menti. ad tr. de leg.3. & in l.omnes populi. in 3. q.
prin.uerſi.ſed an iuramentum.ſub num.33. ff. de iu
ſti.& iu. in l.ſiquis maior.C.de tranſac.& in l.ſi quis
9 pro eo. ff. de fideiuſ.& donatio quando eſt iuramẽ
to firmata, reuocari non poteſt, vt plene conſuluit
Dec.in d. conſ. 432.in 1.& 2. col. & Roland.d. conſi.
8.col.8.ſub num.26. verſ. & eo magis hoc dicendũ
eſt.& d.conſ.19.col.13.nume.29.verſ. & tanto for-
tius habere. Præterea cum magiſter Iac.in prædictæ
donationis contractu ratum, gratumq; &c.hẽre: &
non contrauenire &c. promiſerit, obligari dicitur,
quia conueniſſe cenſetur de ipſum contractum &
donationem obſeruando in medietate vſufructuũ
omnium eius bonorum, & in habitatione ſuæ do-
mus eius uxori donatorum, cui contractui & dona
tioni pater ipſe conſenſit.l. 1. C.communia utri.iu-
di.ubi ſi partes ſententiæ inualidæ conſentiunt, ui-
gore taciti pacti de non ueniendo contra, obligan-
tur; immo illam obſeruare & executioni mandare
tenetur, ita pari ratione qui contractui conſenſit,
cui etiam Antonia donataria conſenſit, cenſetur ſe
cum de obſeruando ipſam donationem paciſci, &
non veniendo contra; Cum ergo magiſter Iacobus
conſenſerit, quòd Ioannes eius filius uſumfructuũ
omnium eius bonorum medietatẽ, & ſuæ domus
habitationem eius vxori donaret, & ſic uſumfru-
ctum, quem ipſe pater in dictis bonis habebat: con
tra eius conſenſum iuratum venire nõ poteſt, quia
ſimpliciter & expreſſe cum iuramento contractui
conſentiens obligatur, vt contractui iurato contra
uenire non poſſit.d.c.quamuis.& d.c. cum contin-
gat.& ibi Cano.& Doc.in auth.ſacramenta puberũ.
C.ſi aduer.uen. ex quibus patet in contrarium ad-
ducta non refragari. Particularius tamen reſpon-
dendo, dico nõ obſtare quòd donatio inter uirum
11 & uxorem ſit prohibita, quia quamuis regulariter
talis donatio non ualeat, iuramento tamen firma-
tur, vt eſt communis opi.per Dec.relata conſi.202.
ut præſens conſultatio.colu.1.in fi. & ſeq. cũ conc.
per Roland. relatis conſi.93. viſo inſtrumento.col.
2.num.4. verſi.nec obſtare videtur. uol.1.& conſi.
77.præſuppoſita. col.1. num.2.eod.lib. & conſi.25.
Dec.col.3.num.15.li.primo, & d. conſi.8.num.16.
eo.li. Secundò non refragatur quod donatio per
12 pœnitentiam reuocari poſſit, quia argumentum
procedit, ubi iuramentum non fuiſſet in contractu
appoſitum, illo autem interueniente prout in ca-
ſu propoſito, ſecus dicendum eſt, ut ſuperius dictũ
eſt, & tradit Corne.d. conſi. 126. in 1.col. ſub nu.2.
ibi idcirco cum in dicto contractu.uol.1.& Bellon.
conſi.60.viſa & diligenter.col.pe.num.17, uerſi.Ve-
rum poſito, & Roland.d. conſi.8. ſub.d.numer.26.
Vltimum quoque non refragatur, quòd ex conſen
ſu præſtito magiſter Iacobus uſumfructum, quem
in filij bonis habebat, obligaſſe non uideatur, quia
cum conſenſus patris requiritur nedum ad integrã
dam perſonã filij, ſed etiã reſpectu præiudicii ipſius
patris vt cõmu.tenẽt doc.relati per Iul. Clar.in trac.
de donatio.in 6.q.verſi.habet ergo. dupliciter reſpõ
deri poteſt, primo illud procedere poſſe, vbi nulla
de dicto uſufructu in donationis contractu facta
fuiſſet mentio, prout in caſu propoſito clariſſime
liquet. vel ſecundò, quia procedit obiectio ubi ſim-
pliciter & non expreſſe præſtitus fuiſſet per patrem
dictæ donationi conſenſus, cum in eiuſmodi do-
natione expreſſus requiratur patris conſenſus ut in
quit Clarus in d.d.6.q. uerſi. ſucceſſiue quæro. & di-
ximus ſupra: ſecus ſi vltra proceſſiſſet, promittens
omnia in inſtrumento contenta rata & grata habe
re, illaque attendere, & obſeruare, in nulloque con
trafacere, uel uenire &c. cum iuramenti interpoſi-
tione, ut in caſu propoſito euidentiſſime conſtat,
& ſatis dictum eſt ſupra, & probat Roland.d.conſi.
8.num.26.& num.37. quo ad donationem Ioanni
13 antonio eius filio factam, de qua in eodem inſtru-
mento, idem quod ſupra in fauorem dominæ An-
toniæ eius uxoris concluſum eſt, dicendum vide-

tur, cum idem aui conſenſus in eadem donatione
prȩſtitus fuerit, & iuramentum tam magiſtri Iaco-
bi, quàm Ioannis eius filij donantis interuenerit,
quo caſu concludendum uidetur dictam donatio-
nem eidem magiſtro Iacobo in uſufructu omniũ
bonorum dicti ſui filij præiudicare debere, cum ex
illo conſenſu præſtito uoluiſſe cenſeatur, donatio-
nem nedum ſuper bonorum filij proprietate, ue-
rum etiam ſuper illorum uſufructu patri debito
ualere: quia cum aliquid conceditur, omnia ſine qui-
bus illud explicari non poteſt, conceſſa intelligun-
tur, & ideo traditur regula, quòd ad unius conceſ-
ſionem, ſequitur alterius conceſſio, ſine quo pri-
ma conceſſio inutilis eſſet. uulg. l. ſecunda, ubi not.
Bar. Bal. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & cæteri ſcribentes.
ff. de iuriſ. om. iud. & Eucrard. in ſua Centuria. arg.
94. locus a conceſſione antecedentis. Si ergo magi-
ſter Iacobus conceſſit quòd Ioannes eius filius bo-
norum ſuorum proprietatem donare ualeat, con-
ceſſiſſe etiam intelligitur, quòd illorum bonorum
uſumfructum donare poſſit, cum eadem rõ in uno
militare uideatur, quæ in altero militat, & ubi eadẽ
ratio eſt in uno, quæ eſt in altero, eadẽ iuris diſpoſi-
tio eſſe debet. uulg. l. illud. ff. ad l. Aqu. cum uul. Si er-
go tantum conceſſiſſe intelligeretur, ut proprieta-
tem donaret, & penes magiſtrum Iacobum rema-
neret uſusfructus, inutilis fuiſſet ille cõſenſus & do-
natio facta, quia ſine donatione, & ſine conſenſu di-
ctorũ bonorũ proprietatem poſt obitũ patris ex di-
ſpoſitione auth. in ſucceſſione. C. de leg. hær. Io. An-
tonius donatarius habuiſſet, ergo &c. His tamẽ nõ
refragantib. contrarium in caſu propoſito de iure
14 reſpondendum cenſeo. Clarum eſt. n. ꝙ cum Io. An-
tonius in poteſtate magiſtri Iacobi aui paterni re-
manſerit, & ipſe ſit omnium bonorum aduentitio-
rũ d. Io. Antonij nepotis legitimus adminiſtrator,
omnes dictorum bonorum donatorum fructus ip-
ſe lucratur, & ſic omnium illorum ad ipſum nepo-
tem ſpectantium remanet durante uita ipſius aui
uſufructuarius, ut eſt tex. in l. fi. in fi. C. communia
de ſucceſ. & in l. 1. & l. quamuis. & utrobiq; Sal. C. de
bon. mat. & Soc. iun. conſi. 70. Placet. col. fi. In prin.
nu. 6. uol. 2. & ideo Io. Antonio donatario eius ne-
poti uſumfructum bonorum ſibi ab eius patre do-
natorum reſeruare non tenetur, ſed de illis fructib.
ad eius libitũ diſponere poteſt, ut in proprijs termi-
nis conſuluit Bened. Capra conſ. 92. Cum uiſo & cõ-
ſiderato. in fin. & tenet gloſſ. in l. 1. ff. de aucto. tuto.
& ſic quantum ad proprietatem tenet donatio, ſed
quo ad uſumfructum non. Et quamuis primus u-
ſusfructus, quem ipſe magiſter Iacobus ante prædi-
ctam donationem habebat, per eius præſtitum con-
ſenſum finitus fuerit, quia tamen ob perſonæ muta-
tionem nouus ſuſcitatur uſusfructus, denuo ex Io.
Antonij nepotis perſona nouus in eandẽ magiſtri
Iacob. perſonam uſusfructus acquiri dicitur, per ea
quæ uoluit Bal. in auth. excipitur. col. 1. ad fi. uer. Mo-
do reuertar. C. de bon. quæ libe. quãuis ibi gl. teneat
ꝙ cum duret etiam aduentitium, uſusfructus non
finitur. Et per hæc concludo donationem reſpectu
Ioan. Antonij fruſtratoriam fuiſſe, & nihil ſibi quo
ad uſumfructum opitulari, cum talem donationẽ
ſibi fieri non expedierit ex quo ipſe omnino bona
illa ſibi donata ab inteſtato habiturus erat, quia in
ſucceſſione prima eſt filiorum cauſa. auth. in ſucceſ-
ſione. C. de ſuis & leg. & ita arguit Dec. conſ. 245. In
cauſa quæ iamdiu. col. 3. ſub nu. 6. uerſi. & iſta con-
cluſio. Et ita concludendum & de iure reſponden-
dum cenſeo, Ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ari-
minen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſi-
mæ Virginis matris Mariæ. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta duobus in caſu mortis utriuſque, poſt mortem omnium facta dicitur.*

2 *Subſtitutus ad decedentis portionem admitti debet, quamuis conditio in omnium perſona impleta non ſit.*

3 *Subſtitutio duobus coniunctim & ſimpliciter poſt mortem ipſorum facta, non uni tantum ſed cuilibet facta dicitur.*

4 *Subſtitutio poſt mortem plurium facta in ſingularitatem reſoluitur, ac ſi quilibet ſeparatim grauatus fuiſſet.*

5 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis primum locum obtinet, & illa ſufficit, quæ ex coniecturis colligi poteſt.*

Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis prius quàm verba inſpicitur, ibidem.

6 *Voluntas teſtatoris nedum in ſubſtitutione, ſed etiam in omnibus alijs caſibus ſecundum inſtitutionem iudicatur.*

7 *Teſtatoris animus matrem excludendi ex tacita pupillari præſumitur etiam ex his quæ extra teſtamentum dixit.*

Veriſimile non eſt teſtatorem velle quòd magis dilectus deterioris ſit conditionis quàm ſit minus dilectus. ibidem.

8 *Prædilectus teſtatori ad ſubſtituti excluſionem quando quis dicatur.*

9 *Proximitas grauati et non teſtatoris attenditur, vt ſubſtitutus ad fideicommiſſum admittatur.*

10 *Subſtitutio, quæ aliàs de vno caſu ad alium trahi ſolet, ad caſum omiſſum non trahitur.*

11 *Abſurdum ne reſultet, a uerborum proprietate receditur ex veriſimili & coniecturata mente teſtatoris.*

12 *Caſus contingens præter teſtatoris ordinationem ſub diſpoſitione per teſtatorem facta non includitur, etiam ſi eſſet maior diſponendi ratio in caſu contingenti.*

Omiſſum quando pro omiſſo, & expreſſum pro expreſſo haberi debeat, ibidem.

13 *Paria ſunt teſtatorem noluiſſe, vel de eius voluntate non apparere.*

14 *Subſtitutus ſubſtitutionis caſum eueniſſe probare debet quia ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur.*

15 *Coniectura contra matrem non admittitur.*

16 *Subſtitutio fideicommiſſaria vltimo morienti, uel pluribus facta, licet purificata conditione ex vnius perſona locum habeat, non tamen procedit quando ſupereſt perſona quæ ex præſumpta teſtatoris mente ſubſtitutum excludit.*

17 *Pia cauſa quando eſt ſubſtituta, an locum habeat, ſi perſona ſupereſt, quæ ex præſumpta teſtatoris mente ſubſtitutum excludit.*

18 *Subſtitutio tacita pupillaris ad fauorem animæ teſtatoris facta matrem excludit, quamuis tacita pupillaris regulariter contra matrem non admittatur.*

Ius ſpeciale facilius tollitur, quàm ius commune, ibidem.

19 *Præſumptio l. cum auus. ff. de condi. & demon. aduerſus piam cauſam locum habet.*

CONSILIVM III.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISIS, diligenterque conſideratis teſta-
menti uerbis magiſtri Io. Antonij Paſſa-
relli de Arimino, & his quę ſubtiliter, ac
doctiſſimè per præſtantiſſimum. Dom.
Iulium Scarlatinum conſulentem in fa-
uorem Do. Budę olim uxoris dicti magiſtri Ioan.
Antonij ſcripta ſunt, non modicam facere uideba-
tur difficultatem ſubſtitutio de hoſpitali Sanctæ
Mariæ de Miſericordia Petroantonio ſine liberis,
1 & deſcendentibus defuncto facta, ex eo quòd cum
tam ipſi Petroantonio, quàm D. Budæ hæredib. in-
ſtitutis in caſu mortis utriuſq; facta fuerit, poſt om-
nium mortem facta dicatur, ita ꝙ quamuis ad uni-
uerſam hæreditatem ex ui, & natura uerborum in
ea compre-

ea comprehenſorum admittatur, ad portionem ta
men Petriantonij primo decedētis admitti debeat:
2 Cum in iure clarum uideatur: quòd ſubſtitutus,
quamuis conditio non ſit in perſona omnium, ſed
vnius tantum adimpleta, dēat ſaltē ad decedētis por
tionē admitti, ut eſt tex. in l. hæredes mei. §. cum ita.
cū ibi not. per Bar. & Doc. ff. ad treb. in l. lucius. §. ga
jo. eo. ti. & in l. fi. §. filiū. de leg. 2. idē conſuluit Alex.
conſ. 91. Ponderatis his. vol. j. dum voluit quòd quā
uis ſubſtitutio plurib. vel vltimo morienti facta ſit,
& ſic verba ex propria ſignificatione concurſum
mortis omnium requirat, ex iuris tamen interpre
tatione quando talia, vel ſimilia verba in fideicom
miſſaria ſubſtitutione plurib. facta ſūt appoſita, om
nium concurſus non requiritur, ſed in perſona cu-
iuslibet ſignificātur, quia veriſimile eſt, quod ea ra-
tione qua teſtator voluit ſubſtitutū ad vniuerſam
hæreditatem purificata conditione in perſona om
nium admitti, eadem ratione voluit eum ad partē
adimpleta conditione in unius perſona tantum ad
mitti, ut inquit tex. in d. §. cum ita. Sed in caſu pro-
poſito hoſpitale Miſericordię Dom. Budę & Petro
antonio in caſu mortis eorum ſubſtituitur, & ſic u-
trique ſeparatim facta eſt ſubſtitutio. quo caſu puri
ficata conditione in perſona unius, hoſpitale ad il-
lius defuncti portionem admitti uidetur. Quinim-
3 mo in fortioribus terminis, ſi talis ſubſtitutio ipſis
duobus coniunctim & ſimpliciter poſt eorū mor-
tem facta fuiſſet, non vni tantum, ſed cuilibet ſubſti
tutio facta diceretur. d. l. fi. §. filium. & d. §. gaio. &
eſt communis opi. ut declarat Alex. in l. pater filiā.
§. fi. ff. ad l. Falc. & d. conſi. 91. & Gualden. in tract. de
arte teſtand. cautel. decimaſexta. Si titium, & ſeinm.
in princi. de ſubſtitu. Nec refert utrum fideicommiſ
ſaria ſubſtitutio eſſet ſimpliciter facta, vel copulati
ue poſt mortem plurium, uel cuilibet eorū; quia u-
troque caſu eſt idem ſecundum Bar. & Doc. in d. §.
4 cum ita. Nam quamuis poſt mortem plurium fa-
cta eſſet, nihilominus in ſingularitatem reſolvere-
tur, & ſic perinde eſſet, ac ſi ſeparatim quilibet gra-
uatus eſſet, pro ut in caſu propoſito. l. falſa. §. fin. &
ibi Doc. ff. de cond. & demon. Et prædicta procede-
re uidentur uedum in ſimplici ſubſtitutione facta,
uerum etiam ſi de tota & integra hæreditate facta
fuiſſet, prout in præſenti caſu, quia in his terminis
etiam adimpleta, purificataque conditione in per-
ſona unius tantum, etiam ad illius defuncti portio-
nem admitteretur ſecundum communem opini.
Doct. de qua in l. quidam teſtamento. ff. de uulg. &
pup. contra opi. Bart. & Bald. ibi cōiter damnatam;
ut ibi late per lat. per Mattheſi. in not. 169. No. unū
ſingulare dictum. & per Soci. ſeni. conſi. 94. Pro cla-
riori. colum. pen. uerſi. Sed adhuc ſupereſt. uolum.
4. & Alex. d. conſi. 91. colum. 5. uerſi. Quicquid dixe
5 rit Bar. cum uerſi. ſeq. Quibus tamen non reſtagan-
tibus, dico Hoſpitale Miſericordiæ per exiſtentiam.
Dom. Budæ fuiſſe a fideicommiſſo, de quo quæri-
tur, per tacitam teſtatoris uoluntatem excluſum,
quæ in ultimis uoluntatibus primum locum obti-
net. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi.
& demon. ut l. cum quæſtio. in fin. C. de lega. & illa
ſufficit, quę ex coniecturis colligi poteſt. l. cum pro
poneretur. in fi. de leg. 2. l. qui ſolidum. §. 1. eo. tit. &
l. licet imperator. ubi Bart. de legat. 1. cum uulga. Et
iſtud eſt, quòd iura dicunt, quòd in fideicommiſſis
volūtas prius quàm verba inſpicitur. l. cum uirum.
C. de fideicomm. l. 3. §. conditio. ff. de adim. lega. &
not. Bal. in l. quoniam indignum. C. de teſtam. & in
l. fi. colum. 2. in princ. uerſi. Ex hoc no. C. de impub.
& ali. ſubſti. ubi inquit, quòd ex coniecturata men-
te teſtatoris a ui, & uerborum natura receditur. Et
in caſu propoſito hanc fuiſſe teſtatoris uoluntatem
6 ex infraſcriptis medijs efficaciter ſuadetur. Primo
quia illam affectionem, quam in inſtitutione teſta-
tor habuit, inſtituendo. Dom. Budam uiuente Pe-
troantonio cohærede, p. iter eo defuncto habere
intelligitur; quos. n. in inſti. tutione prædilexit teſta-
tor, eos etiam in omnibus a. ijs caſibus propoſuiſſe
cenſetur, quia teſtatoris uolun tas nedum in ſubſti-
tutione, uerum etiam in omnib us alijs caſib. ſecun
dum inſtitutionem iudicatur. l. 1. ubi Bar. & alij. C.
de impub. & ali. ſubſtitu. l. Lucius. §. pater puerum.
& §. Mæuia. ff. ad treb. Vnde cum in inſtitutione te-
ſtator plus. Do. Budam eius cordiali. ſſimam uxorē
(ut eam ſic appellat) quàm hoſpitale prædilexerit,
ex eo quòd ipſam cum Petroantonio. eius filio æ-
quis portionibus & pleno iure in omnib us eius bo
nis inſtituit, eam quoque in caſu propoſi to magis
diligere uoluiſſe cenſetur, & uoluiſſe eam, per obi-
tum Petriantonij ſuperuiuentem ab hoſpit. ale ex-
cluſam eſſe enim. Si magis dilecta, & plus quā. ab ho
ſpitale honorata reperitur, non eſt ueriſimile, q. uod
prædecedente Petroantonio abſq; liberis ea ſup. e r-
uiuente, plus hoſpitale quàm Dom. Budam eius u-
xorem dilexerit, ſeu diligere uoluerit. & conſequē-
ter quòd ipſa magis dilecta ab hoſpitale minus dile-
cto excluderetur: Quod etiam ex animo, expreſſa-
que uoluntate per ipſum teſtatorem ante conditū
teſtamentum declarata patet, dum ſæpiſſimè dixit;
& expreſſit uelle. D. Budā omniū eius facultatum
dominam & patronam eſſe, caſu quo Petrusanto-
nius abſque filijs moreretur, ut Octauianus de Sexti
no teſtis atteſtatur ſuper primo capitulo, & quam-
plures teſtes de tali eius uoluntate deponentes, qui
animus & uoluntas in caſu propoſito ad ſubſtituti
hoſpitalis excluſionem multum operatur, pro ut
in contrarium determinat Bar. in l. 2. col. pen. uerſi.
Quæro ex quibus præſumitur. ff. de uulgar. & pupi.
quem refert & ſequitur Rui. conſi. 137. Viſo proceſ
ſu. colum. 1. ad fi. num. 4. uerſi. Dum concludit. uo-
7 lum. 5. dicens ꝙ teſtatoris animus excludendi ma-
trē ex tacita pupillari, præſumitur etiam ex his quæ
extra teſtamentum dixit, puta ſi prius dixit, ſi filius
meus moreretur, nollē quòd unum obolum eius
mater haberet, uel ſimilia uerba: Quinimmo ex ue-
riſimili teſtatoris mente. Do. Buda ad Petriantonij
portionem admitti debet, quia ea, quam teſtator in
ſtituens uiuente cohærede prædilexit, etiam in caſu
mortis Petriantonij cohæredis (ipſa adhuc ſuperſti-
te) prædilecta præſumitur, uel ſaltem non minus di
lecta, quàm hoſpitale. l. cohæredi. §. qui patrem. ff.
de uulg. & pup. & l. 1. C. de inſtitu. & ſubſtitut. Nec
eſt ueriſimile teſtatorem uoluiſſe quod magis dile
ctus deterioris ſit cōditionis, quàm minus dilectus.
l. publius. §. fi. ff. de cond. & demon. & l. ſi uiua ma-
tre. C. de bon. mater. Et quòd D. Buda prædilecta di
catur, nedum ex ſubſtitutione patet, ſed etiā ex eo
quod in ſuccedēdo Petroantonio ab inteſtato pro-
ximior eſt ſubſtituto, ut de neceſſitate requiritur,
8 Nam ad hoc ut ad ſubſtituti excluſionem quis dica
tur prędilectus, requiritur quòd talis perſona ſit ſub
ſtituto proximior in ſuccedendo ab inteſtato ei, de
cuius hæreditate agitur, ſeu per cuius mortem ſub-
ſtitutionis caſus euenit, ideo niſi ſubſtitutum ab in
teſtato excludat, prædilectus non dicitur ſecūdum
Bar. in d. §. cum ita. in fi. quam communiter ſequū
tur Doc. cum multis concord. per Aymo. traditis
9 conſil. 109. De anno. colum. 2. num. 3. uerſi. Secun-
do reſpondeo. uolum. j. & ſic grauati & non teſtato
ris proximitas attenditur, ut uoluit etiam Rui. con-
ſilio 166. Proponitur. in fi. uol. 2. & Soc. iun. conſi.
126. Maxima. colum. 9. num. 41. uolum. 1. Et ideo

Bar.in l.ſi mater.§.1.de uulg.& pup.quem ſequitur
Alex.conſi.1.Perſpectis uer[illegible]ſis.colum.4.num. 12.
10 uerſi.Et præterea dicimus.[illegible] uolum.1.ſaluando ſubti
liter glo.ibi uult,quòd ſub ſtitutio,quæ aliàs de uno
caſu ad alium caſum tra[illegible]i ſolet, ut in l.gallus.§.&
quid ſi tantum.ff.de lib[illegible] & poſthum. nunquam ad
omiſſum caſum trah[illegible],ut.l.ſi cum dotē.in prin.ff.ſo
lu.mat.& l.commo[illegible]diſſimè.ff.de liber. & poſthum.
præcipuè ubi me[illegible]diante tali extenſione reſultaret
abſurdum,quod [illegible]minus dilectus melioris eſſet con
ditionis,quàm [illegible]magis dilectus,& ſic magis dilectus
11 deterioris eſſe[illegible]conditionis,quàm minus dilectus:
Quinimmo etiam a uerborum proprietate ex ue-
riſimili & c[illegible]oniectura ta teſtatoris mente receditur,
ne illud ſe[illegible]quatur,& ut hoc euitatur,quòd magis di
lectus m[illegible]inus conſequatur,quàm ille, qui fuit mi-
nus dile[illegible]ctus,ut probatur ex notatis per Bar. in dic.
§.& q[illegible]uid ſi tantum.& in l.quidam relegatus.§.fi.ff.
de re[illegible]b.dub.& ex not.per Alex.in l.ſed ſi hac.§.libe-
ros.[illegible]ff. de in ius uocan. Cum ergo ſuperuiuente. D.
Bu[illegible]da magis dilecta teſtator adueniente morte Pe-
tr[illegible]antonij non prouiderit, talis prouiſio per eum
f[illegible]acta ad hunc omiſſum caſum non extenditur,im-
[illegible]mo in diſpoſitione iuris communis remanet.dic.l.
commodiſſimè.maximè cum veriſimile non ſit, quod
teſtator idem in hoc omiſſo caſu voluerit, prout in
caſu diſpoſito propter abſurdum,quod inde ſeque-
retur, ut dixi, Secundo quia cum teſtator uoluerit
decedente Petroantonio abſq; liberis & deſcenden
tibus dictam eius hæreditatem totam & integram
abſq; diminutione,& deſalcatione aliqua ad hoſpi
tale pleno iure deuenire, datur intelligi quòd ad di
ctam hæreditatem uoluerit teſtator hoſpitale ad-
mitti,poſtquam Dom.Buda prædeceſſerit, & non
ante:ipſa igitur adhuc uiuente (cum in eius uita tā-
tum inſtituta fuerit) impoſſibile eſt totam & inte-
gram teſtatoris hęreditatem ad hoſpitale deuenire.
Non enim hoſpitale ad uniuerſam hæreditatem ve-
nire poſſet,niſi poſt mortem utriuſque,atteto quòd
eius ſubſtitutio fuit tam poſt mortem Do. Budæ,
quàm Petriantonij collata,& non in uita.Do.Budæ,
& ita arguit Soci.ſeni.conſil.80. De duobus princi-
paliter.colum.ſecunda in fi.uerſ.non enim poſſent.
volum.primo.Si ergo caſus a teſtatore prouiſus nō
euenit, pro ut euidentiſſimè liquet, ut ad totam
& integram hæreditatem hoſpitale admitti poſſit,
concludendum eſt caſum hunc præter teſtatoris di
ſpoſitionem eueniſſe, & ſic tanquam omiſſum in
iuris communis diſpoſitione remanere debet. dic.
12 l.commodiſſimè. Cum caſus præter teſtatoris ordi
nationem contingens ſub diſpoſitione per teſtato-
rem facta non includatur, etiam ſi in caſu contin-
genti maior eſſet diſponendi ratio, ut not. Cy. in l.
quod fauore.C.de legib.quem ſequitur Dec.conſi.
218.In caſu ad me tranſmiſſo. colum. 3. num. 11.&
& uidetur textus expreſſus in l. ſi quis ita ſubſtitue-
rit.ff.de uulgar.& pupilla. Et ideo inquit Baldus in
l.prima.circa fin.C.de his qui ante apert.tabu.quod aut
eſt omnino aliquid omiſſum, & pro omiſſo habe-
tur, aut ſequitur ex eo quod eſt expreſſum, & pro
expreſſo habetur:Cum ergo per teſtatorem diſpoſi
tum non reperiatur, nec expreſſum, quòd uiuen-
te.Dom.Buda poſt mortem Petriantonij ſui cohæ-
redis hoſpitale ad totam & integram hæreditatem
admittatur.et minus ad portionem ſibi contingen
tem,nec nos dicere debemus.arg.l.prima.§.genera
liter.ff.de lega.præſtan.l.3.ff.de offi.præſi. & l.adige
re.§.quamuis.ff. de iure patronat. cum ſimilibus.
13 Cum paria ſint, teſtatorem noluiſſe hoſpitale ad
Petriantonij portionem uiuente Domin. Buda ad-
mitti, uel de eius uoluntate non apparere, ut in-
quit Paulus de Caſtro, in l. qui quartam. ff. de le-
14 gatis, primo. Et ſi hoſpitale agere intendens ex
ſubſtitutione, dicat ſe Petroantonio (etiam adhuc
uiuente Domina Buda)ſubſtitutum, ipſam ſubſti-
tutionem probare tenetur,& oſtendere quòd ſub-
ſtitutio per teſtatorem facta poſt mortem Petrian-
tonij caſum hunc compræhendit, quia ſemper dici
poteſt,ſubſtitutio hoc caſu non loquitur,ita arguit
Soc.ſen.conſi.62.uiſo capitulo.colum.2.uerſ.Et imprimis
primis iſta concluſio.& conſi.ſeq.colum.7.in prin.
num.14.uolum.1.Gozad.conſil. 59. Prima facie.in
prin.conſi.21.uidetur.colum.2.ſub num.8.& conſ.
29.uidetur prima.colum.3.in prin. num.13. uerſic.
Quib.non obſt.Pari.conſ.66.Nobilis.col.1.in prin.
nu.1.uol.3.& Aymo conſ.161.Verba ſubſtitutionis.
colum.fi.in princ.num.16. uerſicu. Vndecimo iſta
actrix.uolum.primo.cum aliis concord.per Rube.
Alexand.relatis conſil.31.Proponitur in facto.col.
ſecunda, uerſicu.Ergo poteſt dici.ſub num.3.Nam
ſubſtitutionem de hoſpitali teſtator tantum feciſſe
uidetur in caſu, quo tota & integra ad Petrumanto
nium perueniſſet hæreditas, ut ex uerbis ſubſtitutio
nis apertiſſime colligitur. Si ergo tota & integra
hæreditas ad eum non peruenit, caſus iſte quantum
ad ſubſtitutionem eſt omiſſus, ergo iuris commu-
nis diſpoſitioni relinquitur.d.l.commodiſſimè.pre
ſertim cum de odio agatur. ut eſt matris excluſio a
luctuoſa filij hæreditate.l.1.§.ſed & incertum. ff. de
uentr.in poſſ.mitten.& l.cum quidam.C.de inſtitu.
& ſubſti.Cum igitur hoſpitale uocatum non ſit,ni-
ſi in euentum,in quem tota & integra hęreditas ad
Petrumantonium deueniſſet, illudque ſignum in-
tegrale & uniuerſale ſecundum ſui propriam ſigni
ficationem in una tantum portione uerificari non
poteſt, ut ex duarum legum ſolutione colligitur,
quæ ſimul contradicere uidentur.ut.l. legatorum.
§.qui plures.& l.Meuius. §. eum qui. cum ibi not.
de leg.2. Dico. Dom. Budam Petriantonij matrem
ex uerborū proprietate non eſſe ab hoſpitali exclu
ſam,nec ex tacita cōiectura(ſi quæ colligi poſſet)ex
15 cludendam,Quia contra matrem coniectura non
admittitur.l.fi.C.de inſti.& ſubſti.& l.precibus.& u-
trobiq; not.C.de impub.& alijs ſubſt.ubi Bal. in 10.
colum.uerſi.Septimo quod & ſi rigor uerborum.
& ita in ſimili conſuluit Oldra.conſi. 142. Factum
tale eſt.Teſtator habens uxorem.et Io. And. in ad-
di.ad Spec.in §.1.in fi.de teſtamen.Et ex his omnia
ſupra in contrarium.ad fauorem hoſpitalis addu-
cta,ſublata uidentur. Nihilominus ut ueritas cla-
rior appareat,ad ea particularius,& in ſpecie reſpō-
16 deri poteſt.Quòd quāuis uera ſit concluſio quod fidei
commiſſaria ſubſtitutio ultimo morienti,uel pluri
bus facta purificata cōditione ex perſona unius lo-
cum habeat,& ſic ſubſtitutio ad illius defuncti por
tionem admittitur iuxta tex.in d. §. cum ita. & alia
iura ſuperius allegata:& iux.tradita per Crau. conſ.
209. De anno. quē refert & ſequitur Senat. Pedem.
in deci.110.anno 1525.col.4.uer.Quib.tamē obſtā-
tib.nu.7.Illa tamen concluſio in caſu propoſito nō
procedit,cum in quæſtione noſtra ſimpliciter uni-
cuique & ſeparatim facta ſit ſubſtitutio, & non ul-
timo morienti,uel poſt mortem omnium,ergo &c.
Item poſito quod dicta concluſio procederet.Fallit ta-
men niſi perſona ſuperſit,quæ ex præſumpta teſta-
toris mente ſubſtitutum excludere debeat, ut eſt ca
ſus in l.pen.C.de impub.& alijs ſubſt.quæ quamuis
in ſubſtitutione pupillari loquatur, Doctores ta-
men etiam ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem
extendunt,& tenet Barto.& docto.in d.§.ita.& pro-
batur in l.generaliter.in princ.C.de inſtitut. & ſub-
ſtitut. & in l.ſi is qui ducenta. §. ſi pater.& ibi pon-
derat

derat Bart. ff. de reb. dub. & ſequitur Alex. in d. l. pen.
col. 4. in fi. uerſic. nec etiam videtur bona reſponſio.
Verum in caſu propoſito ſupereſt D. Buda mater,
& a teſtatore prædilecta, quæ ex præſumpta mente
teſtatoris ſubſtitutum excludit, ex quo enim in inſti
tutione prædilecta fuit, etiam in hoc caſu omiſſo ad
hoſpitalis excluſionem prædilecta intelligitur. d. l.
Publius. §. fi. & dictum eſt ſupra. & eo maxime cum
D. Buda de iure communi Petroantonio eius filio
ab inteſtato ſuccedat iuxta tex. in l. 1. & in authen. de
functo. C. ad Tertul. quod ſecus eſſet, ſi ipſa non ſuc-
cederet, vt declarat Bal. poſt Nic. de Matta. & ſequun
tur Dec. in d. l. pen. & Alexand. d. conſil. 91. colum-
na tertia. in fin. verſicu. & hoc procedit. quod etiam
ſequitur Paul. de Caſt. in d. l. Lucius. §. Gaio. ff. ad tre
bellia. & Alexand. in d. l. penul. columna quinta. in
princip. verſic. unde ipſemet Paul. in d. §. Gaio. & pul
chre Corne. conſi. 124. ardua. columna prima. ante
fin. uerſic. ſi enim perſona ſuperſtes. ſub num. 6. uo-
lu. 2. & ideo dixit Crauet. d. conſil. 109. col. 2. num. 3.
uerſic. ſecūdo reſpondeo, quòd ad hoc ut aliquis di
catur prædilectus ad excluſionem ſubſtituti in ma-
teria noſtra, requiritur quòd eiuſmodi perſona ſit
proximior ſubſtituto in ſuccedendo ab inteſtato ei
de cuius hæreditate agitur, ſeu per cuius mortem
euenit caſus ſubſtitutionis, ideo niſi ab inteſtato ex-
cludat ſubſtitutum non dicitur prædilectus ſecun-
dum Bart. in d. §. cum ita. in fi. quem doct. commu-
niter ſequuntur. allegat etiam Alex. conſil. 11. pon-
deratis his. col. 4. uerſic. & hoc procedit. uol. 3. quod
eſt repertum conſil. præallegato. 91. uol. 1. cum mul
tis concord. de quibus ibi per Cranet. ſed Do. Buda
ſuccedit Petroantonio ab inteſtato, ut diximus ſu-
pra. ergo &c. & hoc procedit quando ſubſtitutio eſt
ſimpliciter facta non per nomina collectiua, ut eſt
in caſu propoſito, & ibi Pau. circa fi. proprie loqui-
tur quando mater cum filio inſtituta fuit per text.
ſing. in d. l. fi. C. de inſt. & ſubſtit. caſum noſtrum ex-
preſſe decidentem, quia eo caſu ſubſtitutum exclu
dit, ſecus forte ſecundum aliquos ibi per gloſſ. rela-
tos, ſi inſtituta nō fuiſſet, & hæc eſt communis opi.
vt atteſtatur Soc. d. conſil. 94. col. pen. in prin. ſub nu
me. 14. Præterea ſi recte animaduertamus, docto. in
d. §. cum ita. & in aliis iuribus ſupra allegatis, loqnū-
tur quando duobus inſtitutis, uel ultimo eorum de
cidenti ſubſtitutio facta fuit etiam in uniuerſa hære-
ditate, vt fatentur omnes, nos verò in caſu diuerſo
ſumus. Nam quamuis D. Buda, & Petrusantonius
fuerint æquis portionibus, plenoque iure in omni-
bus bonis, & hæreditate teſtatoris hæredes inſtituti,
diuerſimode tamen eis facta eſt ſubſtitutio, ſubſtitu
tio enim Dominę Budæ ſolum, & dumtaxat eſt de
portione ſibi in dicta hæreditate per eius mortem
contingente, vel ob ſecundarum nuptiarum tranſi-
tum: Petroantonio autem de tota & integra eſt hæ
reditate, ſi abſque liberis, & deſcendentibus deceſſe-
rit, præſupponens, & cogitans teſtator quod ad Pe-
trumantonium per mortem D. Budæ, vel eius ſecū-
darum nuptiarum tranſitum vniuerſa perueniret
hæreditas, quæ cum ad ipſum non peruenerit, caſus
& ſubſtitutio, de qua doctores, & iura allegata lo-
quuntur, tanquam ad quæſtionem noſtram diuer-
ſa applicari non poteſt, cum ex diuerſis bona illatio
fieri nequeat. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & l. fin.
ff. de calum. cum ſimil. cum igitur Petrusantonius
ante obitum D. Budæ præter teſtatoris intentionē,
& diſpoſitionem prædeceſſerit, veriſimile non eſt
attento cordialiſſimo teſtatoris amore erga ipſam
eius vxorem, quod voluerit eam hoc caſu ab hoſpi
tale excludi, immo (vt dictum eſt) ex præſumpta te-
ſtatoris mente contrarium colligitur, quòd hoſpita
le a D. Buda in inſtitutione prædilecta excludatur: ſi
enim teſtator interrogatus fuiſſet, ad quem voluiſ-
ſet portionem Petriantonij abſque liberis deceden-
tis ſuperuiuente adhuc D. Buda peruenire? vtique
ad eam vti magis dilectam reſpondiſſet, prout Octa
uianus, & alij teſtes atteſtantur, credens hunc caſum
non venturum, cum ſit ordine retrogrado, & con-
tra naturam filium ante matris obitum decedere
iuxta illud Bulgari carmen. de quo in l. nam & ſi pa
rentibus. ff. de inof. teſt. videlicet, ordine turbato ſuc
cedit Bulgare nato. ergo pro expreſſo haberi debet
iux. gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Non obſt. ſi di
17 catur, prædicta limitatio non procedit, vbi pia cauſa
ſubſtituta eſſet, nam tunc uno tantum mortuo in il
lius portione locum habet ſubſtitutio etiam ſi per-
ſona ſuperſit, quę ex veriſimili, coniecturata, & præ-
ſumpta mente teſtatoris habet ſubſtitutum exclu-
dere ſecundum Bal. in c. ſi pater. col. 16. verſi. quæro
de uno. de teſt. in 6. & Alex. conſil. 38. viſo themate.
col. 2. ver. ita ergo in propoſito. volum. 1. per no. per
Ang. in l. precibus. col. 1. ver. in ead. gl. ibi reſpondeo
ſic. num. 5. C. de impub. & aliis ſubſt. ubi uult, quòd
quamuis tacita pupillaris cōtra matrem non admit
tatur, ut ibi, & in d. l. fi. C. de inſt. & ſubſt. fallit tamen
quando ex coniecturis de contraria mente teſtato-
ris appareret, & inter cæteras coniecturas adducit
18 ibi Ang. quòd ſi ſubſtitutio ad fauorem animę teſta
toris facta eſſet, tunc tacita pupillaria ſubſtitutio ad
fauorem animæ facta matrem excluderet, quia ve-
riſimile eſt teſtatorem animam ſuam prædilexiſſe,
eamq; cęteris rebus prępoſuiſſe. l. pręſes. & quod ibi
no. C. de ſeru. & aqua. & l. ſancimus. C. de ſacroſan. ec
cleſ. cum ſim. per Mod. allegatis in addi. ad Matheſ.
in no. 163. Not. pulchram doctrinam. quoniam re-
ſpondetur dictum Baldi non eſſe verum, vt late im-
probat Pariſ. conſ. 70. vidi teſtamentum. col. fi. n. 28.
ver. minus etiam obſtat. vol. 2. vbi com. opi. atteſta-
tur eſſe contra Bald. præterea in caſu Ang. pia cauſa
vult ſecundum iuris regulas admitti, ſecūdum quas
tacita pupillaris in expreſſa vulgari continetur. l. iā
hoc iure. ff. de vulg. & pup. & mater non vult per illā
excludi de iure ſpeciali, quia ergo pia cauſa de iure
communi nititur, & mater de iure ſpeciali, nimirū
ſi pia cauſa matri præfertur, cum facilius ius ſpecia-
le, quā ius cōmune tollatur. l. eius militis. §. militia.
miſſus. ff. de mil. teſta. in q. autem noſtra non eſt ita,
cum hoſpitale præferri uelit D. Budæ matri a mari-
to pędilectę, nedum contra iuris communis diſpo
ſitionem, quæ eſt pro matre, iuxta d. l. 1. & d. auth. de
functo. uerum etiam præter, & ultra diſpoſitionem
& coniecturatam teſtatoris mentem, quod nullo
pacto concedendum eſt per ea quę ſupra dicta ſunt:
item in caſu Ang. nihil fuit matri relictum, quo ca-
ſu datur intelligi, ꝙ de teſtatoris voluntate ſaltem ta
cita a ſubſtituto mater excludebatur, in caſu autem
noſtro totum contrarium eſt: quia mater hæres in-
ſtituta fuit, & a teſtatore prædilecta, ergo hoſpitale
ſicut in inſtitutione fuit a matre per teſtatorem ex-
cluſum, ita etiam ex præſumpta, & tacita ac conie-
cturata mente teſtatoris a matre tanquam magis di
lecta in pręſenti caſu excludendū eſt. Pręterea Ang.
in d. l. precib. loquitur quando relictum ſit ad pias
cauſas pro ipſius teſtatoris anima, exēpli gratia: quia
conſcientiam pollutam ratione incertorum male
ablatorū habebat, ſine quorū reſtitutione eius ani-
ma ſaluari nō poterat. reg. peccatū, & ibi Couar. de
reg. iur. in 6. & ita tenet Are. conſ. 154. periculoſum.
col. fi. in fi. & ſequitur Dec. in d. l. precib. col. 6. in fi.
uer. ſed tamen in contrarium. ſecus in caſu noſtro,
in quo ſimpliciter abſque grauamine, & conſciētię
exoneratione, in defectuq; liberorū & deſcendentiū
Petri-

Petriantonii hoſpitale ſubſtitutum fuit:nec reſtagitur quod Alex.voluit d.conſil.38.quia illud dictum ſimiliter non eſt uerum, nam quod ſubſtitutus uocatus,ſi ambo deceſſerint, uel poſt mortem omniſi per unius mortem,non admittatur, ſi perſona ſupe reſt,quæ ex uerisimili mente teſtatoris ſubſtitutum excludit,prout ſunt teſtatoris liberi,& deſcendentes & non cæteri tranſuerſales,ut declarat Alex.ex aliorum mente in d.§.cum ita . quamuis ſub dubio forte teneat.Imo,ibi etiam in tranſuerſalibus locum habere,cauſatur a præſumptione, de qua in l. cũ auus. ff.de cond.& demon.ſecundum docto. ibi, & in d.l. pen.de impub.& aliis ſubſti.ſed præſumptio,de qua
19 in d.l.cum auus . contra piam cauſam locum habet ſecundum Bald.& Pau.de Caſt.in l.cum acutiſſimi. C.de fideicom. & eſt communis opini. vt atteſtatur Ruy.conſil. 182.in facto proponitur.col.pen.ad fin. ſub num.8.verſic.ſecundo reſpondetur. vol.2. & ſequitur Pariſi.conſil.86.ad veram.col.pen.in fin. nume.74.vol.2.ergo & præſumptio, de qua in d.l. pen. & ita in proprijs terminis reſpondet Ruyn.d.conſil. 182.col.fi.num.9.& num.10. verſic.non obſt. etiam allegata,& ex his puto ſublata eſſe omnia quæ in cõtrarium allegata fuerunt , & ita utſupra concluſum extitit, de iure reſpondẽdum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcon.Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimę Virginis matris Marię,amẽ.

SVMMARIVM.

1 *Debitor eiuſdem fori ad moram euitandam ſolutionis tempore ad creditoris domum accedere tenetur .*
2 *Creditor quando eſt in mora debitum recipiendi,debitoris mora non attenditur,ſed creditoris .*
3 *Mora creditoris abſentis cum debitoris mora compenſari debet, quia creditoris maior eſt , quàm debitoris mora .*
4 *Debitor extra ciuitatem creditorem perquirere , in aliamque prouinciam ſe conſerre non tenetur .*
5 *Debitor offerre non tenetur ſe paratum ſoluere , ſi adeſſet, qui debitum reciperet , ſi ante ſolutionis diem creditor ſe abſentauerat .*
Dies pro creditore debitorem interpellat. ibid.
6 *Creditor ſi debiti ſolutionem recipere non eſt paratus,debitor in mora non conſtituitur .*
7 *Debitor quamuis ſoluendi debitum in mora fuerit, ſi fiſco in creditoris iniuriam coacte ſoluit , in totum liberatur .*
8 *Iuramentum obligat, & effectum habet, rebus ſic ſtantibus.*
9 *Debitor iuratum debitum alteri ſoluens iuſſu iudicis excuſatur , etiam a periurio .*
10 *Bannitus ſimpliciter ad patriam , & ad bona reſtitutus , ſicuti bona per fiſcum alienata non recuperat , ita etiam non recuperat debitorum nomina , quando debitores exacti fuerunt .*
11 *Fiſcus vel ab eo cauſam habens mediate , vel immediate locò hæredis habetur .*
12 *Bannitus ſimpliciter reſtitutus quamuis bona ab eo qui emit a fiſco recuperare nequeat, aduerſus fiſcum tamen agere poterit,quatenus ex re vendita locupletior factus ſit.*
13 *Sententia ſi ex eiſdem actis retractanda venit,debet,qui ſententiam illam obtinuit,in expenſis condemnari.*
14 *Stipulationes ſtrictiſſimi iuris ſunt, & contra illum, qui vult ex ſtipulatione niti,interpretanda ſunt.*
15 *Frater ſibi, ſuiſque hæredibus ſtipulans, fratri ſtipulari non cenſetur,niſi de eo facta fuerit mentio etiam quod in communi viuerent.*
Quærere ſibi,hæredique ſuo, & non alteri in dubio præſumitur.ibidem.
16 *Virtus contractus ad alium non extenditur quàm ad eum qui in contractu expreſſus eſt.*
17 *Societas inter fratres contracta non dicitur , etiam quod in communi viuant , hæreditatemque paternam pro indiuiſo poſſideant,niſi ſit expreſſè dictum .*
18 *Frater ſi proprio nomine debitum contrahit, alius frater ad illud non tenetur,niſi expreſſe actum ſit.*
19 *Frater præſens fratri abſenti nihil acquirit, niſi pro eo accepet actum,qui ſit.*
20 *Debitor debitum ſoluens creditoris fratri legitimum mandatum non habenti,a debito non liberatur.*

CONSILIVM IIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio amen.

VISO proceſſu per Pirottum Magnanſi & Bernardinum eius fratrem , aduerſus Iacobum de Cuſinis fabricato, arbitror per iudicem a quo , fuiſſe ad fauorem Pirotti male pronunciatum, executionem que inſtrumenti contra Iacobum inique commiſſam,& conſequenter per ipſum ex duabus rationibus & fundamẽtis bene appellatum.Primo quia
1 quamuis Iacobus debitor ſolutionis tempore ad moram euitandam teneretur ad Pirotti creditoris domum accedere,cùm eiuſdẽ eſſet fori,ut eſt theorica Bar.communiter approbati in l.item illa.colu. 2.ad fi.uerſi. ſi uero in obligatione eſt dies tacita.ff. de conſti.pecu.& Roland.conſi.87. non inſiſtendo col.3.num.15.uol.1.nihilominus quia eo tempore notorium erat Pirottum in ciuitate Arimini non adeſſe , de eoque copia haberi non poterat,ex quo ante ſolutionis diem ipſe in banno ad capitis pœnã. bonorumque confiſcationem poſitus fuerat,ut idẽ in prima petitione Iacobi fatetur : concludendum eſt ex hoc Iacobum excuſatum fuiſſe,&ad illius domum accedere non tenebatur , & propterea in nulla mora conſtitutus fuit, pro hoc allego Bar.&Pau. de Caſt.in l.ſi per emptorem.in prin.ff.de act.empt.
2 vbi inquiunt quòd quando creditor eſt in recipiendi mora,debitoris mora non attenditur, immo creditoris mora magis quàm debitoris inſpicitur, ideo ſi debitor in die termini nõ habet,cui ſoluat,in mora conſtitutus dici non poteſt.l.pecuniæ.§.fi. & l.cũ quidam.§.ſi pupillo.ff.de uſuris,quod dictum refert & ſequitur Ruyn.conſi.151.quia præponitur.col.2.
3 uerſic.& ultra eos.ſub num.4.uol.1. & quatenus Iacobus in mora conſtitutus fuiſſet , ei mora nocere non potuit , cum Pirotti mora creditoris abſentis, cum Iacobi debitoris mora compenſari debuerat, & compenſetur, ex quo maior eſt creditoris mora, quàm mora rei,ut habetur in authẽ. quod ſemel.C. quomo.& quando iud. & tradit Bar.in d.l.ſi per emptorem.& Ruy.d.conſi.151.nume.5. imputet enim ſibi Pirottus,ex eo quod ad exigendum eius creditũ legitimum in ciuitate ante eius receſſum procuratorem non reliquit, Gozad. conſil.57. multa fuerunt. col.2.in princ.num.4.&Rolan.d.conſi.87. columna penul.numero uigeſimoquinto. uolu.1. nam cum
4 eiuſdem eſſent fori , Iacobus extra ciuitatem Pirottum abſentem perquirere , in aliamque prouinciam ſe conferre non tenebatur , ibique eidem Pirroto ſoluere, vt determinat Bal. in l.acceptam. in 14.q.C.de uſur.& idẽ Bal.&poſt eum Io. de imo. in l.cum filius.§.fi.de uerbo.obli. nec opus erat Ia-
5 cobum in termino ſolutionis facienda offerre ſe ſoluere paratum, ſi adeſſet , qui debitam quantitatem reciperet, poſtquam conſtabat Pirottum per homicidium per eum perpetratum ante ſolutionis diem ſe abſentaſſe, ut ipſe in d. prima poſitione fatetur, & in termino ſibi ad eius defenſionem faciendam ſtatuto non comparuerat. l. ſi fundus. §. fi.ff.

fi.ff.de lege commiſ. dict.l.pecuniæ.in fi.& d.l.cum
quidam.§.ſi pupillo.de uſur.& tradit Hoſti.in ſum-
ma.de loca.§.pe.col.pe.verſi. quid ſi de hæreditate,
quem refert & ſequitur Alex. conſi.92. perſpectis.
colum.3.in prin.uerſi.alia etiam ratione.uolu.1.&
Ruy.conſi.150.ſatis clarum. col.fi.uerſi. nec obſtat
tex.uol.1.& d.conſi.151.col.3.num.6.& num.7.ubi
concluditur debitoris proteſtationem neceſſariam
non fuiſſe, nec obligatum fuiſſe iudicem adire,
nec offerre, nec pecuniam debitam deponere: &
quamuis recollectus dies & iuramentum in contra
ctu appoſitum pro Pirotto Iacobum debitorem in
terpellarent, ita ut in mora Iacobus conſtitueretur.
6 l.magnam. cum uulga. C.de contrahen. ſtip. cum
concord.per Roland.relatis conſi.25. dixi.colu.pe.
in prin. num.22. ſub uerſi. non obſtant in contra-
rium.uol.2. quia tamen in proceſſu non probatur
Pirottum creditorem fuiſſe paratum ad debiti ſolu
tionem recipiendum, non dicitur Iacobus in mora
conſtitutus, ut declarat Corne.conſi.79.viſo proceſ
ſu.col.fi.num.19. uerſ.& inſuper. uol.3. & Roland.
conſ.57.nu.36.cum ſeq.uol.1. ubi late. quinimmo
dato millies quod Iacobus in ſoluendi mora fuiſ-
ſet, moraque illa uirtute iuramenti purgari non po
tuiſſet, nihilominus in caſu propoſito mora illa nō
præiudicauit, nec Iacobo præiudicare potuit, ex
quo debitum illud fiſco ob condemnationem &
bonorum confiſcationem Pirotti creditoris coa-
cte ſoluit, ut uoluit Bar. quem communiter ſequū-
tur omnes in l.creditor.ff. de ſolutio. dicens quòd
7 debitor quamuis in mora ſoluendi fuerit, ſi in cre-
ditoris iniuriā fiſco ſoluit, penitus liberatur, & ita de-
ciſum reperitur in conſi.Neap. vt concludit Afflic.
in deciſ.150. Rex Alfonſus.col.5. uerſi.in contrariā
partem adducitur. ibi. ſinantem fuiſſet debitor in
mora, & colu. ſeq. verſi. ſi uerò Tirannus.ibi, & ſic
Bar.in d.l.creditor.& col.11. uerſi. & finaliter con-
cludit. ibi, & hęc omnia iudex debet conſiderare.
cum num.24.25.& 26. & col.13. verſi. tertio conſi-
deratur.ibi, ſed ſi caſus ſuperueniens. cum num.29.
& 30.& tenet Iaſ. conſi.26. in fauorem in prin. uol.
3. Cum igitur Iacobus debitor ex præcepto pœnali
D.gubernatoris compulſus fuerit, (vt in ſolutionis
inſtrumento legitur) aduocato fiſcali ad Pirotti
creditoris iniuriam ſoluere, ex eo quia eius bona
iam erant per eius homicidium publicata, & con-
fiſcata, & ſic iuſte Iacobus ob illam ſolutionem
coacte factam liberatus fuit, plenamque conſecu-
tus fuit liberationem, vt communiter tenent doc.
vt atteſtatur Dec.cōſ.25. & pro tenui facultate. quod
etiam procedit ſi Iacobus ſoluere iuraſſet, quia iu-
8 ramentum obligat, effectumque cōſequitur rebus
ſic ſtantibus.l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.l.cum quis.ff.de ſo-
lutio.&l.1.ff.de teſta.tut. Egid. Theomat.in tract.de
collect.fol.356.in fi.nu.2.uerſic. ſi adſit incola. & in
qualibet diſpoſitione etiam conuentionali & iura-
ta, ſemper intelligitur clauſula, rebus ſic ſtantib. Ia-
ſo.poſt Bar.in l.quod Seruius.colum.penult.uerſic.
circa ſecundum. ff.de cond.ob cauſam. Rube.conſ.
147.uiſo inſtrumento.col.1.num.3.& 4.Dec.conſi.
335.uiſo conſil.columna prima.in fin. numero ter
tio.conſi.408.in præſenti.colum.fin. in prin. nu.11.
quem refert & ſequitur Craueţ. conſil.95. uiſis his.
columna penul.uerſ.quarto adduco.num.4.& Ale
xand.conſil.71.uideretur.colum.fin.num.8. libr.5.
Pariſi.conſi.24.licet d.Raynu.colu.9. in fi. num.72.
uerſic. prout etiam.uolum.2.conſil.73.uidetur. co-
lum.6.num.45.uerſic.non obſt.quod dicitur.& cō-
ſil.100.promiſſio.columna quinta. numer.35. uol.
primo.Gozad.conſi.27.in cauſa conductorum, co-
lumna prima.num.primo.& col.4.in fin. nume.19.
uerſic.nono omnis promiſſio. cum aliis diffuſe col
lectis per Tiraq.in l.ſi vnquam.in præfatio. nu.166.
uerſic.præterea iuramentum.C. de reuocan.donat.
& Natta conſi.50.num.2. uolu.1, quem refert & ſe-
quitur Senat. Pedamon.in deciſ.91.ſupereſt.num.2.
& 3.ſuperueniente igitur iudicis iuſſu, per quem de-
bitor alteri ſoluere cogitur, etiam a periurio excu-
ſatur.c.veniens.extra de iureiur. cum aliis per Ruy.
relatis conſil.116.uiſo præcepto.col.pen.in fin.uer.
nam & ubi creditor. uol.5. ubi addit quoque quòd
9 debitor etiam in genere ab eius ſuperiore iniuſte, &
per vim exactus, remanet liberatus, ac etiam exce-
ptionis ope liberetur, vt ibi in vltima colū. pulchre
concludit. Pro quibus faciunt tradita per Afflict. in
deciſio.328. Dominus Paulus. & quamuis hoc ſuffi
ciat ad demonſtrandum inique contra Iacobum
pronunciatum fuiſſe, & de Iacobi bono iure, nihi-
lominus alio fundamento oſtenditur Pirotto con-
tra Iacobum nullum ius competere, nam clarum
eſt Pirottum fuiſſe bannitum, eiuſque bona fuiſſe fi
ſco publicata, ut ex tenore ſententiæ in actis produ-
ctæ liquidò conſtat: patet etiam ex publico inſtru-
mento in proceſſu producto illud Pirotti debitum
fuiſſe per Iacobum Auditori fiſcali ſolutum, in vti-
litatemque fiſci verſum fuiſſe, quibus ſic conſtitis
apertiſſimi iuris eſt, Pirotto etiam per Principem ad
eius bona reſtituto, de qua tamen reſtitutione in
proceſſu minime conſtat, actionem aduerſus Iaco-
bum non competere; ſicut enim bannitus ſimpli-
citer ad patriam, & ad bona reſtitutus bona per fi-
ſcum alienata non recuperat ſecundum Bart.in l.fi.
C.de ſent.paſ.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de li-
be.& poſthu.cum concord.de quibus ibi per Alex.
& communiter doct. vt tradit Calcane.conſil.36.vi-
ſis dictis petitionibus.col.6. num.28. verſic. nec his
habet obſtare.& num.29.uerſic.præterea reſtitutio.
& conſi.52.licet his.col.3.in fi.uerſic. & ſic per con-
ſequens.num.12.& per Abb.& Imo. in c.inter qua
tuor.& ibi Fel.in pen.col.& fi.extra de maio. & obe
di.& ibi Fel.in c.ſuper eo.col.2.num.4. uerſic.quod
non ualet diſpenſatio.extra de offic.deleg. niſi cum
10 clauſula, non obſtante quacunque quęſtione præ-
cędente, reſtitutus fuiſſet, quam Princeps uult pro
non facta haberi, vt tradit Card. quem ibi ſequitur
Imo.in c.quia diligentia.extra de elect.de quo men
tionem facit Fel.in c.fi.col.4.in prin.num 11. verſi.
ſed contrarium decidit.extra.de conſt. ita etiam de-
bitorum nomina non recuperat, maxime quando
debitores exacti fuerunt, prout eſt in caſu propoſi-
to.& ideo dixit Ruy.conſil.22.in quæſtione. colū.1.
11 uerſi.ſi uero fuerunt.uol.5. quòd ſi debitor exactus
fuit, confiſcatioque fuit iuſta, ille liberatus eſt, quia
fiſcus, vel ab eo cauſam habens mediate, vel imme-
diate, loco hæredis habetur.l.ſi debitori deportatio.
& l.inter eos.§.fin.ff.de fideiuſ.& l.2.C.ad leg.iul.de
iur.pa. Roland.conſi.31.viſo proceſſu. col.7. nu.33.
ſub verſicu.tertio dicitur.volu.1.& conſil.78.ſtante
prima ſententia.col.3.num.15.uol.2.& Iac.Menoc.
in tract.de arb.iud.li.2.contraria.2.caſu.137.in prin.
unde per reſtitutionem prædictam debitores exa-
cti iterum ad ſoluendum creditoribus reſtitutis cō-
pelli non poſſunt, ex quo iure permittente ſolue-
runt, quia ab eodem idem bis exigi non poteſt.l.bo
na fides.ff.depoſi.ſed creditores aduerſus illum, qui
exegit, ad id in quo locupletior effectus eſt, age-
re poterunt, tamquā contra quemlibet bonæfidei
poſſeſſorem, & hoc idē ante ipſum firmat in quæ-
ſtione noſtra Bar.in d.l.fi.col.3.uerſi.pro declaratio
ne huius glo.C.de ſent.paſ. dum inquit quod quamuis
12 ſimpliciter reſtitutus bona ab eo, qui emit a fiſco,
recuperare nequeat, contra fiſcum tamen experiri
pote-

poterit, quatenus ex re vendita locupletior factus eſt, ſicuti de bonæfidei poſſeſſore dicitur, ſequitur Nellus in tract. bannito. in 1. par. tertij tempo. in 5. & 6. q. & Pau. de Grillan. in tract. de hæreti. in 6. q. uerſi. ſed quæro retentis. & idem in tract. de relaxa. carcerato. in 2. par. in 4. & 5. q. & dixi in tract. de ceſſio. bono. in 5. q. quarta. q. prin. num. 5. uerſi. aut illa bona. ſi ergo fiſcus in caſu propoſito per dictam ſolutionem ſibi factam locupletiorem factum fuiſſe, reperitur, contra ipſum & non contra Iacobum Pirottus agere debebat, cum Iacobus per iuſtam confiſcationem præcedentem coacte ſoluens liberatus fuerit, & per Pirotti reſtitutionem in pristinã obligationem non reinciderit, ut ſuperius dictum eſt, & ita in ſimili caſu conſuluit Ruy. d. conſi. 22. per totum. qui omnino uideatur, ex quo fundamẽtum hoc ad præſentis quæſtionis radicem gladium imponit: ex quibus ſupra deductis liquidò conſtat ex parte Iacobi recte appellatum fuiſſe, ad fauorẽque Pirotti & Bernardini eius fratris inique executum fuiſſe, qui fratres in expenſis condemnandi ue
13 niunt, tum quia ex eiſdem actis executio commiſſa retractanda uenit, ut uoluit Inno. in c. finem litibus. extra, de dolo, & contu. conſuluit ancha. conſi. 331. viſis diligenter. in fi. & eſt communis opi. ut atteſtatur Lanfr. in repeti. c. quoniam contra. in gl. de expenſis. col. 3. uerſi. concluditur ſecundum Inno. extra. de probatio. Iaſ. in l. properãdum. §. ſin autem alterutra. col. 7. in fi. uerſi. nono & ultimo quæro. C. de iudi. & eſt decis. Tholoſa. 222. item fuit quęſitum an ille qui obtinuit. & ibi latiſſime ultra omnes Auſr. in addi. tum quia Bernardinus in inſtrumento ſolutionis faciendæ nec deſcriptus, nec cõpræhenſus fuit, ideo quo ad ipſum nullo pacto dictum inſtrumentum executioni demandari potuit nec ſibi ullum ius in illis pecunijs competebat, ex quo ſtipulatio, promiſſioque Pirotto facta fuit & eius heredibus, non autem Bernardino eius fratri cum ſtipulationes ſtrictiſſimi iuris ſint, & contra
14 eum, qui vult ex ſtipulatione niti, interpretandæ. l. quicquid aſtringendæ. de verb. ob. & l. veteribus. ff. de pact. & habetur per Corne. conſi. 289. viſis nonnullis. columna ſecunda. verſic. & maxime cum ſtipulationes. vol. 3. vbi concludit, quòd ſi fratri ſtipularetur, nihilominus ipſi tãquàm adiecto actio nõ
15 competit, nec competere poteſt, & eo maxime, quia Pirottus ſtipulans ſibi, ſuiſque hæredibus, fratri ſtipulari non cenſetur, cùm ſit extranea perſona, niſi de eo mentio facta fuerit etiam quòd in communi viuerent, & omnia bona communia tenerẽt, ſecundum Pau. de Caſt. conſil. 68. in quæſtione quæ vertitur inter commune. col. 1. poſt princ. vol. 1. in nouiſ. faciunt dicta per Roma. conſil. 3. viſo themate. in princ. & in dubio quis ſibi ſuiſque hæredibus, & non alteri quærere velle præſumitur, l. ſi pactum. ff. de prob. & l. ſi neceſſarias. §. pen. ff. de pignor. act. cum vulg. nec perſona extrinſeca ſubintelligitur niſi hoc actum ſit, vt inquit glo. in d. l. ſi pactum. cum
19 virtus contractus ad alium non ſe extendat, quàm ad eum qui expreſſus eſt. l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. de verb oblig. tradit Paul. de Caſt. conſil. 349. ex die quo iſte Raph. columna prima. in fi. verſic. quarto, & vltimo opponitur. vol. 1. in nouiſ. & Roman. conſil. 168. circa primum. in princip. nam quamuis
17 fratres in communi viuant, hæreditatemque paternam inſimul indiuiſam poſſideant, inter eos tamen ſocietas contracta non dicitur, niſi expreſſe dictum ſit. l. ex parte. §. filius. ff. fam. hercif. doctrina eſt Bart. communiter approbata in l. Titium, aut Mæuium. §. altero. ff. de admin. tut. & in l. cum duobus. §. Papinianus. cum l. ſi fratres. in princ. ff. pro ſoc. Roma. conſil. 313. in caſu propoſitæ. Alex. conſil. 78. quia per ſupraſcriptos. circa fin. verſic. nam ſi arguimus. vol. 4. & conſil. 103. videretur. vol. 3. quod eſt duplicatum conſi. 154. vol. 2. refert & ſequitur Iaſ. conſil. 5. quia ſemper. in prin. volu. 1. Bald. conſil. 472. ſuper primo. vol. 4. Corne. conſil. 98. licet videatur. colũ. 1. ad fi. verſic. tamen his non obſt. vol. 4. & Lud. Bolo-
18 gni. in addi. ad Io. de Ana. conſil. 65. viſo puncto. & ideo ſi Pirottus nomine proprio debitum contraxiſſet, ad illud Bernardinus non teneretur niſi expreſſe actum eſſet, vt in notab. q. pulchre conſuluit Paul. de Caſt. conſil. 242. videndum eſt an fratres dicti Nic. volu. 1. in nouiſ. & Anch. conſil. 103. parum ſubtiliter. & tenent quidam in addi. ad Spec. in tit. de iud. in 4. par. §. ſequitur videre. col. 3. ſub num. 9. verſic. quid ſi alter ex cohæredibus. poſt addi. Io. And. in verbo quid ſi pater ſe obligauit pro filio. ibi, adde prædictis. & quòd Pirottus eius fratri Bernardino ſtipulatus fuiſſe non cenſeatur, patet, quia ſua non intererat, vt inquit Ruy. conſil. 168. circa caſum. col. 2. num. 4. verſic. & ſtipulatio. vol. 4. & quia frater præ-
19 ſens abſenti fratri nihil acquirit, niſi pro eo actum acceptet, qui fiat, ſecundum Cy. in auth. ſacramenta puberum. in 10. q. C. ſi aduer. vend. cum alijs per Firma. relatis in ſuo repett. in verbo frater acquirit. num. 3. immo ſi Iacobus Bernardino legitimũ mãdatum non habenti ſoluiſſet, liberatus non fuiſſet, vt eſt tex. in l. qui hominem. §. ſi nullo. ff. de ſolutio. cum concord. ibi per gloſſ. & doct. allegatis. & ita de iure reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Obligans vltra eius intentionem ſe obligare non dicitur.*
Limitata cauſa limitatum parit effectum. ibid.
2 *Promiſſio quælibet ſemper eſt intelligenda, rebus ſic ſtantibus.*
3 *Promittens, remittere non intelligitur exceptionem quam habet.*
4 *Penſio ſi ratione alicuius beneficij promittitur, & in obligatione fructus, talis obligatio ſtat limitatiuè, quia illis non extantibus ceſſat obligatio.*
5 *Ceſſante promiſſionis cauſa ceßare debet ipſa promiſſio.*
6 *Promiſſio regulatur, regulariq́ſecundum præcedentem obligationem videtur.*
Promittens ſoluere contenta in teſtamento Titij, illo reuocato, promiſſio ceſſat. ibidem.
7 *Promißio ſeu obligatio a contractu regulatur, cuius reſpectu ſit.*
8 *Obligatio ob aliquam cauſam facta, ea non exiſtente ceſſat.*
9 *Dictio, che detta poſseßione, eſt repetitiua, & ad præcedentia relatiua.*
10 *Relatiua dictio refert præcedentia cum omnibus qualitatibus.*
Non entium nulla ſunt qualitates, & ſuper non ente non verſatur arbitrium. ibidem.

CONSILIVM V.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER quæſtione propoſita concludendum cenſeo, quòd promiſſio per Pandulphum Lunardellum facta, de cõſignando D. Lucretiæ Fagnanæ medietatem prædij Podij hybernorum, quod olim Dom. Heliſabetta eius mater poſſidebat, ad

bona

bona non extendatur, quæ ipſa non poſſidebat, ſed
ad ea tantum, quæ tempore eius vitę, ac mortis poſ-
ſediſſe conſtiterit, ne Pandulphus vltra eius intētio-
nem ſe obligaſſe videatur, cum quilibet obligans
1 non dicatur ſe vltra eius intentionem obligare. unl.
l. non omnis. cum materia. ff. ſi cert. peta. & limitata
cauſa limitatum parit effectum. vulg. l. ne in agris.
cum ſimili. ff. de aeq. rer. dom. ſi ergo non conſtite-
rit Dom. Heliſabettam bona in Podio prædicto poſ
ſediſſe, conſequens eſt, quòd Pandulphus ad alia bo
na per eam in dicto Podio non poſſeſſa teneri no-
luit, alioquin ſi ad ea ſe obligare voluiſſet, expreſſiſ-
ſet, & non ad poſſeſſa tantum ſe aſtrinxiſſet. arg. tex.
in l. vnica. §. ſi autem ad deficientis. cum ſim. C. de
cad. tol. & quælibet promiſſio etiam iurata ſemper
2 intelligenda eſt rebus ſic ſtantibus. l. quæro. §. inter
locatorem. ff. loca. c. cum inter. extra, de renun. & l.
ſeruum. cum ibi not. per Bar. de verb. obl. & per Ti-
raq. in repeti. l. ſi vnquam. in præfatio. num. 166. verſ.
præterea iuramentum. cum trib. ſeq. C. de reuocan.
donat. & Senat. Pedemonta. in deciſ. 91. ſupereſt. nu-
me. 2. & 3. ſi igitur D. Heliſabetta tempore eius vitæ,
& mortis nihil in caſtro Podij poſſedit, concluden-
dum eſt Pandulphum ad nihilum teneri voluiſſe,
ergo ceſſat obligatio quo ad alia per eam non poſ-
ſeſſa, quia noluit, niſi ad poſſeſſa per eam teneri: &
ideo cum talis promiſſio reſpectum habeat tantum
ad bona per eam poſſeſſa, non dicitur niſi ratione
3 prædicta ſe obligaſſe; nam vbi quis promittit, excc-
ptionem, quam habet, remittere, nō intelligitur de
alia. Pau. de Caſt. in l. ſi prior. ff. ſolu. matrim. & Imo
la. in l. diem. ff. de nouatio. confirmatur & hęc con-
cluſio per nota. per Pau. de Caſt. cōſi. 338. quia exce
ptiones. col. pen. verſic. tertio quæritur. uol. 1. in no
uiſ. Abb. & alij in c. niſi eſſent. extra. de præben. quòd
4 vbicunque quis ratione alicuius beneficij penſionē
promittit, in obligationeque reſpectus habetur ad
fructus, talis obligatio limitatiue ſtat, ratione men-
tionis de dictis fructibus factæ, quibus non extanti-
bus obligatio ceſſat. idem Fely. late in c. ad audien-
tiam. il 2. in 6. concluſione. extra. de reſcrip. & ideo
ceſſante prædio Do. Heliſabettæ, & alijs bonis in di
ſtrictu podij, ceſſat ipſa obligatio, enim promiſſio-
5 nis cauſa ceſſante ceſſare debeat ipſa promiſſio. c.
2. & ibi Ant. de But. in t. not. extra, de cuſto. Eucha.
cum alijs concord. per Tiraquel. relatis in trac. ceſ-
ſante cauſa. in uerbo promiſſionis cauſa. num. 217.
cum igitur promiſſio, ſiue obligatio reſpectum ha
buerit ad ea, quæ Do. Heliſabetta tempore eius ui-
tæ & mortis poſſidebat, datur intelligi, quod niſi
cōſtabit eam in caſtro podij poſſediſſe, voluerit Pā-
dulphus in aliquo teneri, quod ſecus eſſet, ſi appare-
ret eam ibi aliqua bona poſſediſſe. Cōfirmatur præ
6 dicta, nam regulariter promiſſio regulatur, & ſecū-
dum præcedentem obligationem regulari uidetur
& ideo promittens in teſtamento Titij cōtenta ſol-
uere, reuocato teſtamento, ceſſat promiſſio & obli
gatio, Bal. in l. fi. C. de conſti. pecu. l. cum quis dece-
dens. in prin. de leg. 3. l. fi. ubi Bar, Paul. de Caſtr. &
Alex. ff. de ſolutio. & Pariſi. conſi. 24. licet Do. Nai-
nus. col. 9. nu. 68. uerſ. & magis in terminis. uol. 2. &
cum hæc obligatio prędium in caſtro podii per D.
Heliſabettam habitum reſpiciat, eo non habito, ceſ
ſat promiſſio, ſeu obligatio, ne plus in promiſſione
quàm in obligatione dicatur, cuius reſpectu facta
7 fuit, & ideo Imo. in c. fi. extra. de emp. & uendi. di-
cit quòd omnis promiſſio ſeu obligatio a contra-
ctu, cuius reſpectu fit, regulari debet. Ita hic conſti-
to de prædio per Do. Heliſabettam habito, & non
aliter, quia talis ſe obligaſſe dicitur, ſi & quatenus
de dicto prædio conſtiterit. Idem cōfirmatur, nam
8 obligatio ob aliquam cauſam facta. ea non exiſten
te ceſſat, Bal. in d. l. fi. de conſti. pecu. in l. generaliter.
C. de epiſco. & cleri. & Are. in l. ſi rem aliquam. col.
10. ff. de acqui. poſ. verum in caſu propoſito nō cō-
ſtat, nec conſtare poteſt. D. Heliſabettam aliquid in
caſtro podii poſſediſſe, ergo quoad ea Pandulphus
non eſt obligatus. & ratio eſt, quia non plus quis
obligatur quàm uoluerit. Bar. in l. ſi quis enim aliter
ff. de uerb. obli. & d. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. ſequi-
tur ergo non conſtito de aliquo podii prędio per
Do. Heliſabettam poſſeſſo Pandulſum noluiſſe ſe
obligare, & ideo obligatus non dicitur: ergo pro-
miſſio quoad bona podij per eam non poſſeſſa ceſ
ſat: cum non ſit uerisimile ꝙ ad illa bona non poſ-
ſeſſa ſe obligare voluerit, ut tradit Tiraquel. in repe
ti. d. l. ſi unquam. in præfatio. nume. 171. uerſ. immo
nec ad ea. de reuoc. don. Non obſtat quòd in ſecun
do promiſſionis capitulo dicitur, debere dictā po-
dii poſſeſſionem inter dictas partes diuidi, ergo ui-
detur Pandulfum ad podii poſſeſſionem ſe obliga
re noluiſſe, etiam quòd per D. Heliſabettam poſſeſ-
ſa non fuiſſet: quoniam reſpondetur Pandulphum
voluiſſe dictum fundum inter eos diuidi quatenus
per eam poſſeſſus fuiſſet, & non aliter: & hoc pro-
batur per illam dictionem, che detta poſſeſſione.
9 quæ dictio, dicta, eſt repetitiua, & ad præcedentia re
latiua. Aymo conſi. 98. nobilis & potens. col. 2. n. 8.
verſic. tertia reſtrictio. vol. 1. & Pariſ. conſil. 5. uiſo te
ſtamento. col. 2. in princ. verſic. ſuadetur etiam. vol.
10 tertio. & dictio relatiua refert cum omnibus quali-
tatibus præcedentia. Dec. conſil. 182. in caſu occur-
renti. col. pen. in princ. num. 4. & Ruy. conſil. 130. vi-
ſo teſtamento. col. 2. in princ. ſub num. 4. vol. 2. ſi er
go conſtabit D. Heliſabettam in caſtro Podij fun-
dum poſſediſſe, voluit Pandulphus illum diuidi, ſe-
cus ſi non conſtiterit, prout conſtare non poteſt,
ideo ad aliquam diuiſionem teneri non debet, cū
non entium nullæ ſint qualitates. l. 2. ff. de vſufr. l. 4.
ff. loca. l. adeo. §. quod ſi toto. ff. de acqui. rer. dom. l.
eius qui. §. pen. ff. ſi cer. per. & gl. in c. bonæ memo-
riæ. il primo. in verbo per rerum naturam. extra de
elec. nec eſſet ſuper quo vir bonus arbitrari poſſet,
ut ad diuiſionem deueniretur, ſi D. Heliſabetta fun
dum aliquem in caſtro Podij non poſſidebat, ꝙ ſu-
per non ente non verſatur arbitrium. Bald. in l. mi-
litis. C. de teſt. quem refert & ſequitur Card. Zab. cō-
ſi. 139. col. 3. verſic. quarto ad idem. Nec tertium ca-
pitulum refragatur, dum dicitur, quod ſi Pandul-
phus vendiderit, ſeu de dictis bonis aliquo pacto a-
lienauerit, quòd illa portio ad eius cōputum aſcri-
batur, & ſic partes uoluiſſe uidentur, quòd dicti prę
dij Podij fieret inter eos diuiſio: quia reſpondetur
prout in præcedenti reſponſione diximus, cum in
hoc capitulo partes ſimiliter ad memoratam poſ-
ſeſſionem, & bona ſe referant, quatenus per D. Heli
ſabettam poſſeſſa fuerint, & non aliter. & ita intre-
pide concludendum puto Pādulphum [illegible]
[illegible] ad Po
dij poſſeſſionem, quæ per D. Heliſabettam poſſeſſa
non fuit, non teneri, nec obligatum eſſe ad aliquid
de memorata Podij poſſeſſione conſignandum D.
Lucretię, eiuſque promiſſionem vllo pacto ad ea,
quæ per D. Heliſabettam poſſeſſa non fuerunt, mi-
nime extendi, & ideo quo ad illum Podij fundum
ceſſare eius promiſſionem: & ita de iure reſpōden-
dum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ari-
minen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſi-
mæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Mater in reſtitutione fideicommiſſi an filij legitimam retinere poſſit? & an in ea grauari valeat. & nu. 2. 11. 15. & 18.*

2 Verba

2 *Verba grauaminis quando a teſtatore ſimpliciter prolata ſunt an in dubio fideicōmiſſum cenſeatur a filio, vel ab hærede filij relictum.*

Legitima filij an veniat in fideicommiſſi reſtitutione, quando fideicommiſſum eſt ab hærede relictum. ibidem, & num. 16.

Hæres filij an in legitima filio debita grauari poſſit. ibidem. & nume. 12. 15. & 16.

3 *Legitima detractio an prohibita intelligatur quando teſtator uſus eſt in teſtamento uerbis illis, quòd hæres integram hæreditatem & abſque aliqua detractione reſtituat, & num. 19. & 20.*

4 *Filius approbans teſtamentum paternū an illud amplius impugnare valeat, & trebellianicam detrahere poſſit, & quo ad quid illud approbare dicatur, vt impugnare non poſſit. & nume. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.*

5 *Filius hæres inſtitutus in legitima grauari non poteſt. & nu. 12. & 15.*

6 *Hæres filij grauati de reſtituendo hæreditatē, legitimā, & trebellianicam detrahere poteſt.*

7 *Grauari non poteſt a teſtatore, qui non eſt ab eo honoratus. & numero 11.*

8 *Mater hæres filij ab inteſtato de fideicommiſſo iniuncto filio adulto legitimam detrahere poteſt.*

9 *Filius pubes effectus per obitum patris ſui iuris, teſtari poteſt.*

10 *Filius ſicut querelam non præparatam ad eius hæredem tranſmittit, ita etiam & eius petendi legitimam, & legitimæ ſupplementum.*

11 *Ius conſequendi quartam, quod defuncto competebat, ad eius hæredem tranſmittitur, quamuis illam defunctus in uita non detraxerit.*

12 *Fideicommiſſum licet ſit ab hærede filij expreſſe & ſimpliciter relictum, legitima tamen filij in fideicommiſſi reſtitutione non venit.*

13 *Trebellianica detrahi poteſt eo caſu quo fideicōmiſſum præſumitur, vel eſt expreſſe ab hærede filij relictum.*

14 *Trebellianica de fideicommiſſo ad piam cauſam relicto ſecundū vnam opinionem non detrahitur, & ſecundum aliam ſic, & nu. 21. legitima vero detrahitur eo. num. 14.*

15 *Hæres pupilli ſicut expreſſe in bonis pupilli aliūde quàm a patre acquiſitis grauari poteſt, an ita etiam ſpecialiter & expreſſe poſſit in legitima filio debita grauari. & nume. 19.*

17 *Grauamen quando ſimpliciter eſt iniunctū, & grauaminis verba impersonaliter proferuntur, potius a filio inſtituto, quàm ab eius hærede relictum cenſetur.*

18 *Legitima & trebellianica per hæredem detrahitur in ſubſtitutione fideicommiſſaria puberi facta.*

20 *Dictio integra, & verba, abſque ulla detractione, quomodo intelligātur, quando in fideicommiſſaria ſubſtitutione appoſita ſunt, & num. 23. & 24. & quando in ſubſtitutione pupillari ſunt appoſita, quid operentur. nu. 22.*

23 *Filius etiam maior adita hæreditate legitimam & trebellianicam, ſi teſtator miles fuit, detrahere non poteſt.*

25 *Verba (pleno iure) in fideicōmiſſaria ſubſtitutione appoſita, nec legitimæ, nec trebellianicæ prohibitionem inducunt.*

28 *Renunciari legitima non poteſt tacite, ſed expreſſa requiritur renunciatio.*

Legitimam petens [illegible] *teſtamentū impugnare non dicitur* [illegible]

Filius patris teſtamentum approbās in legitima ſibi præiudicare non cenſetur. ibidem.

29 *Teſtamentum per hæreditatis aditionem approbari non dicitur quin trebellianica detrahi poſſit.*

31 *Filius patris teſtamentū approbās, in quo de legitima reſtituēda expreſſe grauatus fuit, & ſit in legitima tantum inſtitutus, amplius legitimam petere non poteſt.*

32 *Filius paterna in hæreditate ſe immiſcens, inuentario nō confecto, legitimā detrahere poteſt aduerſus vniuerſalem fideicommiſſarium, licet contra legatarios & creditores non poſſit, maxime in caſu retentionis.*

CONSILIVM VI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER puncto de quo quæritur, dicendum videtur Do. Budam Petriantonij
1 Paſſarelli defuncti matrem, (caſu quo eius portio hoſpitali Miſericordiæ reſtituenda veniret) filij legitimam retinere non poſſe: tū quia fideicommiſſum ab hærede Petriantonij relictum videtur, cum ſimpliciter, impersonaliterque per teſtatorem iniunctum ſit, dum voluit teſtator decedente Petroantonio eius filio, & hærede inſtituto quandocunque ſine filijs, vniuerſam hæreditatem ab hoſpitale deuenire. & vbi gra-
2 uaminis verba ſimpliciter a teſtatore proferuntur, & ſic in dubio ſumus an a filio, vel a filij hærede fideicommiſſum vniuerſale relictum ſit, in dubio potius ab hærede filij, quàm ab ipſo filio relictum cenſetur ſecundum Bar. in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. per illum tex. iuncta gloſſ. fi. cum quo tranſeunt ibi communiter doct. vt habetur per Iaſ. in l. cohæredi. §. cum filiæ. eod. tit. & Pariſi. conſi. 41. viſa. nume. 44. volu. 2. vbi examinat in ſeq. nu. an fideicommiſſum cenſeatur a filio, vel ab hæredibus filii relictum, ita quòd de eo legitima non trahatur. & hoc caſu etiā filii legitima in reſtitutione venit, vt eſt text. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. cum l. ſeq. de lega. 1. idem firmat Iaſ. in l. precib. col. 11. in fi. ver. item retento eo. C. de impub. & alijs ſubſt. & ideo cum in caſu propoſito facta ſit ſubſtitutio, vt quandocunq; decedente Petroantonio abſque filijs, tota, & integra hæreditas ad hoſpitale deueniat, & ſic cum ipſe filius non ſit per fideicommiſſum expreſſe grauatus, onus Dom. Budę eius matri iniunctum intelligitur, quæ ab inteſtato illi ſucceſſit, & quæ in legitima grauari potuit. d. l. ſi fundum. §. fin. cum l. ſequen. tum etiam quia verbi ſignificatio, totius, integræq; hæreditatis, cum illis verbis, abſque vlla diminutione, ſeu detractione, & pleno iure, ſaluari nō poſſent, ſi de fidei. legitima detraheretur. arg. text. in l. qui totam. ff. ad tre. ubi hæres totam hæreditatē reſtituere grauatus, ſi Trebellianicam non detrahit, defuncti precibus fidum præſtat obſequium, & ſic apparet teſtatorem per talia verba nihil detrahi voluiſſe: ad idem facit tex. in l. fi. C. ad leg. Falc. & tradit Bart. in l. Centurio. in 3. q. princ. de vulga. & pup. de compendioſa a pagano facta per verba æquipollentia loquens, vt ſi teſtator omnia bona relinquat, & hoc etiam eſt ſatis aperte de mente Alex. in l. 1. §. fi. in princ. de vulg. & pup. dum quærit, an in dubio fideicommiſſum an hærede filij relictū intelligatur? & quæſtionem format, quando teſtator dixit, poſt mortē filij mei Sempronio integra reſtituatur hæreditas, & ſic per verba quæ ſignificant, quod filij heres etiam in legitima grauatus intelligatur, ſicut eſt de natura, & ſignificatu illius verbi, integra, & abſ-
3 que aliqua detractione, per quæ legitimæ detractio prohibita intelligitur ea ratione, qua etiam Falcidia & Trebellianica prohibita intelligatur. vt nota. in l. decem. ff. de fideicom. lib. & per Paul. de Caſt. & doctor. in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Fal. & eo maxime, quia Petrusantonius teſtamentum, paternūque iudicium approbauit, quo caſu illud per ipſum, vel eius hæredem amplius impugnari non poteſt. l. parentibus. §. 1. C. de inoff. teſtam. tradit Anch. conſil. 152. plura ſunt dubia. col. 2. verſic. & uidendum eſt. num. 9. quem ſequitur Pariſi. conſi. 18. conſideratis. col. 15. num. 99. verſic. tamen in caſu præſenti.

ſenti.vol.2.vbi filius patris teſtamentum approbans
Trebellianicam detrahere non poteſt, & magis in
ſpecie quò ad legitimam conſuluit Dec. conſi.687.
viſis & diligenter. quem refert & ſequitur Gualdē.
in tract.de arte teſtan.caut.31.hæres rogatus.ſub nu-
me.6.verſic.item notandum eſt.de ſubſtitutio.& in
terminis noſtris conſuluiſſe videtur Cur.iun. conſi
lio 72.in cauſa vertente.col.pen.num.13. uerſi.po-
ſtremo non omitto.Soc.iuo.conſi.136.habita. col.
ſecunda.in fin.ſub num.15.lib.1.&Roland.conſ.78.
circa primum.col.3.in princ.num.13.&14. uolu.1.
5 quibus tamen non refragantibus,contrarium in ca
ſu propoſito dicendum arbitror, & primo præmit-
to, quòd filius hæres inſtitutus in legitima grauari
non poteſt.l.omnimodo. & l. quoniam in priorib.
6 C.de inoffic.teſta. Secundò quod filij hæres de uni-
uerſali fideicommiſſo ſibi ſub conditione iniuncto
legitimam &Trebellianicam detrahere poteſt.cap.
Raynutius.& c.Raynaldus. & ibi communiter Ca-
7 no.extra de teſtam. Tertio quòd qui non eſt a teſta-
tore honoratus, ab eo grauari non poteſt. l. ab eo,
C.de fideicom.& l.ſed & ſi ſic.de leg.3.cum vul. His
8 ſic præmiſſis dicendum eſt,quòd cum Petrusanto-
nius non condito teſtamento deceſſerit pubes, ei-
dem ab inteſtato ſucceſſit D.Buda eius mater. l.1.&
auth.defuncto.C.ad Tertul.& tanquam eius filij hæ-
res, & ex eius perſona hæres Ioannisantonij patris
ipſius in caſu reſtitutionis,debebit eius hæreditariā
portionem fideicommiſſo ſubiectam hoſpitali re-
ſtituere:detracta tamen eius legitima, quæ in fidei-
commiſſi reſtitutione non venit, quia in illa Petrus
antonius grauari non potuit.d.l.omnimodo.& d.l.
quoniam in prioribus. l. cohæredi. §. cum filiæ. de
vulg.& pup. l.cum patronus. de leg.2. & prout vo-
luit Cyn.in l.ex tribus.C.de inoff.teſt.& Bar.in d.l.1.
§.fi.in ff.de vulg. & pup. cum ergo Petrusantonius
pubes deceſſerit,certum eſt D.Budam eius ab inte-
ſtato hæredem legitimam detrahere poſſe, quia cū
9 filius pubes ſui iuris factus per obitum patris teſtari
potuerit.l.qua ętate.in princ. ff.de teſtam. & nolue-
rit,eius hęres ab inteſtato, & ſic D.Buda eius mater
iudicio ipſius filij ſuccedere dicitur.l.conficiuntur.
in princ. & l. ſi quis cum teſtamentum nullum. in
princ.ff.de iure cod.& cum filius viuens adita hęre-
ditate legitimam ſtatim detrahere potuerit, ut tra-
dunt doctor.in l.filium quem habentem. ubi plene
per Iaſ.C.fam.herciſ.etiam Do. Buda eius hæres ab
inteſtato detrahere poterit,cum ipſa filij perſonam
repreſentet.l.fi.C.de hęred. inſt.& auth.de iureiur.a
10 morien.a præſt. in prin. cum uulg. & ſicuti querelā
non præparatam ad eius transmittit hæredes, ita &
fortius ius petendi legitimam,ſiue ius agendi ad le-
gitimę ſupplementum tranſmittit, prout oot.in l.ſi
quis filium ſuum.C.de inoffic.teſtam. & in l.vnica,
C.vt actio.ab hæred.& contra hæred. & decidit Sa-
lyc.in l.ſcimus.in princ.in 1.q. C.de inoffic. teſtam.
& Roland.d.conſil.78.circa primum. num.6. volu.
primo. pro qua opin. Alexand.conſil.188. conſide-
ratis verbis.in princ.vol.6.adducit tex.in l.quanquā.
11 C.ad leg.Falc.vbi ius conſequendi quartam,ſeu Fal-
cidiam, quod defuncto competebat, ad eius tranſ-
mittitur hæredes, quamuis defunctus illam quartā
non detraxerit: nec Dom. Buda dicti ſui filii hæres
ab inteſtato in ipſius legitima grauari potuit, ex
quo ipſa nihil in illis bonis ex iudicio patris teſtato
ris habuit, cum non honoratus grauari non poſſit.
l.ab eo.C.de fideicom.& ſi Dom.Buda eius filii pu-
beris defuncti hæres in legitima grauata cenſeretur,
grauamenq; teneret, ſequeretur quod filius in ma-
iori ætate conſtitutus de ſua legitima diſponere nō
potuiſſet,& ſic in ea grauatus diceretur: quod gra-
uamen nihilominus de illa reiici deberet. d.l.omni-
modo.& d.l. quoniam in prioribus. cum ergo per
eiuſmodi ſubſtitutionem Dom. Buda hæres Petri-
antonii ſui filii grauata non dicatur, neque grauari
potuerit,cum a teſtatore honorata non fuerit, legi-
timam dicti ſui filii in reſtitutione facienda retinere
poterit: ſola igitur uis conſiſtere videtur in reſpon-
12 dendo ad ea quę in contrarium allegantur:Non re-
fragatur ergo dum dicebatur, quod fideicommiſ-
ſum in dubio ab hærede filii relictum præſumatur,
ideo legitima in reſtitutione uenit, quia dato quòd
ab hærede filii relictum intelligeretur, uel eius hæ-
res expreſſo, vel ſimpliciter per fideicōmiſſum gra-
uatus fuiſſet, nihilominus Petriantonii legitima nō
uenit cum fideicommiſſo reſtituenda: quia quam-
uis ſpecialiter & expreſſe teſtator hæredem in legi-
tima grauare ualeat,d.l.ſi fundum.§.fi. quando ta-
men ſimpliciter & generaliter grauatur, in dubio
filium in legitima ſibi debita grauare voluiſſe, non
videtur, ſicuti filius in legitima ex fideicommiſſo
ſimpliciter ab eo relicto grauatus non intelligitur,
etiam eo caſu, quo teſtator filium in legitima gra-
uare potuit., ſecundum gloſſ. Ange. & Iaſon. in l.
precibus.C.de impube.& aliis ſubſtit. & Imo. & Ia-
ſon in d.l.Cēturio.de vulg.& pup.quod etiā ratione
13 confirmatur. Nam eo caſu quo fideicommiſſum
pręſumitur,vel eſt expreſsè ab hærede filij relictū,&
trebellianica detrahi poteſt,ſecundum Bal. & Pau.
de Caſt.in d.l.ex tribus.C.de inoffic.teſtam.nec hæ-
res trebellianicam detrahere prohibitus cenſetur,
quæ prohiberi potuit ſecundum Bar.& magis com
muniter doc.in l.Marcellus.in prin. ff.ad treb.mul-
to magis legitima detrahi poteſt, quæ ex filij perſo-
na debetur hæredi:facilius.n.trebellianicæ quàm le
14 gitimæ detractio prohibetur.Quod probatur ex eo
quod de fideicommiſſo ad piam cauſam relicto fal
cidia nō detrahitur, neque trebellianica, prout in
in caſu noſtro.auth.ſimiliter.C.ad l.falci. & l.ſi quis
ad declinandam.in fi.C.de epiſ. & cle. & tenent ma
gis communiter Doc.in d.l.Marcellus.in prin.& de
eo tamen legitima detrahitur ſecundum gl. appro-
batam in d.l. ſi quis ad declinandam, & Bal. conſi.
42.In legitima.in princ.vol.4.cum multis concord.
de quibus per Roland.d. conſi.78. Circa primum,
col.1.num.4.verſi.quod etiam procedit.vol.1.Non
obſtat.d.l.ſi fundum.§. fin. qui in hærede loquitur,
Quia ibi pupilli hæres in pupilli bonis etiam aliun-
de quàm a patre acquiſitis expreſſe grauatus fuit.
Vnde ſicut in dictis bonis ratione de qua ibi expreſ
ſe grauari poteſt,eadē rōne poteſt ſpecialiter & ex-
preſſe in legitima filio debita grauari quādo fidei-
cōmiſſum eſt ab illo expreſſe, vel tacite relictū, in
hocq; pupilli hæres ab ipſo pupillo differt,quia pu-
pillus in legitima ſpecialiter ſiue generaliter graua-
ri non poteſt.d.§.cum filiæ.Sed eius hæres bene po
teſt in legitima ſpecialiter grauari.d.l. ſi fundum.§.
fi.& per Bar.in d.l.§.fi.de uulg. & pup. & ita in præ-
ſenti caſu conſuluit Bald. præallegato conſil. 42.
uerſi.ſed dubium.reſpondens ad d.l.ſi fundum. §.fi.
& pulchrè per Mattheſi.in not. 163. No. pulchram
doctrinam.Quinimmo dico quòd in caſu propoſi
to Petriantonij hæres etiam ſpecialiter in legitima
grauari non potuiſſet, quamuis ab illo fideicom-
miſſum tacitè uel expreſsè relictum fuiſſet.Nam ſo
lum pupilli hæres poteſt in legitima grauari, quia
ex tacito patris iudicio hæreditatem capit, & ideo
pupillaris ſubſtitutio ad omnia pupilli bona trahi-
tur.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vulg.& pup.
& illa filij teſtamentum nuncupatur. l.patris & filij.
ff.eo.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff. de inoffi.
teſtam & inſti.de pup.ſubſti.in prin. Nam cùm po-
fuerit

uerit alium filio pupillo ſubſtituere, dictumque
heredem hoc modo priuare, ſi hoc non facit: pupil
li heres a patre hereditatē capere dicitur, quia qui
potuit adimere, & non ademit, dare dicitur. l. 1. §.
ſciendum. de leg. 3. & ibi not. Bal. & ita tenet Bar. &
16 oēs in d. l. j. §. fi. de vul. & pup. Sed quādo filius pubes
eſt, ut in caſu noſtro, tunc hæres in legitima filij gra
uari non poteſt, quamuis fideicommiſſum ſit ab
eo relictum, quia illam ex teſtatoris iudicio habere
non dicitur, ſed filij tantum, ut dictum eſt ſupra, &
ex legis diſpoſitione, & eo teſtatore inuito: & ſic ceſ
ſat ratio, quæ in pupilli hereditate aſſignatur, & hoc
expreſſum eſt in d. l. ſi fundum. §. fin. cum l. ſeq. ubi
dicitur, quòd fideicommiſſum de bonis pupilli re-
lictum ab eius hærede, durante pupillari ætate, du-
rat, & ceſſat, ſi filius moriatur pubes. & hoc quia te
ſtator filij hæredem mediante pupillari ſubſtitutiō
ne priuare non potuit, quę adulto fieri nō poteſt. Si
ergo fideicommiſſum a pupilli hærede relictum,
quod ab initio in bonis & legitima ualuit, adueniē
te pubertate expirat, & annullatur, multo magis
non ualet, quando ab initio hæres puberis & adul
ti in legitima filij grauatur, & hoc eſt de omnium
doctorum intentione, ut etiam declarat Ripa in d.
l. centurio. num. 126. verſi. Circa primum ſunt con-
derandi. cum ſeq. ubi etiam tenet magis commu-
nem opi. Doctorum eſſe, quòd quamuis grauamē
17 ſit ſimpliciter iniunctum, impersonaliterque graua
minis uerba proferantur, ita quòd in dubio ſinius
a quo magis relictum præſumatur, nihilominus a
filio inſtituto potius relictum cenſetur, quo caſu
cum grauamen reſpectu legitimæ filij non valeat
eius hæres legitimam illam de fideicommiſſo reſti
tuendo detrahere poterit, ut concludunt omnes in
d. §. cum filiæ. & ibi Iaſ. Quinimmò rectè intuenti
huiuſmodi quæſtio ad caſum noſtrū adaptari non
poteſt, quia non refert an fideicommiſſum a filio,
vel ab eius hærede relictum cēleatur, quia cùm ſub
ſtitutio, de qua in teſtamēto fideicommiſſaria dica
tur, cum Petroantonio puberi facta fuerit, dici nō
poteſt, legitimam uenire in fideicōmiſſi reſtitutio-
18 ne. Cum omnes doc. communiter cōcludant, ꝙ in
fideicōmiſſaria ſubſtitutione puberi facta per eius
hæredem, legitima & trebellianica detrahatur eo in
caſu quo detrahi poteſt. d. c. Ray. & d. c. Rainal. & in
d. l. filium quem habentem. per legiſtas. & per Alex.
conſ. 43. Atteta. in fi. vol. 2. & Dec. conſ. 236. Nō par-
19 ua. col. 3. verſ. In 4. dub. Nam quamuis. D. Buda dicti
ſui filij hæres fuiſſet expreſsè de reſtituēdo totam &
integram hæreditatem abſq; vlla detractione graua
ta: legitima tamen dicti eius filij in tali fideicommiſ
ſo ab ea relicto non ueniret, quia in illa grauari nō
potuiſſet, cum illam ex iudicio teſtatoris tacito vel
expreſſo nō habeat, ſed ex neceſſitate, & legis diſpo
ſitione, ex quo Petruſantonius eius filius pubes e-
rat, per d. l. ſi fundum. §. fin. cum l. ſequen. iuncta ibi
gl. & hoc præſumunt omnes in locis ſupra allegatis,
& præſertim in d. l. 1. §. fi. de vul. & pup. qui tantū per
mittunt, ꝙ filij impuberis hæres in legitima grauari
poſſit, quia illam ex tacito teſtatoris iudicio conſe-
20 quitur, vt habetur & not. in d. l. ſi fundum. §. fi. Nec
refragatur quod de dictione, integra, & de verbis, ab
ſq; vlla detractione, dicebatur, Quia verba illa reſpe-
ctu aliorum bonorum reſtitutioni ſubiectorum in
telliguntur, non reſpectu legitimæ, præſertim quan
do in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſunt poſita, vt
in quæſtione noſtra. Si. n. expreſſe, & ſpecialiter Pe-
truſantonius, aut eius hæres in legitima grauari nō
poterat; & ſi grauatus fuiſſet, omne grauamen, om
niq; cōditio reiiceretur, vt habetur in d. l. omnimo
do. tanto minus tacitè, & per æquipollētia verba. Sō

lū igitur verba illa reſpectu trebellianicę operātur,
declarat Corn. conſ. 303. Plura quæſita. col. pen. in fi.
ſub nu. 7. verſi. Inſuper teſtator. vol. 1. & Dec. conſi.
495. Viſo elegam i. col. pen. verſ. Secundo quæritur.
21 Cùm ēt ſecundum vnam opinionem Canoniſtarū
trebellianica de relictis ad pias cauſas detrahi poſſit,
vt habetur per doc. in d. l. marcellus. in prin. vbi Iaſ.
In 7. col. in prin. verſ. cōtraria opi. & ꝙ talia uerba in
fideicommiſſaria ſubſtitutione trebellianicæ tantū
prohibitionem operentur, patet ex not. per Imo. &
Alex. in d. l. cēturio. ſuper 3. q. prin. vbi Ripa nu. 130.
ver. Contrarium tenent Imo. & Alex. & nu. 135. ver.
Circa tertium. & ibi Galliaul. col. 10. & ita latè cōſu-
luit Rui. conſ. 148. Pro deciſione. uol. 3. quāuis Bar.
ibi quē ſequūtur plures relati per repetētes ibi, con
cludat, ꝙ ēt trebellianicæ detractio prohibita non
intelligatur, ſed magis cōis opi. eſt, ꝙ per illa verba
trebellianicę detractio prohibita intelligatꝰ, vt atte-
ſtatur Alex. cōſ. 5. Circa primū, col. fi. ver. circa ſecū-
dum nu. 10. vol. 3. cū multis cōcord. per Dec. relatis
conſ. 495. Viſo eleganti. col. pe. nu. 23. uer. Secundo
prohibetur. & ita tenet Bello. conſ. 13. Caſus iſte. co
lum. 3. in prin. ſub nu. 4. verſ. Nam dicitur in ſtatuto.
& conſi. 80. quondam dominus. col. 15. in fi. ſub nu.
17. ubi tamen refert communem opi. in contrariū
22 eſſe, quòd prohibita non cenſeatur, vt idem conſil.
67. Perſiſto adhuc. vbi nūm. 1. & refert utranq; com
munem eſſe, ſed reſidet in ea, quòd prohibita cen-
ſeatur. Secus diceretur ſi verba in pupillari ſubſtitu
tione appoſita forent: eo enim caſu ſi decederet im
pubes, legitima non detraheretur nec trebellianica
23 vt diximus ſupra. Idem diceretur ſi teſtator miles
fuiſſet, nam eo caſu filius etiam pubes adita hæredi
tate, nec legitimam, nec trebellianicam detrahere
poſſet, ut eſt gloſ. ſingu. in l. precibus. in gloſſ. fin. in
prin. C. de impu. & alijs ſubſti. per doc. communiter
approbata, ut conſuluit Dec. conſi. 578. Viſo conſi.
24 colum. 1. in fi. nūm. 3. uerſicu. Eſt ergo ſecundo. Et
verba illa, abſq; detractione aliqua: idem ſignificāt,
quod totam & integram hæreditatem. l. 1. §. cum
dicitur. ibi, Item in fideicommiſſarijs, ut ſi offerat id
integrum. & uerſi. ſi legata quædam. ibi integra ſol
uantur. ff. ſi cui plus quàm per. l. falc. cum alijs per
Alexan. relatis conſi. 141. Viſo teſtamento. circa fi.
uolu. 2. & Boer. in deciſio. 44. Quo ad ſecundam. q.
col. 18. poſt prin. nu. 33. verſ. Sed contrarium tenuit.
Cum ergo Petruſantonius deceſſerit pubes, conclu
dendum eſt, per illa uerba, trebellianicæ tantum, &
25 non legitimæ detractionem prohibitam eſſe. Non
obſtant quoq; verba illa (pleno iure) in teſtamento
appoſita, ibi, dū dicitur, abſq; diminutione, defalca-
tione, ſeu detractione aliqua pleno iure ad hoſpita
le deuenire, illa. n. verba legitimę prohibitionē non
inducūt, imò nec ēt trebellianicę, ſeu falcidię, ſed re
ſpectu proprietatis, & vſusfructus tantum, uel reſpe
ctu directi domini intelligūtur, ut latè cōſuluit Ca-
pra conſ. 36. Punctus. quædam domina nu. 9. quem
ſequitur Bello. d. conſ. 13. nu. 4. & firmat Boe. in d. de
ci. 44. nu. 33. & Pau. de caſt. in auth. ſed cum teſtator.
col. 1. ad fi. ver. Ego autē. C. ad l. Fal. cum alijs per Ri
pam relatis in d. l. centurio. nu. 134. uer. tertio intelli
ge. Vltimam de iudicio paterno approbato non re
26 fragatur, Quia duplici modo reſponderi poteſt, Pri-
mo ꝙ teſtamentum per filium, quo ad inſtōnem,
approbatum dicitur, & illud impugnari nō poteſt,
ita vt irritetur, & ſubuertatur teſtamentum, non autē
quo ad legitimam, quia quāuis minus legitima ſit
filio relictum, & teſtamentū per ipſum fuerit appro
batum, legitimæ tamen ſupplementum petere po-
teſt, ut eſt tex. in d. l. oīmodo. & d. l. qm̄ in priorib. &
hoc modo teſtamentum impugnari non dicetur:
Nam appro-

27 Nam approbatio illa nõ operatur,ꝙ filius legitimę,
28 ſeu ſupplemẽto legitimæ renunciaſſe dicatur, cũ ta
cite legitimæ renũciari nequeat,ſed expreſſa requi-
ritur renunciatio,vt eſt tex.in l.ſi quando.§.& gene
raliter.& ibi no.oẽs.C.de inof.teſt.declarat Boer. in
deciſ.3.Filia in contractu.col.8.nu.7.cũ duob.ſeq.&
Pariſ.cõſ.43.in huiuſmodi.col.4.in fi.Tiraq.in tract.
ꝓtimog.q.55.nu.2.ver.ſed fac poſſe.& in repeti. l.ſi
vnquam.in præfatio.nu.144.ver.ſed quoniã.& Ro-
lan.conſi.70.quod hæredes.col.pen.in fi.nu.40. uo
lu.2. Nec illa approbatio filiũ excludit, quominus
legitimam conſequi valeat,vt tenet Dec. d.cõſ.236.
col.3.in 4.dub. quia cam petens teſtamẽtum impu-
gnare non dicitur,ut late deducit Pariſ.d.cõſ.43.nu.
33.34.& 35.& Roland.d.conſ.78.nu.5. uer.& ſimili
ter.lib.1.Et ideo inquit Aymo conſil.800. auus ha-
bens.col.pen.in ꝓin.ibi facit quod dicitur.vol.1.ꝙ fi
lius patris teſtamentum approbans in legitima ſibi
præiudicare non cenſetur, in qua pater filio præiu-
dicium inferre non poteſt.d.l.ſi quando.§.& gene-
raliter.alioquin ſi per ſimplicem teſtamenti appro-
bationem,in quo legitima prohiberetur, filio præ-
iudiciũ inferri poſſet, occaſio daretur, aut materia
patri filios eorũ legitima fraudandi, quod minime
dicendum eſt,vt in ſimili dixit Alex.cõſi.45.habita.
col.1.circa fi. verſ.pro hoc facit.vol.1. & firmat Ay-
mo.conſi.141.Iacobus. nu.4.& 5. vol.1. & Rol.cõſ.
65.præſuppoſita.col.5.nu.29.& 30.vol.1.poſt Alex.
29 conſ.18.non minuitur.in fi.vol.4.Nec per hæredita-
tis aditionẽ dicitur approbare teſtamentum,ut Tre
bellianicam detrahere non valeat,ut concludit Bel
lon.d.conſi.67.nu.9.uer.demum non eſt uerum.Se
30 cundo reſpondetur talẽ approbationẽ in filio maio
re uigintiquinque ann.procedere,ſecus in minore,
prout tempore mortis Petruſanton.erat, ut eſt tex.
expreſſus in d.l.parentibus.in fi.& ibi no.gl.in ver-
bo maior.& ibi doc.C.de inof.teſt.Ad no.per Anc.
reſpondetur illa in treb. procedere. præſertim ſi illa
expreſſe prohibita fuit a patre, & per filium expreſ-
ſe approbata,& acceptata fuit,ut declarat Rol.d.cõ
ſil.78.nu.13.& 14.uol.1.ſecus in legitima, vt idẽ Ari
cha.concludit ibi in 2.col.ad fi.uer.legitimam vero
debitam.quem ſequitur Dec.d.conſi.236.uerſ.in 4.
dub.& conſ.688.ad confirmationem eorum.col.2.
verſ.3.quæritur. quamuis etiam in treb. idem dicat,
quod in legitima.Pariſ.d.conſ.43.nu.33.vt etiam cõ
cludit Bello.d.conſi.67.nu.9.verſ.demum nõ eſt ve
31 rum.Ad tradita per Gualden.caut.31.de ſubſt.reſpõ
detur vt ibidem ipſe reſpondet, illud procedere ſi fi-
lius paternum teſtamentũ approbaret,in quo de le-
gitima reſtituenda expreſſe grauaretur, alioquin ſi
de relicto ſibi facto contentus non eſſet, intelliga-
tur & ſit in legitima tantum inſtitutus, & hoc caſu
patris teſtamentum approbans legitimam amplius
petere non poſſet,& ita conſuluit Pau.de Caſt.cõſi.
296.uiſis actis.n.5.uol.1.in nouiſ.ſecus ſi inteſtõ per
filiũ approbato teſtator legitimã expreſſe reſtituere
nõ rogaſſet, vt in caſu propoſito, quia tũc legitimã
32 detrahere poſſet,& ita declarat Guald.ibi in uer.nec
ob.conſi.Dec.Et quãuis Petruſant.hæreditatẽ pater
nã inuentario non confecto adiuerit, in eaq; ſe im-
miſcuerit,ita & taliter ꝙ inſolidũ ẽt non detracta le-
gitima teneretur,vt voluiſſe videtur Capr. conſi.78.
punctus.Bucciarellus.nu.13.& 14.Nihilominus le-
gitima aduerſus vniuerſalem fideicommiſſariam;
& ſi aduerſus legatarios,& creditores non poſſet,de
trahi poteſt,ut conſuluit Ruy.conſil.57.de trib.uol.
2.& ante eum Alex.cõſi.67.uiſis.in prin.vol.4.quod
eſt iterum inter conſ.Io.de Ana.co.nu.& idẽ Rui.
conſi.206.de plurib.col.3.in fi.uol.2. maxime in ca
ſu retentionis,ut uoluit Capr.cõſ.143.punctus.Sta-
tuto ciuitatis Spoletanæ.col.pe.nu.14.uer.præterea
& ſi dici poſſet.& late examinat,& concludit Senat.
Pedem.in deci.148.quæſitum.quòd filius in uen.nõ
confecto legitimã,ante omnia detrahit,& idẽ in tre
bel.deciſum fuit in filiis primi gradus, vt per eundẽ
Senat.in deciſ.præced.147. agitur.poſt Aymo.conſ.
17.quæritur an nobiliſ.& Rol.conſi.27.Illuſt.vol.1.
Et ita concludo,& de iure reſpondendũ cenſeo ego
Matthæus Brun. Iuriſc. Arimin. ad laudem omni-
potentis Dei,ac glorioſiſ.Vig.matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Dos materna an in legitima,ſeu ſupplemento legitima nepotum in bonis aui materni imputari debeat.& num.3.& numero 14.*

2 *Nepotes quando eorum matri tanquam hæredes ſuccedunt, dotem maternam in eorum legitimam in bonis aui materni non imputant,ſed contra ſub num.14.*

4 *Filiusf.in bonis profectitijs ſecũdum hodierna tempora hæredem non habet.*

5 *Dos materna de iure communi per obitum filia etiam liberis exiſtentibus ad patrem reuertitur,ſed de conſuetudine penes liberos remanet.*

6 *Conſuetudo Martini,quę vult dotem maternam penes filios remanere,non facit eos matris hæredes, ſed ab auo dotem auſert,& dat filijs,& num.8.*

7 *Filiafam.a patre dotata ſicut eo uiuente & abſque eius conſenſu dotem ſibi traditam donare non poteſt, ita etiam non poteſt de ea teſtari.*

9 *Statuti verba amplianda non ſunt, ſed reſtringenda,quando a iure communi exorbitat ſtatutum.*

10 *Ius commune matris hæreditatem deferens filijs ſicut profectitiam dotem non includit,quando mater in matrimonio decedit,ita etiam ſtatutum, cum ſit contra ius commune.*

11 *Statutum quod eſt contra ius commune ſtricte interpretandum eſt,vt ius cõmune minus lædat,quàm poſſibile ſit, ſemperque interpretari debet,ut cum iure communi conformitatem habeat,etiã ſi ſtatuti uerba improprie acciperentur.*

12 *Verba legis uel ſtatuti quando ſunt enunciatiua,& ob aliud in oratione ſunt poſita,non diſponunt, nullamque diſpoſitionem inducunt.*

13 *Generalitas obſcuritatem & incertitudinem parit.*

CONSILIVM VII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO dotali inſtrumento.D.Violantę fi
liæ.q.ſer Io.Baptiſtæ de Guglielmis,dili
genterque eius tenore conſiderato,di-
cendum uidetur in hac ardua & frequẽ-
tiſſima quæſtione, ſuper qua iudicium
pendet inter Ioannẽ & Alexãdrum de Rinalducijs
dictæ q.Violantæ filios ex una,& Aldam, Violantã-
que eorum materteras,& filias dicti.q. ſer Io.Bapti-
ſtæ ex altera,maternam dotem in legitima,ſeu legi
1 timę ſupplemento dictorum filiorum, & nepo-
tum reſpectiue in bonis,ac hæreditate dicti.q.ſer Io
Baptiſtæ aui materni petita, nullo pacto imputãdã
eſſe, ex infraſcriptis mediis: tum quia in prædictæ
dotis reſtitutione ſtipulatio pro. D. Violanta eiuſ-
que hæredibus concepta fuit,tum etiam quia ſtatu
ti Ariminenſis diſpoſitio ſub rubrica de parte dot.
& alio.bono. uxo. determinat, quòd eorum matri
decedenti ſuccedant filij, & ſic tanquam hæredes,
quo caſu Bar.& communiter Doc. concludunt in
l.in 4.col.pe.uerſi.quæro de una quæſtione.ff.ad l.
Fal.Nic.de Vbal.in tract.de ſucceſ. ab inteſt. in 3.q.
1.par. Alex. coploſe in l.illam. C.de col.& cõſil.22.

2 viſis dubijs. uol. 1. quòd ubi nepotes eorum matri
tanquam hæredes ſuccedunt, dos materna in eorũ
legitimam non imputatur. Quod exemplificari po-
teſt, ſi pater dotem illam filiæ reddi in caſu non exi-
ſtentium liberorũ tãtũ ſtipulatus fuit, vt inquit Bar.
in d.l. in quartã. in fi. d. q. & in l. poſt dotem. in 4. q. ff.
ſol. mat & idem copioſiſſime tenet Bal. in l. quoniã.
col. 1. verſ. veniamus ad quæſtionem. C. de inof. teſt.
dicens, ꝙ ſtante tali ſtipulatione dos ex tacito pacto
penes nepotes tanquàm matris hæredes remanet,
quia tunc in caſu quo ſuperſtitibus liberis deceſſe-
rit, pater ita ſtipulans cenſetur eis filiæ dotem, vt hæ-
redibus filiæ reſeruaſſe. l. Bebius. & l. inter ſocerum.
§. cũ inter. ff. de pact. dot. & ita conſuluit Imo cõſ. 63.
in caſu præmiſſo. multo fortius ſi per pactũ expreſ-
ſum dos ex ſtipulationis forma hæredibus reſtitui
deberet, ut ſi ſtipulatum ſit dotem filiæ, eiuſq; hære
dib. ſol. mat. reſtitui ſecundum Ancha. conſ. 50. viſis
diligenter. quo caſu illam vt matris hæredes conſe-
qui debent, & ſic in eorum legitimam imputare nõ
debent. Idem conſuluit Corn. conſ. 116. difficultas.
col. 6. in prin. uerſ. deueniendum eſt. uol. 2. & hæc eſt
com. opi. ut atteſtatur Dec. conſ. 181. ſatis nota eſt q.
col. fi. uer. tertio reſponderi poteſt. & late conſulen-
do ſequitur Ruy. conſ. 186. de duobus. col. 2. in prin.
ver. circa ſecundum. uol. 2. & conſ. 148. quoniam de
iure. col. 2. ad fi. nu. 7. vol. 5. & idem ſequitur Ripa in
d. l. in quartam. nu. 133. uer. hanc concluſionem in-
tellige. vbi latiſſime examinat hanc quæſtionem Et
idem concludendum videtur ſi ex forma ſtatuti ad
dotem illam nepotes, vt matris hæredes admittun-
tur, & illa nullo caſu ad patrem dotantem reuerſu-
ra ſit, vt conſuluit Anch conſi. 315. Dom. Bar. prout
ſtatutum noſtrum de quo ſupra diſponit. Quibus ta
3 men minime refragantibus, indiſtincte puto D. Vio
lantæ dotem in legitimam dictorum Ioannis & Ale
xandri eius filiorum imputandam eſſe. Primo quia
dos illa profectitia fuit, ex quo ab auo proceſſit. l. il-
4 lam. C. de colla. Et ſecundum hodierna tempora fi-
liaſam. in profectitijs hæredem non habet. l. 1. & 2. ff.
de caſtren. pecu. & in dote expreſſum eſt, vt not. in l.
5 nupra. & in l. filiæ mex. ff. ſol. mat. Secundo, quia dos
iſta de iure communi ad patrem etiam extantibus
liberis reuerti debet. l. dos a patre profecta. C. ſol. ma
trimo. quamuis de conſuetudine ſecundum Marti-
ni opinionem penes liberos remaneat, vt ibi no. ſed
6 conſuetudo filios illos matris hæredes non facit, ſed
ab auo dotem illam aufert, & dat filijs ſecũdum Bar.
in d. l. in quartam. & late cõnſil. 53. Factum tale eſt.
pater dedit dotem. in 2. par. Alex. conſ. 23. uiſis dub.
col. 2. in prin. uer. quantum uero. nu. 5. cum ſeq vol.
4. & declarat Ruy. d. conſi. 186. col. pen. in prin. verſi.
quamuis ergo. Et hoc eſt, quia dos illa non erat ma
tris, ſed patris eam dotãtis, in eorum igitur legitimã
7 dos illa imputari debet. Tertio quia ſicut filiafami.
a patre dotata non poteſt viuo patre in eius præiudi
cium abſque eius conſenſu dotem ſibi traditam do
nare, ut late conſuluit Rub. Alex. conſ. 25 præſuppo
nitur in facto. & conſil. 166. circa dubium, Nec talis
donatio (etiam ipſa filia ſui iuris effecta) reconuali-
dari poteſt, vt per eundem conſi. 127. circa dubium.
col. 1. in fi. verſic. præmiſſis tamen. Ita etiam viuente
patre de ea in vltimis volũtatibus diſponere nõ po-
teſt, vt pulchre conſuluit Alex. cõſi. 17. viſis & opor
tunc. vol. 2. Si ſic, ergo ad filios ex conſuetudine re-
manet, non autem illam, vt matris hæredes habent:
ſi enim vt heredes eam haberent, fateri operæpretiũ
eſſet, ꝙ de ea etiam in patris præiudicium diſponere
poſſet, quod minime dicendum eſt. Cum ergo ex
conſuetudine illam conſequantur, eam aui iudicio,
& non ut matris hæredes habere dicuntur, vt eſt cõ
munis omnium doctorum ſententia, ut refert Rip.
in d. l. in quartam. nu. 191. verſic. ueritas itaque. vbi
Bertran. allegat in conſi. 86. viſis tribus. vol. 2. inferẽ
tem filiam non poſſe in patris præiudicium, nec ẽt
nepotum. de dote diſponere, quia nepotes ex vi cõ
ſuetudinis illam habent, idem conſuluit ipſemet
Bertrand. cõſi. 126. cum nobili. vol 3. amplians hoc
quoq; procedere in caſu, quo auus dotẽ filiæ reddi
ſtipulatus ſit, aut illi, vel illis, quibus de iure illius re-
ſtitutio fieri deberet. Et ideo dixit Pau. de Caſt. con-
ſil. 29. circa primum quæſitum dicendum eſt, teſta-
mentum. uol. 1. in nouiſ. quòd cum filia talem dotẽ
nunquam habuerit, ita quod de ea diſponere po-
tuerit, impoſſibile videtur nepotes eã poſſe, vt ma-
tris hæredes conſequi, ſed virtute dictæ conſuetudi-
nis penes ipſos remanet. quæ conſuetudo aufert ab
auo, & ad nepotes tranſmittit: ergo in eorum legiti
mam imputari debet. Stat igitur firma concluſio,
quòd cum iſti nepotes virtute dictæ conſuetudi-
nis ab auo dotem maternam conſequantur, non di
cuntur eam. vt matris heredes conſequi, illam ergo
in eorum legitimam imputare tenentur, & ita ele-
ganter declarat Alex. d. conſil. 21. nu. 3. & 4. Nec in
contrarium adducta refragantur, & primo ſtipula-
tio, quæ pro filia, & eius hæredibus concepta dici-
tur, quia ſtipulatio de dote Dom. Violantæ, vel ſuis
hæredibus reddenda, aut cui ius, & caſus dederit ſe-
cundum formam iuris, & ſtatutorum Arimini, nõ
fuit in perſona Dom. Violantæ abſolute concepta,
ſed cui ius, & caſus dederit ſecundum formam iu-
ris &c. quo caſu talia verba interpretari debent, de-
bere ſer Ioanni Baptiſtæ patri reſtitui, cum de iure
patri ſoluto matrimonio dos reſtitui debeat, & nõ
alteri etiam relictis liberis, ut d. l. dos a patre profe-
cta. & ita reſpondet Dec. d. conſi. 181. col. fi. uer. non
obſt. ſi dicatur. & Bar. in d. l. in quartam. quem etiã
8 ſequitur Cur. iun. conſ. 180. præſupponitur in facto.
col. 2. ad fi. Et quamuis de conſuetudine apud nepo
tes remaneat, non tamen nepotes matris hęredes fa
cit, quia dos non matris, ſed patris erat, verum ab a-
uo dotem illam aufert, & nepotibus tradit, vt dixi-
mus ſupra, & declarat Capyc. in deciſ. 176. in cauſa
Dom. Domicij. col. 10. verſ. & quando mulier dece-
deret in matrimonio. ſub num. 24. & 25. Nec aduer
ſatur ſtatuti diſpoſitio in contrarium allegata. Quia
reſpõdetur quod ex ſtatuti uerbis minime cautum
eſt, quòd filij ſint matris hæredes, & vt matris hære-
des maternam dotem conſequantur; ſtatutum. n.
quamuis loquatur, quòd filij matri ſuccedant, in di
uerſo tamen caſu loquitur, ideo ad caſum noſtrum
trahi nõ debet, cum ſtricti iuris ſit ſtatutum, vt no-
ta. Bar. in l. conſtitutionibus. ff. ad municip. & in re-
petit. l. omnes populi. col. 21. uerſi. quarto quæro. ff.
de iuſt. & iu. & verba ſtatuti ſtrictè intelligi debeant.
l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & tradit Fel. in rub. ex
tra de proba. in prin. & minime amplianda ſunt, ſed
9 reſtringenda, præſertim quando ſtatutum a iure cõ
muni exorbitat, vt infra patebit. Capr. conſi. 73. pun
ctus. Quidam Petrus. nu. 5. ver. vnde tale ſtatutum. &
ſic contra ſe ſundantem in illis interpretatio fieri de
bet, c. in pręſentia. cum vulg. extra de probatio. cum
ergo ſtatutum de filijs primi matrimonij loquatur,
qui non poſſunt in aliquo a matre defraudari, quin
ei æqualiter cum filijs ſecundi matrimonij ſucce-
dant, & caſus noſter ſit, an decedente matre in ma-
trimonio extantibus liberis, ipſi filij dicantur ma-
tris hæredes, ac caſum igitur noſtrum trahi non
debet. Præterea ſtatutum illud ad filios matri ſuc-
cedentes reſtringi debet, quæ ſui iuris ſit, & non
in patris poteſtate. Nam ſicut ius commune ma-
10 tris hæreditatem filijs deferens, vt in authentic.

de hæreditat.ab inteſtat. nenien.in princ. profecti-
tiam dotem non includit,quando mater in matri-
monio decedit ſecundum opi.communem & ma-
gis veram,vt atteſtatur Rui.conſi.132.Conſideratis
his.col. 5.in princ.uerſi.Secundo præmitto. nu. 11.
uol.4.Ita etiam ſtatutum eam includere nón intel-
11 ligitur,cum ſit contra ius commune. d. l. dos a pa-
tre.quod ſtricte interpretatum eſt,ut ius commu-
ne minus lædat quàm poſſibile ſit.ut per Bello.con
ſi.53.Per mag.col.6.ante fi.ſub nu.7.verſi. ſecundo
facit principaliter.Ab ipſo enim iure communi in-
terpretationem recipere debet,cum ſtatutum ſem-
per interpretationem recipiat,vt cum iure commu
ni conformitatem habeat,etiam ſi ſtatuti uerba im
proprie acciperẽtur, ut probat tex.in c. cũ dilectus,
vbi hoc põderat Ant.de Bu.ext.de cõſue.not.in l.fi.
§.in cõputatione.C. de iu.deli.ſequitur Alex.cõſ.19.
Viſo proceſſu. col.fi.uer. Vnde cum ſtatutum. uol.
5.& Rui.d.conſi.131.col.5.in prin. uer. ſecundo idẽ
probatur . Sed cum ſtatutum prædictum,de matris
ſucceſſione ſub patria poteſtate decedentis:nihil di
ſponat,intelligi debet,quòd liberi ipſi ad dotẽ ma-
tris,quæ ſui iuris ſit,ſuccedere debeant,& hoc mo-
do intelligendo minus læditur ius commune , uo-
lens quòd dos ipſa etiam exiſtentibus filijs ad patrẽ
reuertatur.d.l.dos a patre.Præterea uerba illa ſtatu-
ti,ubi dicitur ꝙ filij primi matrimonij æqualiter cũ
filijs ſecundi matrimonij matri ſuccedant,diſpoſiti
ua non ſunt,ſed enunciatiua , ex quo uerbum illud
ſuccedat , per ſe non ſtat,nec eſt principale oratio-
nis uerbum,vt declarat Bald. in l. prima , colum. ſe-
cunda,in princ. verſic. quæro quid eſt dictum ver-
ba enunciatiua.C.de fal.cauſa adiec.legat.quem ſe-
quitur Alexan.conſi.82.Viſo proceſſu.colum.pen.
in fi.verſicu.Nam uerba enunciatiua.vol.3. Affl. in
deciſ.83.In cauſa antiqua.col.1.nu.1.& Pariſ.conſ.
77.In præſenti caſu.col.4.in fi.nu.34.ver.Et ſuadetur
12 vol.3.Et vbi verba legis uel ſtatuti enũciatiua ſunt ,
& propter aliud in oratione ſunt poſita, non diſpo-
nunt,nec aliquam inducunt diſpoſitionem , ut ſi-
gnanter inquit Feder. de ſen.conſi. 39. Viſo puncto
prædicto & motiuis.circa fi.arg.c.ſi Papa.de priuil.
in 6.quam deciſionem reputat ſingu.Roma.in l.4.
§.Cato.in 6.colum.de uerbo.obligat.idem dicit Sa
ly.in l.qui ſe patris.colum.3.uerſi. Reſtat,vt reſpon-
deam.C.vnde lib.& ſeq.Alexan.d.conſi.82. colum.
pen.in fi.verſic Sed verba legis.num.20.& d. conſi.
17.colum.2.in princ.verſi.Confirmantur prædicta.
uolum.2.Et hoc eſt quod voluit Pau.de Caſt. cõſi.
139.Pro declaratione eius de quo quæritur. col. 2.
verſi.Præterea inſtrumentum tranſactionis. uol. 1.
in nouis.vbi poſt Barto.& Bald.concludit, quòd ad
hoc, vt verba enunciatiua operentur, operæpreciũ
eſt renunciationem fieri,ſeu aliquid ſpecificè enun
ciari,nec ſufficit aliquid ſimpliciter, aut generaliter
enunciari. Idem voluit etiam Oldrad. conſi. 262. In
quæſtione.colum.ſecunda , verſicu. Sed prædictis
obſtare uidetur.Vbi ſi in vnionis inſtrumento dica
tur,quod vnio facta ſit cum omnium iurium ſolẽ-
nitate,talia verba ſolemnitates præceſſiſſe non pro
bant,niſi in ſpecie omnes ſolemnitates ad vnionem
neceſſariæ exprimantur , nec generaliter hoc enun
13 ciare ſufficit.Quia generalitas obſcuritatẽ, & incer-
titudinem parit.l.cum ſtichus.ff. de ſolutio. & l. ita
fidei hæredis.in princip.ff.de iure fiſci. cum uulgar.
Sed obſcura , & incerta probatio non releuat , nec
pro eo qui in ea ſe fundat,probationem inducit. d.
c.in præſentia.de proba.igitur. &c.Ita in quæſtione
noſtra dicẽdum eſt,ꝙ uerbum illud,ſuccedat , cùm
non in ſpecie,ſed generaliter enunciet,nihil opera-
14 tur.Vltimo, poſito non tamẽ conceſſo , ꝙ prædicti
nepotes maternam dotem uti hæredes conſeque-
rentur, & ſic in eorum legitimam non imputarent
eam ſecundum communem opinion. doctor. de
qua ſupra , & pro qua etiam conſuluit Paulus de
Caſtro conſilio centeſimo octauo. Dubitatio præ-
ſentis articuli.vol.2.in nouis.dico opinionem illam
reſtringi,& declarari dẽre, ut in nepotib.ad aui ſuc-
ceſſionem uenientib.ex propria perſona procedat,
ut quando cum alijs nepotib.concurrũt,vel vbi ab
extraneo inſtituto legitimam aduocant, ſecus ſi ex
perſona matris,vt quando cum patruis,auunculis,
aut materteris concurrere certãt,vt in caſu propoſi
to,& tunc quia ex perſona matris eius gradum ſub
intrant,dotem illam in eorum legitimam imputa-
re tenentur ſecũdum Imol.in dicta.l.in quartam.&
in dicta l.poſt dotem,poſt Bald.in dict.l.illam. C. de
collat.quem ſequitur Alexand.conſil. 50.Circa pri-
mam dubitationem.colum.penultim.uerſicu. Se-
cundo non obſt.ſub num. 15.uol.6.ubi hanc reſtri-
ctionem intelligit etiã quando dotem nepotes ha-
bent,ut matris hæredes, & ita tenet ibi Corn. in ult.
col.& ſequitur Ripa in d. l.in quartam.num. 198.Et
quamuis Capra conſ.53.Pũctus.D.Aluiſia. & Cor.
conſ.190.Pro deciſione.col.2.ver.Eſt aũt aduerten-
dum.nu.3.uol.2.hanc concordiam procedere tan-
tum intelligũt,ubi nulla ex parte patris ſtipulatio in
teruenerit,uel interuenerit,in forma cõmuni,ſecus
autem inquiunt ſi interpoſita fuiſſet,ita & taliter ꝙ
ad nepotes uti matris hæredes deuolueretur , quia
tunc nepotes in eorum legitimam dotem maternã
non imputarẽt.Nihilominus talis declaratio filiab.
ſer Ioannis Baptiſtæ nullum præiudicium infert, ex
quo in dotali inſtrumento non apppare ſer Ioan-
nem Baptiſtam ſtipulatum fuiſſe illam dotem
Dominæ Violantæ , eiuſque hęredibus teſtitui ,
ut ſuperius quoque dictum eſt : dos igitur illa non
fuit per eum Dominæ Violantæ nec eius filijs do-
nata , & conſequenter illam ex conſuetudine tan-
tum habent,quæ(ut dictũ eſt)illam ab auo imme-
diate aufert,& dat eius nepotibus, & ſic ex aui iudi
cio,& non ut matris hæredes illam conſequuntur,
ideo illam in eorum legitimam imputare tenentur,
& ita concludendum , & de iure reſpondendum
cenſeo Ego Mathæus Brunus Iuriſconſul. Arimi-
nenſis ad laudem omnipotentis Dei , ac glorioſiſ-
mæ uirginis matris Mariæ, amen. & ita per R.D.de
Rota in urbe Roma iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem nomine alieno tanquam procurator,an illam obli-gare poßit? & nu. 4.*

2 *Pro mandato non præſumitur,niſi quatenus ex eius inſpectio-ne appareat etiam ex temporis diuturnitate.*

3 *Non entis nulla ſunt qualitates .*

5 *Excuſſio imprimis contra principalem debitorem fieri de-bet .*

6 *Fideiuſſor obligans ſe ſoluturum quanto minus a principali debitore exigi poterit, conueniri non poteſt , priuſquàm prin cipalis excutiatur , etiam ſi beneficio de fideiuſſoribus re-nunciauerit .*

7 *Fideiuſſor condemnatus appellare,appellationemq́; proſequi tenetur,etiam ſi de iniuſtitia conſtaret,aliàs regreſſum con-tra principalem non habet.*

8 *Fideiuſſor bonam fidem agnoſcere poteſt,ubi de creditoris iu-ſtitia conſtat .*

9 *Fideiuſſor antequam bonam fidem agnoſcat,principali debi-tori intereſſe habenti denuntiare tenetur .*

10 *Emptor priusquàm bonam fidem agnoſcat, & fateatur rem euincentis eſſe,venditori denunciare tenetur.*

Denunciatio neceſſaria eſt, vt per emptorem fiat venditori, etiam ſi notorium ſit, emptorem nullam cauſam habere. eodem.

11 *Creditor per tenuta aſſignationem de ſuo credito ſatisfactus dicitur.*

Creditor ſatisfactus dicitur quemadmodum voluit, quamuis non ſit ſibi ſolutum. ibid.

12 *Alienatio bonorum prius per ſubhaſtationem fieri debet, quàm contra promiſſorem obligatum experiatur creditor.*

13 *Reſeruatio iurium per creditorem facta promiſſori abſenti, aut non conſentienti præiudicare non poteſt.*

Reſeruationes odioſæ ſunt, & ſtricte interpretandæ ſunt. ibidem.

14 *Proteſtatio per aliquem facta non tenet, niſi per proteſtantē adimpleatur id quod per ipſum adimpleri debet.*

15 *Exceptio ſemel quæſita fideiuſſori per tenuta aſſignationem creditori factam etiam cum reſeruatione iurium creditoris a fideiuſſore auferri non poteſt.*

16 *Emptor conſtituens ſe tenere, & poſſidere rem emptam nomine venditoris, donec precium ſolutum fuerit, alterius nomine ſe tenere, & poſſidere conſtituere non poteſt.*

17 *Procurator mandatum non habens non poteſt poſſeſſionem per fictos actus in alium transferre.*

18 *Creditor conſtituentis non contra tertium poſſeſſorem principali debitore non excuſſo experiri non poteſt finito conſtituto per mortem conſtituentis.*

19 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate quando ad executionem iuris realis adiectum eſt, contra ſingularem ſucceſſorem a debitore cauſam habente exerceri poteſt, nō autem contra habentem cauſam ab alio.*

20 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate ſi fuit ad executionem perſonalis obligationis appoſitum, videlicet pro actione perſonali contra ſingularem ſucceſſorem, niſi prius reſciſſa alienatione, exerceri non poteſt.*

21 *Debitor tempore obligationis ſi erat ſoluendo, & adueniente ſolutionis tempore creditor negligens creditum non exegit, ſi poſtea debitor effectus eſt non ſoluendo, creditori imputatur, vt contra fideiuſſorem agere non poteſt.*

CONSILIVM VIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISIS his quæ in caſu propoſito per Antonium Montanarium breuiter tradita
fuerunt, reſpōderi poſſe arbitror. In pri-
1 mis dum dicebatur Ioānem Baptiſtam
Spaualdum nomine Comitis Pādulphi
de Malateſtis domum ementem potuiſſe etiam tan
quàm materiam alteri conſecutiuam illam obliga-
re, cum neceſſaria, & vtilia ad mandati executionē
ineſſe videātur, iuxta exempla per Bal. tradita in ru-
bric. C. de exerci. & inſtito. actio. col. pen. in princip.
verſic. aduerte, quia quandoque, cum aliis ſimilibus
ex aduerſo allegatis. Dicimus aduertendum eſſe, ꝙ
ſi de mandato Ioannis Baptiſtæ ementis procurato
rio nomine præfat. Comitis in proceſſu, vel alibi cō
ſtaret, vtique in contrarium adducta procedere poſ
ſent: illo igitur ceſſante, ceſſant fundamenta ad fa-
uorem Antonij Montanarij deducta. c. cum ceſſan-
te. cum materia. extra de appel. & per Tiraq. in tract.
ceſſan. cau. in 1. par. nu. 175. verſ. mandati cauſa ceſ-
2 ſante. Cum pro mandato non præſumatur, niſi qua
tenus ex eius inſpectione appareat. c. cum in iure.
de off. deleg. c. præterea. extra de dilatio. & tradit Ale
xan. conſ. 6 ponderatis. col. 1. n. 4. uol. 4. & ex tempo
ris diuturnitate, niſi probetur, vt not. Bald. in l. & qui
non. uer. quid ſi dominus. C. ſi ex falſo inſtru. & per
Alex. late in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hære. &
in l. ſciendum. ff. de verb. obl. Cùm ergo de manda-
to ad emendum non conſtet, etiam uti procurator
3 domum emptam obligare non poteſt, nō entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui in prouincia. §. quòd ſi
ſtipulatus. & ibi Dec. in 2. col. in 4. no. ff. ſi cer. pet. cū
multis ſim. ibi per eum deductis. & Bello. conſil. 36.
in cauſa. in prin. aliàs dixi conſ. 5. ad fi. ſup. eo. Quin-
4 immo fortius dico et procuratorem mādatum ad
emendum habentem rem domini obligare nō poſ
ſe, quāuis eius perſonam obligare poſſet, vt eſt text.
in l. dominum. & ibi not. glo. ff. quod iuſſu, & tradit
Pau. de Caſt. in l. ſi ſeruus. poſt princ. C. quod cū eo.
Et hoc fundamentum per ſe ſolum ſufficit. & gladiū
5 ad præſentis qōnis radicē imponat. Quo ad excuſſio
nē nō factam, minuſq; per Antonium aduerſarium
oppoſitam, dicimus eam ſaltem aduerſus Comitē
Pandulphum principalem debitorem fieri debuiſ-
ſe. Et in hoc aduertendum eſt, quia Ant. aduerſarius
qui ſecundo loco domus venditæ precium ſoluere
promiſit, promiſiſſe intelligitur quāto minus a prin
cipali debitore exigi poterit, quia ſub cōditione pro
miſit, ſi a principali debitore non exigetur, operæ-
precium eſt igitur ꝙ principalis debitor prius excu
tiatur, adimpleaturq; conditio, ad hoc vt obligatio-
nal, promiſſioniq; per ipſum factæ locus ſit. Et prop-
6 terea inquit Ang. in l. fi. ff. ſi cer. pe. ꝙ talis fideiuſſor
qui ſe ſoluturū obligauit, quanto minus a principa
li debitore exigi poterit: quamuis beneficio de fide-
iuſſoribus renunciaret, antequàm tamen principa-
lis debitor excuteretur, conueniri non poſſet, quia
excuſſio prædictæ conditionis implemento requi-
ritur, eo igitur nō excuſſo ad ſolutionem nō exactā
nō tenebatur Ant. cum talis fideiuſſio & promiſſio
facta intelligatur, ut uerba ſonant, videlicet ꝙ pro-
mittere uideatur id quod a principali debitore ſerua-
ri non poterit. d. l. 1. C. de conuen. fiſci debi. libr. 10.
& l. 1. C. de decurio. eo. lib. vbi Bal. hoc firmat per illa
iura, quę in effectu de fideiuſſore indemnitatis obli
gato loquuntur, ꝙ prius cōtra principalem debito-
rem excuſſio fieri debeat, quia talis tacita conuen-
tio, quod excuſſio prius fieri debeat nō ad impediē
dam actionis natiuitatem, ſed ad impediendū actio
nis exercitium ordinatur, ideo per Ant. promiſſorē
opponi debebat: quia ipſe non dicitur, niſi purifica
ta conditione, i. nō facta per principalē debitorē ſo-
lutione, obligatus. qua exceptione minime oppoſi
ta Antonius ſua culpa ſuccubuiſſe uidetur, ſibi er-
go & non alieni imputandum eſt. reg. damnū quod
7 quis. cum ſi. de reg. iur. in 6. Et quatenus prædicta nō
militarent, prout uere militant, Ant. poſt condēna-
tionem appellare debebat, appellationemq; proſe-
qui, etiam ſi de iniuſtitia conſtaret, alioquin contra
principalem debitorem regreſſum non habet: cum
non appellans in mala fide verſari dicatur, ut eſt tex.
in l. ſi pro ea. & ibi no. gl. & Bal. in 1. col. uer. item no.
ꝙ ille qui non appellat. C. mand. Cum ergo non ap-
pellauerit, ſibi imputari debet, & ſaltem ad interceſſo
tenetur, vt eſt tex. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignoran
tes. ff. mand. per quem tex. inquit ibi Iac. But. & Bar.
ꝙ fideiuſſor non ſolum appellare cogitur, ſed etiam
appellationem proſequi, quia ipſe nomine proprio
ad alterius tamen vtilitatem condemnatur, & idem
tradit Bar. in l. inuitos. col. 2. in prin. uer. & prædicta intel
ligo. C. de proc. dicēs, ꝙ fideiuſſor, qui nomine pro-
prio eſt in iudicio (q̄uis ad alienū cōmodū) nedū ap
pellare, ſed ēt appellationē proſequi tenetur per no.
in l. herennius. §. Gaia. ff. de euict. quod idē proſequi
8 tur Dec. cōſ. 74. Et diligenter. col. pen. uer. tertio hoc
deducitur, niſi cū nota paupertatis excuſet. d. l. ſi pro
9 cur. §. ſi ignorātes. ff. mād. Qm̄ uidetur ꝙ Ant. antequā
condemnaretur, vel poſt condemnationem prius-

quam

quam bonam fidem agnoſceret, tenebatur princi-
pali debitori intereſſe habenti denunciare, vt nota.
voluit gloſſ.in l.emptorem.in princ.in verbo poſſe.
in fi.ff.de actio.empt.quod etiam tenet Alb. in l.at-
10 qui natura.§.cum me abſente.in fi.ff. de nego.geſt.
dum inquit ꝙ emptor in caſu quo bonã fidẽ agno-
ſcere poteſt, & ſe euinceris eſſe cõfiteri, denũciatio
requiritur: ſequitur Dec.d.conſ.74.col.fi.in princip.
verſic.ſupereſt vt ad allegata in contrarium.cũ ergo
per Antonium eius principali auctori denunciatio
facta non fuerit, & in cauſa ſuccubuerit, nullo pa-
cto contra dictam domum regreſſum habet, quia
contra ipſum præſumptio iuris, & de iure videtur,
quòd eius culpa ad ſolutionem ſcutorum triginta
cum expenſis condemnatus fuerit, & hãc mentem
habuit gloſſ.& Bar.in d.l.emptorem.ſecundum De
ci.d.conſil.74.in vlt.col.uerſi.plus uoluit. glo. dum
tenent omnino neceſſariam eſſe denunciationem,
etiam ſi notorium ſit emptorem malam cauſam fo
uere, vt eſt communis opi.relata per Grat. conſil.i.
nec eſt facti.col.6.in fi.num.58.vol.1.quamuis con
trarium teneat Couar.in 3.lib.varia.reſolu. c.17.nu.
6.verſi.ſexto quamuis.& Ancha.in libr.q.ſamilia.q.
36.Scæuola.ſub num.3.ver.ex parte vero.&num.4.
& ſic tollitur quod ex diuerſo aſſeuerebatur iure
cautum non reperiri fideiuſſorem teneri litem con
tra ſe motam tertio poſſeſſori denunciare, cùm per
prædicta ſatis iure cautum eſſe appareat, indemnita
tis fideiuſſorem, & ſic Antonium promiſſorem fuiſ
ſe ad denunciandum principali debitori obnoxiũ
antequàm condemnaretur, & non eo modo quo
ex diuerſo præſupponitur. Quo ad reſeruationem
per Cæſarem creditorem factam citra præiudicium
iurium inſtrumenti ſui crediti contra Comitem Pã
dulphum, & Comitem Ioannem Baptiſtam; dico il
lam Iacobo de Cuſinis non obeſſe. Quinimmo te-
nuræ aſſignationem Cæſari factam in executione
ſententiarum Iacobo prodeſſe, quia per illam aſſi-
11 gnationem dicitur Cęſar de ſuo credito ſatisfactus,
& res prius ſibi obligata, ſaltem pro concurrenti ra
ta valoris dictorum bonorum aſſignatorum libera
tur, cum creditorem ſatisfactum eſſe lex dicat, quẽ-
admodum voluit creditor, quamuis ſolutum non
ſit, ſiue alijs pignoribus, ſiue fideiuſſoribus, vt a pri-
ma obligatione recedat, vt eſt tex.in iure apertus in
l.ſi rem.§.omnis.ff.de pig.act.in l.item liberatur.§.1.
ff.quemadmod.pig.uel hyp.ſolui.& l.ſatisfactio. cũ
ibi not.per glo.de ſolutio.Dyn.in reg.peccatum.co
lumna a.in princ.de reg.iur.in 6.Bald.conſil.51. Ti-
tius vendidit Seio.volu.1.tradit Abb. in c.præterea.
ſub num.3.extra de uſur.& in c.inter alia.col.a.poſt
princ.num.8. in fin.extra de immun.eccleſ. Et quã-
12 uis talis aſſignatio fuerit per creditorem abſque iu-
rium ſuorum præiudicio aduerſus prędictos Comi
tem Pandulphum, & Comitem Ioannem Baptiſtã
acceptata, non potuit tamen contra ipſos, aut An-
tonium promiſſorem agi, niſi venditis prius bonis
aſſignatis, de quibus per illam aſſignationem effe-
ctus erat dominus, cũ ad illorum venditionẽ prius
deueniri debebat, quàm contra Antonium promiſ
ſorem experiri, ſecundum Saly.in auth.præſente.co
lum.fin.in fin.verſic.Quæro ſexto.num.6. C.de fide
iuſſ.eo magis, quia reſeruatio illa non fuit contra
Antonium, ſed contra Comitem Pandulphum, &
Comitem Ioannem Baptiſtam facta, quæ non po-
13 tuit Antonio abſenti, nec huiuſmodi reſeruationi
cõſentienti præiudiciũ inferre. l.ſi cum hermes. C.
loc.& l.item quæritur.§.qui impleto.ff.eod.cum ſi.
& eo quia reſeruationes odioſæ ſunt, & ſtricte ſunt
interpretandę ſecundum Gemi.conſ.93.clemens ſe
pumus.in fi.& conſ.136.ſuper 1.dub.nu.2.quem re
fert & ſequitur Rip.conſi.6.in cauſa canonicatus.n.
5.de conſt.& conſ.9.facultas conceſſa.in fi.de elect.
14 & quoties aliquid a proteſtante implendum eſt, niſi
illud adimpleatur, proteſtatio non tenet, caſus eſt in
l.fi.C.debit.uen.pig.impetr.non poſ.tradit Rui.cõſ.
64.uiſo proceſſu.col.4. in fi.nu.11. vol.4.præterea ſi
bona illa ad ſatisfactionem ſufficientia aſſignata nõ
fuiſſent, Cæſar creditor ex vi talis reſeruationis con
tra Spaualdũ emptorem. & Comitem Pãdulphum
experiri potuiſſet, quia huiuſmodi proteſtatio, & re
ſeruatio facta intelligitur caſu quo bona illa pro ſui
crediti ſatisfactione non ſufficerẽt, uel caſu quo ab
aliquo euincerentur, ut in dicto aſſignationis inſtru
mento dicitur, quæ acceptio cum per Antoniũ op-
poſita non fuerit, ſibi & non Iacobo præiudicium
inferre debet. Nõ ob. ex diuerſo allegata, quia intel-
liguntur ſi res inſolutum tradita creditori cũ prote-
ſtatione conſeruatoria eulcta fuerit, eo.n.caſu credi
tor aduerſus principalẽ debitorem, & fideiuſſorem
experiri poſſet, ut pulchre declarat Iaſ. in l.nõ ſolũ.
§.morte.col.15.in fi.uer.credo ꝙ debeat addi 5.ſpe-
cies.ff.de no.ope.nũ. ipſa uero nõ euicta regreſſum
non habet creditor aduerſus debitorẽ, & fideiuſſo-
rem ad quantitatem ſibi debitam. ita in caſu noſtro
cũ creditor de bonis ſibi aſſignatis ſatisfactus fuerit,
quæ bona ad eius libitum pro ſui crediti ſatisfactio
ne potuit iuxta conuentionẽ, & licentiã ſibi a Spa-
ualdo in aſſignationis inſtrumento traditam aliena
re, eis igitur non euictis, nec per ipſum alienatis, nõ
potuit contra Antonium per aſſignationem illam
iam liberatum, & in reſeruatione non comprehen-
ſum experiri, & ſic theorica illa Iaſ. ex diuerſo allega
ta magis Iac. quàm Ant. fauet, qui carmẽ illud Oui-
dianũ recte canere poteſt, Heu patior telis vulnera
15 facta meis. Præterea exceptio Ant. fideiuſſori per aſ
ſignationẽ illam ẽt cum reſeruatione iurium d.cre-
ditoris ſemel quæſita ab eo auferri non poterat, niſi
ipſe conſentiat. tex.eſt in l.fi.& ibi no.Bar.Bal.Pau.
de Caſt.& Iaſ.ff.de pact. quæ exceptio cũ per Ant.ad
uerſus Cęſarem creditorem oppoſita nõ fuerit, vt te
nebatur, ſibi, & nõ Iac. præiudicare debet. Nec refra
16 gãtur ea quæ de conſtituto per diuerſam partẽ ad-
ducuntur, quoniam illa forte procedere poſſent, ſi
Spaualdus in indemnitatis inſtrumento cõſtituiſſet
ſe tenere, & poſſidere domũ emptam Antonij fide-
iuſſoris nomine, abſq; eo quod prius eam ſe Cęſaris
venditoris nomine pro precij quantitate per Comi
tem Pandulphum ſoluendi tenere conſtituiſſet: ſed
quia prius ſe uenditoris nomine eã tenere, & poſſi-
dere conſtituerat, ut in uenditionis inſtrumento ui
deri poteſt, & pars aduerſa in eius petitione fatetur,
nõ potuit Spaualdus alterius nomine conſtituere
ſe tenere, & poſſidere. ita uoluit Iac. But. in §. ſed iſtę.
Inſt.de act.Bar.in l.Celſus.col.4.uer.ſed pone ꝙ debi
tor.& ibi Imo.in 2.col.uer.item adde inquantum di
cit.& ibi Alex.in appoſt.ad Bar.ubi etiam Balb.in re
peti.in 2.par.col.13.uer.ſecunda concluſio.nu.17.ff.
de uſuc.per tex.in l.quãuis.§.1.ubi Bar. & oẽs no.ff.
de acq.poſ.per quem tex. etiam tenet & ſequitur Ti
raq.in tract.de iure cõſt.in 1.par. nu.34. uerſ.at illud
ſic quæri poteſt. Quinimmo ex alio dico Spaualdũ
nõ potuiſſe poſſeſſionẽ in Antoniũ promiſſorẽ per
illud conſtitutum trãsferre, ex quo ut ſupra in prin-
cipio dictũ eſt, Spaualdus mandatũ a Comite Pan-
dulpho de emendo domũ nõ habebat, & conſequẽ
ter in alium poſſeſſionem transferre non potuit,
17 cum procurator mandatum non habens per fictos
actus poſſeſſionem transferre nequeat, vt voluit
Bar.& ſcribentes in l.1.in princ.ff.de acq.poſ.quẽ ẽt
ſequitur Tiraq.in d.trac.in 2.par.in 8.lim.n.7.Rũde-
ri ẽt alio mõ põr, creditorẽ cõſtitutoriũ cõtra Iaco.

de Cuſinis tertium poſſeſſorem agere non potuiſſe
principali debitore nõ excuſſo, finito cõſtituto per
mortẽ Spaualdi conſtituentis, ſecus ſi eo uiuente a-
ctum fuiſſet. l. cum precario. §. precarij. ff. de precari.
cum multis concord. per Tiraquel. relatis in d. trac.
in 1. part. num, 64. in 3. part. in 21. limitat. nume. 8. &
Grat. conſi. 58. Videtur prima facie. in prin. num. 3.
vol. 1. Ad vltimum de procedendi modo in præſen
ti cauſa, dum ex aduerſo dicitur aduerſus Iacobum
uia executiua procedi potuiſſe allegando, Mod. Fa-
nen. in trac. de pign. in 4. part. concluſione 5. nu. 14.
& concluſione. 13. in verſicu. Sed eſt dubium. ſub
nu. 23. Reſpondetur allegata procedere contra bo-
na penes principalem debitorem, non autem pe-
nes tertium poſſeſſorem exiſtentia, ſi recte Negu-
ſan. verba ibi conſpiciantur. Poterant enim allegari
tradita per eundem Neguſan. in dic. 4. par. in 7. con-
19 cluſione. num. 20. volentem q̃ quando pactum de
ingrediendo propria auctoritate eſt ad executionẽ
iuris realis adiectum, poteſt tunc illud etiam aduer-
ſus ſingularem ſucceſſorem cauſam a debitore ha-
bentem exerceri, ſi tamen debitum in inſtrumento
liquidum erat, allegat Bar. in l. 3. colum. 6. in princi.
verſic. Item dubitatur quid de ſingulari ſucceſſore.
C. de pignor. & hanc refert ibi eſſe communiorem
opinio. & ab ea in iudicando & conſulendo non eſ
ſe recedendum: hanc tamen communem opin. re-
ſtringit, & limitat non procedere contra ſingula-
rem ſucceſſorem cauſam a debitore non haben-
tem, ut probatur in l. ſæpe. in fi. ff. de re iud. prout eſt
in caſu propoſito, cum Iacobus cauſam a Spaualdo
20 non habuerit, ſed ab alio. Alio quoque modo re-
ſtringit non procedere, ubi pactum ad perſonalis
obligationis executionem appoſitum fuiſſet, uideli
cet pro actione perſonali, & ſuper pignore, & ſic
ſuper domo obligata, prout in occurrenti caſu,
tunc enim contra ſingularem ſucceſſorem exerce-
ri nõ poteſt, niſi prius reſciſſa alienatione facta. Via
igitur executiua contra Iacobum procedi non po-
tuit, prout etiam alias ad ipſius fauorem in uoce &
21 in ſcriptis adduxi. Poſtremo ad corroborationem
iurium præfati Iacobi reſpondendo etiam nonnul
lis per diuerſam partem allegatis, adduco notata per
Ruy. conſilio 45. Viſo & perlecto. colum. ſecunda;
verſicu. Ex præmiſſis ergo. volum. quinto, vbi vo-
luit quòd ſi obligationis tempore debitor ad ſoluẽ
dũ idoneus erat, ut eſt præſumptio, quòd quilibet
ſoluendo ſit, ut eſt gloſſ. in l. ſi uero. §. qui pro rei
qualitate. ff. qui ſatiſdar. cogant. & adueniente ſolu-
tionis tempore ceſſauit creditor, & a principali de-
bitore exigere neglexit, dum ſoluendo erat, ſi po-
ſtea præcedente creditoris negligentia in exigendo
debitor ad ſoluendum non idoneus effectus ſit,
creditori imputatur, eoque caſus aduerſus fideiuſ-
ſorem actionem non habet. l. ſi fideiuſſores in id. in
princip. ff. de fideiuſſor. ubi notat. dicitur quòd ſi fi-
deiuſſor acceptus ſit in id quod a debitore ſeruari
non poſſit, ſeu in id quod ab eo creditor conſe-
qui non poterit, quod ſi ſolidum ſeruari potuit, &
ceſſante ſeu negligente creditore debitor ſoluẽdo
eſſe deſierit, quòd aduerſus fideiuſſorem creditor
actionem non habebit, & per illam. l. limitatur ſe-
cundum Paul. de Caſtr. ibi. l. decem. ff. de verb. obli.
vbi habetur, quòd fideiuſſor in ſubſidium acceptus
modo prædicto, uidelicet pro eo quod a principa-
li debitore exigi non poterit, ut diximus ſupra, peri
culum ſubire poteſt, ſi principalis debitor non ſol-
uendo reperiatur, nam intelligi debet, niſi aliquan-
do debitor ſoluendo fuit, & creditor exigere ne-
glexit, & idem quoque vult Bald. Salycet. Paul. de
Caſt. Alexand. & Decius. in l. fin. in princ. colum. ſe-
cunda, in princ. ſub num. 4. ff. ſi cert. petat. ita in tu-
tore & adminiſtratore negligente nomina debito
rum exigere conſuluit Soc. ſen. conſil. 2. Sequendo
ordinem. colum. 1. num. 8. & 9. volum. primo. Cùm
ergo Spaualdus ſolutionis tempore fuerit ad ſol- 1
uendum idoneus, prout præſumitur, ut dictum eſt,
& eo tempore creditor eius creditum exigere ne-
glexit, & Ioannes Baptiſta deinceps non ſoluendo
effectus fuerit, amplius aduerſus Antonium fide-
iuſſorem experiri non potuit. & hac exceptione
uti poterat, & debebat Antonius contra Cæſarem
creditorem ad eum repellendum, & ſubmouen-
dum, quam cùm minimè oppoſuerit aduerſus Ia-
cobum domum poſſidentem, regreſſum habere
non poteſt. Et propterea concludo pronuncian-
dum eſſe indemnitatis inſtrumẽtum pro parte An
tonij productum nullam contra domum prædictã
executionem mereri, Iacobumq; a moleſtationib.
& uexationibus prædictis abſoluendum eſſe cum
expenſarum victoria. Et ita de iure reſpondendum
cẽſeo. Ego Matthæus Brunus Iuriſconſultus Arimi-
nen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ
Virginis matris Mariæ amen. & ita ad Iacobi fauo-
rem pronunciatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Probationes per coniecturas contra fraudantes gabellas ſufficiunt.*
Probatio per coniecturas, manifeſta dicitur probatio, ibidem.
2 *Fraus vbi directè probari non poteſt, ex coniecturis probatur.*
3 *Præſumptiones, duę ſimul iunctę plenam probationẽ faciunt.*
4 *Probatio plena inducitur ex concurſu plurium pręſumptionem in his quę difficilioris ſunt probationis.*
Iudex ex pluribus pręſumptionibus condemnare poteſt, ibidem.
Quod procedit etiam in cauſis criminalibus, ibidem.
5 *Dictio, in circa, maiorem, vel minorem quantitatem denotat.*
Probatio certi temporis & certę quantitatis ubi requiritur, non valet dictum teſtis per verbum (circa) deponẽtis. ibidẽ.
6 *Teſtis deponens, iudicio ſuo, non probat, & ſe ſuſpectum reddit.*
7 *Iurari in litem poteſt contra conuictum de mendacio. & numero 9.*
8 *Poſitiones facti proprij, uel alterius, quod ſcit eſſe verum, negans, in dolo eſſe dicitur, ſi de mendacio conuincitur, & contra ipſum negantem iuratur in litem.*
9 *Dolus & fraus ex mendacio negantis arguitur & probatur.*
10 *Amouens rem unam, aliam minorem ſurrogando decipiendi cauſa feciſſe dicitur.*
11 *Mercator negans ea quę ueriſimiliter mercatores ſciunt, & ſcire debent, in dolo eſſe dicitur. & nu. 14.*
12 *Gabella de mercibus conductis debet per forenſem tranſeuntem per ciuitatem ſolui, alioquin merces in commiſſum cadunt, & ipſe in pœnam incidit.*
13 *Gabellam ignorans ſolui in loco per quem tranſit non ſoluens non excuſatur.*
15 *Qui per alium facit per ſeipſum facere dicitur.*
16 *Valiſia conſignata, & ſigillata ſi poſtea diſſigillata, & aperta reperitur, & ignoretur quis eam diſſigillauerit, & aperuerit, per nautam vel hoſpitem, penes quem reperitur, diſſigillata, & aperta prę ſumitur.*
17 *Pręſumptio in dubio capi debet, per quã potius valeat, quàm pereat actus.*
18 *Veriſimilitudo in materia probationis attendenda eſt.*
Veriſimile quod non eſt, imago falſitatis eſt, ibidem.
Veriſimilitudo naturę cognata dicitur. e. o.
Veriſimilitudo pro lege habetur. ibidem.
19 *Argumentum a communiter accidentib. in iure ualidum eſt.*

20 *Teſtes*

20 *Teſtes in facto proprio deponentes, vt ſunt baiuli, & portitores vini plenam faciunt probationem.*
21 *Sententia ſine cauſa cognitione lata, quæ nulla eſt, ſi parte præſentē prolata fuit, & non reclamante, valet, & tenet, partique imputandum eſt.*
22 *Menſuratio vini, olei, grani, & ſimilium ex iudicis officio committi poteſt.*
23 *Inuentarium qui facere tenetur, ſi non confecit, iura præſumunt ipſum bona occupaſſe.*
24 *Dolus arguitur, id non faciendo, ad quod quis tenetur.*
Negans fraudatori ſimilis eſt. ibid.
25 *Præſumptio eſt contra negantem, & occultantem.*
26 *Iuramentum in litem contra negantem, bonaq́, & ſcripturas occultantem defertur.*
Teſtis vnus contra occultantem ſemiplenam probationem facit. ibidem.
27 *Præſumptio quæ eſt contra negantem, & occultantem, onus probandi contrarium in negantem transfert.*
28 *Probationes efficaciores, & fortiores requiruntur in eo, contra quem vrget præſumptio a lege approbata.*
29 *Probare volens contra illud quod lex præſumit, tres inquiruntur idonei teſtes, vel ſaltem duo excellentes.*
30 *Tortura in ſubſidium datur.*

CONSILIVM IX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti cauſa Blaſij Baſti dacia
rij olei ciuitatis Rauennæ contra Paulũ
Lucianum de ciuitate Noua mercato-
rem, multa ſcripſerunt Mag. Dom. Ad-
uocati Blaſij, & Mag. communitatis Ra-
uennæ ad fauorem Blaſii, quę eius victoriam lucu-
lentiſſimis rationibus in iure demonſtrãt, vnde abſ-
que dubio ab hac prouincia abſtinere debebã po-
tiuſque mẽbranas occupare: nihilominus ex preci
bus eiuſdem Blaſii, præſtantiſſimorumque aduoca
torum, ad cõfirmationẽ eorum quæ ſcripta ſunt,
nonnulla annectare conabor, oſtendendo ſenten-
1 tiam excellentiſ. Fabij Menichini confirmandam fo
re. Præſuppono enim quòd contra gabellam frau-
dantes probationes per coniecturas ſufficiunt, quia
talia clam, & occulte committuntur, conſequenter
que in eis difficilius eſt probationes haberi, ideo lex
facilioribus prob[illegible]tionibus, & indicijs eſt contenta,
l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re mili. l. filiũ diffini-
mus. ff. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. l. ſi uicinis. C.
de nup. l. conſenſu. uerſicu. ſuper plagis etiam. C. de
repud. l. ſi quando. & ibi no. doct. C. unde ui. cum in
finitis iuribus per Alex. congeſtis. conſi. 188. uiſo pro
ceſſu. col. 1. num 2. uerſic. & contra iſtos. uol. 7. con-
ſil. 34. conſultus, uerſic. Præterea quia probatio. & cõ
ſil. 77. In cauſa. ante fi. num. 4. eod. lib. & conſil. 189. in
cauſa & lite. col. fi. poſt princ. num. 14. uol. 6. & pro-
batio per coniecturas manifeſta dicitur proba-
tio. l. licet. de leg. 1. l. ſi quis locuplex. de manu. teſta.
in l. ſi quando. C. unde ui. cum aliis citatis per Afflic.
2 in deciſ. 44. de tribus. col. 8. ſub num. 14. & ubi fraus
directò probari non poteſt, ex coniecturis tantum
probatur. glo. eſt in l. apud Celſum. in princ. ff. de ex-
cep. doli. & c. 2. in prin. de renuncia. in 6. Aymo con
ſil. 100. Titius. col. 2. num. 3. uol. 1. cum ſim. plene cõ
geſtis per Parſ. conſil. 13. attingendo. col. 8. in princ.
num. 65. uerſic. prout etiam. uol. 1. conſi. 55. contra-
ctus. col. 4. in princ. num. 131. uerſicul. & iſta magis.
3 & conſi. 57. & ſi ad exhibendum. col. 4. num. 34. 35.
& 36. eod. lib. & ideo duæ præſumptiones ſimul iun
ctæ ętiam diuerſi generis, vnam plenam probatio-
nem faciunt, quando ad eundem tendunt finem, vt
voluit gloſſ. quæ pro ſingulari allegari conſueuit in
l. 2. §. 1. ff. de excuſ. tuto. glo. in l. inſtrumenta. C. de
prob. & in c. cum dilectus. extra de ſucceſſio. ab in-
teſt. Aymo conſi. 143. Guilielmus col. 3. num. 12. uo
lum. 1. refert & ſequitur Calca. conſil. 8. in cauſa pen
dente. col. 5. nume. 9. verſicu. ad hoc etiam facit. vbi
pulchre. quod præſertim locum obtinet vbi agitur
de probando fraudem. aut dolum. in quibus occul
tè proceditur, ideo probationes per cõiecturas poſ-
ſibiles, & indicia admittuntur, cum aliter probatio
fieri nequeat. Old. conſil. 324. factum tale eſt. Domi
nus noſter Papa. col. 3. num. 9. ſub verſicul. ſecundo
non obſtat. ubi allegat tex. in l. quia autem. §. nõ ſim
pliciter. ibi, ſi tamen nulla. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſt.
alibi ſcribit Bald. conſil. v49. proponitur quòd ex cã
depoſiti. col. 2. ſub num. 3. uolu. 1. quem refert & ſe-
quitur Aymo conſil. 143. col. 3. num. 12. quòd quia
dilucide fraudẽ probare ſatis eſt difficile, ideo quæ
per certam regulam determinari non poſſunt, iu-
dicum ſubtilitati committuntur. l. unica. §. in aliis.
C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & l. mora. ff. de
4 vſur. & ideò inquit Roma. conſi. 7. uiſis neceſſariis.
col. 1. num. 2. uerſic. tertio hoc deducitur. conſi. 54.
uiſis circa id. in fi. & Calca. conſil. 77. primo eſt uidẽ-
dum. col. 1. num. 4. uerſic. adduco glo. ꝙ ex plurium
præſumptionum concurſu plena inducitur proba-
tio, quod ſine dubio obtinet in his quæ difficilis ſũt
probationis, ut in præſenti caſu, per ea quæ ſcribit
Alex. vbi ſupra. ideo iudex ex pluribus præſumptio-
nibus condemnare poteſt. Paul. de Caſt. conſil. 143.
viſo proceſſu, & atteſtationibus. col. 2. in princ. verſ.
ſi vero ſit tale. & verſi. dico igitur. & conſil. 169. viſo
puncto, & dubio ſupraſcripto. col. 2. num. 4. verſ. ter
tia ratio. vol. 2. in nouiſ. tradit Soc. ſen. conſil. 187. in
controuerſia. col. 4. in fi. ſub num. 17. verſic. nam ex
pluribus probationibus. vol. 2. per text. in l. qui ſen-
tentiam. C. de pœnis. vbi allegat etiam Bal. in c. cum
cauſam. extra de proba. Tales enim præſumptiones
liquidiſſimæ dicuntur probationes. glo. & doct. in l.
licet Imperator. de leg. 1. & in l. ſi tutor. C. de pericu.
tuto. pulchre Paul. de Caſtr. conſil. 281. in cauſa iſta
quinque principaliter. col. 2. poſt princ. uerſicu. nec
obſt. ſi dicatur. vol. 1. in nouiſ. & conſi. ſeq. ſuper iſto
negocio. col. 1. uerſic. ultra prædicta. Iaſ. in l. manife-
ſtæ turpitudinis. in 2. not. ff. de iureiur. in l. ſi fundũ.
in 2. not. ff. ſol. matr. & in l. 1. colũ. 3. uerſic. & ex hoc
not. Ang. C. de mil. teſt. Quod etiam in cauſis crimi-
nalibus procedit, in quibus præſumptiones plenam
faciunt probationem, quando ſunt multum vrgen
tes, vt in caſu propoſito. Abb. conſi. 113. tria ſunt. co
lumna 2. uer. ſed his non obſt. lib. 2. Bald. conſil. 364
quia quæſtio. col. 2. in princ. vol. 3. Calca. conſil. 2. li
cet iſta materia. col. 14. in fi. ſub nu. 41. & ſub nu. 43.
& Calde. conſil. 22. an Epiſcopus. in tit. de conſt. ma
xime cum non ſimus in caſu in quo de puniendo
capitaliter agatur. Oldr. conſi. 192. viſo diligẽter pro
ceſſu. col. 1. & habetur in c. afferte. extra de præſum-
ptio. Cùm ergo ſimus in materia fraudis clam & oc
culte per Paulum commiſſæ in non denunciando
veram olei quantitatem, & talis fraus per doliorum
aſportationem extra magagenum directe probari
non poſſit, ſed ex coniecturis tantum, vt dictum eſt
ſupra, videndum eſt quæ coniecturæ ad eius dolum
& fraudem detegendum in actis exiſtant. Prima
erit igitur coniectura fraudis, quia quantitatem
olei incertam, & non claram propalauit, poſi-
tioni tertiæ, & octauæ daciatij reſpondendo di-
xit, iudicio ſuo dictum oleum habere pro mil-
liariis ſeptem in circa, & aliter denunciaſſe non

credit; hæc enim denunciatio incerta, & non clā-
5 ſa dicitur, tum quia illa dictio, incirca, maiorem
uel minorem quantitatem denotat, & ſic de certo
numero affirmare nō uidetur. Vnde cum huiuſmo
di denunciatio dubia, incertaque reddatur, denun-
ciantem non releuat, perindeque habetur ac ſi nul-
lam quantitatem denunciaſſet. arg. l. neque natales.
C. de probatio. l. non hoc. C. vnde cogna. c. in præſen
tia. extra de probatio, & ideo inquit Anton. de Butr.
in cap. fin. ad fin. extra de diſponſa. impub. per illum
text. quòd vbi certi temporis, & certæ quantitatis
probatio requiritur, ut in caſu propoſito certa re-
quirebatur quantitas denunciata, non valet dictum
teſtis per verbum (circa) deponentis. ſequitur Alex.
conſil. 29. clariſſimo doct. columna ſecunda. in prin
cip. verſic. quia teſtis. numero quinto. vol. 7. & Cur.
iun. conſil. 144. gaudeo quòd ea quæ. colum. 2. verſi.
item loquitur. num. 4. tum etiam, quia dicendo, iu-
dicio ſuo. eſſe milliaria ſeptem, denunciaſſe non vi-
detur, iudicare enim ſuum non erat, ſed ad menſura-
torem pertinebat per ſignacula in doliis imponen-
da more menſuratorum vini, vel per vaſa, & menſu
6 ras olearias, vt menſuratio fieri conſueuit; denun-
ciatio igitur per huiuſmodi verba perinde habetur,
ac ſi facta non fuiſſet, vt de teſte (iudicio ſuo) diſpo
nente, talis depoſitio non valet, nec probat. Bar. in l.
quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arb. & in ſuo tracta. de
teſte. col. 4. verſic. teſtis ſuper aliquo. cum aliis con-
cordan. per Cur. relatis. d. conſil. 144. columna ſecū-
da. verſicu. prædicta procedunt, & hoc pacto depo-
nens ſe ſuſpectum reddit. Innoc. & doct. in c. cū cau-
ſam. de teſti. cum concordan. per Aymo. citatis cō-
ſi. 6. plura videnda ſunt. num. 123. columna pen. ver
ſi. ſexto obiicitur. uol. 1. Secūda fraudis coniectura
colligitur ex eo, quia Paulus olei mercator de men
dacio cōuictus, negās oleū per ſemetipſum condu-
ctum, dacio, & gabellæ Blaſii daciarii ſuppoſitū nō
fuiſſe, nec eſſe, vt in eius reſponſione ad ſecundam
eiuſdem daciarii poſitionem patet, de quo menda-
cio manifeſto tres teſtes ſuper prima poſitione ne-
gata deponunt, ob quod mendacium probatur ip-
7 ſum Paulum ſemper in dolo fuiſſe, & contra ipſum
de mendacio conuictum in litem iurari potuit, vt
declarant Mod. Nouarien. in repeti. l. ſi quando. nu-
mer. 212. & num. 658. cum duobus ſequen. cum plu
ribus concord. ibi per eos allegatis. C. vnde vi. dicē-
8 tes, quod ſi quis poſitiones facti proprii, vel alterius
quod ſcit eſſe verum, negauerit, in dolo eſſe dicitur
vbi de mendacio conuincitur, cum poſitiones ne-
gando, ubi ueræ ſint, ut in caſu propoſito ſunt, fal-
ſum committatur, & aduerſus ipſum negantem per
ponentem in litem iurari poterit. Tertia fraudis cō-
9 iectura eſt, quia Paulus olei conductor per tres te-
ſtes de alio mendacio conuictus fuit, apocham in-
ter ipſum, & daciarium factam, & ſubſcriptam fuiſ-
ſe negans, de qua in quarta poſitione. fol. 12. ex quo
mendacio arguitur, & probatur eius dolus, & fraus.
l. ſi quis affirmauerit. §. 1. l. quòd uenditor. §. 1. & l.
eleganter. §. idem Pomponius. ff. de dolo. & l. falſus.
§. ſi quis. ff. de fur. & contra tales mendaces tanquā
contra doloſos in litem iurari poteſt. l. in actionib.
& ibi Bart. & Iaſ. poſt alios. ff. de in lit. iuran. Soc. ſen.
conſi. 213. conſilus. columna tertia. num. 5. uerſicu.
conuincitur etiam dolus. uolu. 2. cum aliis infinitis
iuribus per præfatos Mod. allegatis. d. numero 658.
Quarta fraudis coniectura eſt, quia idem olei con-
ductor de alio mendacio per quatuor teſtes ſuper
ſexta poſitione examinatos conuictus fuit, ſe mer-
catorem, & legere, ac ſcribere ignarum negans, ex
quo mendacio idem dolus, & fraus arguitur, & pro
batur vt ſupra, quo fit ut contra ipſum iuſte in iurē
delatum fuit daciario iuramentum. Quinta fraudis
10 coniectura colligitur, tum quia de mendacio ſimi-
liter conuictus reperitur, tum etiam quia unam a-
mouit uegetem, aliam minorem ſurrogans, ut ſu-
per ſexta poſitione Baptiſta depoſuit, vt in proceſſu
legitur. fol. 59. ex quo actu manifeſtus arguitur do-
lus, cum hoc decipiendi cauſa daciarium geſtum
fuerit. l. 1. §. 1. ff. de dolo. & l. dolum. & ibi Dec. C. eo.
11 Sexta coniectura fraudis manifeſta eſt, negando ea,
quæ omnes mercatores ueriſimiliter ſciunt, & ſcire
debent. l. fi. §. Diui. il primo. & ibi Barto. & docto. ff.
12 de public. cum gabella per forenſem cum mercib.
tranſeuntem, uel ad ciuitatem illas conducentem
ſolui debeat, alioquin bona in commiſſum cadunt
& ipſe conducens in pœnam incidit, ut tradit Bald.
in l. cunctos populos. in ult. columna C. de ſacroſan
ctis eccleſ. & in cap. primo. quæ ſunt regaliæ. in uſib.
feudor. Bartol. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco. &
per Firmu. in tract. de gabel. & in ſuo reperto. in uer-
bo, gabella. per quos ſoluatur. numer. ſeptimo. quia
gabellam fraudare dicitur, & contra generalem cō
ſuetudinem facere, quæ eſt, quòd ubiq; gabella ſol-
uatur. Bald. in l. leges. la 3. in fin. C. de legi. & ideo in-
quit Ripa in tract. de peſte. in rubr. de priuileg. con-
13 tractu. num. 15. uerſic. & ultra cum. quòd gabellam
ignorans ſolui in loco per quem tranſit, & non ſol-
uens; non excuſatur, ex quo ueriſimiliter ſolui de-
bere non ignorare debuit. Ita in caſu propoſito di-
cendum eſt, quòd cum Paulus diligens ſit merca-
tor, & aliàs idem dacium in ciuitate Rauennæ exer-
cuerit, ut Domin. Franciſcus Aſpinus atteſtatur, ue-
riſimiliter etiam ſcire debebat, quod mercator mer
ces ad ciuitatem conducens, illas daciario denuncia
re, gabellamque ſoluere tenetur, & non ſoluens il-
lam, merces amittit, ex tali ergo ſcientia probatur
eius dolus. c. conſtitutus. extra. de reſcrip. & c. audi-
ta. de reſti. ſpolia. quæ iura in ſimili ad probandum
fraudem allegat Anto. de Butr. conſil. 42. uiſis pun-
cto, & quæſitis. columna prima. uerſic. quinto fraus
colligitur. quem refert & ſequitur Aymo, cōſi. 115.
14 nobiliſ. in princ. uol. 1. ubi inquit quod cum merca-
tores ad pedagii ſolutionem ſe teneri ſcirent, illudq;
non ſoluerint, in dolo eſſe dicuntur. l. ſi procurato-
rem. §. dolo. & l. dolus. ff. manda. & l. dolo. ff. ad leg.
Falcid. prædicta igitur negans, in manifeſto dolo, &
fraude eſſe dicitur, quæ per locum a ueriſimili quo
que probatur, ut conſuluit Paul. de Caſt. conſil. 58.
uiſis his quæ ſuperius. col. 2. uerſic. item reſultat ter-
tia. uolum. ſecundo. in nouiſſ. & Dec. conſil. 644. ui-
ſo & perlecto. columna ſecunda. uerſic. tertia præ-
ſumptio. Septima coniectura eſt, quod cum dolia
iudicis ſigillo ſignata fuerint, ut in proceſſu legitur
& idem Paulus ſigillata perſpexit, ex quo in maga-
geno ipſe exiſtebat, ut eodem proceſſu notarius at-
teſtatur, & deinde dolia diſſigillata reperta fuerint,
ut ex eiuſdem notarii relatione. fol. 33. dignoſcitur,
per eundem Paulum magageni claues penes ſe ha-
bentem diſſigillata fuiſſe præſumuntur, uel per alios
15 eius nomine, cum is hoc feciſſe dicatur, qui per aliū
fecit. l. prima. §. deieciſſe. cum ſimilib. ff. de ui, & ui
16 arma. prout in ſimili de nauta, uel hoſpite penes ſe
ualiſiam conſignatam, ſigillatamque habente di-
citur, quæ poſtmodum aperta, diſſigillataque re-
perta fuit, nam contra ipſos præſumptio eſt, q; per
eos aperta, & diſſigillata fuerit, etiam q; ignore-
tur, ſiue dubium ſit, quis eam aperuerit, uel diſ-
ſigillauerit. Iaſon in dict. l. in actionibus. columna
9. uerſi. & ſupradicta doctrina. de in lit. iuran. Pariſi.
conſ. 74. inficiati. uol. 1. & eſt communis opi. com-
muniter recepta, ut ibi atteſtatur Pariſi. & Mod. no-
uarien. in repeti. d. l. ſi quando. nume. 397. cum ſeq.

Octaua fraudis cōiectura elicitur ex eo, quia idem
Paulus querelatus de magageno tria dolia, caratel
lumque vnum aſportauit, ut Antonius, & Ioannes
baiuli in proceſſu.fol.57.deponunt.& quamuis di-
cat Ioannes ſe, alioſque ſocios baiulos illa aſportaſ
ſe, & de cuius mandato non deponat, ueriſimiliter
tamen de Pauli mandato eſt præſumptio, ut inter
ſe concordent, ex quo Antonius inquit Paulum
aſportaſſe, nullaque alia præſumptio capi poteſt, ni
ſi quòd de eius mādato aſportata fuerint, cum nul-
la ſit ueriſimilitudo, quòd baiuli a ſe ipſis illa aſpor
tauerint, exiſtētibus magageni clauibus penes Pau
lum, ut in proceſſu ſol.35.apparet, & in dubio talis
17 præſumptio capi debet, per quam potius ualeat,
quàm pereat actus.l.quoties.ff.de reb. dub.& l.quo
ties.ff.de verb. ob. cum uulg. & illa quibuſcunque
præſumptionibus præualet. Bal. Imo.& alii in l.cū
teſtamento. §. hæc uerba.ff. de hæredi.inſti.& Alci.
in tract.de præſump.regu.1.præſumptione 30.num.
5.& regu.3.præſumptione 34. in prin. ne igitur a ſe
ipſis aſportaſſe præſumatur, præſumetur ut de Pau
li domini mandato hoc egerint, & talis capi debet
præſumptio, cum in probationis materia maxime
18 attendatur ueriſimilitudo, nam iudex in deprehen
denda veritate imprimis attendere debet, quid ueri
ſimile ſit. Arc.conſ.9. eleganter.col.2.in prin.quod
.n.ueriſimile non eſt falſitatis imago eſt. Bal. in l.1.
col.2.in fi.ſub num.9.verſi.idem ſi dicatur.C.de ſer,
fugi.alibi ſcribit Bal.in l.ſcripturæ.col.2.in prin.nu.
5.verſi.quædam ſunt ſcripturæ. C.de fide inſtru.in-
ſpici debere non quod poſſibile eſt, ſed quod uer iſi
mile ſit.alibi ſcribit idem Bal. conſ.180. mortuo fi-
lio.uol.3.quod ueriſimilitudo naturę cognata dici
tur, & adeo potens eſt hęc ueriſimilitudo quòd pro
lege habetur. Oldra.conſi.13. cum quęſtio. in fi.&
Aymo conſi.61. Dominus Antonius.colu.3.in fi.
nume.9.uerſi.tertio in materia probationis. uol.1.
ſed nulli dubium eſt, quod potius conſiderari de-
bet, & ueriſimilius eſt, quod Baiuli de mandato &
uoluntate Pauli domini illa aſportauerint, quàm a
ſe ipſis, cùm a communiter accidentibus arguēdo,
quod ualidum eſt in iure argumentum ſecundum
19 glo.in l.neque natales. C.de probatio.l. certi condi-
ctio.§.ſi nummos.ſi cer.pet.cum aliis per Hyp.rela
tis in ſing.1.argumentum a communiter acciden-
tibus.& Euerard.in ſua centuria. argum.56.locus a
communiter accidētibus.ubi latiſſime hoc exami-
nat, & ad propoſitum noſtrum uidendus eſt. con-
ſueuerint.n.baiuli, quod quicquid ferūt, de uno q;
ad alium locum aſportant, de mandato & ordine
domini hoc faciant, & facere ſoleant, & non a ſe-
metipſis, & propterea tales teſtes etiam quòd in fa
20 cto proprio deponant, plenam faciunt probationē
ut declarat Pract.pap.in ſor. opponen. cōtra teſtes
poſt publica.in glo.in facto proprio. in fi. cum igi-
tur præſumptio ſit, & ueriſimile Paulum dolia illa
aſportari feciſſe, concludendum eſt, illa doloſe a-
ſportata fuiſſe, ne veritas de certa olei quantitate
haberi poſſet, & ob hoc contra ipſum Paulum in li
tem iurari potuit iuxta not.per Doct. in d.l.in actio
nibus. & per Mod.Nouarien. in d.l, ſi quando. nu.
137. cum ſeq. Nona & ultima fraudis coniectura
Pauli colligitur, & eſt, quia cum ante doliorum a-
ſportationem Blaſius daciarius de maiori olei quā
titate conqueſtus fuerit, quàm per Paulum condu
ctorem denunciatio facta fuiſſet, & contra ipſum
in iudicio querelam propoſuiſſet: ad ueritatem eru
endam, & fraudis ſuſpicionem euitandam debebat
Paulus ſingula dolia menſurari facere, uel ſaltem
poſt requiſitionem, primo per daciarium factam
in proceſſu fol.19.die 18.men.Apr.1561.& fol.32.
die 22. eiuſdem. & fol.16.die 22. men.Maii.1562.&
poſt iudicis interlocutoriam, de qua in proceſſu;
fol.20.in pręſentia dicti Pauli, quæ in rem iudicatā
non appellando tranſiuit, ut habetur per Bar. in l.
nequicquam.§.ubi decretum.col.1. uerſi.ſed quæ-
ro circa hoc.in 2.lectura.ff.de offi.proconſ.& lega.
21 amplius dicunt Ant. de But.& Imo. in c. quoniam
contra. in ulti.char. extra.de probatio. quòd ſi per
iudicem ſententia ſine cauſæ cognitione lata fuerit
quæ nulla eſt, & parte præſente & non reclamante
lata fuerit, quòd ualeat, & tenet, partique imputan-
dum eſt. Nec refragatur quòd ante requiſitionem
& iudicis pronunciam pars doliorum extra maga-
genum aſportata fuerit, quia illa quæ poſt iudicis
interlocutoriam in Magageno remāſerunt, ad eui-
tandam fraudis ſuſpicionem, & ut ueritas de illorū
quantitate haberi poſſet, menſurari debebant, pro
22 ut menſuratio ex officio per iudicem committi
poteſt. ut tradit Bar.in l.arbitro.ſub num.4.ff.qui ſa
tiſda. cog. cum facilius de aliis aſportatis cognitio
deprehendi potuiſſet. Cùm ergo illa non menſura-
uerit, nec mēſurari Paulus fecerit, ut tenebatur iux-
ta iudicis declarationem: quinimmo illa nedū mē-
ſurari recuſauit, ſed expreſſe dixit nolle quòd men-
ſurarentur, ut euidentiſſime in primo proceſſu cō-
ſtat fol.32.& in ſecundo proceſſu ſol.16. iura præſu-
munt, quod hoc in fraudem geſſerit, & oleū aſpor-
tauerit, & occultauerit, & ſic in dolo fuerit, arg.eo-
rum quæ tradit Afflic.in deciſ.44.de tribus. col.pe.
23 in fi.num.33.contra illum qui inuentarium facere
tenebatur, & non fecit, iura præſumunt quòd bo-
na occupauerit: ex quibus uerbis clariſſime argui-
tur, quòd ipſe in manifeſto dolo fuerit, cùm dolus
24 manifeſte arguatur non faciendo id ad quod tene-
batur. l.dolus.ff. manda.l.1.§. eſt autem.ff.depoſi.l.
dolo.ff.ad l.falci.& Bar.in l. tutor qui repertorium.
ff.de admi.tuto.& Aymo conſ.132. homines col.2.
num.4.uol.1.& negans ſit fraudatori ſimilis, ut eſt
tex.not.in l, hæreditatum.§. fi.ff. ad l. falci. ibi quia
nihil intereſt ſubtraxerit, an hęreditatiam eſſe nega
uerit. Bal.conſi.34. ſtatuto ſeu capitulo communis
fauentini. col.2. prope fi. ſub num.6. uerſi. in con-
trarium uidetur. uol.5. cum igitur Paulus negaue-
25 rit, & occultauerit per doliorum aſportationem ex
tra magagenum, mēſurationem fieri, & contra ne-
gantem, occultantemque ſit præſumptio. Bal.in l.
fraus.ff.de legi.Iaſ.in l.ſub prætextu.la 2. col.2.C.de
tranſac.& in l.non dubium. col.10.ſub numer.17.&
18.C.de legi.& Deci.conſi.399.Concluſionem.col.
fi.uerſi.& concluſio ſupradicta. ubi pulchre in pro
26 poſito noſtro. Ideo contra ipſum occultantem &
negantem probatio per iuramentum in litem ad
mittitur. Bal.in l.ſi de poſſeſſione. C.de probatio.&
conſi.80. Principalis cura.colu.1. uol.3. & ideo in-
quit idem Bald.conſil.152.ad euidentiam præmit-
tendum eſt quod ſocius. col.2. in prin. eo.li. quòd
contra occultantem ſcripturas iuramentum in li-
tem defertur. ſequitur Aymo.conſi.6.plura uiden-
da ſunt.colu.2.in prin.num.8.verſi.primum quod
ſit conſcius.uol.1.& contra occultantem unus te-
ſtis ſemiplenam probationem facit. Pariſi.conſ.57.
& ſi ad exhibendum.col.4.num.35.uerſi.& eſt bo-
na deciſio.uol.1. & talis pręſumptio onus proban-
27 di contrarium in aduerſarium transfert, cōtra quē
militat.l.fi.in prin.ff.quod met.cau.l. nuptura.in fi.
ff.de iure dot.l.ſiue poſſidetis. cum uulg. C. de pro
ba. Aymo, conſ.60.ex omni capite.col.2.in prin.nu
me.7.uol.1.& propterea ob talem præſumptionem
28 a lege probatam efficaciores & fortiores requirun
tur probationes in eo contra quem urget præſum-
ptio. Abb.in c.quia ueriſimile.per illū text.in 2.not.
extra

extra. de præſump. & conſi. 11. in cauſa quæ uerti-
tur.col.1.in fi.uerſ.nunc uenio ad ſecundum. in 1.
par.Soci.ſeni.conſi.263.caplo primum.colum.5.in
princ.uerſi.2. reſpondeo quod licet ſit præſumptio.
uol.2. Iaſ. in l. ſi extraneus.in 6. not.ff. de condi.ob
cau.Dec.conſi.105.&pro tenui.col.2.num.4.uerſi.
ſed difficultatem facit.conſi. 175.in cauſa falſitatis.
col.5.in prin.ſub num.5.& Aymo conſi. 198.uide-
tur eſſe locus. col.2. numer.3. uerſi. nam præſum-
ptio.uol.1.cum alijs ibi per eũ citatis. & propterea
29 dixit Spec .in §.fi.uer.fi. de probatio.quòd quando
quis aliquid probare uult contra illud quod lex præ
ſumit,in caſu propoſito,tres requiruntur idonei te
ſtes,uel ſaltem duo excellentes, quod dictum pro
ſingulari refert & ſequitur Cur.iuni. conſi.52.circa
controuerſiam.col.3. num.7. & Aymo conſi. 129.
proponitur in facto.col.fi.in fi.uol.1.& quamuis in
ijs criminibus,quæ occulte fieri conſueuerunt,faci
lior & promptior ad torturam iudex eſſe poſſit,&
ſic contra Paulum fraudatorem ad quæſtionem de
ueniri potuiſſet,vt probatur in l.3.quàm ad hoc ibi
reputat menti tenendam Bal. C.de epiſc. & cleri.
Alex.conſ.62.in cauſa accuſationis.col.2.poſt prin.
num.5.uerſ.& tanto magis.uol.3.quod eſt duplica-
tum in conſ. 77.uol.1.& Roma. conſi.8. uiſo facto
propoſito.ubi plene.in hoc tamen caſu arbitror ad
nullã torturam procedendũ eſſe, quia non expedit
ſtãtibus ſupra deductis, & quia ſolũmodo in ſubſi-
dium ad torturam recurrẽdum eſt.l.Diuus.in prin.
& ibi not.Doc.de quæſtio.no.Pau.de Ca.in l.ſi quis
in hoc genus.C.de epiſ.& cleri. Veronen. conſi.32.
quidem ruſtici. cum aliis concord. per Grammati.
relatis uoto 2.in cauſa Coſmi.col.2. numer.6.uerſi.
ulterius tamen.Concludo igitur partes Reuerẽdiſ-
ſimi. Do. Vicelegati fore & eſſe in pronunciando
fuiſſe & eſſe ad Blaſii daciarii fauorem bene indica
tum,& pro parte Pauli Luciani male appellatum
cum expenſarum uictoria:& ita de iure reſponden
dum cenſeo ad laudem omnipotentis Dei, ac glo-
rioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Notarius errorem ſuum abſque iudicis auctoritate,& parte non citata corrigere non poteſt,poſtquam ſcripturam compleuit & publicauit.*
2 *Notario aſſerenti ſe aliquid per errorem ſcripſiſſe, minime ſtandum eſt.*
3 *Notarius eius errorem propria auctoritate corrigens puniri debet.*
4 *Notarius aſſerens aliquid in depoſitione alicuius apparere, vt vidiſſe atteſtatur, non probat, niſi de originali illius depoſitione apparuerit.*
5 *Error ſicut poſt concluſum in cauſa probari non poteſt, ita etiam poſt latam ſententiam.*
6 *Identitas rei probari debet, ex quo rerum pluralitas præſumitur.*

CONSILIVM X.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

POſt reditum ad fauorem Blaſii conſ. no
ua ſuperuenit contra ipſum obiectio de
duplici fide notarii in publicam formã
reducta, ad docendum ueram olei, do-
liorumque quantitatem per Paulum Lucianum in
ciuitatem Rauennæ euectam, quæ duo publica no
tarii inſtrumenta in iudicio producta fuerunt in
termino probatorio, & per quæ apparere uidetur
ſeptẽ milliaria olei tantum Rauennæ cõducta fuiſ
ſe,& propterea a propoſita per Blaſium querela, &
ſic ex nouiter deductis Paulum abſoluendum fore,
Quibus tamen non refragantibus non recedendo
ab his quæ aliàs aduerſus Paulum deducta fuere, di
cimus ſententiam Mag. Do. Auditoris confirman-
dam eſſe, nec inſtrumenta nuperrime producta in
aliquo ſibi prodeſſe: ex inſpectione enim primi in-
ſtrumenti per notarium publicati, cõſtat duode-
cim dolia cum caratello, de quibus ibi fit mentio,
fuiſſe die quarta menſis Decembris 1561. extra lo-
cum ciuitatis Nouę aſportata, & ſic poſt querelam
per Blaſium propoſitam die 20. menſis Martii eiuſ
dem anni: talis igitur fides non releuat, quia ex di-
uerſis temporibus non fit bona illatio, iuribus ul-
garib. Nec dicatur, per notarii relationem ultimo
loco deſcriptam contrarium apparere, quamuis.n.
primo ſcriptum fuiſſet die quarta Decembris.1561.
illa tamen dictio, primo, tanquam per errorem ſcri
pta per eundemmet notarium correcta,& cancel-
latá fuit, ut ipſemet in fi. de illius errore atteſtatur,
& prout etiam aliud inſtrumentum ſine illa dictio
ne, primo, per eundem notarium denuo publica-
tum fuit, & ſic patet illa eadem dolia fuiſſe, quæ Ra
uennam tranſuecta fuere. Ad hæc uario modo re-
ſponderi poſſe uidetur, primo quòd cùm illud in-
ſtrumentũ cum illa dictione, primo, fuerit in actis
productum,& per daciarium acceptatum, ipſo in-
ſcio & non citato corrigi non potuit, cum ſua intè
reſſet non corrigi nec cancellari: clarum eſt.n.in iu
re, quòd notarius poſtquam in publicam et auten
ticam formam inſtrumentum redegit,& parti cõſi
gnauit, ac in eo aliquis error non manifeſtus, nec
patens eſſet, prout in caſu propoſito dici poteſt, ut
quia forte dixit die quinta, cum die ſexta dicere de-
buerit, vel anno 1561. & dicere & ſcribere debuit.
1560. & tunc notarius a ſeipſo corrigere non po-
teſt, quia ſuſpectus eſſet, ſi uero cauſa cognita iuſſu
& auctoritate iudicis corrigeret, excuſaretur. ſecus
ſi ſine cauſæ cognitione: cum ergo abſque iudicis
1 auctoritate,& parte non citata, quę citari debebat,
cum ſua intereſſet. l. de unoquoque.ff. de re iudi.
cum uulg. talem errorem corrigere non potuit, ut
tradit Bal.in l.ambiguitates.in fi. C. de teſtam.Bar.
in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.& rub.C.de inſinua.co-
di.confir.& in addi.ad Spec.in tit.de inſtru.edi.col.
4.poſt prin. uerſi. notarius non poteſt corrigere.&
uerſi.Rogitus notarii,Fely. in c.ex liberis.col.3.nu.
8.uerſi.quarta concluſio.extra de fide inſtru.& ple-
ne examinat Vital.in tract.clauſula. in clauſu. reſtat
uidendum an notarius errorẽ ſuum corrigere poſ-
2 ſit, nec notario aſſerenti ſe aliquid ex errore ſcripſiſ
ſe ſtandum eſt.Grammati.conſi.24.in cauſa magni
fici.in prin.num.1.ſubdens quòd ſi de errore appa-
reret, notarius a ſeipſo non poſſet non præcedente
partis citatione & iudicis auctoritate ac cauſæ co-
gnitione corrigere ſeu emẽdare, præſertim ea quæ
ad partes ſpectant, maxime poſtquam notarius ip-
ſe ſcripturam compleuit. & publicauit, talis.n. di-
uerſitas ipſũ ſuſpectum facit & ideo dixit Io.And.
in data.libr.6.quem refert & ſequitur Fel.ubi ſupra
quòd poſtquam notarius contractum fecit, ab er-
roris correctione cauere debet, cum officio ſuo ſe-
mel functus ſit, quia aliàs ſibi falſitas impingi poſ-
ſet,& ita inquit Grammati,ubi ſupra. num.3. de fa-
cto ſeruari, ſecus ſi inſtrumentum non ſuit in iu-
dicio productum & ſic non eſt deductum in cõtro
uerſiã, neque copia data eſt parti aduerſæ, ſecundũ
Felyn.ubi ſupra num.9.uerſi.ſcilicet caſus eſt: quia
tunc poteſt ſine iudice corrigi. ſi vero copia tradi-
ta fuiſ-

ta fuiſſet, incontinenti corrigi non poſſet. Grat.cō
ſi.16.uiſis.col.5.numer.29.uerſi. Maturius tamen.
vol.1.& per eundem Gramati. ubi ſupra num.7.&
num.8.ſubdit quoque num. ſequenti, quòd poſt-
quā parti inſtrumētū tradidit, notarius eſt adeo fun
ctus officio ſuo, quod nec punctum, nec ſillabam
3 mutare poteſt, idem inquit Fely.in d.c. ex literis d.
num.8. quinimo propria auctoritate errorem ſuū
corrigens puniri debet. Pau.de ca.conſi. 364. inci-
piendo ad ultimo. uol.2.in nonis. & Aymo. conſi.
4 46. De ſtilo.col.pe.poſt princ.num.8.& quamuis ip
ſe reſerat ita in depoſitione capitanei portas ciuita-
tis Nouæ apparere, ut ipſe uidiſſe atteſtatur, non ta
men probat, niſi de illius depoſitione in authenti-
cam formam appareat, Alex.conſi.191.perſpecto
inſtrumento.col.1.poſt prin. uerſi. primo circa pri-
mum.uol.6. Afflic.in deciſio. 273. in quadam cau-
ſa. & Boeri. in deciſ. 281. præſuppono primo. poſt
communiter Doc. in auth. ſi quis in aliquo. C. de
eden. nec aliud inſtrumentum poſt latam in cedula
ſententiam oſtenſum iudici prodeſſe poteſt ad alle
gatum errorem detegendum, quia ſi error poſt cō
5 cluſum in cauſa probari non poteſt, ut uoluit Ar-
chi.& Io.And.in c.2.de reſt. in integ.in 6. quos re-
fert & ſequitur Eufre.in addi. ad Capel. Tholoſa.in
q.175. ſi filiusfa.in fi.& tradit.Bal.in l.edita.colu.pe.
ad fi.C.de eden. tanto minus poſt latam ſententiā,
cum aliquid poſt ſententiam minime produci poſ
ſit, ex quo in termino probatorio, non autem poſt
ſententiam probatio fieri debet, ut per Doct.in c.
quoniam contra extra de probatio. Amplius dico,
poſito non tamen admiſſo quòd huiuſmodi error
corrigi potuiſſet, & ſic inſtrumentum productum
indubitatam faceret fidem de duodecim doliis
oleo oneratis in ciuitate Noua, de quibus duo re-
manſiſſe conſtat in ciuitate Senegaliæ, quòd cum
minime probata fuerit doliorum & olei identitas,
6 quæ per Paulum probari debebat, ex quo rerum
pluralitas præſumitur, niſi idētitas probetur, ut pro
bat Alex.conſ.119.uiſo proceſſu.col.3. ſub num.5.
uerſi.ergo ad hoc.uol.1.& conſ.134.in cauſa & lite
col.1. in fi.num.3.uerſi.Bartholomeus tertius teſtis
uol.2.quem ſequitur Afflic. in deciſ. 23.capellani.
num.3.& plene tradit Deci.in c. in præſentia. col.6.
num.13.uerſi.& iſta concluſio procedit. extra de
probatio.cum etiam in re ſimus, quæ multiplicari
& reiterari poteſt, & ſolet, ideo huiuſmodi fides
producta releuare non poteſt, & eo maxime quia
multum diſtat tempus ab oneratione illorum duo
decim doliorum ab his quæ in menſe Martio Ra-
uennam conducta fuere, cum bis & ter infra talem
temporis dilationem oleum ſimile onerari potuiſ
ſet, ut notum extat omnibus mercatoribus. Con-
cludo igitur ſententiam D.Auditoris non obſtan-
tibus in contrarium deductis confirmandam eſſe
cum expenſarum uictoria, & ita de iure reſponden
dum cenſeo ad laudem omnipotentis Dei, ac glo-
rioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen, ego Mat-
thæus Brunus Iuriſconſ. Ariminenſis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum adita hæreditate per hæredem præſtari debet.*
2 *Legatum dotis non debetur, niſi ſecutis nuptijs. & nu.5.*
3 *Partis appellatione medietas uenit.*
4 *Conditio quam primum præſtari poteſt, per debentem adim-
pleri debet. & nu.8.*
6 *Legatarius ut legatum conſequatur, conditionem in legato
appoſitam implere debet.*
Conditiones in forma ſpecifica impleri debent ibidem.
7 *Familia in quibus perſonis conſiſtat.*
9 *Conditio pro defecta habetur, quando per adimplere deben-
tem ſtatur.*
10 *Legatarius ut legatum conſequatur, probare tenetur condi-
tionem ex iuſta cauſa non impleuiſſe.*
11 *Implementum eſſe ſecutum probari debet ab eo, qui adimple
re tenetur, non ab eo, cui implendum eſt.*
12 *Conditio non adimpleta ex defectu cuius intereſt, pro imple-
ta habetur.*

CONSILIVM XI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

PRæſupponitur in facto teſtatorē in eius
ultimo teſtamēto ſub his uerbis Agne-
ti legaſſe. Item reliquit dictus teſtator
iure legati, & pro parte iure debiti A-
gneti.q. Roberti de monte acuto eius
teſtatoris pediſſequæ ſcutos ſex nutios, quos ipſi
dari uoluit in dotem, & dotis nomine, & hoc pro
ſatisfactione ſui famulatus, & ſeruitutis præſtitæ ip
ſi teſtatori & eius familiæ pro tempore decurſo, &
decurrendo uſque quo nuptui dabitur, quo ſtante
legatum duo continere uidetur. Primò quòd pro
ſeruitute teſtatori, eiuſque familiæ præſtita legati
relicti medietas Agneti debetur, cum pro ea parte
teſtator pediſequæ ſecutis eius nuptiis dari uolue-
1 rit. Et quamuis illud pro præſtita ſeruitute, &
ſic pro parte iure debiti ſtatim adita hæreditate
per hæredem præſtari deberet iuxta text. in l.à ti-
tio.in fin.ff.de furt.& l.legatum. cum concordant.
2 de leg.2. Nihilominus quia ex teſtatoris diſpoſitio
ne illud ad tempus nuptiarum Agnetis collatum
fuit, non poterat, niſi ſecutis nuptijs, & non ante pe
ti.l.ſtipulationem.ff.de iure dot.l. in promittendo.
& l.talis.in princip.eod.titu.quamuis ipſa forte po-
tuiſſet non expectatis nuptijs legatum pro parte
reſpectu ſeruitutis teſtatori præſtitæ ab hærede cō
ſequi, ex quo iure debiti ſibi debebatur, aliudque.
vſque ad nuptiarum tempus reijcere. argumento
l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſtam. medie-
tatem ergo legati conſequi poterat, aliud ut ſupra
3 uſq; ad nuptiarum tempus expoſcere. Cū partis ap-
pellatione, de qua in legato fit mentio medietas tā-
tum debeatur. l.nomen filiarum.§. portionis.ff. de
verbo.ſign. Affl.in deciſ.44. De tribus. colum. pen.
num.32.cum infinitis iuribus per Tiraquellum ci-
tatis in rep.l.ſi vnquam.in uerbo omnia uel partem
aliquam.num.8.uerſi.Horum præcipuum.C. de re
uocan.donatio. Secundo altera legati portio, & ſic
altera medietas ſub duabus poteſtatiuis conditioni
bus legata eſſe dicitur, ut declarat Socin.in l.in te-
ſtamento.la.2.in 2.colum.in fi.& colu. ſeq. in prin.
ff.de cond.& demonſt. Prima pro ſeruitute familiæ
teſtatoris poſt eius mortem per Agnetem præſtan
da, ibi dum inquit, pro tempore decurſo & decurrē
4 do uſque quo &c. quæ ſeruitus per eam ſtatim, &
& quamprimum ipſa præſtare poterat, præſtari de-
bebat. l. hæc conditio la 2. ubi pulchre per Soci. ff.
de condi.& demonſtrat. Secunda, ſi ipſa legataria
nuptui traderetur, tanto magis quia legatum fuit
5 ſub nomine dotis relictum. Et ubi aliquid dotis no
mine relinquitur in ſe nuptiarum conditionem ha
bere intelligitur, etiam quòd aliter expreſſum non
fuiſſet. d.l. ſtipulationem. & tradit Bartolus conſi-
6 lio 200. Quæritur de legatis.in 1.par. Et utraq; con-
ditio per legatariam adimpleri debet, ut legatum
conſequatur. l.ſi hæredi plures.ff.de condi.inſti.tra-
dit

dit Rul.conſi. 49. Quantum ad id. colum. ſecundà,
in princip.verſiçu.Sed iſtis oon obſtat.vol.ſecundo.
Cum conditiones In forma ſpecifica adimpleri de-
beant.l.qui hæredi.& l.Mæuius.ff. de conditio.& de
monſt. Cum ergo Agnes pediſſequa primam de
ſeruiture familiæ teſtatoris pręſtanda conditionem
7 non adimpleuerit, (quæ familia in his conſiſtit;
qui per maſculinum ſexum tantum proceduut.l.
familiæ.§.final. ff. de verbor. ſignificauio. Alexaud.
conſi.160.Viſo themate. verſiç. Fortius voluerunt.
volum.2.quem ſequitur Dec. in l.fœminæ. colum.
nonạ. verſicu. teruo reperio. ff. de regu.jur.) hæres
8 legatum præſtare non tenetur: Nam qui vult per
aliquod implementum a ſe fiendum aduerſus alte-
rum actionem quærere, debet ipſe quàmprimum
poteſt adimplere, ſi ſub condirione dandi, vel faciē-
di poteſtatiua allquid vult ſibi quærere. dicta l. hæc
conditio.facit text.in l.cùm proponas. la ſeconda,
in princi. & ibi not. Alexand. C. de pact. idem Ale-
xād.conſi.66.Viſa.colum.fina.num.24.verſ. Con-
ſtat autem.uolum.ſexto.Ancha.conſi.86.Pro faci-
liori. in princi.& conſi.331. Viſis diligenter.colum.
ſecunda.in princip.& in ſimili caſu tradit Rul. con-
ſi.131.Viſis.colum.quinta.in prin.num.11.vol.1.&
probatur in dict.l.Męuius.vbi vult text. ꝙ ſi Meuio
legatus fuerit fundus, ut Calimacho ducenta da-
ret, conditioni parere debet Meuius, vt ad eum lega
tus fundus pertineat, non ſolutis ducentis fundum
ſibi legatum non conſequitur. Si ergo Agnes lega-
tum conſeqni volebat, ſeruiturem pro decurrendo
tempore teſtatoris familiæ præſtare debebat iuxta
teſtatoris diſpoſitionem, qua non præſtita, & ſic
conditione per eam non adimpleta, non poteſt
actionem contra teſtatoris hæredes etiam ſecutis
nuptijs ad legatum conſequendum quærere. dicta
9 l.cum proponas. cum ſimili. Nam quando per
implere debentem ſtatur, qui ex implemeuto com
modum conſequitur, conditio ſemper pro deſe-
cta habetur, ut tradit Socin.in l.iure ciuili. circa fin.
verſicu.in gloſſ.prima.de condi.& demon. Teneba
tur enim Agnes legataria ad domum familiæ teſta
toris accedere, eiuſq; hæredes pro ſeruitio per eā il-
lis præſtando requirere, & interpellare, vti ex parte
ſua poſſet actionis exercitium contra eos quærere,
& ſi ipſi eius ſeruitium acceptare recuſaſſent, co-
ram teſtib. proteſtari debebat, quòd per ſe non ſta-
bat, & quod adueniēte eius nuptiarum tempore le
gatum ſibi relictum conſequi intendebat, pro ut
voluit Anchara d.conſi. 86. in princip. Quod cum
ipſa non fecerit, non acceſſerit, non perquiſierit, nō
interpellauerit, ut In dolo hæredes & in culpa con-
ſtitueret, minimeque proteſtata fuerit, de eius ſerui
tio præſtando dictis hæredibus, nec probauerit, ne-
que hoc geſſiſſe probare poſſet; cum legataria pro-
10 bare neceſſe habeat, quòd iuſta de cauſa ſeruitium
non præſtiterit, vt in ſimili quæſtione cōſuluit Rui.
dict.conſi.49.colum.ſecunda, ad fin. nume.quinto,
verſi.Et ſimiliter.uel probare, quod per familiam,
& teſtatoris hæredes ſteterit, quod ipſa ſeruitium
11 non præſtiterit, cùm implementum ſecutum eſſe
ab eo probari debeat, qui adimplere tenetur, nō ab
eo, cui implendum eſt. Aymo.conſilio 192.Caſus.
ita habet.Iacobinus.colum.ſeptima.in prin. nu.15.
volu.primo, cum multis concord.ibi per eum con
geſtis. Et ubi per eum, cuius intereſt, conditionē im
pleri factum fuerit, quominus adimpleatur condi-
tio, perinde habetur, ac ſi conditio adimpleta fuiſ-
ſet.l.10 iure ciuili.de regu.iur.regula, cum non con-
ſtat per eum.de regu.iur.in ſexto.& dict.l.iure ciui-
li.ubi Barto.& Soci.de conditio.& demonſt. habe-
tur per Doc.in l.1.C.de inſtit.& ſubſti. & per Socin.
in l.quibus diebus.§.Termilius. ff. de condit.& de-
mon.ut etiam in ſimili caſu conſuluit Alex.ad pro-
poſitum noſtrum conſi.20.Viſo proceſſu.uolumi.
2.non poteſt ipſa legataria quo ad alteram mediera
tem legatum conſequi, ſed ipſi hæredes ab illa me-
dietate abſoluendi ſunt, aliterque iudicari non po-
teſt, nec debet: & ita de iure concludendum, & re-
ſpondendum arbitror ego Mattheus Brunus Iuriſ
conſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac
glorioſiſſimæ Virginis matris Marię amen.

SVMMARIVM.

1 *Filij cum patre & patruo instituti ab altero eorum patruo æqualiter in patrui hæreditate ſuccedunt.*
2 *Subſtitutio reciproca inter fratres facta locum ſibi uendicat etiam ſi frater cum filijs decederet.*
3 *Subſtitutio uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quamuis in tempus mortis facta cenſeatur ei qui ſine liberis decederet, non intelligitur tamen habere locum quando frater fratrem in teſtamento grauaret.*
4 *Verba uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quid in reciproca ſubſtitutione operentur.*
5 *Hæredes ſi teſtatoris hæreditatem pro tertia parte adiuerint, quo caſu pro tertia hæredes eſſe deſinant, & pro quarta parte hæredes eſſe poſſint.*

CONSILIVM XII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

CASVS in facto proponitur. N. teſtator
ſuos vniuerſales heredes infraſcriptos
Inſtituit, fecit, ac eſſe uoluit pleno iure
æquis portionib. videlicet Ioannem, &
Gaſparē de Analib. ipſius teſtatoris fra-
tres, eorundēq; fratrum filios maſculos, eoſq; adin
uicem ſubſtituit & inſtituit uulgariter, pupillari-
ter, & per fideicommiſſum &c. Deceſſit teſtator
ſuperſtite Ioanne, & pluribus eius filijs exiſtentibus
tam tempore teſtamenti, quàm poſt teſtatoris obi-
tum, & Gaſpare altero fratre etiam ſuperſtite, ab-
ſque tamen filijs tàm tempore teſtamenti, quàm
poſt mortē teſtatoris: Ex propoſito themate quęri
tur primo. An in huiuſmodi hæreditate filij Io. or-
dine ſucceſſiuo, uel ſimul cū eorū patre, & patruo
ſuccedant? Secūdò Nunquid Ioanne eorū patruo
præmoriēte Gaſpar ab eis in portione patris exclu
datur vel cum eis ſuccedat? Tertio caſu quo Gaſpar
in futurum filios haberet, an in dicta hæreditate illi
1 ſuccederent? Breuiter quo ad primum concluden-
dū puto, Ioānis filios in hæreditate teſtatoris æqua
liter unà cum Ioāne eorum patre, & cum Gaſpare
eorū patruo ſuccedere debere, iuxta communē do
ctorum concluſionem in l.Gallus.§.quidam rectè.
vbi Alex.in 3.col.ver.vbi aūt non ſubeſſet, & ibi Iaſ.
in 6.col.ver.contrariū tenent indifferenter. ff.de lib.
& poſth.& ita conſuluit Alex.conſi.22.Viſis ac etiā
perlectis.uol.3.ubi hanc eſſe ueram & magis com-
munem & approbatam concluſionem atteſtatur,
ut refert Iaſ. ubi ſupra. Idem conſuluit Capra con-
ſilio trigeſimoquinto. Punctus caſus talis eſt. colu-
mna ſecunda.verſiculo. Sed his non obſtantibus.
ſub numero decimo.& Dec.conſilio ducenteſimo
quinquageſimo tertio. Proponitur. columna ſe-
cunda, ſub numero tertio, verſiculo. Remanet ter-
tius.cum multis concord. de quibus per Gualden.
in tractat.de arte teſtand. cautel. ſexta. Si quis in-
ſtituat.

2 ſtituat.de hæredi.inſti.quoad ſecundum, concludo Gaſparem a dicto fideicommiſſo excluſum non eſſe,ad quod uocatur unà cum filiis dicti Ioannis.ex reciproca ſubſtitutione in teſtamento facta in hæreditaria dicti Ioãnis portione, non obſtante quòd
3 ipſe cum filiis decederet,quia quamuis ſubſtitutio illa uulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum de qua in caſu propoſito, in tempus mortis ei,qui ſine liberis decederet, facta cenſeatur, ut tradit Fulgo.conſi.43.in primo.col.2.uerſi. ſed nemo qui ſapiat.cum concord. per Gualden. traditis in eodem tract.de arte teſtan.caute.29.ſi teſtator.uerſi.ſecundum & tutius. ſub rub. de ſubſtitutio.& in fideicõmiſſaria ſubſtitutione alicui ſimpliciter facta tacitu intelligatur,niſi grauatus filios habuerit.l.cũ auus.ff.de condi.& demon.Dec.conſi.416.in teſtamẽto.col.2.num.8.uerſi.cum ergo in ſubſtitutione,& cõſi.570.caſus.uerſi.& iſta concluſio. nume.5.& ipſo cum filiis decedente talis expiret ſubſtitutio, ut cõcludit Oldr.conſi.21. thema tale eſt. teſtator.& ſequuntur communiter omnes Doct. ut conſuluit Dec.conſi.52. viſo teſtamento.colu.1.conſi.513.in ciuitate noſtra.col.1.& conſi.585. Ioannes Bartholomęi. ut per Aymo.conſ.98. nobilis. col.1. num.1.&col.2.num.4.cum aliis per Bellon.relatis conſ.in ſuperiorib.col.2.uerſ.quoad primum.& alibi ſæpe.talis tamen conditio locum habere non intelligitur, quando frater fratrem in teſtamento grauaret, ut eſt communis opi.per Soc.relata in d.l.cũ auus.in 1.not.quam ſequitur Maria. eius nepos cõſi.100.pręſens conſultatio.num.45.uerſi.primum dici nõ poteſt.uol.3.& Dec.conſi.529. Philippus.col.fi.uerſi. ſecundo indubitanter. ſatis eſt igitur quòd ipſe Ioannes decedat,per cuius mortem ad eius portionem per illam clauſulam uulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum alii reciproce ſubſtituta admittantur, per quam clauſulam concludit Guil.de Cun.in reper.l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtit. quem refert Alex.conſi.208.põderatis.in prin.uol.6.quod dicta uerba operantur,ut uulgaris ſubſtitu
4 tio facta intelligatur,ſi inſtitutus hæreditatem non adeat,& pupillaris,ſi in pupillari ætate decedat,& fideicommiſſaria, ſi poſtea quandocunque moriatur. pro quibus allegat.l. ex facto.§.ſi eius quarto.ff.de uulg.& pup.& l. qui filio.§.1.de hæred.inſti.& quamuis dubium eſſe poſſet, quando dicta uerba, ſubſtituit uulgariter,pupillariter, & per fideicõmiſſum in perſona unius inſtituti adiecta eſſent,& nõ reciproce, iuxta not.per Doct.in l.centurio.ff.de vulg.& pup. attamen quando in reciproca ſubſtitutione adiecta ſunt, prout in caſu propoſito, mens teſtatoris fuit,ut fideicommiſſum non intelligatur putum,ſed modo prædicto intelligẽdum,quia uerba interpretari debent, ut actus ualeat,& effectum pariat.l. quoties.cum uulg.de reb.dub. & ſic concludo Gaſparem æqualiter unà cum filijs memorati Ioannis ad portionem eiuſdem Ioannis in caſu mortis ipſius admittendum eſſe. Super tertio ſimili
5 ter concludo quod Gaſparis filii quandocunque in poſterum naſcentur, ad quartæ partis ſucceſſionem in hęreditate teſtatoris admittentur,& ſic quãuis Gaſpar,& Ioannes,ac Ioannis filii pro tertia parte tempore mortis teſtatoris hęreditatem adiuerint & in ea ſe immiſcuerint ſuccedente tamen poſtea caſu quod aliqui ex Gaſparis filijs in rerũ natura eſſe ceperint, deſinent primi deinceps pro tertia hæredes eſſe,& ipſorum quilibet pro quarta parte hæres erit:nam quando certum eſt, quòd quia uocatus eſt, ſed omnino incertum eſt etiam apud legem quid & quantum propter cohæredum incertitudinem habere debeat,qui ex incerto euentu certi ficandi ueniunt,ut in caſu propoſito: & tunc interim adire poteſt, & in totum hæres fieri, deſineretque poſtea hæres eſſe pro parte, quoties aliquis ex cohęredibus in rerum natura eſſe cæperit, ut ſubtiliter probat Ruy.conſi.160.viſo & perlecto.col.3.in numer.16.uerſi.Non obſtat etiam dum dicebatur.uol.2. Poſtremo ſi Gaſparis filij poſt Ioannis hæredis obitum naſcerentur,ad eius portionem cũ Gaſpare, eorum patre & cum filiis memorati Ioannis non admitterentur,quia in rerum natura non erãt quando locum ſibi uendicauit ſubſtitutio, & ideo pro non ſcriptis habentur.l.unica.§.& cum triplici.C.de cadu.tol.& l.cum pater.§. hæreditatem.il 1.in fi.ibi utiles autem.ff.de leg.2. & ita decidit.Io.and.in additio.ad Spec.in tit.de teſtam.in 3.col.in prin.uerſi.item Lambertinus de Ramponibus.quem refert, & ſequitur Alex.d. conſi.22.colu.1. in fi.uerſi.hoc decidit not. uol.3. & late tradit Ruy.conſi.36.prima quęſtio. col.3. ſub num.10.& d.conſi.160.uiſo.col.3.num.10. uerſi. ſeptimo quod ualeat.uol.2.& ita perſtrictis uerbis concludendum,& de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus iuriſ conſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimę uirginis matris Mariæ, amen.

S V M M A R I V M.

1 *Monachi & religioſi tanquam contemplationi dediti clauſtrum exire non debent.*
2 *Monachi & religioſi etiam quòd ſponte a monaſterio exiuiſſent,poſſeſſorio agere poſſent pro eorum reſtitutione ad monaſterium,ac etiam ſi a monaſterio deiecti fuiſſent, & bonorum ſuorum reſtitutionem petere poſſent. & num.5.*
3 *Monachi & religioſi ſi cum iuramento monaſterij clauſtro renunciant,& quod ibi non reſidebunt, eiuſmodi iuramento non ligantur.*
4 *Monachus quãdo de monaſterio de expreſſa ſui ſuperioris licentia exiuit,alimenta extra monaſterium percipere debet*
6 *Monachus qui ex propria uoluntate de monaſterio exiuit, per eius ſuperiorem cogi poſſet ad proprium monaſterium redire.*
7 *Tranſactio ſuper futuris alimentis per monialem cum abbatiſſa & monialibus facta abſque ſuperioris auctoritate, non valet.*
8 *Renunciatio de futuris alimentis extra monaſterium petendis per monialem facta Abbatiſſæ & monialibus non ualet. Statutum filiam ab alimentis excludens non valet.ibidem.*

CONSILIVM XIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER propoſito quæſito dicendum uidetur, ſororem Leoneram moniale̾ & profeſſam ſanctę Claræ de Binio, quæ de eius monaſterio exiuit,alimenta futura petere non poſſe, cum illa in monaſterio alimentari debeat, & non extra, ex quo religioſi tanquam contemplationi dediti clauſtrũ
1 exire non debent,ut eſt tex.in c. placuit.il 2.18.q.1.
2 immo pro eorum reſtitutione ad monaſterium, etiam quod a monaſterio ſponte exiuiſſent, poſſeſſorio agere poſſent, ut conſuluit Gem.cõſ.48.attenta forma libelli. ac etiã ſi a monaſterio deiecti fuiſſent, ut eſt deciſ.Tholoſ.495. item fuit quæſitum. an ſimplex monachus.& ſi cum iuramento mona
3 ſterii clauſtro renunciaſſent, & quod ibi non reſidebunt, tali renunciatione & iuramento non ligantur,ut eſt tex.in c.ſicut,il. 1.extra.de iureiu.& per Gemi.vbi

mi.ubi ſupra. contrarium tamen in caſu propoſito uerius eſſe puto, ex quo de licentia & conſenſu Abbatiſſę & monialium dicti monaſterii, & de expreſſa Reue. legati prouinciæ Romandiolæ uoluntate, ac deputorum a magnifica Arimini communitate exiuit ex eo, ut ex inſtrumēto manu publici notarii de eo rogati clariſſime patet, & apertiſſimi iuris
4 eſt, quòd quando monachus de monaſterio egreditur de ſui ſuperioris licentia, extra monaſterium alimenta conſequi debet, ut eſt tex. in c. ex parte. & ibi Fely. poſt alios. extra. de accuſatio. late conſuluit Abb. conſi. 88. uidetur dictum dominum Ioannē,
5 in 1. par. Quinimo ſi Abbatiſſa & Moniales eam de monaſterio expuliſſent, & alimenta ſibi denegarēt, poſſet ipſa bonorum ſuorum reſtitutionem petere ſecundum Matthæ. quem refert, & ſequitur Cardi. in cle. ne in agro. §. quia uoro. q. 4. & ibi Imo. in 9. col. in fi. uerſ. quærit hic Matthęus. de ſtatu monacho. & in q. noſtra per dominos de Rota deciſum reperitur in deciſ. 305. Monachus profeſſus. in nouiſ. & eſt glo. not. in l. de alimentis. C. de tranſac. ac etiam alimenta, ut eſt deciſ. Tholoſa. d. q. 495. non obſtant in contrarium adducta, quoniam illa procedunt in exeunte ex monaſte. de propria uoluntate, & abſque licentia & culpa Abbatiſſæ, & monialium, talis enim per eius ſuperiorem ad proprium monaſterium redire cogi poſſet, ut eſt tex. in c. quidam Monachi. 16. q. 1. faciunt tradita per Lap. in deciſ. 62. quidam Franciſcus. col. 2. uerſi. tertium principale. num. 3. Soci. ſeni. conſi. 52. uiſo inſtrumento ſindicatus. col. 2. ad fi. numer. 12. uerſi. circa ſecundā concluſionem. cum ſeq. uol. 4. & Hoſt. in ſumma. in rub. de cleri. coniuga §. fi. col. 1. uerſi. cum quæri
7 tur. Plus dico quod ſi ipſa monialis ſuper talibus futuris alimentis tranſegiſſet cum Abbatiſſa, & monialibus, ſeu cum earum ſindicis abſque ſuperioris auctoritate, huiuſmodi trāſactio minime ualuiſſet cum ipſa nulla haberet bona, ut alimenta ſibi ſubminiſtrare poſſet, ut eſt tex. in d. l. de alimentis. Im-
8 mo ſi illis in ceſſione & donatione per eam monialibus facta expreſſe renunciaſſet, huiuſmodi renunciatio non ualeret, ut pulchre tradit Aymo conſi. 316. Homines. in prin. num. 2. & conſ. 189. quoniam. col. 1. uerſi. Amplius ſi ſtatutum. uol. 1. ubi concludit etiam ſtatutum non ualere ſi filiam ab alimentis excluderet. & Ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Arimi. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimę uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Nepos in hæreditate patrui magni, patris, aut matris locum non ingreditur.*
Filius in tranſuerſalium ſucceſſione non intrat locum patris, ibidem.
2 *Filij in locum patris ſui tantum ſuccedunt, ubi de patrui, uel aui ſucceſſione tractatur, ſecus ubi de aliorum ſucceſſione ageretur.*

CONSILIVM XIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur animaduertendum eſt, aut ex iuris communis, aut ex municipali diſpoſitione loquitur. Primo caſu cum magnifica D. Artelina & magnificus D. Bernardinus Eques Aleottus eodem tertio gradu a magnifi. q. D. Simone diſtēt, cum ipſa nata ſit ex mag. Fiordiliſia filia mag. q. D. Ludouici fratris carnalis pręfati. D. Simonis patrui magni præfatæ D. Artelinæ, & idem Eques natus ſit ex mag. q. D. Mathęo nato ex q. Domino Bernardino ſeniore fratre q. Domini Andreæ patris dicti D. Simonis. & ſit in pari gradu cum domina Arteſina: concludendum puto utrunque in bonis & hæreditate præfati D. Simonis ęqualiter ſuccedere. Nec iſto caſu D. Arteſina matris locum ingreditur, quia in hæreditate patrui magni nepos locum
1 patris aut matris non ingreditur, ut conſuluit Dec. conſi. 1. memini. col. 2. in prin. cum ſimus in tranſuerſalibus, in quorum ſucceſſione filius non intrat locum patris, ut uoluit Bart. in auth. poſt fratres. la 1. C. de legi. hæredi. ubi per illum tex. determinat,
2 quòd filii in locum patris ſui tantum ſuccedunt, ubi de patrui uel aui ſucceſſione tractatur, ſecus ubi de aliorum ſucceſſione ageretur, & hoc probatur in §. cum filius. inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. defe. & in l. ut inteſtato. C. de ſuis & legi. ubi quando de aui ſucceſſione quæritur, filius ſuccedendo locum patris ingreditur, idem quando de patrui ſucceſſione agitur, ut eſt caſus in §. reliquum. in auth. de hæredi. ab inteſta. uenien. & conſuluit Roland. conſi. 68. perſpectis. col. 5. ad fi. num. 23. uol. 1. ut etiam dixi ſupra conſi. 9. in prin. num. 1. 2. & 3. Secundo caſu ſimiliter concludo dominam Arteſinam a Reuer. D. Petroioanne Epiſcopo Forliuienſi tanquam ex municipali diſpoſitione uocato excludēdum eſſe. Diſponit enim ſtatutum Forliuienſe ſub rub. de ſucceſſio. ab inte. quod deficientibus fratribus, & filiis fratrum, defunctique ſororibus ſuccedant patrui carnales & eorum filii, ſed Reuer. D. Petrusioannes filius eſt q. D. Bernard. Aleotti ſenioris patrui carnalis dicti q. D. Simonis, ut ex ſerie arboris conſanguinitatis mihi præſupponitur, ergo D. Arteſina ad illius ſucceſſionem non admittitur, ſed ſolùm Reuer. D. Petrusioannes. Fateor tamen ſi in medio pręfatus Reuer. D. Epiſcopus non exiſteret, quod tam D. Arteſina, quàm Eques Bernardinus iunior æqualiter in huiuſmodi hæreditate ſuccederent, ut ſupra in primo caſu diximus, ita diſponente eodem ſtatuto ſub eadem rub. in uerſi. non extantibus autem, ſeu aliquo pręditorum in præſenti ſtatuto nominatis, tali defuncto ab inteſtato ſuccedant illi, qui uocātur ex diſpoſitione iuris communis. Illo igitur exiſtente, concludo D. Arteſinam ab hæreditate pręfati q. Domini Simonis excludendam eſſe, & ita perſtrictis uerbis de iure reſpōdendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Marię, amen.

SVMMARIVM.

1 *Neptes melioris conditionis eſſe non debent, quàm ſint teſtatoris filiæ.*
2 *Conſuetudo & mos regionis & patriæ in dotandis filiabus & neptibus quomodo intelligentur & procedant.*
3 *Dos quo caſu filiæ minus legitima aſſignari debeat, & quando ad congruæ dotis ſupplementum etiam ultra legitimam agi poſſit.*
4 *Dos congrua dicitur, quæ ſaltem ad legitimam aſcendit, & habita conſideratione quantitatis patrimonij, qualitatis & honeſtatis perſonarum, conſuetudinisque regionis, & familiæ.*
5 *Dos ſi a patre, uel ab auo filiæ uel nepti etiam legitima minor aſſignatur, congrua dicitur, niſi de magno exceſſu euidenter appareat.*

6 *Pater & auus bonum conſilium pro filio & nepte capere præ ſumuntur.*

7 *Dotis data, vel relicta tempus attenditur, an filia vel neptis congrue dotata fuerit, non autem auctarum facultatum tempus.*

Legitima tempore aſſignationis attenditur, & non tempore augmenti facultatum. eod.

8 *Verba in fine orationis poſita debent ad omnia præcedētia referri, quando ad ea ſalua recti ſermonis ratione referri poſſunt, & dummodo abſurdum non reſultet.*

9 *Determinatio plura determinabilia reſpiciens ea æqualiter determinare debet.*

10 *Lex ſiue diſpoſitio aliqua quando circa plura in eadem oratione diſponit, ita quòd omnia illa ab eodem uerbo reguntur tunc dictum in vno intelligitur in altero repetitum.*

11 *Dos iuxta mulieris & viri dignitatem aut taxari debeat, vel iuxta conſuetudinem patris, vel aui, qui alias eius filias dotauerat.*

12 *Nubere uolens, pari, & æquali nubere debet.*

13 *Filiæ de omnibus bonis fideicommiſſo ſubiectis, in quibus aliqua ſunt, que ſpecialiter alicui relicta fuerunt, dotari non poſſunt, & maxime vbi filiæ alia bona aliunde poſſident.*

14 *Hæres teſtatoris filias de bonis ſtabilibus dotare cogi non poteſt, etiam quòd teſtator eas de bonis ſuis dotari mandauerit.*

Res in ſpecie alicui legata nec pro dote, nec etiam pro legitima filia retineri poteſt. eo.

15 *Dos per annum neptibus in teſtamento relicta imputatur in filij teſtatoris legitimā, contemplationeque filij relicta cenſetur.*

16 *Officium paternum & non auitum eſt dotare filias, ſi bona paterna reperiuntur.*

17 *Legitima filij in bonis per eum alienatis, & non in remanentibus fideicommiſſo ſubiectis imputatur.*

18 *Fideicommiſſarius precium rei reſtitutioni ſubiecta per ipſum empta repetere poteſt.*

19 *Trebellianica etiam in filijs primi gradus ſecundum magis communem opinionem prohiberi poteſt.*

20 *Donatio ex ſanguinis coniunctione, longi temporis patientia, rationumque redditione numquam facta præſumitur.*

CONSILIVM XV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

NON uidetur ſuper præſenti conſultatione laborandum eſſe, cum Cecchini ſenioris de Catholica teſtamentum clarū ad fauorem Cecchini iunioris eius nepotis habeamus, in quo diſponit teſtator, quod deficiente linea maſculina deſcendentiū aliquorū eiuſdem teſtatoris filiorū, tota & integra hæreditas in ſuperſtites maſculos pleno iure & abſque aliqua diminutione deueniat, filiæque fœminæ dictorum filiorum ſine filijs maſculis decedētium dotentur, dotarique uoluit de bonis hæreditatis ipſius teſtatoris ſecundum conſuetudinem, hæreditatiſque ipſius teſtatoris facultates. Quo ſtāte in proceſſu probatum fuiſſe conſtat lineam Raphaelis filij teſtatoris maſculinam defeciſſe remanentibus tātum D. Heliſabetta & Agnete eius filiabus fœminis quę de bonis hæreditatis eiuſdē teſtatoris per Cecchinum iuniorem fideicommiſſarium, tanquam onus hoc ei a teſtatore iniunctum dotari debent, ex quo teſtator eius hæreditatem totam & integrā ad eius filios maſculos, uel præmortuorum filios maſculos deuenire uoluit: hæc igitur dotatio per Cecchinum grauatum fieri debet, a ſemetipſiſque filię Raphaelis dotari nequeſit, ut declarat Roland. conſi. 85. Domini. col. 3. num. 17. uol. 1. cum huiuſmodi dotatio quoddam ſit legatum a teſtatore relictum, quod ab hærede grauato præſtari debet. §. legatum. inſti. de lega. & l. legatum. de leg. 2 cum ſimili. uidelicet de bonis hæreditatis ipſius teſtatoris ſecundum cōſuetudinem & facultates eiuſdem, quæ conſuetudo per teſtamenti inſpectionem probatur dum ipſe teſtator quatuor eius filias in libris denariorum quadringentis pro qualibet dotauit: vnde
1 melioris conditionis eſſe non debent neptes, quā fuerint propriæ teſtatoris filiæ, cum uteriſimile non ſit, nec rationabile, minuſque credendum teſtatorē plus ex filijs neptes, quā proprias eius filias dilexiſſe. arg. l. ſi uiua matre. §. 1. C. de bo. mat. & l. Publius. §. fi. ff. de cond. & demon. Fulg. conſ. 18. Solumucia, uerſi. Rurſum hoc manifeſtius. & conſi. 38. in propoſita quæſtione. col. 1. uerſi. Rurſum nec eſt uteriſimile. & hoc idem in ſtatuto uidemus, quia ſi filiæ propter maſculos excluduntur, a fortiori neptes excluſæ cenſentur ut not. Bal. in l. uenia. circa finem. C. de in ius uocan. vbi inquit quòd nepti plus concedi non debet quàm filię. allegat. d. l. ſi uiua matre, & idem Bal. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. ma. & in l. quod uero. in prin. ff. de legi. facit quod not. Bar. in l. 2. §. fi. in fi. ff. ad tertul. & in l. liberorum. ff. de uerb. ſigni. & Bal. in l. maximum uitium. cum ſimi. C. de libe. præteri. nec dicatur, huiuſmodi conſuetudo,
2 moſque regionis, & patriæ, non autem teſtatoris attenditur, ut habetur per Corne. conſi. 3. in præſenti conſultatione, col. 2. uerſi. his tamen nō obſt. & cōſi. 290. Ardua. col. 13. in fi. uerſi. circa ſecundum autem. uol. 3. & tenet Pariſi. conſi. 18. eſto quod. col. fi. num. 42. uerſi. eſt aperte. uol. 3. & Roland. 9. conſi. 85. col. 3. num. 16. uol. 1. quoniam reſpondetur prædicta procedere, quando per patrem dos ſimpliciter filiæ relinquitur, uel de iure communi, nulla de conſuetudine mentione facta debetur, tunc enim dos iuxta patrimonii facultates, & patriæ morem debetur, ut eſt tex. in l. quarto. & l. ſeq. & l. cum poſt. § gener. ff. de iure dot. & eſt tex. in l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de edili. edic. & ibi Veronen. ubi multos congerit caſus, in quibus regionis & patriæ conſuetudo attenditur: in caſu autem propoſito dos non ſimpliciter relicta fuit, ſed ſecundum conſuetudinē & facultates teſtatoris, ideo, illa attendi debet, cum etiam conſuetudini alicuius familiæ ſtetur, ut uoluit Ang. in l. 3. ff. de teſtā. ubi inquit hoc eſſe mirabile & menti tenendum. Preterea quāuis Doctores teneant, quòd dos indiſtincte minus legi
3 tima aſſignari nequeat, & quandocunque ad congruæ dotis ſupplementum etiam ultra legitimam agi poſſit, ſi perſonarū & patrimonii qualitas hoc exigat. §. quamobrem. in auth de reſtitu. & ea quæ parit. præſertim quando maſculi deſcendentes defuncto non extant, ut in caſu propoſito. tradit Alb. Bru. in tract. quod ſtatuti. maſcu. octauo articulo, in ſecundo caſu principali primæ quæſtionis. ſub nu.
4 33. & congrua dos dicitur, quæ ſaltem ad legitimā aſcendit. arg. l. ſi filiæ. de leg. 3. & prout not. per Saly. in auth. res quæ. C. communia de legat. & Bened. Capr. conſ. 88. punctus. Angelus olim. col. pe. nu. 9. uerſicu. Congrua enim dos. & conſi. ſeq. punctus. quidam Agnolellus. col. 5. num. 19. & Roland. d. cōſi. 85. num. 15. & dicitur dos congrua habita conſideratione quantitatis patrimonii, qualitatis, & honeſtatis perſonarum, & conſuetudinis regionis & familiæ, ut per eundem Brunum in d. 2. caſu princi
5 pali. num. 34. prædicta tamen procedunt, ubi dos a fratre, uel ab alia perſona aſſignatur, ſecus ſi a patre vel ab auo, quia etiam quòd minor legitima foret,

congrue

congruè a patre,vel ab auo dotata diceretur. Iaſon
conſi.231.Iſtæ duæ mulieres.col.pen.in prin. verſi.
Quarid eſt bene conſiderandum.vol.2.& in l.volũ-
tatis.C.de fideicomm.Cùm ſemper patris & aui do
tatio conueniens,congruaque præſumatur, niſi de
magno euidenter appareret exceſſu. vt inquit ibi
Iaſ.Dec.conſi.26.Et diligenter.colum.2.verſi. Non
obſt.allegata.ſub num.3.Gramma.in deciſio. 57.Ia
cobus Campanarius.col.10.In fi.nu.37.& Laur ẽ. de
Pallatijs.in trac.ſtantib.maſcul.num.131.cum duo-
bus ſeq.poſt tract.Albe.Bru.impreſſo. In quo exceſ
ſu re ipſa dolus patris argueretur, ut inquit Paul, de
Caſt.conſ.275.Super primo quæſito.vol.1.in nouis
6 quem ſequitur Dec.vbi ſupra.& Cur.iun.in d.auth.
res quæ.colum.4.num.11. & Rui.conſi.42.Quia de
plurib.col.fi.in prin.ſub nu.12.& nu.13.vol.2.præſu
maturq; patrem aut auum pro filiò,vel nepte bonũ
conſilium capere. l.nec in ea.ff.de adult.Dec.d.cõſ.
26.col.3.nu.ſecundo, verſi. Et conſiderandum eſt,
& conſi. 275. Proponitur.in princi. & naturalis ſti-
mulus carnis auum & patrem neceſſitas ad cogi-
tandum pro filijs, & nepotibus,cum filiorum ho-
norem,vtilitatemq; parentes appetant , vt copioſè
tradit Soci. ſen.conſ.30.quamuis.col.2.in 3.dubio.
volum.1.quem ſequitur Brun.ubi ſupra.nu. 33.vbi
allegat Pau.de Caſt.hanc diſtinctionem facientem.
d.conſi.275.colum.1.ver.Ad ſecundum .& col.3.in
fi.in 7.dubio.& conſi.403.Viſis & ponderatis.col.1.
ad fi.ſub num.2.verſi. Et poſito quòd non haberet.
vol.2.in nouis.quem ſequitur Alci.in tract.de præ-
ſumptione.in 2.præſumptione, reg.1. ſub nume.7.
7 verſi.Ex eadem ratione.Et dotationis tempus atten
ditur, an congruè dotata fuerit, & ſufficit quòd
tempore, quo dos ſibi relicta fuit, congruè dotata
ſit, quamuis demum per facultatum augumen-
tum, & perſonæ dignitatem,vel per temporis cur-
ſum auctæ fuerint dotes,non appareat quò cõgrue
dotata fuerit,quia caſus ſuperueniens non inſpici-
tur ſecundum Grammati.in dict.deciſio.57.eadem
col.10. ſub nu.34.cum ſeq.verſi. quo uerò ad illud.
Si enim temporis mutatio attenderetur voluit Ay-
mo conſi.291.Ioannes.col.2.ſub num 4.ver. & ſi di
catur vol.2. teſtatoris facultates forſitan ad ſolutio
nem dotium non ſufficerent : ideo non curſus, aut
mutatio temporum, ſed teſtatoris conſuetudo , &
facultates inſpici & attendi debent iuxta eius diſpo
ſitionem,& attenta qualitate ipſius teſtatoris,& Ra
phaelis ſui filij calzolarij,prout etiam de legitima di
citur,vt conſuluit Cur.ſen.conſi.83.Super quotidia
no.quod eſt conſil.vltimum. vbi latè. & eſt deciſio
Regii parlam.vt per Boer.in deciſio. 62. Si pater. in
prima par.vbi copioſè examinat, & concludit legi
timam non augeri, nec dotem,auctis facultatibus
patris niſi extraneo hærede inſtituto : Nec dicatur ,
quòd conſuetudo,de qua in præſenti quæſtione a-
gitur,procedit, & intelligitur de conſuetudine ciui-
tatis noſtræ,& ita teſtator intelligere voluerit,cùm
teſtatoris diſpoſitio cũ iuris cõmunis diſpoſitione
conformari debeat , & ita intelligi dẽat,ut minus a
iure comuni recedatur,quàm ſit poſſibile,lux. not.
per Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad treb. Quo-
niam reſpõdetur,ꝙ illa dictio,teſtatoris, in fine ora
tionis & clauſulæ poſita,nedum ad verbum , & di-
ctionem,facultates,immediate præcedentem refer
tur, uerum etiam ad dictionem , conſuetudinem ,
8 prius in eadem oratione poſitam:Verba enim in fi
ne orationis poſita ad omnia præcedentia etiam re
mota referri debent , quando ad ea ſalua recti ſer-
monis ratione referri poſſunt,& dummodo abſur
dum non reſultet.l.talis ſcripturæ.& ibi Bar.de leg.
1.l.1.& ibi Iaſ.C.de lib.præt.c.ſecundo requiris. & c.
inquiſitioni.ext.de appel.cum uulg. Bened. Capra
conſ.10.Punctus. Viſa quadam.col.4.in prin.nu.14.
uer.Non.n.obſt.conſ.128.Punctus. Quidam Nico-
la.col.1.& conſi.154.Punctus.Quidam Sanctes.col.
fi.in princ.nu.8. At in caſu propoſito nullum reſul-
tat abſurdum,& ad vtranq; dictionẽ ſalua recti ſer-
monis ratione referri poteſt,ut euidentiſſimè appa
9 ret,ergo &c. Accedat ꝙ quoties una determinatio
plura determinabilia reſpicit,quæ pariter determi-
nare poteſt,ea æqualiter determinare dẽt. l. nã hoc
iure.ff.de vul.& pup.l.quamuis.& l.hæreditatem.C.
eo.tex.in l.ſi legatarius.§.fi.& ibi not.Bar. de leg. 2.
& no.Bal.in l.precib.col.10.in prin.C. de impub. &
alijs ſubſt.Sed hæc dictio teſtatoris , tam dictionem,
illam,conſuetudinem,quàm illam,facultates, reſpi
cit, ergo pariformiter determinare debet,& ſic ne-
dum ſecundum teſtatoris facultates, uerum etiam
ſecundum eius cõſuetudinem intelligi debet : Hinc
dixit Bartol.in l. prætor ait.§. eritque hæc differen-
10 tia.in prin.ff.de ui.bon.rap.Quòd ubi lex,ſiue diſpo
ſitio aliqua circa plura in eadẽ oratione diſponit, ita
ꝙ omnia illa ab eodem uerbo regulantur, tunc di-
ctum in uno,in altero repetitum intelligitur.§.1.In
ſta.l.3.§.ait prętor.ff.de incen.rui.naufra.cùm ergo
dictio,ſecundum cõſuetudinẽ,& dictio,facultates ,
a verbo,& dictione teſtatoris,regantur, qualitates,
quæ reſpiciunt illud uerbum,& dictionem (teſtõris)
reſpiciunt,& reſpicere dẽnt ipſum vniformiter quo
ad omnia,& ſic dicemus, ꝙ ſecundũ teſtatoris con
ſuetudinem,ſecundumq; teſtatoris facultates dota
ri dẽant,quæ teſtatoris conſuetudo ex aliarum eiuſ
dẽ teſtatoris filiarum dotatione probatur , quæ per
prius per eundem teſtatorem in quadringentis de-
nariorũ libris dotatæ fuerunt,ut ſimili probat Soc.
11 iun.cõſ.83.Multa.nu.5.vol.3.Nec ob.ſi dicatur,dos
iuxta uiri & mulieris dignitatem taxari debet. d. l.
quarto.& d.§.gener l.ſi filiæ.de leg. 3.& per ſcriben-
tes.in l.1.ſol. mat.quo caſu dos congrua non dici-
tur de quadringentis denariorum libris iuxta teſta
toris conſuetudinem,ſed ad ſcutos mille præſtari ,
& taxari debet,conſiderata ſaltem nedũ patrię con-
ſuetudine,ſed etiam mariti Iuriſconſulti Ariminen
ſis dignitate,qui ſi cum alia matrimonium contra-
xiſſet,utique talem & fortaſſe maiorem dotem cõ-
ſecutus fuiſſet. Ad hoc.n.dupliciter reſponderi po-
teſt.Primo prædicta iura procedere data mulieris
& uiri paritate,conſiderandæque ſunt aui dotantis
qualitates,& patris,ac dictarum mulierum , ipſarũ-
que parentela,& aui,ac patris facultates , auique in
dotandis eius filiabus conſuetudo, & ſic ad eos,qui
mulierib.æquales ſunt,reſpectus habetur. Nam D.
Heliſabetta ex q.Raphaele a Catholica orta fuit,qui
tempore eius uitæ cerdo & caligarius erat,& de nu-
mero conſiliariorum artiſtarum,& non nobilium
ciuium ciuitatis noſtræ deſcriptus:idcirco eius qua
litas & non mariti dignitas in hoc caſu attendi de-
bet,vt in ſimili tradit Campeg. in tract. de dote in
quinta par.q.18.in fi.nu.4.per ea quæ uoluit Iac.de
Belul.in auth.res quæ.C.commu.de leg. Non.n. D.
Heliſabetta, & Agnes eius ſoror dotes ad earum li-
bitum in fideicommiſſarij detrimẽtum,ac pręiudi-
cium conſtituere debẽt,nec poſſunt,vt inquit Rol.
d.conſi.85.num.17.Nec maritum qualitatis, & cõ-
ditionis diſparem in alterius pręiudicium accipere,
12 Cum ſi quis nubere velit,pari nubere debeat, iuxta
illud,ſi uis apte nubere,nube pari.Bal.in d.auth. res
quæ.col.pe.ad fi.vlt.not.& Neuiza.in ſilua nup.ubi
latè in 18. colum. eum ſeq.& ita firmat Pariſ. con-
ſi.63.Capiendo.col.fi.in prin.nu.53.uſq; ad uer.Po-
ſtremo diſpoſitio.uol.2.& Soc.iun.conſ.107.Conſu
lui aliàs.col.2.nu.4.uer.Et uidetur.vol.3. Secũdo re
ſpondetur

13 ſpondetur, eſto quod iuxta uiri dignitatem illis mu
lieribus inæqualis taxari deberet, quod tamen non
admittimus, dico ipſas in omnib. bonis fideicõmiſ-
ſo ſubiectis dotari non poſſe, vt elegãter & pulchrè
conſuluit Iaſ. conſi. præallegato. 231. Iſtæ duæ mu-
lieres. col. 2. in prin. ſub nu. 2. & Rol. vbi ſupr. col. 2.
nu. 9. ver. quib. tamen. Nam bona in territorio San-
cti Gaudẽtij ſita, in quib. forte D. Heliſabetta dotata
fuit, nedũ fideicommiſſo ſubiecta ſunt, ſed per teſta
torẽ ſocietati Sãcti Iacobi relicta fuerunt, caſu quo
penitus linea Cecchini iunioris maſculina defice-
ret, ideo tanquam reſtitutioni ſubiecta pro dote. D.
Heliſabettę & Agnetis retineri non poſſunt. Rol. cõ
ſi. 12. Inſpectis. in prin. lib. j. cum concord. ibi per eũ
congeſtis. Præterea quamuis teſtator de eius bonis
illas dotari mãdauerit, eas tamẽ, de omnib. eius bo-
nis dotari noluit, ſi. n. illam dictionẽ, de bonis hære-
ditatis ipſius teſtatoris, cauſam materialẽ denotãtẽ
cõſideramus iux. not. per Bal. in l. pe. in ſi. C. de cõd.
inſ. ſiue eam conſideramus, vt demõſtratiuè ſeu de-
claratiuè ponatur, vt regulariter ponitur iuxt. l. ſi de
meis. ff. de arb. cum allegatis per Alb. de roſa. in ſuo
dictionario, in dictione, de, & per Ioannẽ franc. Pa-
ni. in trac. de off. & poteſta. capi. ſede vacan. in prælu
dio. 1. & Soc. iun. conſ. 72. Cõſideratis. col. 2. ſub nu.
11. & 12. ver. Sed aduertẽdum eſt. vol. 3. Solum teſta
tor oſtẽdere & declarare uoluit materiam, & bona
de quib. voluit filiorum filias dotari, non autem di
xit, ꝙ in omnib. bonis reſtitutioni ſubiectis ipſę filię
dotari dẽberẽt. Nec eſt honeſtati congruum, ꝙ præ
dictæ filiæ, quæ ex teſtatoris diſpoſitione de bonis
hæreditatis ipſius teſtatoris dotari dẽnt, omnia bo-
na auita fideicom. ſubiecta pro dote in Cecchini fi
deicommiſſarii præiudicium conſignent, eo maxi
me, quia non ſolùm dictæ filiæ alia hẽnt bona per
Raphaelem earum patrem acquiſita, & aliàs ab ip-
ſo Cecchino euicta, vt ex inſtrumenti inſpectione
per ſer Melchionem Battainum rogati, & in actis
producti apertiſſimè conſtat: verum etiam alia bo
na per D. Heliſabettam. a Cæſare Mangiarolo eius
primo viro acquiſita, ut in eius vltimo teſtamento
per ſer Iacobum Angelinum rogato in actis produ
cto euidenter apparet. quæ bona cum ad eas dotã-
das pro modo ſuæ condinionis, ſuarumq; facultatũ
ẽt iuxta regionis & patriæ morem ſufficiant, fidei-
commiſſum diminuere nequeunt, ut probat Iaſ. d.
conſi. 231. in pen. col. uer. Nam cum iſta. D. Augella
& Rol. d. conſi. 85. n. 9. & n. 17. & Aymo conſi. 186.
pręſens conſultatio. col. 3. ſub nu. 46. & conſil. 191.
nu. 1. & licet Rol. in trac. de lucr. dot. in 57. q. nu. 14.
& aliàs conſului in cauſa Scipionis de Rubeis. niſi
pro ea rata quadringentarum librarum, quæ teſta-
toris filiab. pariter per ipſum conſtitutæ & traditæ
fuerunt, & ita in ſimili caſu conſuluit Corn. conſil.
3. In præſenti conſultatione. col. 2. verſi. His tamen
non obſt. vol. 3. & Rol. vbi ſupra. & ita dicẽdum eſt
in caſu propoſito, ne iſtæ neptes melioris ſint con-
ditionis, quàm fuerint propriæ teſtatoris filiæ, vt di-
ximus ſupra. Rurſus dico, quòd de illis bonis immo
bilibus reſtitutioni ſubiectis, dictæ neptes dotari ne
queunt, ſed in pecunia numerata, tũ quia aliæ teſta-
toris filiæ in pecunia dotatæ fuerunt, vt ex lectura
14 teſtamenti patere poteſt: tum etiam quia dato ꝙ te
ſtator de eius bonis eas dotari mãdauerit, ipſæq; de
illis dotari uelint, nihilominus Cecchinus fideicõ-
miſſarius de ſtabilib. bonis eas dotari cogi non po-
teſt, vt concludit Corn. conſ. 132. Licet in præſenti.
col. pen. in ſi. ver. Inſuper quia in d. teſtamento. vol.
4. Quod ultra ipſum confirmo, quia illud quòd de
bonis legata ſoluantur, in hæredis fauorẽ ad minus
eius grauamẽ adiectum videtur, ſi forte pecuniam
non hẽret, ideo in eius odium retorqueri non dẽt
l. nulla. ff. de legi. & l. quod fauore. C. eo. Tũ ẽt quia
prædicta bona in agro Sancti Gaudẽtij ſita dẽnt fi-
nita Cecchini iunioris linea maſculina, per eius hæ
redes ſocietati Sancti Iacobi reſtitui, ut diximus
ſupra, ideo pro dotib. dictarum Do. Heliſabettæ &
Agnetis retineri nequeunt, nec ẽt pro legitima, quã
do alia bona ſuperſunt, vt uoluit Bal. in rub. ff. de re.
diui. col. 1. & in l. nõ amplius. §. fi. & ibi Alex. de leg.
1. idẽ Alex. in l. in quartam. col. 8. uer. Cõfirmo præ
dicta. ff. ad l. fal. & conſ. 117. Viſo tit. q. col. 4. in ſi. uer.
Confirmantur prædicta. uol. 6. Soc. ſen. conſ. 75. Cir
ca præſentem. col. 4. in prin. uer. Sed circa prædicta.
uol. j. Iaſ. in l. ſcimus. in prin. col. 2. ad ſi. uer. ſecundo
fallit. C. de inof. teſt. & Bened. Capra. cõſ. 32. Pũctus.
caſus eſt talis col. 2. ante ſi. nu. 11. uer. Quod uerũ in
telligo. & conſ. 55. Punctus. Franciſcus Antonij. in
ſi. cũ alijs per Aymo. citatis conſi. 19. Super. col. pe.
nu. 14. uol. j. & Rui. conſ. 27. Viſis his. col. ſi. in ſi. uol.
2. Ripa. in d. l. in quartam. nu. 101. & eſt cõmu. opi.
ut atteſtatur Grat. conſ. 65. Cum materia. col. ſi. nu.
36. cum ſeq. uol. 2. & tenet Rol. d. conſi. 12. in princ.
Nec dicatur dictas mulieres tanquam de reſtituen-
do grauatas in bonis auitis reſtitutioni ſubiectis le-
gitimã & trebellianicam detrahere poſſe. c. Ray. &
c. Raynal. & ibi communiter Canoniſtæ ext. de teſt.
& per legiſtas in l. filium quẽ habentẽ. C. fam. herc.
& Rol. d. conſ. 85. col. 2. nu. 10. uerſ. Sed d. Do. Lucia.
15 & nu. ſeq. Quoniam reſpondetur, dotes nepotib. ab
auo relictas, dum filiorum maſculorũ filias de bo-
nis ipſius teſtatoris dotari uoluit, in filij legitimam
imputari, ut uoluit Cy. in d. l. ſcimus. in quinta. q. C.
de inoffi. teſta. ex eo quia dotes de bonis aui proce-
dunt. & ſic in filium profectæ uidentur, unde hoc
ſufficit, ut in filij legitimã cõputentur. allegat. l. quã
nouella. C. eo. tit. ſeq. Alex. in d. l. in quartã. col. pen.
& latè in d. cõſi. 117. col. 1. 2. & 3. volu. 6. & latè dixi
ſup. cõſ. 7. Viſo dotali. Et hoc maximè procedit, quũ
dotãdi onus ad auũ nõ ptinebat, ſed ad filiũ, vt in ca
16 ſu propoſito, quia prius de bonis patris dotari de-
bẽt, ſi bona paterna reperiũtur. cũ officiũ paternũ,
& nõ auitũ ſit dotare filias. l. qui liberos. ff. de ri. nup.
& l. ſi. ver. Vtranq; igitur. C. de dot. promi. niſi in ca-
ſu quo pater bona non haberet, ut pulchrè conſu-
luit Are. conſi. 17. Conſideratis. col. antep. num. 13.
ver. Venio ad quartum. vſq; ad quintum dubium.
Tempore. n. teſtamẽti iſtæ neptes in rerum natura
non erant, ideo filij contẽplatione dotatæ cẽſentur,
& cum illas non cognouerit auus, dici non poteſt,
ꝙ ad eas affectionẽ habuerit, merito dotes illæ filij
contemplatione relictæ cenſentur ſecundum Bart.
qui ita determinat in conſi. 131. Primo arguitur. in
2. par. vbi concludit, ꝙ relictũ nepti ab auo pro do-
te, in dubio filij contemplatione relictum cẽſetur.
allegat. l. dedit dotem. ff. de coll. bon. dicẽs hoc præ-
ſertim eſſe verum caſu quo neptis teſtamenti tẽpo-
re, vel tẽpore mortis aui nata non ſit, ut in præſenti
caſu: quia tunc dici non poteſt, ꝙ hoc neptis contẽ-
platione geſtum ſit, ad quam affectionẽ nõ habuit,
ut probatur ex not. per gl. & doc. communiter in l.
qui filiab. de leg. 1. ſed filij contẽplatione factum di-
citur. Eſt ergo perinde ac ſi dotes neptib. ab auo re-
lictę per Cecchinũ ſeniorẽ teſtatorẽ Raphaeli eius
filio dotatæ fuiſſent, & conſequẽter Raphaeli filio
in legitimam imputari debent. l. ſed ſi plures. §. in
arrogato. de tutigar. & pupill. Ex quibus patet. Do-
minam Heliſabettam & Agnetem uti Raphaelis
earum patris hæredes ex eius perſona de dictis bo-
nis fideicommiſſo ſubiectis legitimam detrahere
17 poſſe: Et quatenus detrahi poſſet, dico illam in alie
natis tàm per Raphaelem, quàm etiam per eas im-

putari debere, legitima in bonis alienatis & non in remanentibus imputetur, vt per Bar. in l. marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellia. Iaſon in conſilio 161. Reuocatur in dubium. volum. quarto, & aliàs conſului, vt patet conſilio 130. In caſu propoſito. numero ſeptimo, & Roland. conſi. 78. Circa primum. colum 4. num. 19. verſicu. Tamen his. volum. primo, Quia bona remanentia conſequi debet fideicommiſſarius, vt declarat Aymo. conſ. 135. Ad primum. colum. pen. num. 13. volum. 1. Et aduertendum eſt, ꝙ dicta legitima in precio domus antecesſorum, Arcangelo patri Cecchini iunioris conſignatæ in diuiſione inter ipſum, & dictum Raphaelem eius fratrem facta, imputari debet, in cuius locum fuerunt quædam aliæ domus, & apothecæ per ipſos fratres de communibus pecuniis emptæ Raphaeli in dicta diuiſione conſignatæ, vt inſtrumento per ſer Siluium de Medaſchis rogato in proceſſu pro-
18 ducto patet: Cum fideicommiſſarius precium rei fideicommiſſo ſubiectæ per ipſum emptæ repetere poſſit, ut latè probat & proſequitur Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres. colu. 16. in fi. verſ. Adde ꝙ Io. And. ſub num. 35. & ibi Ripa. num. 93. ver. Tertia concluſio. ff. de ver. ob quem ſequitur Soc. ſen. cōſ. 16. In cauſa quę vertitur. col. 4. in prin. nu. 27. vſq; ad fi. vol. 3. Trebellianicam pariter detrahere minimè poſſunt, cùm iam teſtatoris filius, quàm eius neptes illam detrahere prohibitæ fuerint per illam clauſulam, tota & integra ſine aliqua diminutione hæreditas ad ſuperſtites maſculos deueniat, vt latè cōſuluit Rui. conſi. 148. Pro deciſione. vol. 3. cū concor. ibi per eum relatis Aymo. conſi. 174. Nobilis Gigo. in prin. volum. 1. & Bello. conſi. 80. Quondam Do.
19 Ioannes. num. 17. cum duobus ſeq. Et illa prohiberi poteſt etiā in liberis primi gradus, vt videtur magis commu. opi. vt ibi per eundē ſub nu. 19. & 20. & quāuis forte altera opi. ꝙ in filijs primi gradus prohiberi non poſſit, magis æqua ſit, & magis communis dicatur, vt latè probat conſulendo Soc. iun. conſi. 131. Quęſtio propoſita. & Pariſ. in ſubſcriptione illius conſilij. quod eſt nu. 532. Ad corroborationē. vol. 1. & aliàs ad fauorem. D. Malateſtæ Sacramori, in ſexto dubio conſului, vt videri poteſt. conſil. 49. In præſenti conſultatione. infra eo. & nouiſſimè cōſuluit Rol. conſi. 12. Inſpectis. nu. 6. ver. Verum præmiſſis volum. primo. Nihilominus in caſu propoſito audacter detrahi non poſſe teneo, quia viuente Raphaele grauato, & eo defuncto non euenit cōditio, ex quo ipſe relicto. N. eius filio maſculo deceſſit, qui poſtea abſque filijs deceſſit, remanentibus tantum dictis Domina Heliſabetta, & Agnete eius ſororibus, & propterea Raphael illam ad eius filias, hæredes tranſmittere non potuit. argumen. eorum quæ per Doctor. communiter not. in l. prima. C. de his quæ ante apert. tabul. & eo quia filiæ etiam aliquo modo grauatæ nō fuerunt, & eſto quòd grauatæ fuiſſent, cum non ſint de liberis primi gradus, hanc prærogatiuam detrahendi trebellianicam nō habent, vt eſt textus in l. iubemus. in fin. C. ad trebellianic. & ita per illum textum probat, & concludit Socin. d. conſilio 131. ſub numero 24. Circa bonorum retentionem pro adminiſtrationis ratione per Arcangelum Cecchini iunioris patrem reddendæ (vt ex aduerſo præſupponitur) breuiter concludendo dico, nullam de dictis bonis retentionem fieri poſſe ratione dictæ adminiſtrationis reddendæ, ex quo apparet ex inſpectione inſtrumēti inter Raphaelem dictarum mulierum patrē, & dictum Arcangelū celebrati, multa bona ſtabilia ex prouētib. bonorumq; cōium introitib. & ex lucris in arte Caligariæ & cerdonum exercitio acquiſita, & multa debita ex dictis artib. orta, inter ipſos fratres diuiſa fuiſſe, de quib. omnib. finis & quietatio inter eoſdē facta fuit, vt in dicto inſtrumento patet in proceſſu producto, & per ſer Siluiū de Medaſchis notariū publicum Arimini de eo rogatū: merito Cecchinus fideicommiſſarius tanquam ſui patris hæres ab hæredib. Raphaelis ex dicta cauſa amplius moleſtari non poteſt, Quinimò dici poteſt, ꝙ attētis dictis acquiſitionib. de quib. ī inſtrō producto & quietatione in-
20 ter eos facta, de reliquis (ſi quid ſupererat) donatio facta fuerit; cum donatio ſanguinis coniunctione, longi tpˀs patiētia, rōnumq; redditione nūquā geſta præſumatur. ſecundū Aymo. conſ. 159. Viſis his. col. 2. nu. 4. ver. Non ob. vol. 5. Soc. ſen. conſ. 160. In præſenti conſultatione. col. 2. uerſ. Nam in d. l. patruus. vol. 2. cum alijs per Senat. Pedent. citatis in deci. 132. In dubium uertitur. nu. 3. Quinimò cū finis & quietatio facta fuerit, inter eos rōnē redditam fuiſſe præſumitur, negariq; non poteſt, quin ſaltē remiſſionē de reſiduo factā fuiſſe præſumatur, ſi in aliquo Arcangelus debitor remanſiſſet, ſeu ſaltē donationem per fratrē fratri factam: unde nec fratris hæres, qui tanto tēpore tacuit, aliquid petere poterit, vt eſt tex. in l. procula. ff. de prob. ubi ſanguinis ratio, tēporis longitudo, & rō inter fratres ſæpius reddita debiti remiſſionē factam præſumi facit, per quē text. firmat Rom. conſ. 517. In caſu propoſitæ cōſultationis. col. 4. ſub nu. 15. uer. Tertiò quando concurrūt, ſic ēt ſan-
21 guinis rō, & tpˀs curſus facit inter ſciētes donationē præſumi. l. ſi ſeruus cōis. ff. de don. int. vir. & vx. cum alijs quę in propoſito allegat Calc. conſ. 23. ꝙ d. Iac. ad fi. ver. Sed eſt & aliud indicium. quē ſequitur Aymo. d. conſ. 159. nu. 4. Et ꝑpea concludo nulla bona fideicommiſſo ſubiecta pro adminiſtratione reddēda retineri poſſe, ſed dictę filię & hęredes Raphaelis rex conueniꝫ ad omnium bonorum petitorum relaxationem, & ad valorē ac precium per dictas mulieres alienatorum vnà cum fructib. a die producti libelli, vel ſaltē a tēpore litis conteſtatæ, condēnari dēnt iux. tex. & ibi gl. & doc. in c. Ray. in uerbo conteſtatæ. ext. de teſt. & cū expēſarū victoria in iudicio & extra factarū ob culpā dictarum mulierū in relevando tot & tanta inſtrumēta in iudicio producta: Et ita de iure concludēdū, & reſpondēdu cēſeo, ego Matthæus Brun. Iuriſc. Arimin. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſ. Vig. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Euictio ex natura cōtractus diuiſionis per partes factæ dētur*
2 *Promiſſio per procuratorem in contractu diuiſionis facta ſecundum naturam diuiſionis facta intelligitur.*
3 *Clauſulæ contractus ad naturam ipſius contractus reducibiles nunquam contractus naturam alterant, ſed ſecundum illius naturam intelliguntur.*
4 *Quē de euictione tenet actio, eūdem agentē repellit exceptio.*
5 *Emphyteota ſi cum filijs deceſſit, euictio ex natura rei locum non habet.*
Diuiſio alienatio dicitur. ibidem.
6 *Emphiteota pro ſe ſimpliciter inueſtitus, pro ſe & filijs tantum recepiſſe intelligitur.*
7 *Poſita noua, ſi per emphiteotas ſeparatim, & pro quolibet eorum de per ſe, de vtriuſq; conſenſu, & de Eccleſiæ voluntate facta fuit, emphiteoſis illa auctoris præordinatione per alium emphiteotam euinci non poteſt.*
8 *Diuiſio bonorum emphiteoticorum communiū ſi fuit inter duas ſorores facta non interueniente alterius ſororis cōſenſu, altera ſoror tertiam partem ad ſe ſpectātem ex auctoris præordinatione vendicare poterit.*
9 *Emphiteotæ ſi inter ſe bona emphyteotica diuiſerunt, & in diuiſione adinuicem remiſerunt ius quod habent, uel in*

futurum

futurm habere ſperant, ſuperſtes per ius accreſcendi fratris portionem ſine filijs decedentis vendicabit, ſecus ſi cũ filijs deceſſerit. & num.14.

10 *Fratres ſi inter ſe bona communia diuiſerunt, bonaque emphiteotica vni in dicta diuiſione obuenerunt, huiuſmodi bona ad ſuos deſcendentes tranſeunt, donec aliquis de eius linea extiterit. & nu.11.*

11 *Quilibet primo ſibi, deinde ſuis deſcendentibus proſpicere velle cenſetur.*

12 *Filij ſuccedunt in emphiteoſi in ea portione, qua patri delata fuit.*

13 *Diuiſio de rebus emphiteoticis facta porrigitur ad perſonas, ad quas porrigi, & extendi paciſcentis intererat.*

15 *Ius accreſcendi locum habet, vbi vnius portio deficit, portionique alterius adhæret, & accreſcit.*

16 *Renunciatio de omnibus iuribus in genere facta ad incogitata non trahitur, nec ad futura, ſeu ad ius ex cauſa de futuro nouiter ſuperueniente, ſecus ſi in ſpecie appoſita fuiſſet clauſula, quòd ad incogitata referatur, quia ad ea quoque refertur, quæ quis ſibi competere ignorabat.*

17 *Dictio (ex quacunq; cauſa) in diuiſione rei emphiteoticæ appoſita operatur, quòd etiam euictio veniat, quæ aliâs de natura actus, vel ſub promiſſione de euictione non comprehenderetur. & num.23.*

18 *Mandatum cum clauſula, & ad omnia gerendum, & faciendum &c. quæ ipſimet conſtituentes facerent, ſi perſonaliter adeſſent, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quàm præſentibus ſit expreſſum, operatur q̃ procurator poteſt dominos de euictione etiam proueniente ex natura rei, & præordinatione auctoris obligare, omniaq́; facere, & paciſci vt dominus.*

19 *Dominus ſicut contra factum proprium venire non poteſt, ita non poteſt contra factum procuratoris.*
Procuratoris factum domini factum dicitur. ibi.

20 *Promittens cum iuramento ratum, & gratum habere quicquid &c. & attendere, & obſeruare, & in nullo contrafacere, vel venire per ſe, vel per alium aliqua ratione, vel cauſa &c. de euictione promiſſionem ex natura rei, vel auctoris præordinatione per eius procuratorem factam, ratam habere, & non contrauenire, tenetur, etiam ſi mandati fines exceſſiſſet.*

21 *Mandans ex procuratoris contractu tenetur, etiam ſi mandati fines exceſſerit, quando ſciuit procuratorem ſuum eo modo contraxiſſe, & non contradixit.*

22 *Dominus tacite per procuratorem geſta ratificans, qui mandati fines exceſſit, ſibi præiudicat, quando contradicere potuit, & non contradixit.*

24 *Ratificatio domini tacita ad ſui præiudicium ſufficit.*

25 *Poſſeſſionis bonorum apprehenſio per longum temporis ſpacium, domini ſcientiam, atque omnium per ſuum procuratorem geſtorum ratificationem arguit.*

CONSILIVM XVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISIS motiuis contra filios q. D. Ioannæ uxoris olim Do. Thomæ de Loriofanenſis, quę ad me tranſmiſſa fuerunt, quamuis ſubtilia ſint, non procedendo ad partes, ſed cõcluſiuè, medijs, & reſpõſionibus illa tolli poſſe confido. Et primo, nam clarum eſt, quod abſque euictionis promiſſione Do. Margarita per diuiſionis contractum de euictione tenetur, ſi res in diuiſione obuenta D. Ioannæ euincatur, quia ex natura contractus diuiſionis per par-
1 tes factæ debetur euictio. l. ſi familiæ. & ibi no. gl. & doct. C. fam. herciſ. gl. fi. in l. ſi cogitatione. C. eod. & ponit Aret. in §. quædam actiones. col. 4. in prin. uerſic. quæro an in iudicio fam. herciſ. Inſti. de actio. Sed
2 quamuis illa promiſſio per procuratorem facta intelligi debeat, & intelligatur facta ſecundum naturam ipſius diuiſionis iuxta tradita per Bar. in l. damnum. la 2. ff. de dam. infect. & clauſulæ contractus ad
3 ipſius contractus naturam reducibiles nunquã contractus naturam alterent, ſed ſecundum illius naturam intelligantur, vt tradit Bald. in l. 1. C. commoda. quem refert & ſequitur Alex. in apoſt. ad Bar. in d. l. damnum. Nihilominus D. Margarita per dictũ procuratorem virtute eius mandati de euictione obligari potuit, etiam ſi euictio ex natura rei, uel auctoris præordinatione ſequeretur, & hoc caſu bona il-
4 la uendicare non poteſt: quoniam quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. uendicantem. ff. de euict. & ibi no. & l. exceptione. & ibi gl. & alij. C. eo. & eſt bonus tex. in l. ob cauſam.
5 C. eod. cum ſi. Nec dici poteſt, quòd hæc emphiteoſis ex rei natura euincatur, quia hoc verum eſſet, ſi D. Ioanna abſque filijs deceſſiſſet: uerum quia cum filiis deceſſit, euictio ex natura rei locum nõ habet, ut determinat Bar. & ſequuntur alij cõmuniter ſcribentes in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. de uerbo. obl. declarat Are. ibi. n. 29. & approbat ibi Crot. nu. 148. cum ſeq. Alex. conſ. 21. uiſo compromiſſo. nu. 5. & nu. 6. uolu. 5. Minuſque dici poteſt, quòd ex præordinatione D. Ludouici auctoris hanc emphiteoſim pro ſe filiis, & nepotibus recipientis euinci poſſit, cum per mortem D. Ioannæ finita ſit, eiuſq; filij non ſint in inueſtitura comprehenſi. Quia hoc procedere poſſet, ſi D. Ioanna ſine liberis nulla diuiſione, nec dictæ rei emphiteoticæ renũciatione inter eas facta deceſſiſſet, at quia diuiſio reique prædictæ renunciatio interuenit, & diuiſio ſit alienatio. l. ſi pupillorum. ff. de reb. eo. no. in l. iubemus. in prin. C. de ſacroſan. eccleſ. tradit Corn. cõſi. 24. ad euidentiam. col. 2. nu. 8. uol. 2. & Gualden. in tract. de art. teſtan. in rub. de vati. teſta. præcep. caut. 5. minoribus. nu. 3. & D. Ioanna cum filiis deceſſit, in libroq; Diacepti noua poſta, & partita facta fuit, in qua D. Ioanna inueſtita, & deſcripta fuit. & quamuis pro ſe ſimpliciter inueſtita fuerit, pro ſe tamen & filijs tantum recepiſſe intelligitur: cum emphiteoſis de ſui natura ad deſcendentes tranſeat, etiam ſi quis eam ſimpliciter pro ſe, non habita filiorum mentione ſtipuletur, ut in cap. 1. §. cum uerò Coradus. qui feu. dare poſ. & no. And. de Iſer. in c. 1. quib. cau. feu. amitta. illamque pro ſe, filiis, & nepotibus communiter concedi conſuetum ſit, quod argumentum a ſolitis in iure ualidum eſt. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. pub. & l. certi condictio. §. ſi nummos. & ibi Bart. & ſcribentes. ſi cer. pet. cum ſim. & tenet Anto. de Butr. in c. in præſentia. ubi ſmo. ſub nu. 14. extra de prob. ubi
6 inquit q̃ ſi emphiteoſis alicui ſimpliciter conceſſa fuit, pro ſe, filio, & nepote cõceſſa intelligitur. §. emphiteoſim. in auth. de non alienan. aut permutan. Iaſ. in l. 2. col. 70. in fi. uerſ. decimo quæro. C. de iure emph. Alex. in l. etiam. in prin. col. 3. in fi. uer. quinta fuit principalis opi. ff. ſol. mat. & Caccialup. in tract. de feu. cogni. in 7. art. nu. 6. ver. quinto quia. Euerar. in ſua centuria, Locus a feudo ad emph. poſt prin. uerſ. ita etiam erit in emphiteoſi. & clare determinat Bal. in c. 1. in fi. quib. mod. feu. conſt. pot. quẽ refert & ſequitur Gozad. conſi. 39. prima facie. col. 3. n. 14. uerſ. tertio quoties. & eſt com. opi. ut refert Clar. in tract. de emph. in 28. q. in 1. caſu. & licet Didac. Couar. in lib. 2. uaria. reſo. c. 17. ad fi. ſub num. 6. & idem Couar. in eo. 2. lib. c. 18. in prin. in 1. concluſione, inquit q̃ deferatur emph. maſculis, & fœminis abſque

vlla ſexus diſtinctione. Et quia de ſcientia,& volun-
tate D.Margaritæ,& conſenſu,Eccleſia noua poſtea
facta fuit,vt etiam eadem D.Margarita in poſitioni
bus filiorum D.Ioannæ fatetur,tunc ſuccedit quòd
ſcribit Alex.d.conſi.51. ſub nu.7. quòd amplius au-
ctoris præordinatio non procedit, & ſic ad D.Mar-
garitam reuerti non poteſt. Nam cum ambæ ſoro-
res bona hæreditaria diuiſerint,&unicuique emphi
teotica aſſignata fuerint,datur intelligi ipſas uoluiſ-
ſe,quòd quælibet in ſuos deſcendentes bona illa trã
ſire noluerit, cum unuſquiſque primo ſibi, deinde
ſuis deſcendentibus proſpicere uoluiſſe videatur.ar
gu.l.cum auus.ff.de cond.& dem. & l.cum acutiſſi-
mi.C.de fideicomm.cum alijs de quibus infra dice-
mus. Cum ergo D.Margarita ex natura rei, uel au-
ctoris præordinatione bona illa uẽdicare nequeat,
nec contra diuiſionem venire, ſequitur quòd filij
D.Ioannæ a petitis abſolui debeant, & cõſequenter
bene appellatum fuiſſe pro parte ipſorum filiorum
8 pronunciari debet cum expenſarum victoria. Præ-
terea ponamus quod tres fuerint ſorores,& duæ in-
ter ipſas bona emphiteotica non accedente alterius
ſororis conſenſo diuiſerunt, altera in certa bonorũ
allodialium quantitate a patre dotata, tanquam in
eadem inueſtitura comprehenſa tertiam dictorum
emphiteoticorum portionem ex auctoris præordi-
natione euincere poterit,non obſtante inter dictas
duas ſorores diuiſione facta, vt probatur in c.1. de
aliena.feu.pa. Et quamuis ille text. in feudo loqua-
tur, idem tamen eſt in emphiteoſi ſecundum Alex.
conſi. 106.viſo themate.col.2.in fin.verſ.Nec prædi-
ctis obſtat.vol.4.quem refert & ſequitur Ruy. conſ.
169.circa primum.col.pen.nu.12.uerſ.ſed præmiſſis
non obſt. uol.1.ſecus dicendum foret, ſi altera ter-
tia ſoror expreſsè eiuſmodi diuiſioni conſenſiſſet,
quia non admitteretur amplius ad eius reuocatio-
nem,ut eſt tex.& ibi no.Sal.Pau.de Caſt.& Iaſo.in l.
quotiens ab omnibus.C.de fideic. & conſuluit Ale
xand.conſi.189.uiſo.col.pen.ſub num.8.uerſi.& de-
terminat idem Alex.d.conſi.106.col.2.in prin.uer.
quod ultra prædicta.per tex.in d.c.1. de alie.feu.pat.
in ult.col.in fi.uerſicul.poſtremo non obſt.& Ruy.
d.conſil.169.in ult.col.uerſ.non obſtant allegata in
contrarium.& in ſimili tradit Aymo conſi.24.nobi
lis Giletus.num.9.cum ſeq.ſi ergo altera portionem
ad ſe ſpectantem ex ui dicti expreſſi conſenſus in di
uiſione præſtiti vendicare non poſſet, ita ſimiliter
D.Margarita non poteſt,quæ huic diuiſioni, & no-
uæ poſtæ, ac nouæ inueſtituræ expreſſe conſenſit,
quia conſenſus ſemel præſtitus reuocari non poteſt,
quia quod ſemel placuit,amplius diſplicere non po
teſt.reg.quod ſemel.de regul.iur. in 6.& ita declarat
Aymo ubi ſup. inſuper quamuis uera, communiſ-
9 que ſcribentium concluſio ſit,quod ſi duo,uel plu-
res fratres fundum communem ab eccleſia in em-
phiteoſim haberent,ita quòd vno ſine filijs præmo
riente eius portio ad alios ſuperſtites deuenire de-
beret, talemq; emphiteoſim diuiderent, in diuiſio-
neque ius quod haberent, uel in futurum habere
ſperant,adinuicem remitterent, non impedirentur
ſuperſtites alio ſine liberis prædecedente, prædefun
cti partem per ius accreſcendi vendicare, vt tenet
Bar.& cæteri communiter in d.§.duo fratres.in 10.
q.& Bar.conſi.58.ex themate tria dubia.in 1.par.ni-
hilominus hoc non procedit, quando vnus ex di-
ctis fratribus diuidentibus cum filijs decederet,quia
illa diuiſio hac cõditione, & pacto facta intelligitur,
quod vno cum filijs decedente eius filij admittãtur,
& non alter frater ſuperſtes, pro hoc eſt text.in c.1.
de natu.ſucceſ.feu.in vſib.feudo.per quem text.di-
xit Ruy.conſ.213.in queſt.col.1.nu.1.uol.1.quòd quan

10 do fratres inter ſe bona communia diuiſerunt, vni-
que bona emphiteotica in huiuſmodi diuiſione ob
uenerunt, quòd huiuſmodi bona ad ſuos deſcenden-
tes tranſeunt, & donec aliquis de eius linea extat, ta
lia bona ad alios de altera linea non reuertũtur.Cor
ne.conſi.24.ad euidentiam.col.2.ſub nu.10.uer.& li
cet ille text.uol.1.& ratio eſt, quia unuſquiſque pri-
mo ſibi, deinde ſuis deſcendentibus proſpicere uo-
11 luiſſe uidetur.l.ſi tibi.§.pactus.ff de pact. Alex.conſ.
110.uiſo proceſſu.col.1. uol.5.declarat Bald.conſil.
185.factum tale eſt.Fagonus.circa fi.uerſic. & quili-
bet.uol.3.& Dec.conſ.263.in contractu emphiteoti
co.in prin.& ideo donec aliquis de linea D. Ioannæ
ſupereſt,ad quam tota emphiteoſis peruenit,ille de
eadem linea ſuccedit,& nõ D.Margarita, ita eſt tex.
in d.c.1.de natu.ſucceſ.feud.per quem tex.ita decla-
rat Corn.d.conſ.24.col.2.nu.10.vol.2.& conſil.233.
in hac conſultatione.col.pen.in fi. ver.portio enim.
vol.4. vbi inquit quòd quotidie in practica ſeruatur, quòd
12 in emphiteoſi liberi in portione patri delata ſucce-
dunt,& ita conſuluit Ruy. conſi.166. attento teno-
13 re.col.3.in fi.nu.10.verſ.& primo.vol.1. præterea di-
uiſio inter dictas ſorores facta de rebus emphiteoti-
cis ad perſonas porrigitur,ad quas porrigi,& exten-
di paciſcentis intererat,& ſic ad filios D. Ioannæ pa-
ciſcentis,quia diuiſionis natura eſt, quòd portio vni in
dicta diuiſione aſſignata,ad eius filios,& hæredes de
ueniat,non autem ad ſuperſtitem diuidentem,quia
magis ipſius intererat ad eius filios, quàm ad fratrẽ
ſuperſtitem,cui portio ſua aſſignata fuerat, deueni-
re,ne ſuperſtes cum iactura ſuæ ſororis defunctæ e-
iuſque filiorum locupletaretur contra tex.in l.nam
hoc natura.ff.de cond.indeb. & l.iure naturæ.cum
ſim.ff.de reg.iur.ſecus ſi D.Ioanna ſine filijs deceſſiſ
14 ſet,quia tunc D. Margarita ſuperſtes, non obſtante
quacunque renunciatione quæ inter ipſas ſorores
facta fuiſſet,admitteretur,vt no. decidit Bart.in d.§.
duo fratres.in 2.q.& ibi late Mod.repetentes, uideli
cet Fran Niconitius.in vlt.fol.nu.382. uſque ad nu.
387.Dec.conſ.43.uiſis his.& Ruy. conſ.1.uideretur
col.5.uer.confirmatur efficacius.& conſ.47.pro re-
ſolutione.in prin.nu.2.uol.1.a contrario igitur ſen-
ſu,& ſic cum filijs decedente, frater, ſeu ſoror ſuper-
15 ſtes non admittitur,ſed defunctæ filij. Nec etiam ex
iure accreſcendi D.Margarita venire poteſt,tũ quia
D.Ioanna cum filijs deceſſit,tum etiam quia regula
iuris illud locum habet, quãdo vnius portio deficit,
portionique alterius adhæret, & accreſcit,at in caſu
propoſito tota res emphiteotica in diuiſione ad D.
Ioannam obuenit, ergo tota ad eius filios remane-
re debet, & non ad Do.Margaritam, vt ſingulariter
probat Bald.in l.vnica.col.pen.ver.ſed an diuiſio.C.
quando non peten.par.vbi uoluit, quòd ſi fratres inter
ſe diuiſerunt,& uni res emphiteotica obuenit, & al
teri allodialis, quòd hoc caſu ius accreſcendi locum nõ
habet,nõ obſtantibus inueſtituræ uerbis, quia por-
tio portioni accreſcit,non autem perſonæ.l.ſi tot.ff
ff.de acq.hæred.& hanc deciſionem ſequitur Corn.
cõſi.51.uidetur primo dicendum.col.fi. uerſi.reſtat
deciſ.uol.3.& Dec.d.conſi.263.col.fi.uerſi.ſimiliter
tale ius.& præſertim in præſenti caſu,cũ D.Ioãna cũ
filijs deceſſerit,ad quos dicta emphiteoſis ſaltẽ uirtu
te dictæ nouæ poſtæ, ac nouæ inueſtituræ deuenire
debet iuxta tex.in c.1.de duob. fratri.a capi. inueſti.
& dictum eſt ſupra:ad ultimum facilis eſt reſponſio
16 quia procedit obiectio, ubi in genere omnibus iu-
ribus renunciatum eſt: talis enim renunciatio ad
incogitata trahi non debet, nec ad futura, ſeu ad
ius ex cauſa de futuro nouiter ſuperueniente, ſe-
cus ubi in mandato appoſita fuiſſet clauſula illa,
quòd etiam ad incogitata referantur, vt in præ-
ſenti

ſenti caſu,ibi,in euẽtum euictionis,quæ ſequeretur
ex quacunque cauſa etiam non cogitata, nec ex-
preſſa in præſenti inſtrumẽto,tunc enim operatur,
quòd remiſſio quoq; ad ea referatur, quæ ſibi quis
competere ignorabat. Ang. in l.qui iure.per illum
tex.ff.de mili.teſtam.& l.tres fratres.ff.de pac.quem
ſequitur Iaſ.conſi.163.Circa primum.colum.ſexta,
ſub num.6.verſico.Item illa clauſula.uol.4.etiam ſi
ex natura rei,aut præodinatione auctoris euincere
17 tur. Cùm propter illam dictionem,ex quacunque
cauſa, illa etiam euictio veniat, quæ aliàs de natu-
ra actus,uel ſub promiſſione de euictione non cõ-
prehenderetur,ita ſingulariter dixit Alexand. con-
ſi.102.Viſo themate.colum.1.num.5.verſ.Pro hoc
facit.uolum.6. Aret.in §.actionum autem. col. 13.
num.22.verſic.Vnum tamen addas.Inſt.de actio.&
Ruy.conſi.77.In facto.col.2.ſub num.8.vol.2.cum
alijs concord. de quibus per Rol.conſil.5.Pulchra.
18 colum.11.num.49.verſi.Item etiam.volum.1.Am-
plius dico procuratorem D. Margaritę fines man-
dati non exceſſiſſe,eamq; potuiſſe de euictione etiã
ex natura rei, aut præordinatione auctoris proue-
niente obligare,tùm ex prædictis ob dictionem,ex
quacunque cauſa, tùm etiam cum mandatum ad
id quoq; ſpeciale virtute alterius clauſulę in eodem
mãdato appoſitæ procurator haberet,ſcilicet & ad
omnia alia gerendum & faciendum &c. quæ ipſæ
met conſtituentes facerent,ſi perſonaliter adeſſent,
etiam ſi talia forent,quæ mandatum magis ſpecia-
le,quàm præſentibus ſit expreſſum,exigerent. Bar.
in l.procurator cui libera.ff.de procur. Abb. in c.in
tellex1mus.col.fi.in prin.verſ.Sed circa idem.ext.de
jud.Alex.conſ.44.Viſo.colum.1.volum.2. & conſi.
133.Circa executionem.col.1.volum.6.Dec. conſi.
493.Viſo tenore.in prin.nu.2.& ita in conſi. Neap.
deciſum fuit,ut atteſtatur Affl.in deciſ.305. In cau-
ſa Martoni.col.2.ſub nu.3.& nu.4.qui omnino ui-
deatur.Et ideo huiuſmodi mandatum habens om
nia facere,& paciſci poteſt ut dominus l. mandato.
& ibi omnes. ff. de procu.& c.qui ad agẽdum.cum
19 concord.eod.titu.libro. 6. Et ſicut dominus contra
factum proprium uenire non poteſt.l. poſt mortẽ.
ff.de adoptio.& l.creditoribus.C. de ſer. pigno. da-
to.Alex.conſi.103.Viſis.colu.1.verſi. Secundo quia
uol.2.cum concord.per Grat.relatis conſi.105. Ca
ſus.col. 1.num.1.uol.2.ita aduerſus procuratoris fa-
ctum minime poteſt:cum procuratoris factum do
mini factũ dicatur.Grat.conſ.99.Viſis.col.2. nu.11.
uol.2.ergo uirtute talis mandati potuit per præfatũ
procuratorem.D.Margarita de euictione ẽt ex qua
cunq; cauſa prouenięte,& ſic ex natura rei, aut præ
ordinatione auctoris obligari, Et tanto magis quia
20 ipſa cum curatoris auctoritate,iudicis decreto,& cũ
iuramento ſe ratum & gratũ habere promiſit quic
quid &c.& attendere,& obſeruare,in nulloq; cõtra
facere,dicere,opponere,vel venire per ſe,vel per a-
lium aliqua rõne,uel cauſa &c.quo caſu ipſa ꝓmiſ-
ſionẽ de euictione per eius procuratorem factã ra
tam habere tenetur,& non contrauenire ẽt ſi mãda
ti fines exceſſiſſet ſecundum Pau.de Caſt. conſ.409.
Conſideranda ſunt uerba inſtrumenti.col. 1. uerſi.
Item ille conſtituens.uol.1.in nouis.quem refert &
ſequitur Dec.d.conſ.493.col.pen.in fi.uer.Pręterea
loquitur.& Grat.conſi.159.Illuſtriſſime.col.pen.in
fi.uerſi.Duodecimo accedit.nu.21.uol.2. & contra
ueniendo in periurium incidit tàm uirtute iuramẽ
ti per eam in procuratorio præſtiti, quàm uirtute
iuramenti per eius procuratorem in diuiſionis in-
ſtrumento additi,quod Dom.Margaritam ligat,pe
rinde ac ſi ipſa iuraſſet,ut declarat Galleſi.in tracta.
de obliga.in for.came.in 1.quæſtio.ſecundæ par.ad
primam particulam obligationis cameralis, nu. 8.
verſicu. Addo quòd dicit Bar.omniſq; celebratæ di-
uiſionis commodo priuatur. l. ſi quis maior. & ibi
omnes ſcribentes.C.de tranſac. cum ipſa ſit in pę-
ſentiarum maior 25.annorum. Accedit ꝙ voluit
gl.communiter approbata.in ca. cũ olim.in verbo
protinus.de offic.delega.vbi Abb. & cæteri eam ſe-
quuntur.Gemi.in cap.cum quis.de ſent. excom.in
6.& plura ad id congerit Felv.& Mod.in d.cap.cum
olim. quos ſequitur Grat. dict. conſi.159.num.22.
21 Volẽtes mandantem ex contractu procuratoris o-
bligari, etiam ſi mandati fines exceſſerit, quando
mandans eo modo mandatarium contraxiſſe ſci-
uerit,& non contradixerit,quia conſentire videtur:
& ita conſuluit Roland. conſilio ſeptuageſimo
Quoniam.colum.fina.ad fin.num. 30.ſub uer. Non
obſtat quoque.vſque ad fin.uolum.primo. Plus in-
quiunt domini de Rota in deciſ. quadrageſima vi-
22 geſima octaua.Si habẽs.in nouis.ꝙ etiam dominus
geſta per procuratorem tacitè ratificans,qui man-
dati fines exceſſerit, ſibi præiudicat, quando con-
tradicere potuit, & non contradixit, & ſciens ſta-
tim contradicere debet,ut ibi latè. Pro quibus fa-
ciunt tradita per Alex.conſi.84.Super conſultatio-
nẽ vol. quinto, vbi tenet quòd ſcientia & patientia
domini mandatum etiam ultra mandati fines pro-
23 rogare videtur: ſed Domina Margarita ſciuit pro-
curatorem in diuiſionis contractu de euictione ex
quacunq; cauſa promiſiſſe,& ſic de euictione, quę
aliàs de natura actus,uel ſub promiſſione de euictio
ne non comprehenderetur, ut ſingulariter decla-
rat Alexand.dic.conſi.102.Viſo themate. colum.1.
num.5.verſi.Pro hoc facit.volu.9.cum alijs ſupra al
legatis.ſaltem ex eò quia in procuratorio ita man-
dauit,ut dictum eſt,& ex eius lectura inſpici poteſt,
& tamen nunquam viuente D.Ioanna contradixit,
ergo tali promiſſione,& obligationi conſenſit,illiq;
amplius obſtante eius iuramẽto contrauenire non
24 poteſt.Et tacita ratificatio etiam ſufficit,vt plenè de
clarat Dec.conſi.58.Viſo diligenter.col.1.verſi.& li
cet non appareat.Bero.in lib.q.familia.q.43. Qui-
dam in contractu.col.pen.verſi.Alia quoque ratio
ne.& col.fi.& Rolan.conſi.19.Facta fuit col.14.nu.
33.ſub uerſic. Sed vlterius dicitur.uol.1. & conſi.4.
Quòd male.col.pen.nu.28. ſub uerſi. ſecundo dici-
tur.uol. 2. & quòd D.Margarita ultra prædicta ſci-
uerit,notitiamque habuerit eius procuratorẽ hoc
modo contraxiſſe,clariſſimè conſtat ex bonorum
acceptatione in diuiſionis inſtrumento ſibi conſi-
gnatorũ,quæ bona acceptare nõ poterat niſi prius
diuiſionis inſtrumentum cũ omnib.clauſulis in eo
appoſitis inſpexiſſet,& legiſſet.Quę acceptatio,poſ
ſeſſioniſq; bonorum appræhenſio per longum tẽ-
poris ſpaciũ & noua poſta in Diaccepto ſeparatim a
poſta.D.Ioannæ eius ſororis,deſcripta, ſcientiam,
omnimodamq; per ſuum procuratorem geſtorum rati
ficationẽ arguũt.vt declarat Bero.in d.q.43. col.pe.
ver.quod quamuis expreſſe. cũ uer. ſeq. & in q. 85.
Stante locatione.ſub nu.2.eod.lib. Et ex his omnia
quæ contra Dom. Ioannæ filios opponi poſſunt,
de iure ſublata eſſe arbitror, & conſequenter bene
pro eorum parte appellatum, maloque ad aſſertũ
D.Margaritæ fauorem iudicatum, cum expenſas ſ
victoria pronunciandum fore, & ita concludo, &
de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Bru-
nus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipoten-
tis Dei, ac glorioſiſſimę uirginis matris Mariæ,
amen.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ad obſeruantiam contractus defuncti iuramento firmati tenetur, nec contra illum venire poteſt.*

2 *Nemo factum proprium impugnare poteſt.*

3 *Tranſactio quædam per computa inter partes facta ante contractus celebrationem reſultare videtur, quæ erroris prætextu reſcindi non poteſt.*

4 *Error in computis faciendis ſi interuenit, ſuper taliq; errore tranſactum fuit, celebratusq; fuit contractus, error amplius allegari non poteſt.*

5 *Reus iura ſua ad fundandam actoris intentionem edere non tenetur.*

6 *Princeps per ſupplicantis importunitatem, uel præoccupatus, uel circumuentus non concedenda concedit.*

7 *Princeps in dubio præſumitur quòd ſecundum iuſtitiam, reſcribat, & quòd ius alteri quæſitum auferre nolit.*

8 *Verba reſcripti potius improbanda ſint, quàm vt propriè intelligendo alteri præiudicent.*

9 *Verba reſcripti potius interpretari debent quòd nihil operentur, quàm quòd quis indebite damnum patiatur.*

10 *Princeps in reſcriptis ob reſcriptorum multitudinem iuris ſcientiam in promptu habere non præſumitur.*

11 *Reſcripta ſemper ſecundum ius commune interpretari debent.*

12 *Reſcriptum ſi dubium eſſet, ad principem reſcribentem pro illius interpretatione recurri debet.*

13 *Verbum quodlibet, & qualibet clauſula in reſcripto appoſita, abſque operandi miniſterio appoſita non dicitur.*

14 *Clauſula, pro vt de iure, in reſcripto apponi conſueuit, quando res in precib. petita non eſt conceſſibilis, uel articulus eſt in iure ualde dubius.*

CONSILIVM XVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISA ſupplicatione, & reſcripto in ea ap
poſito, uiſisque dubijs quæ in hac cau-
ſa oriri videntur. Concluſiue proceden
do arbitror partes. D. Vicarij Maceratē-
ſis fore & eſſe in compellendo Guidi
Maceratenſis hæredes ad contractus obſeruantiā,
de quo in actis, pronunciandoque Baptiſtam Mo-
rettum mercatorem Ariminēſem ad nulla compu
ta neq; ad ullam reſtōnem teneri ex ſequentib. me
1 dijs. Primo quia ipſi hæredes ſupplicantes ad obſer-
uantiam contractus defuncti iuramento firmati te
nētur, ut ſcribit Galleſi. in trac. de oblig. in for. cam.
in 1. q. ſecūdæ par. ad primam particu. obliga. came.
ſub nu. 3. uerſi. Sed conſiderandum eſſe. nec contra
ipſum uenire poſſunt. l. cum a matre. & ibi Pau. de
Caſt. & ſcribentes. C. de rei uēd. per Alex. latè in l. fi.
§. in computatione. col. 2. in prin. verſi. In ea. ibi itē.
C. de iur. delibe. cum iuramentum defuncti ſeruare
tenentur & eo ligentur quo ad obſeruantiam cō-
tractus, licet non quo ad pœnam periurij. Bar. in l.
cum quis decedens. §. codicillis. num. 10. de legat. 3.
quem ſequuntur Ang. Imo. Roma. & Are. in l. qui
ſuperſtitis. de acq. hær. cum alijs de quib. per Senat.
Pedemont. in deci. 40. Ant. in fi. nu. 15. & Rol. conſ.
17. in cauſa. nu. 19. vol. 1. quamuis etiam quo ad pę
nam periurij iuramentum tranſeat in hæredes, ut
late diſputat Galleſi. ubi ſupra, uerſic. Alij quorum
2 mihi ſententiæ. Sicut & factum proprium impu-
gnare nequeunt. l. ſi creditoribus. C. de ſer. pigno. da-
to. & l. fina. ff. de inofficio. teſtamen. & prout not. in
l. poſt mortem. ff. de adoptio. Quinimmo defuncti
contractum adimplere tenentur, præſertim quia
3 quædam tranſactio inter dictum Guidum & Bapti
ſtam per computa inter eos geſta ante contractus
celebrationem reſultare uidetur, quæ prætextu ali-
cuius erroris reſcindi non poteſt. l. ſi nō tranſactio
nis cauſa. & ibi plenè per Iaſon. C. de iur. & fac. igno
4 rant. Immo ſi inter eos in gerēdis huiuſmodi com-
putis aliquis error interueniſſet, quia ſuper huiuſ-
modi errore tranſactum fuit, & cum iuramento ce
lebratus fuit contractus, error amplius allegari non
poteſt. l. 1. & ibi omnes ſcribentes. C. de erro. calcu.
Barto. in l. 2. colum. 2. num. 11. verſicu. Quarto quid
in computatione. ibi ſi uero continet pactum. C. de
iure fiſci. lib. 10. Corn. conſi. 62. Quanquàm. colum.
prima, num. 3. uerſi. His tamen non obſt. uolum. 4.
& Pariſ. conſi. 89. Rationes. col. 1. in fi. num. 11. uer.
& certiſſimum eſt. uolum. 1. & Rol. conſil. 13. Viſa.
num. 21. verſic. Nec habet obſtare. cum trib. ſeq. &
& conſi. 49. In præſenti. colum. ſexta, num. 46. uer-
ſicu. Quarto quia. volum. primo. Secundò quia Ba-
5 ptiſta ad fundandam prædictorum ſupplicantium
intentionem iura ſua edere non tenetur. l. 1. & ibi
Bar. & Dec. poſt alios in quinto notab. C. de eden.
& in l. fina. colum. tertia, uerſicu. Secundo Bar. con
cludit. C. eod. Tertiò quia reſcriptum de quo quæri-
tur, ad computa ſimiliter gerenda Baptiſtam non
arctat, neque Vicario præcipit, ut Baptiſtam ad illa
gerenda compellat, niſi ſecundum iuris commu-
nis diſpoſitionem, per illam clauſulam (prout de
iure) quæ clauſula inducit diſpoſitionem limitatā.
Dec. conſi. 336. Viſa. num. 4. & 5. & intelligitur ꝙ iu
dex commiſſarius iuris ordinem ſeruet, & comper
ta ueritate faciat id quod iuris eſt. Ang. in §. Exhę-
redatos, in auth. de hær. & Falc. cum alijs adductis
per Maiant. in prat. iudi. in 4. par. princ. in 9. diſt. co-
lum. 1. ſub num. 3. uerſicul. Sed iuxta hoc cadit pul-
chrū dubiū. & etiam in ſimili dixit Senat. Pedem. in
deci. 5. certa dic. col. 6. ad fi. ſub. nu. 9. & 10. & in hoc
maximopere aduertēdum eſt, ꝙ cum prædicti hęre
des in eorum precib. obreptitio & ſubreptitio mo-
do hmōi reſcriptum impetrauerint, per importuni
tatem obtinuiſſe uidentur, cum in illis precib. mul-
ta narauerint, quæ uera non ſunt, & a principe non
6 concedēda. Et quandoq; princeps per importunita
tē vel pręoccupatus, uel circumuētus non concedē
da concedit, ut copiosè ſcribit Neuiza. in Sylu. nup.
7 colum. pe. uerſic Et uidetur rationabile. Ideo ſuc-
cedit regula ꝙ in dubio præſumēdū eſt, ꝙ Princeps
ſecundum iuſtitiam reſcribat, nec ius alterius iā quę
ſitum auferre velit. l. 2. §. merito. & l. ſi quis a Princi
pe. ff. ne quid in loc. publ. & eſt tex. in c. ex tuarū. ex.
de aucto. & vſu pal. & quamplures deciſiones pro
exornatione huius regulæ ponit Fel. in c. cām quæ.
in 5. col. in uerbo interpretatio. nu. 30. ext. de reſcri.
& in c. cum olim. in 2. & 3. col. ext. de re iud. per Caſ
ſad. in deci. 39. nu. 5. ſuper reg. cancella. de non tollē.
ius quæſi. & ibi pulchrè per Gome. in 1. q. nu. 3. & la
tiſſimè per Alc. in trac. de præſum. in 11. præſum. ter
8 tia reg. Et tali caſu uerba reſcripti magis impro-
prianda ſunt. quàm propriè intelligēdo alteri præiu
dicent, Dec. conſ. Et pro tenui. col. 3. in fi. ver. Et re
ſcripta Principis. cū alijs per Gome. congeſtis vbi ſu
pra nu. 4. & per Bello. conſ. 18. Perpenſis. col. 1. nu. 1.
9 Quinimmo potius interpretatio fieri debet, ꝙ nihil
operantur, quā ꝙ quis indebitè damnū patiatur, vt
not. Iaſ. poſt gl. Bar. & alios in d. l. fi. §. ī cōputatione.
10 col. fi. C. de iu. del. Et pdicta vera ſunt, quia princeps
ēt in reſcriptis q̄ cōcedit, iuris ſciētiā ob reſcriptorū
multitudinē in prōptu hēre nō pſumitur, ut inquit
Fel. in c. nōnulli. in 2. reg. col. 10. uer. Secūda reg. nu.
32. ext. de reſcri. quē ſequitur Caſſad. in deci. 2. nu. 4.
11 ſuper reg. Cācella. de reſeruatio. Et reſcriptū ſēper ſe

cundum

eundum ius commune interpretari debet. c. licet.
extr. de præb. & d. c. cauſam quæ. de reſcr. & not. in l.
ex facto. in prin. & ibi Imo. & Alex. in 1. col. in fi. uer
ſic. Item no. quod reſcriptum. ff. de uulg. & pup. Alc.
vbi ſup. ſub num. 3. uerſicu. & facit quia literæ. & ni-
12 hilominus ſi dubium eſſet, ad Principem reſcriben-
tem recurri deberet, ut ipſemet interpretetur, ut uo
luit Alex. in d. l. ex facto. in prin. in 2. not. Cùm ergo
Princeps Vicario commiſerit, quòd prouideat com
puta fieri, & reſtitui, prout de iure, partemque inde-
bite non grauari, abſolute computa fieri committe
re noluit, ſed ad ius per illam clauſulam, prout de iu
re, ſe remiſit, alioquin clauſula illa fruſtratoriè appo
ſita fuiſſet, & de vento ſeruiret, quod minime dicen
13 dum eſt, cum quodlibet minimum verbum, & quæ
libet clauſula in reſcripto appoſita nõ ſit abſq; ope-
randi miniſterio appoſita, vt probat Bald. in rubr. C.
de contrahen. empt. in 9. q. & præſertim vbi iuris ra-
tio patitur, prout ſupra demonſtratum fuit. Bald. in
c. cum ordinem. col. 2. verſi. pone ergo Papa contu-
lit. ibi concludo ergo. extra de reſcrip. quem ſequi-
tur Fel. in d. c. cauſam quæ. in d. verbo interpretatio.
ſub num. 32. uer. ad illud brocardicum. & ſic illa re-
ſcripti verba proceſſum reſpiciunt, non cauſæ deci-
ſionem, ideo Baptiſtæ non officiunt, cùm compu-
ta, reſtitutioque petita & commiſſa, per Vicarium
ſit, prout de iure, cognoſcenda, & ſecundum quòd
14 ius expoſtulat. Præterea clauſula illa (prout de iure)
in reſcriptis ſemper apponi conſueuit, quando res
in precibus petita non eſt de iure conceſſibilis, vel
articulus eſt in iure valde dubius: eo enim caſu prin
ceps iudici committit, vt procedat, prout de iure: &
ita declarat expreſſe Staphil. in tract. de lite. gra. &
inſti. fol. 181. uerſ. ſignatura autem. in primis impreſ
ſio. cum ergo in caſu propoſito clariſſime pateat
Baptiſtã ad computa de nouo facienda arctari de iu
re non poſſe, ut ſuperius demonſtratum extitit, uel
quia principi dubitabile videbatur an in precib. cõ-
tenta concedi deberent, ideo in dicto reſcripto clau
ſulam illam (prout de iure) appoſuit, vt ſi de iure nõ
poſſet, prout minime poteſt, vt ſupra ſatis oſtenſum
fuit, non arctaretur. Et propterea cõcludo hæredes
prædictos ad contractus obſeruantiam cõpelli, bo-
norumq; tenutam, & omnia inde ſecuta iuridice cõ
ceſſa fuiſſe, illaque amplius reuocari non poſſe, nec
debere. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego
Matthæus Brunus Iuriſconſ. Arimin. ad laudem om
nipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Ma
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per reſcriptum nihil a legitimè natis differt, & in omnibus, & per omnia ad eorum inſtar ſuccedit, perindeque habetur ac ſi legitimè conceptus fuiſſet. & nu. 3.*
2 *Dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua, vniuerſaliterque operari debet.*
4 *Iura de filijs legitimis loquentia regulariter in filijs legitimatis locum habent.*
Legitimatus vere, & non ficte legitimus dicitur. ibi.
5 *Papa, & Imperator legitimandi facultatem, & auctoritatem concedere poſſunt.*
6 *Sacrilegium committit, qui de Pontificis, & Imperatoris auctoritate differere vellet.*
7 *Legitimatus, vt ad emphyteuſim pro ſe filijs, & nepotibus legitimis, & naturalibus receptam admittatur, de ea mentionem facere debet, ſi legitimatio facta ſit extantibus filijs legitimis, & naturalibus, ſecus ſi tranſuerſales tantum extarent.*
8 *Clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato, in legitimationis priuilegio appoſita, de filijs tantum, non autem de tranſuerſalibus intelligitur, iuriſque conuerſationem in ſpe competentis poſt legitimationem ex cauſa de præterito operatur.*
9 *Pactũ in diuiſione appoſitum ſuper re emphyteutica, ad perſonas non porrigitur, ad quas porrigi, & extendi paciſcentis non intereſt. & nu. 13.*
10 *Dictio qualibet, & ſillaba, omneque verbum in quauis diſpoſitione appoſita non debet eſſe fruſtra appoſita, ſed cum operandi miniſterio.*
11 *Citatio agnatorum, an & quando requiratur, & non requiratur in legitimatione?*
12 *Clauſula, ad habendam &c. quid in contractu diuiſionis factę de bonis emphyteuticis operetur?*
14 *Hæredes extranei in emphyteuſi eccleſiaſtica non ſuccedũt.*
15 *Naturales in emphyteuſi eccleſiaſtica non ſuccedunt.*
Naturales apud eccleſiam infames ſunt. ibid.
16 *Imperator legitimare non poteſt, vt legitimatus in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedat.*
17 *Legitimatio a Papa facta, vel ab habente ab eo legitimandi poteſtatem quò ad emphyteuſim eccleſiaſticam valet.*
18 *Actio per renunciationem ſemel extincta, amplius reuiuiſci non poteſt.*
19 *Remittenti ius, & actiones ſuas, non eſt dandus ad eas regreſſus.*
20 *Clauſula, promittentes ipſæ partes ad inuicem, & viciſſim &c. in diuiſione appoſita operatur, quòd partes diuiſioni factæ contrauenire non poſſunt.*
21 *Diuiſio alienatio dicitur.*
22 *Emphyteuſis quo caſu euinci non dicatur ex natura rei, aut ex præordinatione auctoris.*
23 *Promittens cum iuramento ſi Titium eiuſque hæredes ſuper re in diuiſione ſibi conſignata defendere tenetur, multo fortius aduerſus ſeipſum conſignantem defendere debet.*
24 *Clauſula promittentes adinuicem, & viciſſim &c. de legitima defenſione &c. operatur, quòd dicuntur renunciaſſe omni iuri quod in bonis in diuiſione conſignatis habebant.*
25 *Mandatum in quacunque parte iudicij produci poteſt, dummodo non ſit in cauſa concluſum.*
26 *Natus ex muliere credente eius maritum eſſe defunctum, non dicitur ſpurius, quamuis in concubinatu natus ſit.*
Mulier credens eius maritum eſſe mortuum ab adulterio excuſatur. ibid.
Adulterium, abſque dolo non committitur.
27 *Mulier credens eius virum eſſe mortuum ſi alteri nubit, adultera non dicitur.*
28 *Vir ignorans mulierem habere maritum ab adulterio excuſatur.*
29 *Filij legitimi dicuntur, ſi matrimonium contrahentes impedimentum ignorabant.*
30 *Filij legitimi dicuntur, ſi matrimonium publicè contractum fuit cum muliere nullam de prima vxore dicti eius viri ſcientiam habente, quod procedit etiam ſi dictus maritus notitiam habuerit primam eius vxorem viuere.*
31 *Mulier ſi poſt luctum, & famam de mariti morte notificata fuit primum eius virum viuere, non ſufficit, vt adultera dicatur, niſi pro certo de vita primi viri intellexiſſet.*
32 *Filius ex concubina in domo natus, vt concubina retenta, naturalis dicitur.*
33 *Fundans ſe ſuper alicuius ſpurietate, & quòd ille ex damnato coitu natus fuerit, ipſam ſpurietatem, & damnatum coitum probare debet.*
Spurius in dubio non præſumitur, ſed naturalis. ibi.
34 *Viuere an quis vſque ad centum annos præſumatur?*

CONSILIVM XVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

LEgitimationis materia eſt tam ampliſſi-
ma (ut doctores inquiunt) quod longiſ-
ſimo ſtudio ad eam explicandam indi-
geremus, breuitati tamen ſtudendo fun
damentis tantum per excellentes diuer
ſæ partis aduocatos reſpōdere conabimur, & prius
quàm ad talem reſponſionem deueniam, duo in
primis præſupponenda ſunt. Primum eſt, quod au-
ctoritas per Imperatorem Reuer. legitimanti con-
ceſſa ampliſſima eſt, uidelicet quod quoſcunque
naturales & baſtardos legitimare ualeat, eoſque ad
legitima iura reducere, ac reſtituere, perinde ac ſi ex
uero & legitimo matrimonio nati & generati eſ-
ſent, nulla iuris aut facti exceptione obſtante, ita
quòd in quocunque contractu de legitimo matri-
monio loquente compræhendantur, & ſuccedere
ualeant ad feuda, & quaſcunque ſucceſſiones cum
filiis legitimis & naturalibus, ac ſi de uero, legitimo
que matrimonio nati & procreati eſſent, aliiſque a
gnatis agnaſcerentur: cum clauſula citatis, vel non ci
tatis illis ad quos ſpectaret hæreditas, & quibus præ
iudicium inferri poſſet. Secundum eſt, quòd eandē
auctoritatem & idem priuilegium eidem legitimā
ti conceſſit & confirmauit ſummus Pontifex, illam
illudque extendens etiam ad bona emphiteotica
cum eiſdem qualitatibus & clauſulis, de quibus in
dicto Cæſaris priuilegio Quibus præſuppoſitis non
uideo quare Dominus Vicentinus Brunus cum
dicto priuilegio Cæſareo ac Pontificio legitimatus
ad emphiteoſim, de qua quæritur, admitti non de-
beat, cum ſtante dicta legitimatione uere legitimus
dicatur, perinde ac ſi de uero, legitimoque matri-
monio natus, & procreatus fuiſſet, nā legitimatus
1 per reſcriptum nihil a legitimè natis differt, in om-
nibuſque & per omnia ad inſtar eorum ſuccedit, vt
eſt tex. ita loquens per illam dictionem uniuerſalē,
nihil, in §. ſit igitur licentia. ibi nihil a legitimis filiis
differentes. in auth. quib. mod. natu. effi. leg. & in §.
& quoniam uarie. ibi nihil diſſimilis legitimis. & in
§. ſi quis ergo filios legitimos non habet. in uerſi.
ſit igitur licentia. ibi nihil a legitimis filiis differen-
tes. in auth. quib. mod. natu. effi. ſui. pōderanda eſt
2 illa dictio nihil, quę negatiua uniuerſalis eſt, & quæ
uniuerſaliter operari debet. l. fi. ff. de lib. & poſth. l. ſi
is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. c. Deus omni
potens. 2. q. 1. & not. gl. 1. in uerbo, parum. in auth.
de hær. & fal. in prin. & ſic illa iura denotant nullam
eſſe prorſus differentiam inter legitimatos & legiti-
me natos, pro quib. adduco tex. in l. qui in prouin-
3 cia. in fin. de rit. nupt. ubi legitimati perinde haben-
tur, ac ſi legitime concepti fuiſſent, & ita tenet Pau.
de Ca. conſi. 27. dicendum eſt. in prin. uol. 2. in no-
uiſ. & ſic apparet, quòd omnia iura de filiis legiti-
4 mis loquentia in filiis legitimatis locum ſibi uendi
cant, ex regula quæ de æquiparatis traditur, ut per
Bar. & Doc. in l. 1. & eo maxime, quia legitimatus ve
re & non ficte legitimus dicitur, ut per Bar. in l. ſi is
qui pro emptore. in 3. q. prin. ff. de uſucapio. quem
ſequitur Dec. conſi. 365. uiſo conſilio. col. 2. in prin.
uerſi. & in hoc non eſt dubitandum. cum aliis ple-
ne per Tiraquel. relatis in repe. l. ſi vnquam. in uer-
bo ſuſceperit liberos. nume. 77. uerſi. hæc poſterior
ſententia. C. de reuoc. dona. ſi ergo. Do. Vicentinus
per dictam legitimationem legitimus effectus eſt,
ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſſet, dubitan
dum non eſt, quod ad dictam emphiteoſim uti in
antiqua inueſtitura compræhenſus admittatur, cum
imperator & Pontifex hanc facultatem, auctorita-
5 temque concedere potuerit. c. per uenerabilem. ex
tra. qui filii ſint legi. & tradit Spec. in §. nunc oſten-
dendum. col. 8. uerſi. Quadrageſimo ſecundo. in ali
quo facit. in tit. de lega. & ſi quiſpiam de Imperato-
6 ris, & Pontificis auctoritate diſſerere uellet, ſacrile-
gium committere diceretur. l. ſacrilegii. C. de cri. ſa
crile. & ita arguit Pau. de Ca. conſ. 461. uiſis & dili-
genter examinatis. col. 2. in fi. uerſi. ſed ſi expreſſe da
ctum eſt. ſub num. 2. uol. 1. in nouiſ. nemo enim eis
dicere poteſt quando aliquid agunt, uel de poteſta
tis plenitudine concedunt, prout in his priuilegiis
conceſſerunt, cur ita facis. Bal. in prælud. feudo. &
ante eum Spec. in d. §. cum oſtendendum. uerſi. o-
ctuageſimo ipſe eſt ſucceſſor. Non obſtant modo
7 quę per D. Aduocatos in contrarium adducuntur:
& primo quòd legitimanti de emphitheoſi recep-
ta pro ſe filiis & nepotibus legitimis & naturalib.
mentio facta non fuit, quia dupliciter reſponderi
poteſt. Primò quia hoc non requirebatur, cum em
phyteuſis eccleſ. ſemper intelligatur recepta pro fi-
liis legitimis, & naturalibus, & non pro naturalibus
tantum, cùm de iure communi deſcendens ex non
legitimo matrimonio, non admittatur ad emphy-
teuſim eccleſ. quia eccleſ. concedens emphyteuſim
alicui, pro ſe, & filijs, non intelligitur ſentire de filijs
a iure reprobatis, vt tradit Alex. conſ. 120. conſidera
tis verbis. col. pen. ſub nu. 12. & 13. volu. 1. cum alijs
per Gozad. cita. conſil. 25. in ſua cauſa. in prin. ſecus
forte dicendum eſſet ſi conceſſa fuiſſet pro ſe, & fi-
lijs ex eo legitimè deſcendentibus, vt per Gozadin.
ibi, quia mentio de illis forte fieri debetur. Se-
cundo quia illa procedunt, quando extantibus fi-
lijs legitimis patris legitimatio facta fuiſſet, vt de-
clarat Alex. conſ. 60. uiſa legitimatione. col. 4. in fin.
num. 25. uerſic. ſecunda ratio eſt. cum ſeq. uol. 2. &
Ruy. poſt alios conſil. 72. habita. col. fi. num. 18. uer.
non potuit ergo. & num. 20. verſic. & vbi etiam præ
dicta ceſſarent. vol. 2. Secus dicendum eſt, quando
extantibus tranſuerſalibus facta fuiſſet, vt in caſu
propoſito, quia de his mentionem fieri non requi-
rebatur, ex quo in eorum præiudicium legitimari
potuit non obſtante clauſula, abſque tamen præiu-
8 dicio venientium ab inteſtato, quia illa clauſula de
filijs tantum, non autem de alijs intelligitur, vt de-
clarat Paul. de Caſtr. d. conſil. 27. dicendum eſt. in
prin. vol. 2. in nouiſ. quem ſequitur Soc. ſen. conſil.
95. nulli dubium. col. 4. ad fi. verſi. nec idem voluit.
ſub num. 28. & 29. vol. 4. & copioſe Zuccard. in repe
ti. l. poſthumo. in prælud. ſub num. 48. C. de bonor.
poſſ. contra tab. vbi hanc ſententiam ea ratione cō-
probat, quia naturales etiam ſtantibus legitimis le-
gitimari poſſunt, ipſi tamē legitimati in maiori por
tione inſtitui nequeunt, quā inſtituti fuerint legiti-
mi, ut §. quoniam. in auth. quib. mod. natu. effi. ſui.
ſed in agnatorum præiudicio bene poſſunt. Vnde
quamuis legitimans hac in legitimatione ſubiunxe
rit abſque præiudicio venientium ab inteſtato, cre-
daturque ſe cum Imperatoris mente conformare
velle in d. §. & quoniam. arg. l. 1. ff. de offic. præfect.
prætor. & c. ſuper literis. de reſcrip. nihilominus dicē-
dum erit, vt de filijs tantum, & non de tranſuerſali-
bus intellexerit, cùm verba huius clauſulę ſine præ
iudicio venientium ab inteſtato, non competant in
totum tranſuerſalibus ab inteſtato venientibus, quia
quamuis dicantur ab inteſtato venientes, in eis ta-
men proprium præiudicium non conſideratur, in
eiſque verbum præiudicium verificari non poteſt,
quia ille, cui præiudicari poteſt, uocari debet. l. nam

ita

ita dicitus.ff.de adoptio.l.de unoquoque.ff. de re iudi.cum ibi plene not.& in terminis huius legitimationis actus notatur in l.2. & l.pe.ff. de nat. reſti.ſed tranſuerſales ad legitimationem citandi non ſunt, ut per Bar.& Doc. in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. de libe.&poſth.per Io.And.& alios in c.per uenerabilem.qui filij ſint legi.& eſt communis opi.ut per Mod.in d.§.& quid ſi tantum.in eis igitur præiudicium non conſideratur,& ita arguit Grat. conſ.63. ex themate.nume.17.18.& 19.uol.1.Nec refragatur quòd legitimans in legitimatione uerba illa,extantibus agnatis &c.adiicere noluerit, quia filios ab inteſtato uenientes a legitimatione excludens,agnatos in legitimatione incluſit, excluſio enim unius eſt alterius incluſio, & econtra.l. cum prætor.cum uulg.ff.de iudi,uoluit enim ipſe ſolum Domini Sebaſtiani filios legitimos,ſi quos habuiſſet,excludere,quibus præiudicium inferri nolebat, alijs uerò non nominatis & ſic tranſuerſalibus præiudicare uoluit,nec ratio per D. Aduocatum reddita,quòd in petitione D.Vincentij illud non cõtineatur,ſubſiſtere poteſt, quia id non requirebatur.Cum ſatis erat.D. Sebaſtiani filios legitimos excludere cum prædicta clauſula,ſi enim eos extare apparuiſſet,de eis mentionem facere tenebatur,& nõ aliter, & ita declarat Alex.d.conſi.60.col.pe.ſub num.39.uerſi. non obſtant illa uerba.ex quibus quoque tertii ratio & fundamentum de prędicta clauſula abſque tamen præiudicio uenientium ab inteſtato tollitur, dum (ut dictum eſt) huiuſmodi clauſula de filiorũ legitimorum tantum intelligatur, & non aliorum præiudicio, ut ſupra oſtenſum fuit. Præterea talis clauſula pluribus modis intelligi poteſt.Primo interpretari debet,quatenus ſubiecta materia patitur: quamuis enim hęc clauſula generaliter loquatur, ne venientibus ab inteſtato præiudicium fiat,debet tamen intelligi in terminis in quibus loquitur,cum verba ſecundum materiæ naturam intelligantur.l.ſi inſulam.ff. de præſcrip. uer.l.ſi olei.C. loca.cum vulg cùm ergo non ex teſtamento,uel ab inteſtato in emphiteoticis ſuccedatur, ſed ex pacto & concedentis prouidentia ad ea deueniatur, ut notum eſt, ſecundum ſubiectam materiam quoad bona emphiteotica nihil operari poteſt iuxta tradita per Dec.conſi.343.uiſo conſilio.colum.2.in fi.uerſi.& illa uerba quòd poſſit ſuccedere.Secundo ius ab inteſtato uenientibus reſeruatum eſſe intelligitur in illis,in quibus non eſt in legitimatione particularis ſpecificaque mentio facta, ut declarat Grammati. in deciſ.66.in cauſa excelletiſ.col.3. uerſi. nec clauſula, abſque præiudicio iuris alieni &c. cum igitur in eadem legitimatione Reuer.Do.Legitimans.D. Vincentium admiſerit, & ad emphiteotica bona expreſſe habilitauerit, ut in dicto eius priuilegio legitur,ne incontinenti in eademque ſcriptura ſe correxiſſe uideatur, operępretium eſt dicere non ius emphiteoticum,ſed aliud reſeruatum fuiſſe ſecundum tradita per Grammati,ubi ſupra, nel neceſſe eſſet aſſeuerare huiuſmodi legitimationem quoad emphiteotica fruſtratoriam fuiſſe, quod minime dicendum eſt,l.ſi quando. de leg.1.& c. ſi papa. cũ vulg.de priuile.in 6.Tertiò clauſula hæc alium ſuſcipit intellectum, uidelicet, ut extantibus filiis legitimis & naturalibus.D.Vicentinus legitimatus ab illis ab inteſtato excludatur,eis uero deficientibus,& non extantibus agnatos, & tranſuerſales excludat,& ita ex mente Alex.reſidet poſt multa Capyci.in deciſ.22. ſuit apud me.in fi.cum igitur filii legitimi & naturales. D. Sebaſtiano tempore legitimationis. D.Vicentij non extarent, neque poſt eius obitum remanſerint,conſeqnẽs eſt, ut aduerſarius agnatus & tranſuerſalis a D.Vicentino legitimato excludatur.& ad id quod aſſeritur huiuſmodi clauſulam operari iuris conſeruationem in ſpe competentis poſt legitimationem ex cauſa de præterito per not. per Ang.conſi.264.Dominus Papa.& alios ibi relatos.reſpondetur aduerſarium nullam ſpem habere potuiſſe ſtante renuntiatione per ipſum in diuiſione facta,nam clarum eſt,quòd ſi poſt D.Sebaſtiani mortem filius legitimus & naturalis remanſiſſet, Fiſcus aduerſarius contra iuratam renuntiationẽ in diuiſione factam uenire non potuiſſet:& hoc ipſe nõ negat,quia paciſcentis intererat,quòd ad eius filium,& non ad aduerſarium porrigeretur pactũ,
9 non porrigitur ad perſonas,ad quas porrigi, & extendi paciſcentis non intereſt, ut declarat Ruy.cõſi.1.Videretur.col.5. uerſi.confirmatur efficacius. & conſi.47.pro reſolutione.num.2.uol.1.poſt Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 10.q.& ibi Ripa nume.88.uerſi.tertia concluſio.de uerb.ob. & ideo dixit Pau.de Ca.dicto conſi.27.in prin.quòd ſi legitimati eſſent legitimè nati, nulli dubium eſſet, quod illi admitterentur, tum quia de iure communi excluſis agnatis ſuccederent.l.2.C.unde libe.tum etiã ex pacto,& diuiſione inter eos ſecuta:ſi ſic,ergo,cũ D.Vicentinus legitimatus ſit,perindeque ſit ac ſi legitimus eſſet,& legitime natus,ut inquit tex.in d.§.ſi igitur licẽtia.ſequitur,quòd huiuſmodi pactum in diuiſione interuentum porrigitur ad ipſum excluſo dicto fiſco, & hæc reſponſio ad præſentis difficultatis radicem gladium ponit,omniaque ex aduerſo adducta fundamenta tollit.Nec aduerſarios ſuffragatur quarta ratio per D.Aduocatum ducta, quòd contra uoluntatem recipientis emphiteoſim comes legitimare non potuerit, ex quo reſcriptum contra teſtatoris uoluntatem non ualeat. Quia reſpondendo dicimus hoc forſan in Comite legitimandi facultatẽ contra teſtatoris uoluntatẽ non habẽte procedere poſſe,in caſu aũt propoſito ſi priuilegii uerba non lippis oculis inſpiciantur,inueniet quiſque huiuſmodi facultatem Comiti conceſſam,dum dicitur,& ab ſucceſſionem bonorum paternorum, maternorum &c.ex teſtamento, uel abinteſtato,uel contra teſtamentum ſuccedere,vel admitti ualeant; ſicut ergo ex priuilegio ſibi conceſſo contra teſtamẽtum & teſtatoris uoluntatem legitimare poteſt,& talis legitimatio ualet,& tenet, ut eſt communis opinio, quam refert, & ſequitur Alex.conſi.139. eleganter fuit conſultum. in prin. uol.1. & Palcor.conſ.17.uiſo puncto. col.2.in prin. num.4.præterea Spec.inter conſi.Cur.ſenio.& Dec. cum multis concord.conſ.365.uiſo conſilio.col.2. ſub num.7. uerſi.quarto concludunt doctores.ita & contra uoluntatem recipientis emphiteoſim, ſtantibus etiam illis uerbis, & ad quoſcunque alios ſimiles,& minores actus, etiam ſi tales eſſent qui expreſſam & ſpecialem mentionem requirerent, admitti poſſint, prout etiam Reuer. D.legitimans ipſum legitimatum comprahendi uoluit a qualibet diſpoſitione,& contractu loquente de filiis legitimis & naturalibus,ac ex legitimo matrimonio natis, & ſic contra recipientis emphiteoſim uoluntatem,alioquin hæc uerba in dicta legitimatione appoſita fruſtratoria forẽt, quod minime dicendum eſt.ff.d.l.ſi quando.& d.c.ſi papa.cũ quælibet dictio
10 & ſillaba,omneque uerbum in quauis diſpoſitione appoſita, non debent eſſe fruſtra appoſita, ſed cum operandi miniſterio.glo.in c.ſolitæ.de maior. & obedi.in c.ſi Romanorum.19.diſt.& tradit Cur. ſeni.conſi.73.ſuper memorat.col.3.in fi. uerſi.quia omne uerbũ.Ideo prædicta ratio per aduerſarium adducta corruit, & ſublato fundamento inſiſtendum

dum non eſt ſuper demonſtrationibus de contra-
ria recipientis emphyteuſim uoluntate deductis;
quia etiam ꝙ illa adducta contrariā illius recipiētis
emphiteoſim volūtatē oſtendāt, nihilominus ſtan-
tibus ſupra deductis huiuſmodi demonſtratio Do.
11 Vincentio legitimato non præiudicat. Quintū quo-
que ſundamentum ſuper aduerſarij citatione non
facta ſublatum eſt, non ſolum per ea quæ ſupra di-
cta ſunt, verum etiam quia in huiuſmodi legitima-
tione aduerſarij citatio non requirebatur ſtāte clau
ſula in Imperatoris priuilegio appoſita, videlicet ci-
tatis, vel nō citatis illis ad quos &c. Nec dicatur eiuſ-
modi clauſulam reſpectu hæreditatis, & bonorum
allodialium appoſitam fuiſſe, quia hoc procedere
poſſet, ſi tantum Cæſaris priuilegium extaret, ſed cū
illud per Papam etiam ad emphiteotica bona extē-
ſum fuerit, huiuſmodi clauſula etiam ad facultates
per Papam conceſſas extenditur. Nam Pōtifex Cę-
ſaris priuilegium ad bona eccleſiaſtica, & emphiteo-
tica extendens, cum omnibus qualitatibus, & clau-
ſulis de quibus in eo, illud extendiſſe intelligitur, ut
declarat Ruy. conſi. 164. niſi legitimatione. col. 2. nu
me. 6. uerſ. & hanc eandem facultatem. uolu. 1. & ſic
cum clauſula, citatis, uel non citatis illis ad quos em
phiteoſis ſpectare poſſet, & ita intelligendum eſt,
ne Pontificis extenſio fruſtratoria dicatur, quod mi
nime dicendum eſt. Præterea quando filius natura-
lis uiuo patre, & de eius conſenſu legitimatur, legi-
timorum, ſeu agnatorum citatio non requiritur, ut
concludit Bart. quem communiter ſequuntur om-
nes in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu.
Alex. conſil. 188. perſpectis uerbis. col. 3. nu. 16. uerſ.
quia uidemus quo ad legitimationē. uol. 5. cū mul-
tis concor. per Dec. accumulatis. conſ. 55. & pro te-
mui. vol. 3. in princ. verſ. ſecundo dicit Anto. de Butr.
nec in præſenti caſu vera eſt ratio per Dom. Aduo-
catum adducta, quòd filius de emphiteoſi pater-
na diſponere nequeat, & nepotibus in inueſtitura
comprehenſis præiudicare, quia illa procedere poſ-
ſet, quando filius in extraneos emphiteoſim alie-
naret: in caſu autem noſtro in eius filium diſponit,
ergo &c. & locum quoque ſibi vendicaret, vbi ad-
uerſarius vti primi inueſtiti nepos huiuſmodi diſpo-
ſitioni non conſenſiſſet, in caſu autem præſenti in
diuiſione conſenſit dando D. Sebaſtiano licentiam
de dictis bonis ad eum in diuiſione conſignatis di-
12 ſponendi ad eius uoluntatem per illam clauſulā, ad
habendum &c. quæ operatur ꝙ ipſorum quilibet
diuidentium de bonis diuiſis, & conſignatis ad eius
libitum, uoluntatemque diſponere poſſit, ut decla-
rat Soc. ſen. conſil. 266. in cauſa. col. 14. ſub num. 38.
uerſ. ſecundo etiam. uol. 2. ut in ſimili tradit Aymo
conſil. 24. nobilis Gilletus. nu 8. cum ſeq. & ſub n. 11.
uerſic. amplius dico. & Port. Imol. in 2. lib. concluſ.
in 39. concluſio. uerſic. quarto limita. quod etiā pa-
tet ex illis uerbis in diuiſione appoſitis iure renoua-
tionis fiendæ &c. ergo aduerſario etiam non citato,
immo eo quoque inuito præiudicium inferre po-
tuit. reg. qui poteſt inuitis. cum uulg. ff. de reg. iuris.
Pro quibus faciunt tradita per Alex. conſil. 106. ui-
ſo. col. 2. in princ. uerſic. attendatur ergo diligenter.
& col. fi. uer. poſtremo non ob. uol. 4. & ita cōſuluit
Soc. iun. conſ. 93. perſpectis. col. 5. in prin. nu. 36. uer.
ad quod etiam facit. vol. 3. vbi cōcludit quod ſi filio-
rum citatio in legitimatione uiuente patre facta ne
ceſſaria non fuit, ut ibidem nu. 35. minus alij agnati,
& ſic tranſuerſales citari non debuerunt. Quo ad ſex
tum fundamentum aliter inſiſtendum non uidetur
cū reſponſio clara colligatur, & pateat ex his quæ
pauloante dicta ſunt ſuper 5. fundamento. Nec per
Ruy. allegata conſil. 99. viſa ampliſſima. col. 3. in fin.
ſub num. 5. verſic. præterea in caſu noſtro. vol. 3. ad-
uerſarii intentionem probant, quia illa procedunt
quando in vno tātum priuilegio de citatione facta
fit mentio: in eo enim quò ad alia, & diuerſa bona
non intelligitur clauſula, citatis, uel non citatis &c.
tacite repetita, ſecus in caſu noſtro, in quo etiam Pā
pæ priuilegium adeſt, in quo omnia, quæ in Cæſaris
priuilegio dicta ſunt, in cōceſſione per Pontificem
facta repetita ſunt, & ſic ſumus in diuerſo caſu per
Ruy. relato, cuius dicta etiam tolluntur, & ſublatā
ſunt per ea, quæ ſuperius de legitimatione uiuo pa-
tre facta, & de eius conſenſu dicta ſunt, in qua cita-
13 tio non requiritur. Poſtremo D. Aduocati alio me-
dio D. Vincentij intentionem deſtruere conantur,
diuiſioni inter D. Sebaſtianum, & aduerſarium Fiſi-
cum factæ reſpondentis, allegando Bar. doctrinā in
l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. de uerb. obl. quā
ſuperius ad ſundandam Do. Vincentij intentionem
nos quoque allegauimus, & ideo contra aduerſariū
retorquendo dicimus doctr. Bar. aliorumq; citato-
rum ſibi locum vendicare, vbi nullus D. Sebaſtiani
filius extaret, & abſque filijs deceſſiſſet, ſed cum Do.
Sebaſtianus cum filio per legitimationē effecto le-
gitimo, & naturali deceſſerit, diuiſio, pactumque in
ea appoſitum illi prodeſt, & ad eum porrigitur, vt
ſupra probatum eſt, & nō ad Fiſicum aduerſarium;
ſi enim D. Vincentius per legitimationis priuilegiū
filio legitimo nato, ac de legitimo matrimonio pro
creato æquiperatur, vt ſupra probauimus, ſequitur
ꝙ Do. Sebaſtianus cum filio legitimo nato deceſſe-
rit, pactumq; in diuiſione appoſitum ad illum extē-
ditur, cum paciſcentis interſit ad eum porrigi, ut a-
iunt omnes doct. ſuper d. x. q. & ſic ad rei emphiteo-
ticæ portionem D. Sebaſtiano in diuiſione peruen-
tam, D. Vincentius, & non Fiſicus aduerſarius admit-
titur, alioquin ſequeretur ꝙ dicta diuiſio, & legiti-
matio nihil operarentur, & ſic D. Vincentius rema-
neret perinde, ac ſi legitimatus non fuiſſet, & illa di-
uiſio, ac legitimatio fruſtratoria fuiſſet, quod mini-
me dicendum eſt. Præterea aduertendum eſt, quòd
quamuis emphiteota retinens omne ius quod ha
bet, uel habere ſperat in re emphiteotica cum alio
emphiteota diuiſa, illud remiſiſſe cēſeatur caſu quo
cum filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, non au
14 tem cum extraneis hæredibus, quia extranei hære-
des in emphiteoſi eccleſiaſtica non ſuccedūt. §. em-
phiteoſim. in authē. de aliena. & emphiteo. tradunt
communiter ſcribentes in l. etiam. ff. ſol. matr. & Ri
pa in d. §. duo fratres. ſub nu. 88. nec cum filijs natu-
15 ralibus, qui in emphiteoſi eccleſiaſtica non ſucce-
dunt, vt determinat Bal. in l. generaliter. §. cum autē.
C. de inſt. & ſubſt. per rationem de qua ibi per eum.
Idem Bal. in addi. ad Spec. in tit. de locatio. col. 6. ver.
emphiteoſis eccleſiaſtica. Alex. conſ. 128. conſidera
tis. col. 5. in fi. nu. 11. verſ. nunc capio ſecundum du-
bium. & col. ſeq. vol. 1. ex quo eccleſia emphiteoſim
concedens ſentire non intelligitur de filijs ipſius re-
cipientis a iure reprobatis, cum tales ſint apud eccle
ſiam infames, ut no. Azo in ſumma. C. ex quib. cau.
infa. irroga. nec cum baſtardis, qui ab Imperatore,
vel ab habente ab eo legitimandi poteſtatem legiti
16 mati fuiſſent. Imperator enim huiuſmodi legitimā
di poteſtatem concedere non poteſt, cum ipſe in re
bus eccleſiæ nullam habeat iuriſdictionem, ut habē
tur per doct. plene in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. extra.
de conſt. & late tradit Ruy. conſi. 188. Primo viden-
dum eſt. col. 4. nu. 14. uer. quia ad illud reſpondetur.
17 uolumine primo. nihilominus dico, quod etiam
illud ius remiſſum cenſetur ſi cum filius a Papa,
uel a Comite Palatino habente ab eo legitiman-
di facultatem, ad emphiteoſim eccleſiaſticam le-
giti-

gitimatis, deceſſerit; cum ipſi tanquam legiti-
mi, & naturales habeantur, ut dixi ſupra, præſer-
tim cum ad Papam ſuper eccleſiaſticis rebus proni
deri ſpectet. ut tradunt omnes in d. c. eccleſia ſanctę
Mariæ, & probat Ruy. d. conſi. 164. uiſa legitimatio
ne. col. 2. ſub num. 5. uſque ad fi. uol. 1. & ideo dixit
Dec. in d. l. generaliter. ad fi. uerſi. ultimo no. quem
refert, & ſequitur Gozadi. conſi. 25. in hac cauſa. co
lum. 4. ſub numer. 2. uerſi. quibus tamen non ob. ꝙ
quauis legitimati ad emphiteoſim ab eccleſia cō-
ceſſam non admittantur, hoc tamen intelligitur, ni
ſi a Papa, uel ab aliquo habēte ab eo poteſtatem le-
gitimati eſſent, cum hoc quod etiam in emphi-
teuſi eccleſiaſtica ſuccederent, allegat glo. in c. na-
turales. ſi de feu. fue. controuer. inter dom. & agna.
& idem firmat Ruy. conſi. 47. circa dubia. col. pen.
ſub num. 51 uol. 3. nec aduerſario ſuffragatur aſſer-
tum ius de futuro, ſeu ſpes illa admittendi ad renun
ciatam portionē defuncto D. Sebaſtiano, quia ius
illud, & illa ſpes in pendenti erat, caſu, quo ſine filiis
D. Sebaſtianus deceſſiſſet, ut dictum eſt; ipſo uero
cū filiis defuncto ius illud, & ſpes illa extincta ſunt,
& ius extinctum ex nulla penitus cauſa reuiuiſcere
poteſt, quia actio per renunciationem ſemel extin-
18 cta amplius reuiuiſci non potuit. l. qui res. §. aream.
ff. de ſolutio. & l. ſicut. C. de repudi. hæredi. & remit-
tenti ius, actioneſque ſuas non eſt amplius dandus
ad eas regreſſus. l. quæritur. §. ſi uenditor, & ibi not.
19 Veronen. ff. de edili. edict. in prin. Soc. ſeni. conſi. 34.
uiſa renuntiatione. col. 2. ſub num. 5. uol. 4. & Gram
mati. in deciſ. 57. Iacobus Campanarius. col pen. in
fi. uerſi. demum ſucceſſit. & col. ſeq. in prin. & ſic Fi
ſicus ad renunciatam portionem ius aliquod habe
re non poteſt: & huiuſmodi ſpes cedi potuit. l. ſpē.
C. de donatio. ſi cedi potuit, ergo ius illud in ſpe cō-
ſiſtens ſtatim. D. Sebaſtiano prædefuncto acquiſi-
tum fuit ſecundum Ripam in d. §. duo fratres. ſub
num. 88. ergo illud pactum cum ſpe renunciata ad
D. Vincentium. D. Sebaſtiani filium legitimatum,
& non ad renunciantem porrigitur. vnde negari
non poteſt, quod ſi D. Vincētius ab initio legitime
natus fuiſſet, quod portio per Fiſicum in diuiſione
D. Sebaſtiano renunciata ad Fiſicum non reuerte-
retur, ſed penes ipſum D. Vincentium remaneret,
tum uigore inueſtituræ auitæ, tum etiam uirtute di
uiſionis inter D. Sebaſtianum, & fiſicū factæ. ſi ſic,
ergo D. Vincentius eum per legitimationē ad ius
naturæ priſtinum reſtitutus fuerit, & legitimatus
fuerit, ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſſet,
habeaturque perinde, ac ſi legitime, & de legiti-
mo matrimonio natus fuiſſet, ſequitur quod ad ip-
ſum, & non ad Fiſicum reuertitur, & ſic D. Vincen-
tius ad emphiteoſim, & portionem Do. Sebaſtiā-
no in diuiſione obuentam excluſo fiſico admitten
dus eſt. Nec eſt uerum quod renunciatio in diuiſio
ne facta ad deceptionis cauſam tātum reſtricta fue-
rit, ut ex diuerſo aſſeritur, quia renunciatio illa ge-
neralis fuit, & non ſpecialis & limitata, ut ex diuiſio
nis lectura facile dignoſci poteſt, ibi dum dicitur, &
ita omne ſuum, & totum ius & actionem &c. ceſſe
runt, & renunciauerunt adinuicem, & uiciſſim &c.
& ſi limitata fuiſſet, per utramque partem præſtitus
non fuiſſet de ſe renouando de unaquaque portio
ne conſenſus, ut in dictæ diuiſionis inſtrumento cō
tinetur, nec licentia alienandi dicta bona in diuiſio
ne conſignata conceſſa fuiſſet, & de eis ad libitum
& utriuſque partis uoluntatem diſponendi, vt ex
clauſula ad habendum &c. & clauſula dantes &c. fa
cientes &c. recte colligitur, & quæ per eundem no
tarium inuentem iuxt. eius ſtilum extendi poſſunt.
& quamuis forte huiuſmodi renunciatio ad decep
tionis cauſam reſtringi poſſet, ut ſi uti de futuro re-
nunciatum non eſſet, nihilominus quia dictum ius
per exiſtentiam D. Vincentii filii D. Sebaſtiani a le-
gitime nato non differentis extinctum eſt, ut iam di
ximus, tale ius ſic extinctum Fiſico quicquam pro-
deſſe non poteſt. Minus refragatur quod ex diuer-
ſo fertur de portionum inæqualitate in diuiſione
aſſignatarum, allegando doct. & præſertim Ripam
in d. §. duo fratres. ſub num. 47. quia reſponderi po-
20 teſt allegata in caſu propoſito non procedere ſtan-
te prædicta clauſula, promittentes ipſæ partes adin-
uicem, & uiciſſim &c. ſecundum Io. And. in addit.
ad Specul. in §. in primis. uerſi. quid ſi duobus. in tit.
de teſtam. quem ſequitur Alex. in d. §. duo fratres. in
2. col. ad fi. uerſi. aduerte tamen. Quoad reſponſio-
nem clauſulæ, ad habendum &c. non uidetur aliter
inſiſtendum, cum ſupra ſatis ſuper ea inſtitum fue-
rit: Nec eſt uera illa reſponſio quod de diuiſionis
natura non ſit dare alienandi facultatem, imo cō-
trarium uerius eſt, cum diuiſio alienatio dicatur, vt
eſt tex. in l. 1. communi. vtri. iudi. & l. ſi pupillorum.
in prin. ff. de reb. eo. Corn. conſi. 24. ad euidentiam.
col. 2. num. 8. uol. 2. & tradit Gualden. in tract. de ar-
te teſtan. in rub. de vari. teſta. præcep. caut. 5. minori
bus num. 3. cum aliis per Cephal. relatis conſ. 3. Lu
douicus num. 98. vol. 1. & Aymo conſi. 265. quidā
fratres. col. 4. num. 8. ſub uerſi. aliter etiam. uol. 2. &
quamuis ad euitandas rixas diuiſio facta ſit, non ta-
men tollitur; quin facta bonorum diuiſione quili-
bet de ſuis bonis ad eius libitum, & uoluntatem di-
ſponere valeat, cū in re ſua quilibet ſit moderator
& arbiter. l. in re mandata. cum vulg. C. mand. Nec
de ꝓmiſſione euictionis rei diuiſę reſpōſio refraga
tur, quod promiſſa euictio nō intelligatur, quādo
ex rei natura, & auctoris præordinatione ſequitur,
quia in caſu ꝓpoſito dici nō pōt, ꝙ hæc emphiteo-
22 ſis ex natura rei euincatur, hoc enim uerū eſſet, ſi
D. Sebaſt. abſq; deceſſiſſet, uerū quia cū filio deceſſiſ
ſet, verū quæ cū filio deceſſit, euictio ex natura rei
locū non habet, vt determinat Bart. & ſequūtur alii
cōmuniter ſcribētes in d. §. duo fratres. in 10. q. & de
clarat Arc. ibidem. numer. 29. & approbat ibi Crot.
num. 148. cum ſeq. & Alex. conſi. 21. viſo compro-
miſſo. col. 1. in fi. numer. 5. & 6. uol. 5. minuſque dici
poteſt hanc emphiteoſim ex præordinatione au-
ctoris eam recipientis pro ſe filiis, & nepotibus euin
ci, cum D. Vincētius ſit nepos natus ex D. Sebaſtia-
no auctoris filio in inueſtitura comprehenſus. Qui
nimo dicimus Fiſicum repellēdum eſſe, tum quia
donec aliquis de illius linea ſupereſt, ad quem em-
phiteoſis ex diuiſione peruenit, ille, vel illi de illa
linea ſuccedunt, & ſic D. Vincentius de linea D. Se-
baſtiani, ad quem emphiteoſis ex diuiſione perue-
nit, & non Fiſicus de alia linea ſuccedit, vt eſt tex.
in c. 1. de natu. ſucceſ. feud. in uſibus feudo. qui text.
quamuis in feudo loquatur, in emphiteoſi quo-
que locum habet, vt voluit Corne. d. conſ. 24. ad
euidentiam. col. 2. ſub num. 10. uol. 2. tum etiā quia
Fiſicus ex propria perſona, & eius iuramento aduer
ſus alium moleſtantem tueri tenetur, uedum ſi ui-
ueret, ſed etiam eius hęredes, ergo multo fortius ad
uerſus ſemetipſum promittentem. l. frater a fratre.
uerſi. porro cum quem. ff. de condi. inde. & not. gl.
in l. cum in eo, ff. de pact. & tex. alibi dicit quod aliū
facientem prohibere debuiſſe, id ipſum facere non
debuiſſe. l. altius. ff. ſi ſerui. uend. præterea per uerba
24 in diuiſione appoſita, uidelicet promittentes adin-
uicem, & vicilſim &c. de legitima defenſione &c. Fi
ſicus omni iuri, quod in bonis D. Sebaſtiano conſi
gnatis habebat, renunciaſſe uidetur, ergo &c. ut eſt
tex. in c. 1. de eo qui finem fecit agna. de feu. pater. In

vſib.

vſib.ſen.& ita reſpondet Pau. de Caſt.conſi.461.Vi-
ſis & diligenter.ad fi.verſi. Ad cuius corroborano-
nem.vol.1.in nonis.& latiſſimè ſcribit in ſimili ma-
teria Soc.iun.conſi.116.Viſo puncto.colum.21.in
prin.verſi.Sed ex abundanti.nu.54.cum plurib.ſeq.
volum.1. Et ex his ſublata ſunt omnia quæ per pri-
mum Conſulentem ad fauorem Fiſici allegata fue-
runt:Quo vero ad deducta per alterum Dominum
Conſulentem eiuſdē Fiſici breuiter reſponderi poſ
ſe videtur,& primo quò ad omiſſam citationē,quia
ſatis ſupra reſponſum eſt,non repeto , nec inſiſten-
25 dum puto.Quo verò ad conſenſum patris D.Vincē
tij in legitimatione interuētum,ex eius mādato ma
nu ſer Galeoti Roberti Brācurſi notarij publici Ari
mini conſtat:quod exhibebitur,quatenus exhibitū
non fuerit , cum ſemper in quacūque iudicij parte
(dūmodo non ſit in cauſa concluſum)produci poſ
ſit.Roma.conſi.170.Sciebant.& Dec.in c.quoniam
contra.colum.pen.verſ.In ſecunda quæſtio.nu.71.
ext.de probatio. Alex.conſi.101.Viſis omnibus.co
lum.fi.in prin.nu.6.verſi.ſecundo reſpondeo . uol.
5.& Rolan.a Valle.conſilio 71.Viſo.colum.quarta
in fi.num.27.verſi.Non obſtat ſecundum.volum.1.
quamuis Mod.Ariminen.in tracta.de nulli.proceſ.
in rubric.ex inhabili.ſeu defec.manda numero 118.
verſicu. Mandatum. namque tenent parte non op
ponente , vel iudice non requirente quandocun-
que produci poſſe,& allegant Alexand. ſibi contra
rium conſi.78.Viſo.colum.3.in prin.num.decimo.
ver.Tamen ſi poſtea opponatur.uol.5.& conſ.146.
In cauſa & lite.in fin.eod.volum. Quò ad tertium
de mentione tenoris inueſtituræ , & de aduerſarij
mentione non facta , reſpondetur neceſſarium nō
fuiſſe,nec requirebatur , vt diximus ſupra , ex quo.
D.Vincentius poſt obitum.D. Sebaſtiani tanquam
legitimus & de legitimo matrimonio natus rema-
nebat,cum Imperator & Papa voluerint,ꝙ per eius
legitimationem efficeretur legitimus perinde ac ſi
ab initio de legitimo matrimonio natus fuiſſet :
26 Quantum autem ad quartum fundamentum atti-
net , Reſpondetur quod cùm D.Genebria.D. Vin-
centij mater eius virum pro mortuo,tempore quo
pro concubina.Do. Sebaſtiani ſe geſſit,haberet , &
hac in credulitate ſteterit idem.D.Sebaſtianus eius
vitam ignorans,hoc caſu natus ex dicta muliere vi-
rum defunctum credente,non dicitur ſpurius;imò
ipſa per huiuſmodi credulitatem ab adulterio excu
ſatur,vt not.in auth.hodie.C.de repud.& in c.in pręſentia.ext.de ſponſ.quia adulterium ſine dolo non
committitur,vt eſt tex.in l.ſi ex lege.ff.de adul.cùm
ignorans adulterium non committat. ca.in lectum.
34.q.2.& eſt gloſ.1.in ca.1. de eo qui duxit in matri.
27 quam pol. per adul.Ideo mulier credēs eius virum
defunctum eſſe,ſi alteri nubit,adultera non dicitur.
tex.eſt in c.cum per bellicam.34.q.2.& eſt gloſ.fin.
in capitu.ſecundo. ext.de ſecun.nup.& tradit Boni
fa.de Vitali.in tract.malefi.in rub.de adulte. ſub nu-
28 me.7.verſi.item ſi credit uirum mortuum. Et præ-
ſertim hoc eſt credendum,quia eo tempore. D. Se-
baſtianus tanquàm aduena eam maritum habuiſ-
ſe ignorabat,quæ ignorantia eum excuſauit, vt tra-
dit Paul.conſi.15.Circa præſentem.colu. 8.in prin.
num.55.verſi.Iſta obiectio tollitur.vol.2.& ſic.Do.
Vincentius naturalis & non ſpurius præſumitur ob
D.Sebaſtiani ſui patris ignorantiā , qui probabiliter
ipſum mortuū ex relatione.D.Genebriæ, cui crede
29 re tenebatur,credere poterat. Et ideo dixit Decius
conſilio 154. Caſus ad fi.quod matrimonium con-
trahentes ſi matrimonium tenere credebant, impe
dimētūq; ignorabant,nam ex illis filij legitimi ſunt,
allegat Dy.col.6.Ex teſtamēto.circ.fi. & latè ſcribit
Capra.conſ.116.Punctus.fuit quidam Chriſtoforus.
col.1.in fi.nu.5.vbi concludit quòd ſi matrimoniū
30 cum muliere de prima vxore dicti eius mariti noti-
tiam non habente,publicè contractum fuit,filij ex
tali matrimonio nati legitimi cēſentur,vt eſt expreſ
ſum in c.ex tenore.qui filij ſint legitim.& not.in d.
capitu.primo.de eo qui dux.in matri. quam pollu.
per adul.& non ſolùm quò ad ipſam ignorantē pro
pter eius bonam fidem,vt not.gl.ibi in verb.inſciā.
verum etiam quo ad ipſum maritum. quantumcū-
que ſciuerit,notitiamq; habuerit primam eius uxo
rem uiuere, pro vt voluit gl.in cap. cum inhibitio.
in uerbo,ſi ambo parentes. de clandeſti. deſpon. &
ita cōmuniter teneri refert ibi Capra.& ita cōſuluit
Rui.conſ.108.Viſo quodam cōſilio.col.1.& 2. vol.
3.Amplius dixit Capra conſ.129. Punctus.Quædam
D.Fania.col.1.in fi. verſ. Nihilominus non dicitur.
31 quòd etiam ſi poſt luctum & famam de primi viri
nece fuiſſet mulieri notificatum primum eius ma-
ritum uiuere,non ſufficit ad hoc vt adultera cenſea
tur, niſi pro certo de primi viri vita intellexiſſet, vt
voluit glo.in c.dominus.de ſecun.nup. & not. in d.
ca.cum per bellicam . Cùm ergo in caſu propoſito
Do.Sebaſtianus & Do.Genebria pro certo non in-
32 tellexerint tempore concubinatus de obitu mariti
Do.Genebriæ, nec perfectam de eius vita notitiam
habuerint,adulteri non cenſentur,& conſequenter
D. Vincentius ex ipſis natus , non ſpurius, ſed na-
turalis dicitur,cum ex concubina in domo vt con
cubina retēta natus fuerit,ſecundum Old.conſ.196.
Factum tale eſt. Quidam nobilis. Probatur in §. ſi
quis autem defunctus.in auth.quib.mod. natu.effi.
ſui.& in l.9.de concubi.Specu.in §.1.verſi.Nunc de
naturalium.in titul. de ſucceſſio. ab inteſtat.Ioann.
Andr.in rub.qui filij ſint legi.in addi.ad Spe.Signo.
conſil.221.Factum ſic ſe habet. Abb.in capit.inno-
uit.de elecu. per Alexand.in l.ex facto §.ſi quis ro-
gatus.colum.14.ad treb.cum concord.per Arelata.
relatis in addi.ad Alcia.in tract.de præſum.in 2. re-
33 gu.in 5.præſump.nu.4.Et tanto magis, quia Fiſicus
eius intentionem fundans ſuper. D.Vincētij ſpurie
tate,& ꝙ ipſe ex dānato coitu natus fuit, ipſam ſpu-
rietatem , damnatumq; coitum probare debebat ,
cùm in dubio quis non ſpurius , ſed naturalis præ-
ſumatur,ut delicti ſuſpicio euitetur, ꝙ quis damna-
tum coitum commiſerit.arg.l.merito. ff. pro ſoc.l.
quoties.§.qui dolo.ff.de dolo.c.fi.de præſum. & in
terminis his de ſpurietate,ita tradit Bald.conſi.448.
Quæritur imprimis.colu.2.in 3.dubio vol.1.quem
ſequitur Aymo.conſi.138.Deceſſit. in prin. & con-
ſi. 166. Licet plurimi.in princ.volu.1. Cum ergo ex
damnato coitu natum fuiſſe non probauerit,& po
tius ex cōcubinatu præſumatur , qui coitus regula
riter non damnatur,nec de iure ciuili punitur, quā
do ſoluta non eſt nobilis,aut aliàs honeſtioris con-
ditionis.Soc.ſen.a contrario ſenſu conſi.212.Prima
conſultatione.col.1.in fi.ver.Sed pręmiſſis.vol.2.er
go.D. Vincētius naturalis & non ſpurius cenſetur ,
cùm Spurij odioſi ſint,naturaleſque fauorabiles,vt
habetur in authent.ex complexu.C. de inceſt.nup.
& authen. licet. & authen. Item ſi quis liberos . C.
de naturali.libe.& in dubio potius ipſum natura-
lem præſumendum eſt,quàm ſpurium,vt actus ma
gis valeat,quàm pereat.l.quoties.cum vulgar.ff. de
34 rebus dubiis. Nec eſt verum id quod dici ſolet,
quem præſumi vſq; ad centum annos viuere, Quia
in allegata.l.fina.C.de ſacroſanct.eccle. ſolum dici-
tur longiſſimam hominis uitam centum anno-
rum eſſe,per hoc tamen non ſequitur, quod tantū
uiuere præſumatur,vt declarat Are.in l.ſed & ſi de
ſua.colum.quarta.in princ.verſicu.Non obſt. iura
ff.de

ff.de acqui.hæredi.& idem concludit Corne.conſi. 340.quod dicta dos.col.2.uerſi.& ſic non præſumitur.ſub num.2. uol.1. & conſi. 181.uiſis nonnullis. col.7.in fi.num.23.uerſi.& licet ſoleat. uol.2.dicens hoc iure non probari,immo contrarium probatur ut eſt tex. ſing. in l. hæreditatum.ff. ad l. ſalci. & idẽ firmat,& ſequitur Dec.in l.fi.col.9.num.18.uerſi.ſecundo reſpondetur.C.de edic.diui adr. tol.quinimmo dixit Cardi.Zab.in cle.1.in prin.in 3.not.de reb. eccle.non alie.quòd plures hodie intra quinquageſimum annum moriuntur, quàm ulterius uiuant. allegat.l.1.C.qui æta.vel profeſ.ſe excuſant.li.10.Ad aliud fundamentum de mente contrahentium ſupra ſatis reſponſum fuit, ideo non repeto, cum D. Vincentius ad primæuam naturam reſtitutus fuerit, legitimuſque effectus fuerit, ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſſet, & conſequenter ad emphiteoſim pro ſe filijs,& nepotib. legitimis, & naturalib. receptam admittitur. Nec aliud refragatur fundamentum quod legitimationis tempore Franciſcus primus acquirens iam mortuus eſſet,& Do. Sebaſtianus ſacerdos erat,filioſque legitimos habere non poterat, quia ſatis eſt, quòd D. Vincentius natus fuerit tempore quo D. Sebaſtianus in minoribus ordinibus conſtitutus erat, & poſtea legitimatus,ad primæuamque naturam reſtitutus fuerit,ut dictum eſt:quia etiam quod legitimatus fuerit tempore,quo D. Sebaſtianus ſacerdos erat, nihilominus huiuſmodi legitimatio ualet, ut communiter tenent Doct.de quibus per Pau.de Ca. conſi.102.videndum eſt primo de ipſo Alarico. nu.3. uerſi.primum eſt an illi.uol.1.in nouiſ.& ita conſuluit Alexan.conſi.2. uiſis codicillis.col.2.num.22.uerſi.præſuppono igitur. uol.1.nec refert quod ius aduerſario per auitam ſtipulationem acquiſitum non poterat per D.Sebaſtianum ſubuerti,quia aduerſarius in diuiſione illi iuri renuncians ſibi præiudicare potuit,cum quilibet fauori ſuo renunciare, & præiudicare poſſit,ut dictum eſt ſupra,& illud ius in præiudicium D.Sebaſtiani, & filii legitimati, in quorũ fauorem huiuſmodi renũciatio facta fuit, amplius reuiuiſci non potuit,ut diximus ſupra, ſecus dicendum foret,ſi diuiſio,& renunciatio forte per Fiſicũ facta non fuiſſet,uel D.Sebaſtianus abſque filijs legitimis uel cum filio naturali non legitimato deceſſiſſet, cum naturalis ad emphiteoſim eccleſiaſticã admitti non debeat,ut dictum eſt.Ideo quod ex diuerſo allegatur, in conſideratione haberi non poteſt,præſertim quia in caſu Anch.de quo in eius cõſi.427.circa primum quæſitum.ſub num.2.nulla renunciatio facta fuerat, prout in caſu noſtro,merito ad quæſtionẽ noſtram allegari nõ debuit. Quo ad ultimum ꝙ legitimatio facta fuerit cum clauſula,ſine præiudicio eorum,qui ab inteſtato ſuccedere deberent,quia ſupra ſatis ſuper huiuſmodi clauſula reſponſum fuit ulterius non procedam,ſed ad ea,& ad quæ Dominus in cauſa patronus ſcribit, me remitto, vnde ex præmiſſis concludo D. Vincentium tanquam de legitimo matrimonio natũ per legitimationẽ ſibi factam ad poſſeſſionem dictæ rei emphiteoticæ admittendum eſſe, non obſtantibus ex aduerſo deductis, & allegatis, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc.Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimę uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 Funeris impenſa de bonis fideicommiſſo ſubiectis detrahi debet.

2 Teſtis de eius iudicio deponens non probat, & num.22.

3 Teſtis deponens per verbum,credit,nõ probat, etiam quòd dicat pro certo tenere.& num.13.

Nec eſt ei iuramentum ſuppletorium deferendum,ibidem.

4 Scriptura priuata non probat.

5 Teſtis referens ſe ad aliquod inſtrumentum,ſi illud nõ producitur,vel in eo nihil dicatur, non probat.

6 Legitima,& trebellianica filiorum quæ eſt dimidia bonorum hæreditatis teſtatoris, de bonis fideicommiſſo ſubiectis detrahi debet.

7 Legitima ſex filiorum dicitur ſemis, & medietas bonorum hæreditatis.

8 Trebellianica eſt quarta reſidui portio detracta legitima.

9 Legitima quando eſt ſemis,an trebellianica confundatur,& cum illa computetur.

10 Trebellianica per non confectionem inuentarij perditur ſecũdum magis communem opinionem,& in fideicommiſſi reſtitutione detrahi non debet.

11 Bona per grauatum alienata in eius legitimam imputari debent.

12 Teſtis de audito alieno non probat,

14 Teſtis per verbum (vel circa) deponens non probat.

Dictio,circa,diminutionem denotat.ibidem,& nu.16.

15 De iure tertij regulariter quis opponere poteſt, quando ius illius contra quem opponitur, excluſum eſt.

17 Teſtes adinuicem contrariantes ſuper quo deponunt,non probant.

Teſtis vnus ſi alteri contradicit,neutri ſtandum eſt. ibidem.

18 Maſculo teſti tanquàm digniori ſtatur potius quàm fœminæ.

19 Teſtis ſingularis conteſtem non habens non probat.

Singularitas teſtium teſtimonia diuidit, & lacerat.ibidem.

20 Iuramentum in ſupplementum probationis hæredibus non defertur circa ea quæ per defunctum geſta ſunt.

21 Meliloramentorum ſatisfactio non debetur ſecundum valorem,& meliorationem,quæ facta fuit tempore impenſarum & melioramentorum factorum, ſed ſecundum valorem,& æſtimationem,quæ reperitur in re tempore quo illa reſtituenda venit.

23 Teſtis iudicio ſuo deponens ſe ſuſpectum reddit.

24 Fimus,& litamen ad agrum ſtercorizandum per colonum imponi debet.

25 Teſtis de æſtimatione, & melioratione alicuius fundi deponens,etiam non interrogatus congruentem rationem aſſignare debet.

Aeſtimatio fundi per quos probari debeat. ibidem remiſſiue.

26 Officium paternum & non auitum eſt dotare filias.

27 Neptes melioris conditionis eſſe non debent,quàm ſint filiæ.

Verisimile non eſt,nec rationabile,teſtatorem plus neptes ex filiis diligere,quàm proprias eius filias.ibidem.

28 Filiæ ſi a ſtatuto excluduntur,a fortiori neptes excluſæ cenſentur.

CONSILIVM XIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN facto præſupponitur D.Petrum Paulum de Monticulis de Fauentia ciuem Ariminenſem eius ultimum de iure ualidum condidiſſe teſtamentum,In quo inter cætera Antonium, Alexandrum, Carolum,Robertum, Matthæum, & Galeorũ eius filios hæredes uniuerſales cum hac ſubſtitutione inſtituit, quod ſi aliquis,ſeu aliqui dictorum omnium ipſius teſtatoris filiorum maſculorum decederet,ſeu abſque filiis legitimis, & naturalibus maſculis decederent,huiuſmodi decedentis ſupraulũ tem,filioſque maſculos legitimos,& naturales præmortuorum ex eis in ſtirpem,& non in capita,vulgariter

gariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit. Vltimo uerò ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus decedenti Lactantium eius fratrem in tertia parte omnium ſingulorumque bonorum, ac iurium hæreditatis paternæ, & maternæ ipſius teſtatoris ad ipſum ſpectantium ſubſtituit: alia in tertia parte dictorum bonorum, Iulium, & Pandulphum fratres, & filios ac hæredes q. Franciſci olim fratris dicti teſtatoris ſubſtituit: & in alia tertia dictorum bonorum, & iurium parte Cęſarem, & Ioãnem Baptiſtam fratres ac filios, & hæredes Hieronymi olim ſimiliter fratris dicti teſtatoris, ſiue ſupra uiuentem prænominatorum, & filios maſculos præmortui, ſeu præmortuorum ex eis in ſtirpem, & non in capita uulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit: in omnibus autem alijs ſuis bonis, iurib. & actionibus quomodocunque, & qualitercunque aliunde per ipſum teſtatorem quæſitis dicto ultimò dictorum ſuorũ filiorum, & hæredum decedenti ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus ſupraſcriptis filias fęminas ipſius teſtatoris ſubſtituit, uidelicet quamlibet earum, quæ uiueret, ſeu uiuerent in ducatis quadringentis ad rationem uiginti groſſorum pro ſingulo ducato: & filios eius, ſiue earum, quæ prædeceſſiſſet, ſeu prædeceſſiſſent in totidem loco matris. Et in reſiduo dictorum omnium aliorũ ſuorum bonorum aliunde ut ſupra acquiſitorum dicto ſuo ultimo filio, vt ſupra decedenti ſubſtituit ſupraſcriptos Ioannem Antonium, Iulium, & Pandulphum fratres, & filios dicti q. Franciſci in dimidia, & in alia dimidia dictos Cæſarem, & Ioannem Baptiſtam fratres, & filios dicti q. Hieronymi, ſiue ſupra uiuentẽ eorum, & filios maſculos legitimos, & naturales præmortui, ſiue præmortuorum ex eis in ſtirpem, & non in capita uulgariter, & per fideicommiſſum. Item uoluit, & mandauit, quòd quandocunque accideret aliquem ex dictis ſuis filiis decedere, remanente, ſeu remanentibus ex eo, ſeu eis filia, ſeu filiabus fęminis tãtùm, quòd dictæ neptes ipſius teſtatoris dotentur, & dotari debeant, & ueſtiri, & ſibi tradi bona paraſrenalia de legitima ſui patris modo, & forma quibus ipſe teſtator reliquit ſupraſcriptis eius filiabus. Deinde teſtator ipſe deceſſit, omneſq; eius filii maſculi eius hęreditatem adiuerunt, poſtremo poſt alios Matthæus abſque filiis maſculis deceſſit, relictis tribus filiabus, una poſtmodum effecta moniali, & aliis nubilibus, & ſic ſupradictarum ſubſtitutionum caſus euenit, ut ex teſtium depoſitione, totoque proceſſu clariſſime patet. Quo fit, vt primò tertia pars bonorum, & iurium hæreditatis paternæ, & maternæ eiuſdem teſtatoris Ioanni Baptiſtæ prædicto reſtitui debeat, & alia tertia pars dictorum bonorum, & iurium dictæ hæreditatis paternæ, & maternæ Lamberto filio q. Mag. I. V. Doc. D. Iulii filii dicti q. Franciſci, & Ioanni Antonio Franciſco, & Ludouico fratribus, & filiis dicti q. Pandulphi filii præfati q. Franciſci in ſtirpem iuxta diſpoſitionem præfati teſtatoris: & ſic diuiditur, & diuidi debet hæc tertia pars, uidelicet medietas prædicto Lamberto, & alia medietas præfatis Ioanni Antonio, Franciſco, & Ludouico; quæ bona paterna, & materna dicti teſtatoris conſiſtunt in ſitu, & ſolo palatii habitationis olim dicti teſtatoris, poſiti in Ciuitate Arimini in contrata Sanctæ Mariæ in curte, & in poſſeſſione ac domibus ſitis in ciuitate, & comitatu Fauentiæ. & quæ omnia tam dictus teſtator, quàm filii eiuſdem teſtatoris poſt eius obitum poſſederunt, ut ex teſtium depoſitionibus ſuper 7. 8. 9. & 13. capitulis, & in diuiſionis laudo factæ inter filios dicti teſtatoris, & filios dictorum Hieronymi, & Franciſci fratrum eiuſdem teſtatoris in proceſſu in publicam, authenticamque formam producto apertiſſime probatur: Secundo de omnibus aliis bonis aliunde per dictum teſtatorem acquiſitis quadringentorum ducatorum, quantitas Petropaulo Bonamico loco D. Iacobæ eius matris, & filiæ dicti teſtatoris iuxta eius diſpoſitionem debitorum detrahi debet: de reſiduo autem dictorum bonorum medietas Ioanni Baptiſtæ reſtitui debet, & alia medietas Lamberto, & prædictis Ioanni Antonio Franciſco, & Ludouico. Quæ bona per teſtatorẽ aliunde acquiſita conſiſtunt in dicto Palatio cum duabus apothecis, uidelicet in ędificio, & fabrica d. Palatii, in una domo poſita in ciuitate Arimini in dicta contrata ſan. Mariæ in Curte: in una domo, ſiue Fundico ſito in eadem Ciuitate in contrata ſanctæ Mariæ in Agumine, & in una apotheca ſeu domo cum modica terreni hortiui, ſiue cortiui quãtitate ſiti in burgo ſancti Geneſii eiuſdem Ciuitatis per ipſum teſtatorem poſſeſſis, & poſt eius obitum prędictis eius filijs in partem obuentis, per eoſque poſſeſſis, ut ex teſtium depoſitionibus ſuper decimo, undecimo, ac duodecimo articulis, ac in prædictæ diuiſionis laudo, ut ſupra in proceſſu producto clariſſime probatur. Cõſiſtunt etiam in una poſſeſſione pro maiori parte uineata, & pro reſiduo viridariata, vineariata, & canetata cum domo ſolariata, ſuiſque pertinentiis, ſita in comitatu Arimini in contrata Couignani: atque in una poſſeſſione tornatoriarum cẽtum nonaginta duarum pro maiori parte aratiua, & pro reſiduo vineata, ſiluata, pratiua, canetata, & uineariata, poſitis in dicto comitatu pro maiori parte in contrata Arzuni in capella ſancti Martini, & pro reſiduo in capella ſanctæ Mariæ de Scaciano, in pluribus diuerſiſque terrarum petiis per ipſum teſtatorem poſſeſſis diuiſa, & poſt eius mortem prædictis eius filiis, & hæredibus in partẽ obuentis, ut ex teſtium depoſitionibus ſuper 13. 15. uſque, & per totum 17. articulum, & in dictæ diuiſionis laudo, ut ſupra in proceſſu producto, & inſtrumentis dictarum acquiſitionum per diuerſos notarios rogatis, & in iudicio productis apertiſſime probatum fuit; Item conſiſtunt in vna petia terræ aratiuæ tornatoriarum undecim, & tabularum triginta ſeptem in eodem comitatu in curte ſancti Laurentii in ſtrata poſita, & in alia petia tornatoriarum trium terræ aratiuę in eodem comitatu in contrata ſancti Laurentii in monte poſita, atque in alia tornatoriarum undecim, tabularumque trigintaocto terræ aratiuę in capella Sanctæ Mariæ de Paderno poſita per ipſum teſtatorem poſſeſſa: & poſt eius obitum prædictis eius filijs, & hæredibus in partem obuentis, ut ex teſtium depoſitionibus ſuper 38. 39. & 40. articulis, & in laudo dictæ diuiſionis ut ſupra in proceſſu productis, & in inſtrumentis acquiſitionis in iudicio ſimiliter productis liquido conſtat. & cum prædictis bonis acquiſitis conſiſtunt etiam bona mobilia, de quibus per teſtes in 43. 44. 45. capitulis, & per laudum latũ cum inuentario per arbitros confecto, & in proceſſu pro-
8 ducto clariſſime conſtat. & quamuis prius, & ante omnia funeris impenſa de prædictis bonis reſtitutioni ſubiectis detrahi debeat iuxta tex. in l. papinianus. §. quarta autem. & ibi Doc. communiter. ff. de inoff. teſta. cum alijs per Roma. traditis conſi. 276. viſis dubus propoſitis. col. 1. uer. quoad ſeptimum. & per Iaſo. poſt alios in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. illa tamen per defuncti hęredes liquidari debet, nec probari ſufficit conſuetudinem, ſtilumque in ciuitate Arimini fuiſſe maximos fieri ſumptus in ſepultura, & exequiis patrisfamilias, attenta qualitate, conditione & uiri nobilitate, & g

verifi-

neriſimiliter hæredes D. Petripauli teſtatoris ſcutos
quinquaginta expendere potuerint. Quoniam re-
ſpondetur teſtes hoc modo deponentes cõcludens
ter non probare, quia incertum eſt, ꝙ impenderint,
nam hoc modo deponentes dicuntur, ut iudices, &
non ut teſtes deponere, prout etiam ijdem teſtes aſ
2 ſerunt quòd eorum iudicio tantum expendere po-
tuerunt, ut atteſtatur Sentus D. Violanta, & Nicola
Gambarellus ſuper tertio aduerſariarum capitulo,
non enim per corporis ſenſum diſponunt, nec per
neceſſe, ſed per poſſibile, quę omnia eorũ teſtimo-
nium inualidant. l. qui teſtamento. §. ueteres. ff. de te
ſtam. & l. 2. in princ. de his quæ in teſtam. delen. cum
multis aliis concord. per Alex. congeſtis conſi. 172.
in cauſa & lite. col. 3. ad fi. ſub nu. 23. uerſ. ad tertium
uerum allegata. uol. 6. Et ultra quod dę eorum iudi-
cio, & credulitate deponunt, inquit Nicola ſe nõ re
cordari exequiis interfuiſſe, & qua in eccleſia ſepul-
tus fuerit D. Petruspaulus; ſi de his memoriam non
habet, minus de impenſa facta habere poteſt. & ſi
eius exequiis non interfuit, quantam quoque in eis
impenſam geſſerint eius hæredes, ignorare poteſt,
igitur non probat. Si ergo per aduerſarias funeris
impenſa probata non fuit, detrahi non debet. Am-
plius dico, quòd ſi de illa liquido conſtaret, in caſu
præſenti non debetur, quia funeralis impenſa pro
teſtatore facta de communibus bonis geſta fuit, &
ſic tam de bonis filiorum teſtatoris, quàm etiá Ioan
nis Baptiſtæ, & litis conſortum, ut deponit Sonius,
aliiq; aduerſariarum teſtes ſuper. 3. articulo exami-
nati, prout facta fuit pro ſepultura, & exequiis Hie-
ronymi, & Franciſci fratrum teſtatoris de bonis, ex-
penſiſque communibus. Quoniam atteſtatur idẽ
Sontus ſuper eodem tertio aduerſariarum articulo,
quòd filij, & filia, totaque Dom. Petripauli teſtato
ris familia ueſtibus lugubribus nouis per obitum
eiuſdem Dom. Petripauli induti non fuerunt, quia
omnes per duos, aut tres menſes ante, per mortem
Franciſci prædicti ueſtiti fuerunt, lugubriaque ueſti
menta per illos de familia per integrum annum de
ferebantur, ut atteſtantur omnes: impenſa igitur ni
ſi in re parua facta fuit, quæ tanquam de communi-
bus expenſis geſta non debetur: ſolum ergo de bo-
nis reſtituendis, æs alienum, ſi quod extat, per hære-
deſque ſolutum fuit, detrahi debet. l. Papinianus. §.
quarta autem. ff. de inof. teſta. prout eſſe dicitur dos
uxoris Dom. Petripauli, & dos Dom. Iacobæ eius fi
liæ, ſi per eius hæredes ſoluta fuit, quod probatũ nõ
uideo, quamuis Petruspaulus Bonamicus deponat
ſe credere, pro certoque tenere eius patrẽ quadrin-
gentos ducatos habuiſſe, quia notas in libris D. Ale
3 xandri deſcriptas uidit. Nam teſtis de eius credulita-
te deponens non probat. Alex. conſ. 47. in cauſa, &
lite. col. pen. in prin. num. 16. verſ. capio Michaelem.
vol. 6. conſil. 91. in cauſa, & lite. col. 1. num. 5. verſ. te-
ſtis enim. eod. lib. & conſ. 172. in cauſa, & lite. col. 3.
num. 13. ver. alia ratione. eod. vol. & late tradit Iaſ. in
4 rub. ff. de iureiur. Præterea talis nota contra dictum
teſtem non probat, cũ ſit ſcriptura priuata. l. inſtru-
menta. C. de prob. Rota in deciſ. 430. nota ego miſi.
in antiquis. cum multis concord. per Aymo. relatis.
in tract. de antiq. tempo. par. 1. ſectione. uiſo de uer-
bis. num. 6. uer. quid in factis. & tradunt communi-
ter doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in magna,
& non parua quantitate ſimus. & huiuſmodi nota
nõ fuit in iudicio producta, ergo talis probatio ad-
uerſarias nõ releuat, nam eius credulitas tantũ pro-
bat, quantum ipſa nota, quæ cum producta nõ fue-
rit, non probat, prout de teſte ad aliquod inſtrumẽ-
tum ſe referente dicitur, quod ſi non producitur,
uel in eo nihil dicitur, nihil probat, ut per Rom. con
5 ſil. 294. hæc confeſſio. Alex. conſil. 3. in cauſa, & lite.
in princ. num. 2. uer. pro quo etiam. uol. 2. Afflict. in
deciſ. 72. Nardus. col. pen. nu. 7. uerſi. præterea unus.
& Cur. iun. conſi. 121. præſupponitur in facto. col. 7.
num. 18. uer. poſtremo non obſtant. Nec aduerſarijs
in aliquo prodeſt inſtrumentum per d. Petrumpau
lum celebratum, in quo de quantitate dotis mater-
næ ſe ſatisfactum uocat, quia huiuſmodi confeſſio
tantum probat, quantum eius depoſitio, ut dictum
eſt, & manifeſto apparet de contractus poſt ſenten-
6 tiam celebrati ſimulatione, ergo &c. Vltra æs alie-
num, legitima, & trebellianica filiorum detrahi poſ
ſe uidetur, quæ ad dimidiam bonorum hæreditatis
de iure communi aſcendere dicitur, vt eſt text. in c.
Raynutius. & ibi communiter doct. extr. de teſtam.
& in ſimili caſu conſuluit Anch. conſil. 27. non ſer-
uato ordine. col. 1. ver. nunc etiam in tertio. & Cal-
deri. conſil. 24. an ſi teſtator. in tit. de teſtam. & Rol.
a Val. conſil. 85. Domin. col. 2. nume. 10. cum 3. ſeq.
vol. 1. & quamuis ſex fuerint filij, & ſic legitima hæ-
7 reditatis medietas dicitur, iuxt. auth. nouiſſima. C. de
8 inof. teſt. & treb. eſt quarta reſidui portio, ut eſt text.
in d. c. Ray. & ibi gl. & doc. nihilominus in caſu pro-
9 poſito uidetur ꝙ totius hæreditatis dimidia tantum
detrahi ualeat, & ſic treb. cum legit. confundatur, ut
conſuluit Bal. conſi. 94. punctus quõnis. uol. 1. ubi uo
luit ꝙ quando ad dimidiam hæreditatis partem le-
gitima aſcendit, filij grauati legitimam tantum de-
trahunt, ne grauatus plus quàm honoratus habeat,
& ſecundum hanc opi. conſuluit Dec. conſil. 218. in
caſu propoſito. col. fi. poſt prin. ſub nu. 5. ubi filiorũ
numerus quatuor excedit, & tamen inquit dimi-
diam per filium grauatum detrahi, & hanc opi. no-
uiſſequi videtur Aymo conſi. 50. alias reſpondi. uo
lu. 1. & quatenus in legitima non imputantur treb.
prout imputari non debet, ut conſuluit idem Bald.
ſibiipſi contrarius cõſil. 101. punctus cauſæ talis eſt.
10 eod. uol. 2. & ita aliàs ſecundum hanc opi. bis conſu
luit, ut patet conſi. 49. nu. 11. inf. eod. & conſi. 125. nu
11 me. 33. cum ſeq. In ea tamen legitima, & ſic in dimi-
dia bonorum reſtituendorum imputari debẽt om-
nia per hæredem grauatum alienata, ut eſt text. in d.
l. Marcellus. § tres quæ. & ibi Bar. Alex. & com. doct.
Bald. conſi. 8. ſi codicillaris. in fi. conſ. 42. in legitima.
nu. 2. & conſi. 367. ſimplex diuiſio. uol. 4. Rom. con-
ſil. 277. Non eſt dubium. col. 2. uer. tertio quia decla
rat eleganter Are. conſi. 18. uiſa & diſcuſſa. col. pen.
& fi. Corn. conſi. 120. in hac. col. fi. nu. 7. uſque ad fi.
uol. 3. Iaſ. conſi. 161. reuocatur in dubium. uol. 4. De-
ci. conſi. 202. ut præſens. col. fi. in prin. nu. 8. uerſi. ubi
ponit. & conſi. 236. non parua. nu. 9. cum duob. ſeq.
per Ant. Rub. pulchre conſi. 157. latiſſime. col. 1. Pari
ſi. conſi. 18. conſideratis col. fi. nu. 110. uer. ad quam
etiam. uol. 2. Soc. iun. conſi. 28. quia difficultas. col.
1. uol. 2. & conſi. 126. habita. col. 2. nu. 14. ver. ſecũdo
dicendum videtur. vol. 1. vbi de com. opi. atteſtatur,
& firmat Aymo conſil. 131. ad primum quæſitum.
col. pen. nu. 13. ver. circa quartum. vol. 1. & Ruy. con
ſi. 135. viſo themate. col. 6 nu. 11. verſ. vlterius quæri-
tur. vol. 3. & nouiſ. Rol. conſi. 78. circa primum. col.
fi. nu. 19. uer. tamen his non obſtantib. vol. 1. Eſt ta-
men aduertendum ꝙ legitima Antonij, Caroli, Ro
berti, Galeoti, Gentilis, & Baptiſtæ pro medietate, D.
Alex. eorum hæredi ab inteſtato debetur, & pro alia
medietate Matthæo ſimiliter eorum ab inteſtato
hæredi, & ſic Dom. Alexander duorum fratrum,
uniuſque ſororis legitimam capiat, & Matthæus ul-
timo moriens aliam dictorum aliorum duorum
fratrum alteriuſq; ſororis accipiet, quas ijdẽ D. Ale-
xan. & Matthæus ad eorum filias fœm. hæredes trãſ-
miſerunt. Filiæ igitur, & hæredes Matthæi ultimo
defun-

deſuncti in reſtitutione bonorum fideicommiſſo
ſubiectorum legitimam dictorum duorum fratrũ
uniuſque ſororis, & præfati Matthæi earum patris
detrahere poſſunt, cum aliorum duorum fratrum,
uniuſque ſororis legitima, quam D. Alexander ha-
buit, per ipſum cum eius legitima, in eius filiam hæ
redem tranſmiſſa fuerit, quæ uerò bona fideicom-
miſſo ſubiecta ſint, & per filias Matthæi hæredes de
tenta, & poſſeſſa, ex earum reſponſione ad præpara
toria actorum conſtat, uidelicet in 1.4.5.6.7.8.9.17.
19.20.21.22.& 23. reſponſione. & ex 7.13.16.17.18.
19.20.22.23.24.30.& 36. articulis dictorũ actorum.
De his aũt bonis in dictis reſpõſionib. ad præparato
ria, in dictiſque articulis deſcriptis, & per teſtes ple-
ne probatis, legitima ex dictorum duorum fratrũ
uniuſque ſororis prædefunctorum perſona, & dicti
Matthæi ultimo deſuncti detrahi debet, quæ quar-
tam dictorum bonorum partem continet, in qua
quarta parte debent bona pro medietate omnium
bonorum per ipſum Matthæum, & fratres alienata
imputari, ut ſupra demonſtratum fuit. quę autem
bona ſint per Matthæum, & fratres alienata, ex 8.9.
10.11.12.14.22.25.28.34.37.38.& 39. articulo con-
ſtat. quę bona alienata nedum quartam partẽ per
aduerſarias pro legitima detrahendam trãſcendũt,
uerum etiam ultra dimidiam, ideo ad reliquorum
bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & per ip-
ſas poſſeſſorum reſtitutionem condemnãdæ ſunt;
Supereſt uidere quid de expẽſis (ut aſſeritur) per gra
uatos factis, tam ſuper meliorامentis, quàm ſu-
per aliis aduerſariarum deductis, dicendum ſit, &
primo circa capellam cum Icona in eccleſia Sãctæ
Mariæ Seruorum, dico nihil probatum fuiſſe, ut ad
uerſariis in aliquo proſit, nam Sontus ſuper capitu
lo quinto dici audiuiſſe deponit, quòd poſt diuiſio
nem D. Alexãder, Pandulphus, Matthæus, Ioannes,
Baptiſta, & Lambertus omnes inſimul unam cum
Icona Capellam in eccleſia Seruorum Arimi. con-
ſtrui fecerunt: hic enim teſtis duplici modo nõ pro
12 bat, tum quia de auditu deponit, qui non probat. l.
teſtium. & ibi not. C. de teſti. c. tam literis. & c. præte
rea. extra eo. & conſuluit Alex. apud Ariminum in
cauſa D. Roberti de Malateſtis, & D. Antonelli de
Forliuio. conſi. 23. uiſo proceſſu. col. 1. uerſi. nec ob
ſtat quod magnificus. uol. 5. cum pluribus cõcord.
per Cur. iuni. relatis conſi. 165. præſupponitur in fa
cto. col. 4. prope fi. nu. 17. ſub uerſi. ad impugnatio-
nem enim, & Roland. conſi. 51. indicentem. colu. 6.
num. 32. cum ſeq. uol. 1. tum quia a quo audiuerit,
non deponit, potuit enim a perſona ſuſpecta, puta
a Matthæo, uel ab eius filiabus audiuiſſe, quo caſu
non probat, quia ſi eis non creditur, minus eſt huic
de eorum auditu deponenti credendum. & quia te
ſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores
c. licet ex quadam. extra de teſti. ut pulchre tradit
Aymo conſi. 41. uenerabilis. in prin. & conſi. 112. in
cauſa magiſtri. col. fi. uerſ. de aliis teſtibus. num. 13.
uol. 1. cum aliis concord. per Dec. traditis conſi. 82.
uiſo proceſſu. col. 1. ſub nu. 1. Idem D. Violanta de
auditu deponit, creditque inchoatam fuiſſe capel-
lam, dum tres præfati fratres inſimul cohabitabant
& quod deinde cum Icona poſt diuiſionem com-
pleta fuit, ſed non deponit per quem completa fue
rit, & ſic aduerſariarum intentionem concluden-
ter non probat, nec expenſarum quantitatem in
dicta Capella, & Icona geſtarum probat, ideo illarũ
reſpectu nihil de reſtituendis bonis detrahi debet.
Minus etiam probatur quanto tempore in ſtudio
Bononiæ D. Alexander moratus fuerit, quantum-
que in eo expenderit. Sontus enim de uno anno, &
plus deponit, ignorat tamen quantum expendere
potuerit, quia de impenſa pro uno ſtudẽte neceſſa-
ria nõ eſt informatus, & ſic duplici rõne nõ probat,
tũ quia de tempore cũ D. Violanta nõ concordat,
qui deponit D. Alexandrum poſt obitum patris ſe
Bononiam ad ſtudendum contuliſſe circa duos an
nos ſi rectè meminit, tum etiam quia expenſarum
quantitatem ignorat, & D. Violanta credit circa ſcu
tos centum impenſos fuiſſe, & ſic de credulitate de
13 ponit, quæ non probat. l. 2. §. item Labeo. & ibi no.
ff. de aqua pluui. arcen. & in c. literis. extra. de præ-
ſump. plene no. in c. quoties. extr. de teſti. & in l. te-
ſtium. C. eo. & Specu. in §. 1. col. 17. num. 58. uer. itẽ
quod depoſuit de credulitate. in tit. de teſte. & ple-
ne per Iaſ. in rub. ff. de iure iu. item per uerbum, &
14 dictionem, intorno, deponit, quæ dictio idem ſigni
ficat, quod uerbum, circa, & ſic diminutionem de-
notat de certoque numero affirmare non uidetur,
unde cũ huiuſmodi probatio dubia reddatur, pro-
bantem non releuat. l. neque natales. C. de proba-
tio. l. non hoc. C. unde cogna. & in terminis dixit
Ant. de But. in c. fi. extra. de deſponſa. impube. per
illum tex. quòd ubi certi temporis, certęque quan-
titatis probatio requiritur, prout eſt in caſu propo-
ſito, teſtis dictũ per uerbum, circa, deponentis non
ualet, & nihilominus ignorat quanta ſingulo men-
ſe neceſſaria fuerit impenſa, ideo concludenter nõ
probat. Præterea quoad dictas aduerſarias non re-
fert quantum in ſtudio Bononiæ expenderit D. A-
lexander, quia in proceſſu non probatur Matthæũ
D. Alexandri hæredem fuiſſe, uel quòd ipſe expen-
ſas illas D. Alexandro reſtituerit. ergo huiuſmodi
impenſa per D. Alexãdrum facta non releuat, nec
in aliquo Matthæi hæredibus prodeſſe poteſt, qui-
nimo quoad ipſas aduerſarias reſpectu dictarum
expenſarum etiam quod probatum fuiſſet illas
per D. Alexandrum factas fuiſſe, liberas ædes habẽt
actores fideicommiſſarii l. loci corpus. §. competit.
& ibi Floria. ff. ſi ſerui. uendi. facit. l. ſi prior. §. ſi ſim-
15 pliciter. ff. qui potio. in pigno. habe. & l. fi. C. de rei
uendi. quia regulariter de iure tertii quis opponere
poteſt, quando ius illius contra quem opponitur,
excluſum eſt, ut not. in d. §. competit. & per Cy. &
doc. in l. cum ſeruum quiſpiam. C. de ſer. fugi. per
Bar. copioſe in l. 2. de excep. rei iud. & in l. indebiti.
§. fi. col. fi. nume. 13. ff. de condi. inde. per eundẽ Bar.
& Bal. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. per Flo-
ria. in l. his cõſequenter. §. 1. ff. fami. hercif. & per no.
per Bar. Bal. Imo. & Doc. in l. ſi alienam. ff. ſol. ma. &
Veronen. in tract. de ſerui. ruſti. prædio. in c. 4. in
rub. de ſerui. aquæduct. num. 64. & propterea reſpe-
ctu harum expenſarum nihil de reſtituendis bonis
per aduerſarias detrahi poteſt. Non probatur quo-
que impenſa pro alimentis D. Franciſcæ uxoris D.
Petripauli teſtatoris matri grauatorum factis, tum
quia Sontus ſuper ſeptimo capitulo certitudinarie
non deponit, & per quantum tempus ipſa poſt eius
uiri obitum uixerit, quia ſcire inquit eam poſt ſui
uiri mortem uixiſſe circa duos annos, hoc utens
uerbo, uidelicet intorno a dui anni, quod uerbum
16 (ut ſupra diximus) idem ſignificat quod uerbum
circa, & ſic diminutionem denotat, de certoque tẽ-
pore affirmare non uidetur: & ſic temporis proba-
tio omnino incerta, & dubia redditur, adeo quod
dici non poteſt, quod de aliquo certo, limitatoque
tempore probet, ut eſt tex. in d. c. fi. de deſponſa. im-
pube. quem reputat Ant. de But. ibi ad hoc notan-
dum, quem ſequitur Alex. conſi. 29. Clariſſime do-
ctor. col. 2. in prin. nume. 5. uerſi. quia teſtis. uol. 7. &
Cur. iuni. conſi. 144. gaudeo quod eã quæ. col. 2. nu.
4. uerſi. item loquitur. tum etiam quia ignorat quæ
& quãta impenſa fuerit ſibi pro uictu, & ueſtitu ne-
ceſſaria

ceſſatia,& per hoc conſtat nihil certum deponere,
vt in ſimili dixit Corne.conſi. 179. Viſis ſcripturis.
colum.fi.in prin.volum.1. Nec etiam Do. Violan-
ta de limitato tempore, quo vixit. Dom. Franciſca,
probat, quia ſimiliter per dictionem (circa) loqui-
tur,dicens ſe recordari. Domi. Franciſcam duobus
annis incirca poſt obitum ſui mariti vixiſſe, ideo,
vt ſupra proxime dixi,non probat,minusq; impen-
ſam in dicto tempore factam pro Dom. Franciſca
probat,quia neſcire inquit quid dicere debeat, quã
tum eius impenſa & veſtitus importet, quia æquũ
ſibi videtur filios eorum matrem gubernare. Si er-
go huiuſmodi ſumptus non probantur, aduerſa-
riæ illos de bonis reſtituendis deducere nequeunt;
& eo maximè quia ſi breui tempore. Domin.Fran-
ciſca vixit, panniſque nouis lugubribus tempore
obitus uiri de communibus expenſis induta erat,
vt deponit Sontus ſuper tertio aduerſariarum capi
tulo,quæ veſtimenta longiori durant tempore, vt
notorium eſt.ergo deduci non debent.Quò ad me
lioramenta,vt aſſeritur, in bonis fideicommiſſo ſu
biectis facta nunquid probata ſint, videndum eſt,
ita quòd de dictis bonis detrahi poſſint: tres teſtes
ſuper nouo aduerſariarum capitulo ſuper illis depo
nere videntur,quorum eſt magiſter Blaſius fol. 63.
deponens iam triginta annos eſſe, quib. ipſe acceſ-
ſit ad commorandũ cum. D. Alexandro, Matthęo,
& Galeoto filijs D. Petripauli teſtatoris, qui omnes
inſimul uiuebant,eoq; tempore Palatij pars,quam
dicti fratres habitabant, erat pro habitatione ſatis
apta & commoda.& fol.64.cum duob. ſequentib.
multa exorditur,& narrat,quæ ibi aderant, verum
ignorare dixit,ſi ante diuiſionẽ inter dictos fratres,
aliosq; de Monticulis factam,aut poſt,geſta fuiſſẽt,
ignorat quoq; ſi ante uel poſt obitum. D. Petripau
li geſta fuiſſent; ex quibus uerbis euidentiſſimè pa
tet,nil concludenter probatum eſſe. Alij duo uide-
licet Sontus & D. Violanta in aliquib. tantum con
cordes ſunt, videlicet quòd poſt diuiſionẽ inter di-
ctos de Monticulis factam,filij. Domin. Petripauli
teſtatoris planellum inter duas ſchalas marmoreas
ſeligare fecerunt,& in anguli camera verſus articu-
latum hoſpitale intermedium, quod neceſſarium
claudit,fieri fecerunt, item & ſoffitatum, ubi olim
ad antiquum morem cubile aderat. deponit quo-
que Sontus,quòd filij. Do. Petripauli lodiam,quæ
eſt in duarum ſchalarum capite de medianellis ſe-
ligare fecerunt. Dominã uero Violanta deponit,
quòd ipſi battutum in dicto duarum ſcalarum fece
runt,ergo non ſunt concordes,aliud eſt.n.ſeligare,
& aliud eſt battutum gerere,ut ad ſenſum patet,ar-
gum.tex.in l.ſi idem.C.de códi.ergo non probant.
Idem Sontus deponit eos caminum unum in ſtan
tia nuncupata il granaro fieri feciſſe, & D. Violan-
ta fol. 50. deponit eos in dicta ſtantia battutum fie-
ri feciſſe,& fol.56. in fi. deponit quòd ante dictam
diuiſionem in eadem ſtantia nullum aderat bat-
tutum,ergo non concordant, ut ſupra proximè di
xi.Imo Sontus ſuper actorum interrogatorijs in 11.
c.deponit ꝙ battutũ illud ante diuiſionẽ factũ erat,
17 ergo ſibi adinuicẽ cõtrariãtur,& ſic nõ probãt. Feli.
in c.cũ tu.ext. de teſt.ubi plenè poſt Alex. in l.inter
ſtipulantẽ.§.j.col.2.ver. Extra gl.de ver.ob.& ideo in
quit Io. And.in c.in noſtra.ext. de teſt. ꝙ ſi unus te-
ſtis alteri contradicit,regulariter neutri ſtatur, & ſi
18 duo eſſent,vnus maſculus,& alter fęmina,maſculo
uti digniori ſtandum eſſet.l.1.ff.de ſenato.& l. fi. &
ibi not. Bal.in l.ect. Florẽtina.ff.de fid.inſt.quẽ refert
& ſequitur Alex.conſ.236. Perſpectis.poſt prin.ſub
nu.2.uer.Ad quod oſtendendum.uol.6. & Corſet.
in ſing.ſuis in uerbo teſtis.in 6.incip.Duo teſtes ma

ſculi.ergo Sõto maſculo deponẽti battutũ ante di-
ctã diuiſionẽ factũ fuiſſe,magis credendũ eſt; Itẽ de
ponit Sõtus per dictos teſtatoris filios in capite dic.
Lodiæ coquinã geſtã fuiſſe,& de medianellis illam
per eos ſeligatã fuiſſe. D. uero Violãta fol.50.depo-
nit ꝙ filij dicti teſtatoris Coquinolę battutũ fieri fe
cerũt,ergo nõ cõcordãt,& ſic nõ probãt.Circa alia
melioramẽta in liſta producta ſuper 9.art. dixit. D.
Violãta ignorare an facta fuerint uel nõ, quia curã
nõ adhibuit.& quãuis eã adhibuiſſet,non recorda-
tur,ideo in reliquis quò ad cõtẽta in d.9 art.Sontus
19 vnicus & ſingularis remanet,neq; cõteſtẽ hẽt,& ſic
non probat.l.iuſiurãdi.C.de teſti.& c.licet.cauſam.
ubi latè Mod.ex.de prob.Vbi.n. ſingularitas eſt,ibi
eſt uarietas,& unitas,quia quilibet eſt ſolus,& con-
tra ius diuinum & humanum eſt,ꝙ unius dicto im
credatur.ita Bal.conſ.406.In cauſa Vincẽtij.in prin.
uol.1.& teſtiũ ſingularitas teſtimonia diuidit,eaq;
lacerat, quia oẽ diuiſum laceratum eſt, ideo teſtes
ſingulares tanquam diuiſi & lacerati non probant.
nō informare eam.uol.1. in nouiſ.dicentem, quòd
contra tacentem, & non certiorantem alium de be
8 neficio ſibi competente præſumitur dolus. Vltra ꝙ
etiam ſtante huiuſmodi renunciatione cum iura-
mento facta, filia petere non prohibetur id quod e-
ius pater ob ſecundas nuptias perdidit, ut conſuluit
Oldr.conſil.294. vltra iam dicta. quem refert, & ſe-
quitur Dec. conſil.230. proponitur quòd ex Petro.
col.2.in princ.uerſic.uenio igitur ad ſecundum du-
bium.cum aliis per Boer.relatis in deciſ.185.quò ad
ſecundam.num.18.uerſic. ſed ſi ſupereſſent. & Rol.
conſil.95.ab hoc ſæculo.columna 4. num.40. uerſi.
tertio in terminis. vol.1. vbi tenent, quòd eiuſmodi
renunciatio locum non habet in bonis, quæ ſorori
Lauræ obueniunt, & in patris pœnam, qui ſecundas
9 nuptias contraxit, applicantur. Item dolus, & Pere-
grini fraus ex facti qualitate arguitur, quia pro mo-
dica dote, bona nedum materna, ſed paterna maxi-
mi valoris remiſſa fuerunt, vt in ſimili caſu conſu-
luit Pau.de Caſt.conſil.305.notandum eſt. col.2. in
fi.verſic.præterea propter læſionem.vol.2.in nouiſ.
vbi relaxationem a iudice eccleſiaſtico factam in ſi
mili caſu commendat.per not.per Innoc. in c.uene
rabilem.ante fi.ſub uerſ.uenire.extra.de electio.ubi
in ſuperiore eccleſiaſtico loquitur, & non in Papa.
10 & dicit ibi Pau.de Caſt.quod peccauit pater uolens
filiam dote materna ſibi debita priuare, cum pater
filijs theſaurizare, & non proprijs bonis eos ſpolia-
re debeat, hæreſque defuncti animam a peccato li-
berare debet, ſi hæreditaria bona etiam in foro ſecu
lari ſufficiunt, per illam ergo remiſſionem, & quit-
tationem moniales enormiſſimæ læſæ fuerunt. l. ſi
de meis.§.recepiſſe. l.ſed ſi in ſeruū. §.ſi quis iudex.
ff.de arb.& tradit Bald.conſi.213.punctus talis eſt: a,
11 b, c, & d. uolum.1. Et ubi læſio eſt adeo exceſſiua, &
enormiſſima, prout eſt in caſu propoſito, non ſolū
re ipſa, uerum etiam ex propoſito dolus arguitur,
ut declarat Aymo.conſi.192.Caſus ita habet. Iaco-
binus col.5.poſt med.uerſic.non obſt.quòd renun-
ciauerit.cum ſeq.uol.1.& d.conſi.142.nu.11.& Caſ-
ſane.conſi.69.Anno domini.col.pen.uerſic.aut ſal-
12 tem tanquàm enormiſſime læſa. ſub nume.17.cum
duob.ſeq. Vbi etiam inquit quòd læſio ualde enor-
miſſima contractum reddit nullum, & ob hoc non
eſt Principis reſcripto ad caſſandam renunciationē
opus, iuramentumq; nihil operatur. allegat Corne.
conſil.266.circa.conſil.189.& conſil.258.quanquā.
vol.4.& tradit Ruy.d.conſil.98.num.26.& 27.vol.1.
& ratio eſt, quia veriſimile non eſt, quòd quis paſ-
ſus fuiſſet adeo enormiter, & enormiſſime ſe lædi,
niſi doloſe ad id, & per inſidias inductus fuiſſet. Cor
ne.conſil.236.diligenter.col.pen.ſub nu.13. uerſ. re-
manet ergo.vol.4.& d.conſ.258.col.4.poſt med.nu-
me.10.ver.ad prædicta etiam.& col.pen.in fi. ver.ni
hilominus quando eſſet.& Aymo. d. conſ.142. col.
pen.in fi.nu.22. uerſ.amplius vbi læſio. Stante igitur
enormiſſima læſione, & fraude, ac dolo re ipſa, & ex
propoſito, dubium non erat, quòd a iudice eccleſia
ſtico moniales ad effectum agendi habilitari potue
runt,

runt,ut per Inno.in d.c.venerabilem.uerſus ſi.cum
allegatis ibi per eum:ideo non requirebatur a Papa
13 huiuſmodi relaxationem concedi. Nec eſt verum,
quòd ante relaxationem factã moniales ex appre-
henſa bonorum hæreditariorum Peregrini poſſeſ-
ſione ſtatim poſt eius obitum periurium incurriſ-
ſent, quia ſoror Laura tanquam filia Peregrini pa-
tris teſtamentum ignorans (prout ignorare præſu-
mitur iux.not.per Bar.& doct.in l.qui Romæ.§.duo
fratres.in 3.q.de nerb.obl.& in l.eius qui in prouin-
cia.§.quòd ſi ſtipulatus.ff. ſi cer.pet. ſaltem reſpectu
qualitatum teſtamenti,nt declarat Gualden.in trac.
de arte teſtan.cant.r5.filius.ſub num.2. de acq.hær.
præſertim quia ipſa in monaſterio monialium ſan-
ctæ Claræ habitabat, qnod ſecus forſitan eſſet, ſi in
Peregrini ſui patris domo tẽpore conditi teſtamen-
ti habitaſſet,vt declarat Gozad.conſil.98.in hac cau
ſa.nu.21.)patris hæreditatem ab inteſtato adire, bo-
norumq; poſſeſſionem apprehendere poterat,non
obſtante renunciatione iurata, non remanentibus
alijs Peregrini liberis deſcendentibus, ut conſuluit
Paul.de Caſt.qnem refert & ſequitur Soc. ſen. con-
ſil.150.Dominus labia noſtra aperiat &c. & nos in-
trodncere dignetur.col.2.num.35.uerſ.nam qui iu-
14 rauit.uol. 1.ubi uoluit quòd qui ad paternam ſucceſ
ſionem non uenire iurauit,nihilque in bonis patris
petere,patri ab inteſtato ſuccedere non prohibetur,
15 quãdo alij deſcendentes nõ ſupereſſent. Facit quod
in ſimili uoluit Paul.de Caſt.conſi.297.puto dicen-
dum,quòd in dictam pœnam.uol. 1. in nouiſ. quòd
ſtante ſtatuto qnòd nemini alij,quàm hæredi,mor-
tuo poſſeſſore defuncti bona auctoritate propria,
ſub certa pęna ingredi liceat, quòd nihllominus de
functi filia ſtatuti pœnam incurriſſe non dicitur, ſi
mortuo patre qui extraneum hæredem inſtituerat,
bonorum patris poſſeſſionẽ apprehenderit, ex quo
patris teſtamentnm ignorabat, ipſaque iuramento
affirmare poteſt ſe patris teſtamentum ignoraſſe,ut
probat Gualden.in d.caut.r5.ſub num.2. igitur &c.
Quò ad expenſas alio in iudicio factas, dico in præ-
ſenti iudicio illas peti non poſſe, tum quia diuerſa
ſumus in cauſa,& coràm diuerſo iudice,tum etiam
quia Moniales in illis a Præſide condemnatæ non
fuerunt,vt ex ſententię per Præſidem latæ lectura di
16 gnoſci poteſt. Quinimmo ſi condemnandi poteſta
rem in expenſis ſibi eadem in ſententiã reſeruaſſet,
huiuſmodi reſeruatio non valeret, maxime poſt lõ-
gum tempus.Nam ſi iudicis officio petuntur expẽ-
ſæ,vt declarat Cy.in l.ſancimus.in 9.q.C.de iud.eiuſ-
que officium per diffinitiuam ſentẽtiam ſublatum
ſit,iudex ex interuallo amplius in expenſis condem
nare nequit,ut concludit Cyn. in l.terminato.C.de
fructi.& lit.expen.ſi ergo Præſes in expenſis Monia
les non condemnauit, illæ iudicis officio peti non
poſſunt, ſed iure tantum actionis libellum intentan
do ſi rea conuenta uelit, ut declarat Cyn. in d.l.ſan-
cimus.eadem 9.q. Amplius dico, quòd cum diuer-
17 ſa pars condemnationis expenſarum omiſſioni ac-
qnieuerit,a qua omiſſione appellari poterat:ſi Mo-
niales a ſententia per Præſidem lata non appellane-
runt,vt tenent Domini de Rota in deciſ.353.ſi audi-
tor.in nouiſ.& declarat Fely.in c.ſignificauerunt.ex-
tra de excep.expenſas amplius petere nõ poſſunt:cũ
ſententia iam tranſitum in rem iudicatam fecerit,
& ſic ſibi ipſi ex facto proprio magnum intulit præ-
iudicium,quia amplius expenſis recuperare nõ po-
18 teſt,ut inquit ibi Rota in ſi. Præterea ſi de contuma
cialibus expenſis ante litem conteſtatam factis lo-
quimur,iudex ſtatim condemnare debebat, vt in-
quit Cy.in d.l.ſancimus.in 13.q.quod cum nõ fece-
rit,de illis amplius nõ tractatur,ſed de alijs,quę poſt
litis conteſtationem factę ſunt, & de illis tunc in fi-
ne ſententiæ Præſes pronunciare debebat. vt refert
Cy.ibidem.& facit tex.in l.properandum.§.ſin antẽ.
alterutra.C.de iud.in quib. cum vt dictum eſt, Mo-
niales in ſententia non condemnauerit, immo illas
omiſerit,adnerſariaque uictrix non appellauit, ſibi
præiudicinm intulit,ut eas nequaquam amplius re-
cuperare ualeat,ut dictum eſt. Et ita de inre reſpon-
dendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ari-
minen.ad landem omnipotentis Dei,& glorioſiſſi-
mæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis reciproca natura regulariter continere eſt, niſi vulgarem ſubſtitutionem, vel etiam pupillarem, quando ſit inter pupillos.*

2 *Subſlitutio fideicommiſſaria etiam per diſtributinam,quandocunque,comprehenditur.*

3 *Grauatus de hæreditatem reſtituendo ſi ſine filijs deceſſerit, ſi vxore pragnante moriatur, quæ filium poſtea peperit, an conditio impleta dicatur, ita vt poſthumus tempore mortis grauati pro non nato habeatur? & num. 17.*

4 *Filiorum appellatione in teſtatoris diſpoſitione nepotes veniunt. ſed contra latiſ. nu. 18. & 22.*

Prouiſio de filijs in eorum fauorem ad nepotes porrigitur. ibidem.

5 *Nepotes melioris conditionis eſſe non debent, quàm ſint filij.*

6 *Fideicommiſſum ex tacita teſtatoris voluntate, & ex coniecturis inducitur, & quomodo procedat, vide numero 19.*

In fideicommiſſis potius voluntas, quàm teſtatoris verba inſpicitur. ibi.

Soboles aliena melioris conditionis eſſe non debet, quàm ſint filij, & filiæ teſtatoris. eod.

7 *Filij in conditione poſiti quamuis inuitati non dicantur, plures tamen tenuerunt, quòd vocati ſunt. & numero vigeſimoſexto.*

8 *Poſthumus natus viuus, & perfectus, ad monſtrum, ſeu prodigium non declinans, quamuis illico decedat, ab inteſtato patri ſuccedit, alijſque agnatis præferri debet.*

9 *Mater ad filij hæreditatem luctuoſam omnibus alijs agnatis excluſis admittitur.*

10 *Infans patris hæreditatem non aditam ad matrem tranſmittit.*

11 *Infans patris hæreditatem quamuis non adiuerit, ex eius tamen perſona mater vigore iuris adeundi ad eam tranſmiſſi adire poteſt.*

12 *Mater non petens ſtatim filijs tutorem dari tutorem non habentibus, ius illis ſuccedendi non habet, & quomodo hæc regula procedat. ibi. declaratur.*

13 *Mater in hæreditate filij impuberis omnibus agnatis præfertur, etiam ſtante ſtatuto quòd mater filio ab inteſtato non ſuccedat.*

14 *Subſtitutio alieni facta ſine filijs decedenti, expirat, ſi ille cum filijs moriatur, nec conſideratur quid poſtea de filijs contingat, etiam quòd non vixerint niſi vno momento.*

Qualitas adiuncta verbo ſecundum verbi tempus intelligitur. ibidem.

15 *Decedere quis illico dicitur, qui antequàm ſit ei nomen in baptiſmate impoſitum, decedit, quod octo dierum tempus eſſe dicitur.*

16 *Opinio Oldradi conſil. vigeſimoprimo. eſt ab omnibus communiter approbata.*

17 *Pater ſi filium, abſque filijs decedentem grauauit, poſthumi veniunt etiam nati poſt obitum grauati.*

20 *Argumentum de tacita, & veriſimili mente teſtatoris concludere non ſolet, quia non ſufficit teſtatorem aliquid voluiſſe, niſi diſponat.*

21 *Dictio (ipſorum) ſubſtitutionem eſſe perſonaliſſimam facit, nomi-*

nominatorumque perſonam non egreditur, & quòd ſui natura relatiua, & repetitiua: repetitionem, relationemque in præcedentibus cum omnibus ſuis qualitatibus operatur.
22 *Subſtitutio inter filios facta ad nepotes non extenditur.*
23 *Filij quando in teſtamento proprijs nominibus expreſſis inſtituti fuerunt, huiuſmodi inſtitutio in filios reſtringitur, ad aliaſque perſonas non extenditur.*
24 *Extenſio de perſona ad perſonam non fit etiam ex tacita veriſimilique mente teſtatoris.*
Verbum (ſupraniuentes) ad inſtitutos refertur, qui grauato ſuperuixerent, non autem ad eorum filios. ibid.
25 *Ratio agnationis conſeruandæ ſi in teſtamento expreſſa non fuit, non attenditur.*

CONSILIVM XXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

NICOLAVS q. Gabrielis de Ciuffolis
de Monteflorum teſtamentum condidit, in quo vniuerſales hæredes Gabrielem, Sebaſtianum, Simonem, & Chriſtoforum eius filios legitimos, & naturales æqualiter inſtituit, & vno ipſorum quãdocunque ſine filijs decedente ſupraniuentes ſubſtituit, vltimoque ſic decedẽti ſine filijs D. Arcangelam eius filiam ſubſtituit &c. Quo teſtatore defuncto eius filij heredes inſtituti hæreditatem adiuerunt. Deinde Chriſtoforus eius filius relicta Do. Flora eius vxore prægnante deceſſit, quæ poſtea Chriſtoforum iuniorem poſthumum peperit, qui poſt paucos dies vitam cum morte commutauit. Antequàm quæſtionem ſuper qua conſultatio ponitur, aggrediar,
1 aduertendum eſt, quòd ſubſtitutio de qua in dicto
teſtamento, reciprocam ſubſtitutionem continere dicitur, de cuius natura eſt regulariter continere niſi vulgarem, vel etiam pupillarem, quando inter pupillos fit, vt probatur in l. iam hoc iure. in prin. ff. de vulg. & pup. & tenet Bar. in l. Lucius. in pen. q. co. tit.
2 Quando tamen uult teſtator quòd etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem contineat, prout in caſu noſtro, in quo teſtator his diſpoſuit uerbis, & uno ipſorum quandocunque ſine filijs decedente ſupra uiuentes ſubſtituit, tunc ob diſtributiuam (quandocunque) uoluit etiam poſt aditam hæreditatem ſubſtituere, fideicommiſſariamque ſubſtitutionem cõprehendere per ea quæ no. Bart. in l. Centurio. ff. de uulg. ſubſt. Quæritur modò an per obitum Chriſtofori poſthumi ſubſtitutioni de filijs teſtatoris factæ locus eſſe dicatur? uel D. Flora Chriſtoforo poſthumo eius filio ab inteſtato ſuccedat? Dicendum uidetur ſubſtitutionis caſum eueniſſe, Dominamque Floram ab hæreditate dicti eius filij per ſubſtitutos
3 excludendam eſſe, primo per not. per Bald. in l. qui in utero. ff. de ſta. hom. quem refert & ſequitur Are. in §. pen. uer. facit etiam ad quæſtionem. inſt. de tut. vbi decidunt quod ſi quis de reſtituendo hæreditatem Eccleſiæ Sancti Antonij grauatus fuerit, ſi abſque filijs deceſſerit, uxoreque prægnante deceſſerit quæ poſtea filium peperit, quod poſthumus is pro nato grauati mortis tempore non habetur, quia de ventris commodo non agitur, quia ſibi nihil relictum eſt, ideo virtus, verborumque veritas inſpici debet, & quia tempore obitus patris vere natus non erat, ergo eccleſia admittitur: ita ergo in caſu propoſito dicendum eſt, cùm tempore mortis Chriſtofori ſenioris grauati Chriſtoforus poſthumus natus non eſſet, ſed poſt ſui patris obitum, ergo teſtatoris filij Criſtofori ſenioris fratres uigore prædictæ ſubſtitutionis admittuntur excluſa D. Flora. Confirma-
4 tur ſecundo hæc opinio. Nam ſicut teſtatoris filij onere fideicommiſſi, ſi abſque filijs decederent, grauati fuerunt, ita & eius nepotes grauati dicuntur, cũ filiorum appellatione trita, admodumque uulgata ſit quæſtio, quòd in teſtatoris diſpoſitione nepotes ueniant, prout firmauit Bar. in l. liberorum. col. 4. de uerb. ſig. vbi concludit, quòd quando teſtator de filijs loquitur in eorum fauorem diſponens, prouiſio de filiis facta etiam ad nepotes extenditur. allegat l. Lucius. ff. de hęr. inſt. opinionemque Bart. ſequitur Ant. de But. in c. in quibuſdam. col. pen. extra de pœnis. Card. in c. 2. de uerb. ſign. Anch. in cle. 1. col. 2. de baptiſ. cum ſim. vt proſequitur Alex. qui hanc opin. ſequi uidetur conſi. 9. viſis verbis teſtamenti. col. 2. vol. 1. & idem Alex. conſi. 5. circa primum dubium. col. 2. vol. 3. & idem tenet, ſolitoque more ſuo plura adducit Barb. conſi. 11. Sapienter ſcribitur. col. 8. vol. 2. Et ſecundum hanc concluſionem late conſuluit Soc. ſen. conſi. 14. Sequendo ordinem prædictarum quæſtionum. in 1. dub. vol. 1. & idem Corn. cõſil. 207. de pluribus. ſub num. 13. vſque ad numer. 14. vol. 2. Et hoc ſaltem in caſu iſto dicendum videtur, vbi teſtatoris verba in futurum euentum collata ſunt, in quo veriſimiliter incertum eſt, an tunc filij, vel nepotes extarent, quo caſu Io. de Imol. in l. Gallus. §. inſtituens. col. 2. de lib. & poſth. Bartoli opinionem approbat, & ita tex. intelligit in d. l. Lucius. & tali caſu Alex. inquit Bar. opinionem procedere, conſi. 26. videretur fortaſſe. vol. 3. Si ergo proprios filios teſtator onere fideicommiſſi grauauit, ſi abſque filijs deceſſerit, a fortiori dicẽdum videtur, quòd etiã
5 nepotes grauare voluerit, quia nepotes melioris cõditionis quàm filij in hoc eſſe non debent. argu. l. ſi viua matre. C. de bo. mater. & ita in ſimili caſu arguit Alex. d. conſi. 9. col. 2. in prin. ſub verſ. ad idem facit. Confirmatur, & tertio. Nam fideicommiſſum ex ta-
6 cita teſtatoris voluntate, & ex coniecturis inducitur, l. cum proponebatur. in fin. & l. qui ſolidum. §. 1. de leg. 2. l. cum auus. de cond. & demon. l. licet imperator. ubi Bar. de leg. 1. Et in fideicommiſſis potius voluntas quàm verba inſpicitur. l. cum virum. C. de fideicom. l. 3. §. conditio. de adimen. leg. not. Bal. in l. quoniam indignum. in fi. C. de teſta. in l. fin. col. pen. C. de impub. & ali. ſubſt. Et euidens coniectura de teſtatoris volũtate, quòd voluerit etiam nepotes onere fideicommiſſi grauare, ſi abſque filijs decederent hoc in caſu colligitur ex eo, ꝙ filios maſculos hęredes inſtituit, & ſic eius bona in eius familia, & agnatione remanere voluit, nec ad eius filias fœminas, niſi finita eius agnatione, deuenire voluit, ſi enim ante finitam agnationem, eaque durante, teſtatoris bona ad D. Floram per mortem Chriſtofori poſthumi in infantili ætate defuncti deuenirent, vnum ſequeretur inconueniens, & abſurdum, quòd aliena ſoboles in omnibus, teſtatoris ſoboli contra eius mentem, & voluntatem præferreretur, quod non eſt veriſimile, nec dicendum eſt. arg. l. cum acutiſſimi. in fin. C. de fideicommiſſ. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. & l. ſcripto. ff. vnde lib. cum ſim. & ſic aliena ſoboles melioris conditoris eſſet, contra tex. in d. l. ſi viua matre. & l. Publius. §. final. de conditio. & demonſtratio. Quarto ad hoc facit, quia qua ratione teſtator virtute dictæ ſubſtitutionis Gabrielem, Sebaſtianum, & Simonem, Chriſtophoro ſeniori eorum fratri ſubſtituit, pari ratione ex cõniecturata teſtatoris voluntate eos filio dicti Chriſtofori, & ſic eius nepoti ſubſtituere uoluiſſe uidetur. arg. d. l. cum auus. & d. l. cum acutiſſimi. & d. l. generaliter. §. cum autem.

quia-

7 Quinto,& ultimo ad idem faci,tquia qnamnis filii
in condirione poſiti innitati non dicātur ſecundū
glo.in d.l.Lucius.de hæred.inſt.plnres tamen Doct.
tenuerunt, eos dici uocatos,ut conſulnerūt quàm
plures conſulentes, vt refert Ang. in l. in legatis.C.
de lega.& hanc opi.inquit magis communem Bar
ba.conſi.55.pręclare.col.6.uol.2. quem refert,& ſe
quitur Gualden.in tract.de arte teſtan.cant.36.ſi pa
ter.in tit.de ſubſtitu.& Iul.Clar.in trac.de teſtam.in
q.77. verſicul.Contratiam uerò ſententiam,& pro-
pterea inquit Bar.in l.centurio col.11.num.37.uer
ſi.quæro ulterius quid ſi teſtator. de nulg.& pup.
quod ſi teſtatot diceret,ſi filli mei ſine liberis deceſ
ſerint, bona mea ad talem deueniant, quòd ex his
uerbis,cnm liberos de reſtituēdo grauare uideatur,
eos tātū nidetur hæredibus ſuis ſubſtituiſſe,& hanc
opi. ſequitur Gui.pa.in deciſ.39. Doctores in iure.
uerſi.niſi,& alibi.Pau.de Ca.conſi.131.dubium fa-
cit quia poſito.uol.2.in nouil.Alex.conſi.64.Diffi-
cultas.col.1.uerſi.tamen poſito.uol.5.Soc.ſen.cōſ.
249.Materia præſentis.col.3. ſub numer.5.uol.2. &
Dec.in l.1.col.4.C de pact.& conſi. 182.in caſu.col.
3.ad fi.ubi hanc Bar.opi.refert a multo tempore ci-
tra canonizatam fuiſſe, eāque nouiſſime ſequitur
Aymo conſi.130.De anno.col.1.In fi. num.3.uerſi.
Secundo cenſeri debent.uol.1.cum igitur inter di-
ctos fratres hæredes ſubſtitutio cum illis uerbis fa-
cta fuerit, videlicet, & uno ipſorum quādocunque
ſine filijs decedente ſuprauiuentes ſubſtituit, dicen
dum etiam filijs in conditione poſitis factam fuiſſe,
& ſic filiorum filij in conditione poſiti grauati dicū
tur,conſequenterque per dictam ſubſtitutionem te
ſtatoris filij per obitum Chriſtofori poſthumi ſine
filijs defuncti excluſa D. Flora admittuntur, & in
propoſito caſu ex ſupradictis coniecturæ ſubeſſe ui
dentur,ex quibus hanc teſtatoris intentionem fuiſ-
ſe uidetur,quòd ſi eius nepotes ex filijs abſque libe
ris decederent,quòd omnia eius bona ad eius filios
hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos deuenirent,& ita
prima facie de iure dicendum uidebatur. His tamē
8 non refragantibus contrarium de iure indubitan-
ter eſſe arbitror, uidelicet ꝙ in caſu propoſito ſub-
ſtitutionis caſus,de quo in prædicto teſtamento nō
uenerit.Nam Do.Flora fundatam intentionem ha
bet,ex quo poſt Chriſtofori ſenioris mortem,ex ip
ſa Chriſtoforus poſthumus natus fuit,qui ab inte-
ſtato Chriſtoforo ſeniori eius patri ſuccedere po-
teſt,aliiſque agnatis præferri debet.§. poſthumi.in-
ſti. de hæredi. quæ ab inteſta. defe.& fi. & C.de libe.
& poſthu.cum alijs concord.eo maxime quia Chri
ſtoforus poſthumus uiuus, & perfectus natus fuit,
ad monſtrum , ſeu prodigium non declinans, per
quindecimque dies ſuperuixit, quibus ſtantibus ip
ſe patri attenta iuris communis diſpoſitione ab in-
teſtato ſucceſſit,quamuis infra quindecim dies ipſe
deceſſerit.l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.ubi ſuffi-
cit aliquem integrum, & cum ſpiritu natum eſſe,
eſto quod poſtmodum illico moriatur.& ibi Ang.
hanc concluſionem pro firmiſſima tenet. & bene
facit tex.in l. uxoris abortu. & melius in l. ſeq.C.de
poſthu. hæredi.inſti.ubi imperator uoluit poſthu-
mum,ſi ad lucem redactus fuit,& ſi uiuus natus eſt,
ſuccedere,quamuis illico poſtea deceſſerit.& Cor-
ne.in l.fi.C.eo.hanc eandem ſequitur opinionem.
Cum ergo patri ab inteſtato ſuccedere ualeat,cōſe-
quenter alios agnatos a ſui patris hęreditate exclu-
dit,& ideo de hæreditatis Nicolai teſtatoris ſucceſ-
ſione tractandum non uidetur, ſed de Chriſtofori
iunioris tantum ſucceſſione,ut habetur,& not.in l.
1.§.ueteres.de acqui.poſſeſ.& in l.ſed ſi plures.§.fi-
lio.de uulg. & pup.& cum de Chriſtofori poſthu-
mi hæreditate ab inteſtato defuncti tractandum ſit,
ab illa Gabriel, Sebaſtianus, & Simon eius patrui
ex iuris communis diſpoſitione penitus excludun-
9 tur,cum D. Flora eius mater exiſtat, quæ ad bona,
hæreditatemque Chriſtofori poſthumi eius filii lu-
ctuoſam admittitur,& excluſis omnibus aliis agna
tis præfertur,ut habetur in auth.defuncto.C.ad ter-
tul.§. ſed cum auiam. ibi matrem omnibus legiti-
mis perſonis anteponi. inſti. eo.& Alex.conſi.80.
uiſo.in prin.uerſi.Nam ſiue iuris communis.uol.1.
& dato quòd ipſe poſthumus infans patris hæredi-
10 tatem non adiuerit,nihilominus ipſam non aditā
ad matrem tranſmiſit ex diſpoſitione.l.1. C. de his
qui ante aper.tab.ſecundum glo.& Bal.ibi,& eſt cō
munis opi.ut conſuluit Soc.ſeni.conſi.8.Poſt reddi
tum.col.pe.ad fi. nume.9. uerſi. & hæc procedunt.
uol.4.& copioſe ſcribit Dec. conſi.250. Antiqua.&
ita conſuluit idem Dec.conſi.331. Pro reſolutione
col.3.in fi.uerſi.Circa primum.eamque magis cō-
munem refert,& ſequitur Alex.conſi.113.Pro deci
ſione. uol.3.quod repetitūm reperitur conſi.132.
col.1. uerſi.& ſi teneremus. ſub num.3. uol.6. ean-
demque opi.tanquam communem late conſulen-
do proſequitur Soc.iuni.conſi.119. niſo teſtamen-
to.col.2.ad fi.ſub num.9.uerſi. Prædictis tamen.uſ-
que ad num.24.incluſiue.uol.1. ubi in terminis no
ſtris proprie loquitur, qui omnino uideatur. Quā-
uis ergo dictus poſthumus hæreditatem non adiue
11 rit,ex eius tamen perſona D.Flora eius mater adire
poteſt,ſi uigore iuris adeundi ad eam tranſmiſſi nō
adiuit,prędictoſque ſubſtitutos excludere,ut inquit
Soc.ſeni.d.conſi.8.col.2 in fi.ſub num.9.Nec refra-
12 gatur quòd D. Flora dicti poſthumi infantis tutelā
non aſſumpſerit,neque alium tutorem ſibi dari pe
tierit,antequam ipſe decederet,quo caſu ex eius ne
gligentia hæreditate eiuſdem filii infra pubertatem
decedentis indigna efficitur iuxta.l. ſciant cuncti.C.
de legi.hæredi.& eſt tex.clarus in l.2.§.ſi mater.ff.ad
tertul.ubi expreſſe dicitur,quòd mater, quæ confeſ
ſtim tutorem filijs ſuis tutorem non habentibus da
ri non petierit, ius ipſis ſuccedendi habere non po-
teſt.Quoniam reſpondetur hanc regulam procede
re,quando per annum in non petendo tutorem ne
gligentia fuerit,ut clare dicitur in tex.d.l.ſciant cū-
cti.& ſecundum illum tex. de anno loquentem in-
telligi debet.d.§.ſi mater. prout etiam hoc uelle ui-
detur tex.in d.l.2. §.confeſtim.ad tertul. ſed in præ-
ſenti caſu tempus anni non interuenit,ſed quinde-
cim tantum dies, ergo &c. & ita reſpondet Soc.iu-
ni.d.conſ.119.ſub num.13.Et nedum ex iuris com
13 munis diſpoſitione alius D. Flora præfertur, uerum
etiam ſi ſtatutum extaret, quod mater filio ab inte-
ſtato non ſuccedat,eo enim caſu etiam mater a filii
ſucceſſione non excluderetur,qui infans, aut impu
bes, & inteſtatus deceſſiſſet, ut in caſu propoſito,
prout conſuluit Imo.conſi. incipi.in caſu pręmiſſo
primo diſcutiēdum eſt, quam refert,& ſequitur A-
lex.conſi.115.Circa dubitationem. col.1.in fi.uerſ.
& ita etiam ſuper d.ſtatuto. uol.3.ubi concludit,ꝙ
dictum ſtatutum locum non habeat, quādo de pu
pilli ſucceſſione agitur,quia cum huiuſmodi ſtatu-
tum ſit iuris communis correctorium, & de perſo
na ab inteſtato moriente loquatur,ad inteſtabilem
extendi non debet.l.præcipimus. C.de appella.l.ſan
cimus. C.de teſtam.& per not. in auth. quas actio-
nes.C.de ſacroſan.eccle. ut late ibi conſuluit Alex.
per not. per Bar. in l. 1. in prin. ff. de ſuis, & legi.&
Bal.in c.1. de ſucces. feu. quinimmo in ſubſtitutio-
nis materia ſingulariter deciditur in l.fi. C.de inſti.
& ſubſti.quòd ſi teſtator eius pręgnantem uxorem
in dimidia ſuæ ſubſtantia inſtituiſſet,& in altera uen

treni,

trem, adieciſſetque ſi non poſthumus natus fuiſ-
ſet alium ſibi hæredem ſubſtituit, & poſthumuſ-
que natus impubes decederet, matrem magis ad
eius ſucceſſionem uenire, quàm ſubſtitutum,
quia ſi teſtator eius ſubſtantiæ partem ad eam de-
uenire noluit, multo magis, & luctuoſam filii
hæreditatem ad eam uenire uoluit. Si ergo in ſub-
ſtitutionis caſu mater ad luctuoſam filii hæreditatē
admittitur, tanto magis in caſu noſtro dicendum
eſt, eam admittendam eſſe, cum Chriſtoforus iu-
nior ſuus infans nullo per eius patrem condito te-
ſtamento deceſſerit. & per mendicata ſuffragia nō
uagando, in terminis noſtris Oldradi deciſionem
communiter approbatam adduco in cōſi. 21. The-
14 ma tale eſt. teſtator. ubi concludit, quòd ſi cuipiam
ſine filiis decedēti ſubſtitutio facta ſit, prout in quæ-
ſtione noſtra, ſi ille, cui facta fuit in filiorum defe-
ctu ſubſtitutio, filios tempore mortis reliquit, ſub-
ſtitutio ex defectu impletæ conditionis expirat, nec
conſideratur quid poſtea de filiis contingat, allegat
l. cum uxori. C. quando dies lega. ced. & ego ultra
ipſum glo. allego not. in l. ſi cui. iuncto tex. ff. eo tit.
& hoc idem tenet Io. And. in addi. ad Spec. in §. im-
primis. in ulti. q. incip. Quinta quęſtio talis eſt. in tit.
de teſtam. ubi hanc quæſtionem ponit. Quidā tres
eius fratres inſtituit, uidelicet A, B, & C, & ſic ſubſti-
tuit, quod ſi quis dictorum fratrum hęredum inſti-
tutorum abſque filiis decederet, eius portio ad co-
hæredes ſuperſtites deuolueretur. Moritur, A. unus
ex fratribus inſtitutis, uidelicet relictis filiis maſcu-
lis, & ſic fideicommiſſum ceſſante conditione ceſ-
ſat, dictique filii maſculi ſine prole poſtea moriun-
tur, deſcendente cohæredum. B. & C. bona petunt il-
lius. A. qui cum filiis maſculis deceſſit, uirtute ſub-
ſtitutionis prædictæ. Cōcludit Io. And. quod admit-
ti non debent, quia expirauit ſubſtitutio quoad por-
tionem illius. A. qui cum filiis deceſſit, quicquid
poſtea de filiis cōtigerit. d. l. cum uxori. allegat quo-
que. l. ſi quis hæredes. C. de inſti. & ſubſtitu. & l. hæ-
redibus. ff. ad treb. deciſionemque Io. And. refert, &
ſequitur Pau. de Ca. in l. ex facto. §. pe. ad treb. & ibi
idem tenet, quod ſubſtitutio alicui ſine filiis decedē-
ti facta extantibus liberis tempore mortis grauati,
expirat, quia qualitas uerbo adiuncta ſecundū uer-
bi tempus intelligitur. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff.
de noxali. & l. ſi uitus. ff. de teſta. mil. & quamuis filii
qui conditionem deficere faciunt, poſtea ſine libe-
ris moriantur, non tamen locum habet ſubſtitutio
quę ſemel extincta fuit, ut inquit ibi Pau. de Ca. &
idem tradit idem Pau. conſi. 97. ne impropriis uta-
mur uocabulis. col. pe. uol. 2. in noui. & tradit Bal.
in c. 1. §. Quinetiam, uerſi. Quæro quid ſi maſculus.
titu. Epiſcop. vel Abba. in uſib. feudo. quem refert
& ſequitur Iaſ. conſi. 51. ſi Aloyſius. col. pe. nume. 2.
uerſi. Aggredior ſecundum dubium: & col. ſi. ante
ſi. uerſi. idem in ſpecie. uol. 3. Ruy. conſi. 153. uiſo
utroque. col. 4. in prin. num. 5. uerſi. quia ergo deceſ-
ſit. uol. 2. Soc. in l. cum auus. col. 53. uerſi. ſed impræ-
ſentiarum reperio. ſub num. 110. de condi. & demō.
Cur. iuni. in l. unum. col. 2. num. 4. uerſi. Tertio ad-
duco. ff. ſi cer. pet. & Ripa in l. ex facto. §. ſi quis autē
num. 2. uerſi. Adde fortius. ff. ad treb. ubi expreſſe te-
nent, & concludunt, quod ſi teſtator filio ſubſtitu-
tionem fecerit, ſi abſque liberis obierit, relictoque
filio mortuus ſit, qui unico tantum momento ſu-
peruixit, nihilominus adhuc fideicommiſſaria ſub-
ſtitutio perpetuo extinguitur, illudque uitæ momē-
to ſufficit, ut ibi per eos. & Bal. ibi Inno. adducit in
c. nam & ego. extra. de uer. ſigni. qui dixit quòd illi-
15 co quis decedere dicitur, qui antequam ſit ei nomē
in baptiſmo impoſitum decedit, quod tempus ſe-

cundum uetus teſtamentum octo dierum eſt, ut
habetur per Luc. c. 2. ibi, & poſtquā cōſummati ſunt
dies octo &c. idem concludit Alex. conſi. 139. Circa
primum dubium. col. 2. in prin. num. 3. & nume. 4.
uerſi. Sed pręmiſſis non ob. uol. 6. Dec. conſi. 63. &
pro tenui. col. 1. & 2. conſi. 95. & pro tenui. col. ſi. in
prin. conſ. 218. in caſu ad me tranſmiſſo. col. 2. nu.
6. & 7. uerſi. Vlterius omiſſis. conſi. 287. in ciuitate
Placentiæ. col. 1. conſi. 511. Viſo teſtamento. col. 1.
circa ſi. num. 4. uerſi. Tertio de caſu iſto. conſi. 377.
Viſis. col. 1. ubi plene. conſi. 513. in ciuitate noſtra.
col. 1. & 2. conſi. 585. Ioannes Bartholomęi per to-
tum. & conſi. 636. Prima facie. col. 1. in prin. ſub nu.
4. & 5. Ruy. conſi. 140. viſa facti. col. 1. conſi. 142. uiſo
& perlecto. col. 1. vol. 3. conſi. 105. uiſo teſtamento.
col. 1. conſi. 125. viſo ac perlecto. col. 1. conſ. 148. vi-
detur prima facie. col. 1. conſi. 150. Viſo teſtamento
col. 1. num. 2. & conſi. 161. Viſo themate. colu. 7. nu.
18. uerſi. ſed tamen præmiſſis uol. 2. idem tenet Cur.
Iuni. præceptor meus conſi. 92. Habita diligenti cō-
ſideratione. colu. 2. verſi. Sed quid fortius. & conſi.
135. Præſupponitur in facto. col. 3. in ſi. num. 8. Pari-
ſi. conſi. 31. Conſiderato. colu. 1. 2. & 3. uol. 2. conſi.
86. Ad ueram. col. 1. & ſeq. eo. li. qui omnino uidea-
tur, cum latiſſime in hac materia conſuluerit. & cō-
ſi. 30. in hac. col. pe. in prin. nume. 55. & 57. uol. 3. ex
16 quibus apparet Oldra. deciſionem. d. conſ. 21. ab
omnibus eſſe communiter approbatam, pro ut il-
lam communem atteſtatur Aymo. conſ. 98. Nobi-
lis. col. 1. in ſi. num. 4. uerſi. in contrarium uero. uol.
1. cum aliis ibi per eum relatis. & quamuis ex ſupra
deductis uera reſponſio ad omnia ſupra in contra-
rium deducta colligi poſſit, Nihilominus ſpeciali-
17 ter reſpondendo dico primum fundamentum pro
contraria parte adductum per not. per Bal. in l. qui
in utero. & Are. in §. pe. de tutel. non refragari, cum
minime uerum ſit, immo contrarium expreſſe, de-
ciditur in l. iubemus. §. ſin autem. C. ad treb. ubi dici-
tur quòd ſi pater filium grauauit ſi abſque filiis obi-
ret, quòd poſthumi etiam nati poſt mortem graua-
ti ueniunt, fideicommiſſumque ceſſare faciunt, &
propterea Crot. pro opi. Bal. de qua ſupra conſule-
re requiſitus recuſauit, quia opinio illa falſa ſibi vi-
ſa fuit per tex. in d. §. ſin autem. ut ipſe refert in repe-
ti. c. Raynutius. colu. 12. in prin. verſi. Quartus caſus
eſt. extra. de teſtam. cum aliis ibi per eum relatis. &
eundem tex. allegat etiam ad hoc propoſitum Iaſ.
in l. qui filiabus. col. 4. poſt medium. uerſi. vltimo in
iſta materia. de leg. 1. Ego quoque cōtra Bal. & Are.
allegare conſueui text. in l. is cui. ff. quando dies leg.
ced. ubi dicitur quòd ſi quidem legatum relictum
fuit, ſi quandocunque liberos habuerit: relictaque
uxore prægnante obierit, quod nihilominus exple-
ta conditione deceſſiſſe dicitur, & legatum ualere
ſi poſthumus uiuus natus fuerit, unde glo. ibi. in
uer. uiuus. notat etiam quòd ſi poſtea poſthumus
moriatur, illam extare cōditionem aſſeritur. Appa-
ret igitur quòd poſthumus natus & quod poſtea ſi-
ne filiis decedat, fideic. ceſſare facit. Corroborantur
prædicta per communem concluſionem per Bar.
& communiter Doct. traditam in l. quod dicitur.
de lib. & poſth. & in l. pe. C. eo. tit. & Soc. in d. l. cum
auus. col. 53. in prin. numer. 110. uerſi. ſed quæritur
quid ſi grauatus. de condi. & demon. quem refert,
& ſequitur Crot. in d. c. raynu. col. 12. ver. quintus ca-
ſus eſt. vbi volunt, quòd poſthumus in ſexto menſe
natus poſt obitū patris, qui tamē ſecundum naturā
uiuere non poteſt, pręteritus teſtamentum non rū-
pit, neque conditionem deficere facit. idem conſu-
luit Soci. ſen. conſil. 275. In cauſa fratrum Andreæ
col. ſi. ad ſi. uerſi. poſt abſolutum conſilium. uol. 2.

quent

quent ſequitur Pariſi. conſi.56.Agitur. uol.2. ſi ergo ſeptimo in mẽſe natus eſſet,iux.tex.in l. ſeptimo menſe.ff. de ſta.homi.teſtamentum rumpit.l.pe.C. de poſth. hære. inſti. conditionemque deficere facit,ut concludit Soc.ubi ſupr.ergo opi. Bal.& Are.
18 uera non eſt.Nec refragatur ſecundum fundamentum quod in teſtatoris diſpoſitione filiorum appellatione nepotes ueniant, quia contrarium hoc in caſu concludendum uidetur, quod immo dum teſtator filios ſubſtituit, nepotes non compræhendũtur,quia regulariter filiorum appellatione nepotes non ueniunt, ut concludit glo. in l.filii appellatione.de uerb.ſign.& in cle.1.in uerbo liberi.de bapt.& de ſermonis proprietate quod nepotes non ueniant,not.Bar.in d.l. liberorum. in prin.ubi allegat. Dy.in l.iuſta interpretatione.per illum tex.de uerb. ſigni.& idem ſequitur Bal. in l.maximum uicium. col.3.uerſi.ex præmiſſis. C.de libe. præteri. in l.gallus.§.inſtituens. de libe. & poſthu. & in l. titius. in prin.eo.tit.& ſpecialiter in propoſito in diſpoſitione hominis,quod ſub filiorũ nomine nepotes non veniant,tenent Fran. Accur. Cy. Ray. And. de Piſis. Bal.& Imo.in d.§. inſtituens. & ſi in caſu propoſito nepotes filiorum appellatione uenirent, filii fideicommiſſi onere grauati remanerent, & fideicommiſſum onus dicitur.l. cohæredi.§. cum filiæ.ff. de uulg.& pup.& quamuis fauorabile nepotibus eſſet, quod ad fideicommiſſum uenirent, hoc tamen in filiorum præiudicio redundaret,qui fideicommiſſi onere grauati eſſent,& ſic de hæreditate ad eorum arbitrium diſponere non poſſent:& ita late conſuluit Dec.conſi.95.& pro tenui.col.3.ſub nu.5.uerſi. Sed cum prædictis.Dicendum eſt igitur quod nepotes filiorum appellatione non ueniant,ubi nepotũ fauor eſſet,qui in filiorum præiudicio reſultaret,ſecus eſſet ſi de nepotum fauore ſimpliciter ageretur ut traditur in l.lucius.ff.de hære.inſti.& hac in conclusione conueniunt omnes,ut tradit Alex. conſi. 9.ſupra allegato.uol.1.& conſi.26. videretur.uol.3. quem ſequitur Dec. conſi. 391. in caſu propoſito. Pariſi. conſi. 78.in præſenti cauſa.col.2. in fi.nu.10. uerſi. ex quibus colligitur. uol.2. & conſi.75.Circa teſtamentum.col.fi.in prin. num.66.uerſi.Maxime quando de ipſorum cõmodo tractatur.eo.libro.& ideo cum in propoſito nepotum fauor eſſet in filiorum præiudicio,concludendum eſt,quòd nepotes filiorum appellatione nõ ueniunt, & tanto magis cum in fideicommiſſo ſimus,cuius natura odioſa eſt. d.§. cum filiæ. & in materia ſtricta, & odioſa non ueniunt filiorum appellatione nepotes, ut no. Io. And. in c.ad extirpãdas .quem ibi ſequitur Ant. de But.ext.de fili.præsbit.Bar.in l.2.§.filius,ff.ad tertul.Bal.in l.titius.in uerſi.& facit ad quæſtionem.de libe.& poſthu.& in terminis ubi de fideicommiſſi onere agitur,quod nepotes filiorum appellatione non ueniant,decidit Pau.de Ca. d.conſi. 97. ne improprriis.col.fi.uol.2.in nouiſ. ubi inquit quod filiorum appellatione non ueniunt ex proprio ſignificatu nepotes,nec ex interpretatione in quacunque legis uel hominis diſpoſitione, ubi de ipſorum cõmodo,& fauore non tractatur , ſed de onere,ut eſt in fideicõmiſſaria ſubſtitutione , quę dicitur onus. & idem ſequitur Corne.conſi.182.uidetur prima facie.col.2.& 3.uol.2.& conſi.199. in præſenti conſultatione.col.10.prope fi.ſub num.34. uerſi.& ſtante firma dicta concluſione.eo.lib.& ita in propriis terminis quod filiorum appellatione non ueniant nepotes,qui in rerum natura teſtamenti tempore nõ aderant , nec tempore mortis teſtatoris,conſuluerunt quamplures excellentiſſimi doctores, ut per Soc.ſenio.habetur conſ.ſi.caſus iſte non eſt nouus. vol.1.cum multis diuerſorum doctorum ita tenentium ſubſcriptionibus . & conſuluit Pariſi. conſi. 86.ad ueram.col.5.num.24. cum ſeq.uol.2.& Cur. Iuni. conſi.115. Dominus Paulus de Raude.col.2. in prin.num.3.uerſi.Confirmatur pręmiſſa.& Dec. d.conſ 95. colu.4. uerſ. Tertio principaliter. Alia quoque ratione in caſu propoſito nepotes non ueniunt,quia de filiis ſubſtitutio in filiis primi gradus facta locum habuit,& ſic in Chriſtoforo filio Nicolai teſtatoris:patet igitur quod ulterius ad nepotes & ſic ad Chriſtoforum poſthumum non porrigitur. ut not. concludit Bar. in d.l. liberorum.col.pe. in fi.uerſi.quæro quid ſi in aliqua diſpoſitione.ubi concludit quòd commiſſa,& impleta ſemel diſpoſitione quæ de filiis loquitur , ulterius ad nepotes, non porrigitur,alleg.l.Gallus. §.idem credendum. de libe.& poſth.Sed quando in filiis diſpoſitio uerificata non fuit,tunc in nepotibus locum haberet, ut in d.l.lucius.de hęredi. inſti.& hanc Bar. doctrinam ſequitur Alex.conſi.105.perſpectis uerbis.col. 2.poſt prin.uerſi.perinde eſt.uol.1.& conſi.11.ponderatis his.col.4.in fi.ſub nu.9. uerſ.oſtenditur etiã. uol.3.cũ ergo in caſu propoſito ſubſtitutio in perſona Chriſtofori ſenioris filii teſtatoris facta uerificata ſit,de nepote poſthumo non eſt ulterius quærendum,ut not.tradit Io.And.in add.ad Spec.in tit. de teſtamen.§.imprimis.colu.fi.uerſi quinta quæſtio talis eſt.& Oldra d.conſi. 21.de quibus ſupra. ubi cõcludunt quod fideicommiſſaria ſubſtitutio alicui ſine filiis decedenti facta, illo cum filiis decedentẽ expirat,& quamuis filii fideicommiſſarium excludentes poſtea ſine liberis decedant,non tamẽ ſubſtitutus admittitur,quia ſubſtitutio,quæ per filiorum ſuperexiſtẽtiam fuit ſemel extincta,non reconualeſcit,& ſic patet diſpoſitionem,quæ de filiis loquitur, ſi ſemel uerificata fuit, vlterius ad nepotes non porrigi,quia uerba de primo actu intelligũtur.l.boues.§.hoc ſermone.de uerb.ſigni.ut inquit Bar.in d.uerſi.quęro quid ſi in aliqua diſpoſitione. Nec refragatur, ſi dicatur, quod quãuis filii in caſu
19 prædicto fideicommiſſi conditionem deficere faciant, ſi tamen poſtea dicti filii abſq; liberis moriãtur, fideicommiſſum ex tacita teſtatoris voluntate locum ſibi vendicare deberet, quia qua ratione deficientibus liberis ſubſtituros ſuperuiuentes uocauit,pari ratione voluiſſe videtur deficiẽtibus nepotibus,id eſt Chriſtophoro poſthumo ſubſtitutos ſuperuiuentes admitti,& ſi de hoc teſtator interrogatus fuiſſet,uerſimiliter ita reſpondiſſet iuxta not.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. facit tex.in l.titius.§.lucius.de libe.& poſthu. quoniam ad hoc reſpondetur,quòd talis tacita coniecturata uoluntas non attenditur , ut doctores tenent in prædictis locis : & quamuis quandoque ob coniecturas contrarium conſuluerint,hoc tamen egerunt,ubi ex teſtamento cõiecturæ colliguntur, ita punctaliter dixit Soc. in d.l.cum auus.in fi.& conſ.146.in cauſa filiorum. col.2.in prin.& colu. 5.in prin. uerſ.Ad vltimũ etiã. vol. 3.ubi uult tales cõiecturas ex diſpoſitis in teſtamento colligi debere, quia teſtatorem ſic voluiſſe non ſufficit,ſeu dicere, talem fuiſſe teſtatoris mentem, & quòd veriſimiliter teſtator ita diſpoſuiſſet, ſed requiritur quòd uoluntas in diſpoſitionem trãſeat,ut eſt tex.in l.quidam cum filium.& ibi no. Bal. & Imo.per illum tex.ff.de libe.& poſth.& quod teſtator non loquitur, uelle non præſumitur, vt not. Bal. per illum tex.in l.1.§. ſin autem ad deficientis, C.de cadu. tol.& talis uoluntas ex teſtatoris uerbis concipi debet.l.gallus.§.quidam recte.de libe.& poſth.ibi,ut eo caſu valeat quod ex uerbis concipi poſſit.& illum tex.ad hoc not. Bal.in c.ſecundo requiris.de

ris.de appella.appoſtillans tex.ibi in verbo Intentio
ni.Et ideo inquit Bal.in c.mandatum. de reſcrip. ꝙ
tacita teſtatoris voluntas, in corde retenta non at-
tenditur:Hinc dixit Soc.ſen.conſi. 104. Quoniam.
colum.4.ſub num.8.uerſicu.Sed prædictis minimè
obſtantibus.volum.3. quem ſequitur Pariſ. conſil.
89.In præſenti cauſa.col.pen.in prin.nu.33.vol.2. ꝙ
quamuis leges defunctorum voluntates imitari,cõ
ſeruareq; conentur,vt habetur in l.in conditionib.
primum locum.de cond.& dem.non tamen volue
runt in tantum defuncti voluntati fauere, ꝙ ſufficiat
cum prudenti conſideratione imaginari defunctũ
ita voluiſſe,niſi huiuſmodi voluntas in diſpoſitionẽ
tranſiuerit,vt eſt caſus & ibi Bal.& Im. in l. quotiẽs.
§.tantundem.de hær.inſt.Et propterea dixit Iaſ.cõ-
ſi.41.In hac ardua.col.6.in fi.ver.Pro iſta etiam con
cluſione.vol.1.per illum tex.limitari omnia mundi
iura dicẽtia teſtatoris voluntatem eſſe ſeruandam ,
vt procedant quando teſtator non tantum in volũ-
tate permãſit,de qua clare appareat,verum ẽt ad di-
ſpoſitionem proceſſit,ſecus ſi in voluntate tantum
ſtetit,ad diſpoſitionemq; non proceſſit,& ita reſpõ
det Dec d.conſ.287.col.3.ver.Sed prædictis.nu.7.&
col.4.in prin.nu.9.ver.Similiter.& Pari.d.conſi.89.
col.2.ad fi.nu.10.ver.licet.n.leges.& col.pe.in prin.
20 verſi. Non obſtant adducta.Vnde Soc.iun. conſ. 2.
Superiorib.colum.pen.in fi.verſ.Præterea Soc.vol.
2.dixit quòd hoc argumẽtum de tacita, veriſimiliq;
mente teſtatoris concludere non conſueuit, quia.
teſtatorem non ſufficit aliquid voluiſſe, niſi diſpo-
nat,& ibi allegat Alex.hoc pro valde not.affirmare.
in l.tertia,in fi.cum alijs concordan.ibi per eum re-
latis.C.de libe.præter.& firmat idem Soc. conſi.97.
Viſo puncto.col.8.in fi.verſi.Verumtamen.co.lib.
& conſi.117.licet caſus.col.fi.nu.34.vol.1. Idem di-
xit Dec.d.conſi.511.Viſo teſtamento.col.fi. verſic.
Sed reſpondetur.ad ſupradictum de tacita, & conie
cturata mente teſtatoris argumẽtum reſpondẽs , ꝙ
cùm de huiuſmodi teſtatoris voluntate non appa-
reat, nõ ſufficit teſtatorẽ aliquid voluiſſe, niſi diſpo
nat;& diſcurrendo ſubſtitutionũ gradus,de quib.in
teſtamẽto prædicto,non colligitur, ꝙ Chriſtoforo
poſthumo dicti teſtatoris nepoti ſ...a facta fuerit di
ſpoſitio:In primo.n.ſubſtitutionum gradu formali
ter fertur, Et vno ipſorũ quandocũq; ſine liberis ob
21 eũte ſupraluẽtes ſubſtituit,nã illa dictio,ipſorũ,ſub
ſtitutionem eſſe perſonaliſſimam facit, nominato-
rumq; perſonam non egreditur,cùm ſit præceden-
tium relatiua,quæ de filijs primo in gradu exiſten-
tibus loquuntur,vt plenè per Iaſ.in l.filiusfam. §.di-
ui.colum.,pen. verſi. Pro ampliatione iſtius limita-
tionis.in 2.lect.de leg.1.quem ſequitur ibi Ripa nu.
111.cum alijs ibi per eum relatis.& Pari.conſ. 20.In
hac.col.pe.in prin.nu.55.verſi.Item & propter.vol.
2.Idem firmat Cuma.conſi.119. Teſtator inſtituit.
col.2.in princ.vbi inquit , quòd verbum,ipſorum,
ſui natura relatiuum,& repetitiuum,repetitionẽ,&
relationem in præcedentib.cum omnib.ſuis quali-
tatibus operatur. allegat text.in l.a filio. §. teſtator.
ff.de aliment. legat.& not.per Barto.in l.ſi quis ſer-
uum.§.fi.de legat.1.vt etiam eleganter comprobat
Aymo.de dictione,dictum,& ſupraſcriptorum.dic.
conſi.98.Nobilis.num.8.& nu.14. Si ergo ſubſtitu-
tio prædicta eſt perſonaliſſima , ad filioſq; proprio
nomine vocatos reſtringitur,dici nõ poteſt, quòd
Chriſtoforum poſthumum dicti teſtatoris nepotẽ
comprehendat,& ad illum extendatur;Et vbi in in-
ſtitutione & ſubſtitutione filij nomine proprio no
minantur,eo caſu nepotes filiorũ appellatione nõ
veniunt,& præſertim in caſu propoſito,vbi ſubſti-
tutio facta fuit,quæ inter inſtitutos hæredes dumta

xat locum habere poteſt, in nepotibuſque non in-
22 ſtitutis adaptari non valet. Quia ſubſtitutio inter fi-
lios facta ad nepotes non extenditur,vt tradit Pau.
de Caſt.d.conſ.97.Ne improprijs.& conſ.131. Du-
bium facit. vol. 2. in nouis quem refert & ſequitur
Dec.conſi.218.In cauſa ad me tranſmiſſa. colum.2.
in fi.ſub nu.8.& d.conſi.511.Viſo ſub num. 2. Pari.
d.conſi.86.Ad veram.colum.5.num.25.verſ.Prout
etiam hac coniectura tollitur.& num.26.volu.2.&
Cur.iun.conſi.92.Habita diligenti conſideratione.
colum.2.verſi.Sed quid fortius.& conſil. 135. Præ-
ſupponitur in facto.colum.3. in fi.nu.8.verſic. Vbi
inquit, ꝙ appellatione filiorum. vbi concluditur,
quòd fideicommiſſaria ſubſtitutio liberis facta, ne
potibus facta non dicitur,quia filiorum,aut libero
rum appellatione, non continentur ex proprio ſi-
gnificatu,nec ex legis,vel hominis interpretatione
nepotes,vbi de onere tractatur, vt in fideicommiſ-
ſaria eſt ſubſtitutione.l.cohæredi.§. cum filiæ. ff.de
vulgaris,& pupillaris.& qui aiunt , quòd filiorum
appellatione nepotes continentur, vbi filij proprio
nomine nuncupati hæredes,inſtituti fuerunt, vt in
caſu propoſito , inquit ibi Curt. quòd maius aſſe-
runt mendacium,quod in vniuerſum dici queat :
23 Nam ſicut quando filii expreſſis nominibus in te-
ſtamento inſtituti ſunt ,huiuſmodi inſtitutio in fi-
lijs reſtringitur,quorum propria nomina expreſſa
ſunt,ad aliaſque perſonas nullo pacto extenditur ,
ut not.per gloſſ. & Bartol. in l. ſi quis ita. §. primo,
ff.de teſtam.intel.Bart.in dicta l.liberorum.colum-
na.ſecunda,&in dict.l.Gallus.§.inſtituens.cum alijs
per Aymo relatis.d.conſi.98.colum.2.num.9.verſ.
Quarto pro reſtrictione.Ita in ſubſtitutione, in qua
ipſi filij grauati fuerunt dicendum eſt , vt tradit ibi-
dem Aymo num.ſeptimo.verſicu.Secunda reſtri-
ctio.& ad hoc optimè regula facit,quã tradit Aret.
in d.l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.col.3. prope fi. ver.
Secundo adde in quantum.vbi inquit quod etſi te-
ſtatoris diſpoſitio vno in caſu facta ad alium ex taci
ta & veriſimili teſtatoris mente porrigatur.l.Titius.
24 §.Lucius.de liber.& poſthum.& l.fina. C.eod. Se-
cus tamen inquit,ſi extenſio de perſona ad perſonã
fieri debeat , quia huiuſmodi extenſio etiam ex ta-
cita,veriſimilique teſtatoris mẽte fieri non debet,
tex.inducit in l.ſi quis ita.§.pen. de teſtam.tutel. &
gloſſ.in d.l.Titius.in princ.& ita conſuluit Iaſ.conſi.
220.Nodoſa eſt.colum.tertia, in princip. & conſil.
228.In iſto themate.colum.2.in princ.verſicu. Sed
præmiſſis non obſt.volum.2.Idem conſi.29.Nico-
linus.& conſi.30.Teſtator Ioanni.colum. 1. in fin.
verſ. Secundo facit.vol.3.Dec.conſ.211.Subtilis eſt
caſus.col.3.verſi.Secus eſt ſi extenſio. conſi. 218. In
caſu.colum.3.in prin.verſi.Et ex his comprobatur,
conſi.287.In ciuitate Placentiæ.col.3. in fin. conſil.
291.Viſis.colum.3.verſ.Secundo præmitto.& con-
ſi.697.His ſtantib.colum.2. in prin. num. 13. Rub.
Alexand.conſi.31.Præſupponitur in facto.col.2. in
fi.Aymo.d.conſi.98.Nobilis.col.3. num. 13.verſic.
Septimo conſidero.& conſi.161.Verba ſubſtitutio
nis.col.pen.nu.11.verſi.Sexto ſi dicamus.vol. 1.Pa
riſi.conſi.20.In hac.col.5.nu.48.vol.3.conſ. 108. Vi-
di teſtamentum.num.41.vol.2.conſi.86.Ad veram.
colum.7.in fi.num.35.& conſi.87.Vidi,& legi.col.
3.in prin.num.12.uerſicu.Et etiam quia.cod.lib. 2.
Hyppo.in ſing.499.Licet diſpoſitio. latè Tiraquel.
in repeti.l. ſi vnquam. in verbo. libertis. nume. 28.
verſi.Idemque maxime.C.de reuocan.dona.Idem
in tract.de vtroq; retrac.§.1.in gl.9. in ver. Ou ligna
gier.nu.39.ver.Iiẽ hæc conſuetudo.& in trac.de le-
gi.connubiali.poſt leges.in glo.tertia.verſicu.Con-
tracter numero 183.& Roland. conſil. 94. Senten-
tia.

tia. num.vigeſimo.verſi.Et maximè. vol.ſecundo. vbi omnes communiter concludunt quòd ſubſtitutio de perſona ad perſonam non extenditur,& ſi huiuſmodi diſpoſitio ad Chriſtofori poſthumi perſonam extenderetur,ſequeretur quod Oldradi, Io.and.& ſequacium deciſio,de qua ſupra,raro,imo nunquam locum haberet, ut inquit Aymo.d. conſi.98.col. pe.ad fi.uerſi.non obſtat quartum.& quod ad ipſum poſthumum non extendatur, nec ipſe grauatus fuerit,apparet ex eo, quia filii in teſtamento tantum grauati fuerunt, qui hęredes erant inſtituti,dum in eo fertur,& uno ipſorum.i.filiorũ nominatorum, quandocunque decedente ſine filiis,ſupraviuentes ſubſtitui:quod uerbum ad inſtitutos tantum refertur,qui grauato ſuperuiuerent, & non ad eorum filios, ut late probat Pariſi.conſi. 37.ſi bona.col.7.ad fi. numer.51.cum pluribus ſeq. uol.2.& cum inter alios filios inſtitutos Chriſtoforus ſenior Chriſtofori poſthumi pater adeſſet,reſultabat quod idem Chriſtoforus ſenior teſtatoris filius grauatus eſſet,ſi abſque filiis obiret, ſed hic ſubſtitutionis caſus in perſonam Chriſtofori ſenioris grauati locum non habuit,quia cum Chriſtoforo poſthumo deceſſit.& quamuis huiuſmodi caſus in poſthumi perſonam contigerit, quod abſque filiis obierit, ipſe tamen grauatus non intelligitur, quia de ipſo teſtator non diſpoſuit,& qui dicere intendit ſubſtitutionem prędictam poſthumum nepotem compræhendere, de eoque loqui probare tenetur, quia ſemper dici poteſt,ſubſtitutio hoc caſu nõ loquitur,ita dixit Io.and.in addi.ad Spec.in tit. de teſt. §.1.uerſi.occurrit an fi.Abb.conſ.140.facti contingentia.parte prima.Soc.ſeni.conſi.62. uiſo capitulo col.2. uerſi.& imprimis iſta concluſio.& conſi.63. viſis teſtamento.col.7.in prin.num.14. uol.3.Gozadi.conſi.21.videtur dicendum.col.2.num.8.uerſi.ſecundo quando inſtitutus, & conſi.59. prima facie. in prin.Pariſi.conſi.31.Conſiderato. col.2.nume.6. uerſi. & locum habet. uol.2.& Aymo. d.conſi.161. num.16.ſed toto teſtamenti tenore inſpecto,totaque ſubſtitutioneque perlecta non reperitur,quod Chriſtoforus poſthumus ſit ad Nicolai teſtatoris hæreditatem uocatus,hęredibuſque inſtitutis reſtituere grauatus ſit :ſi abſque filiis decederet. Caſus hic igitur tanquam omiſſus in iuris communis diſpoſitione remanet.l. cõmodiſſime.de libe.& poſthu.& l.ſi eum dotem.cum ſimili.ff.ſol.mat.Subſtituendo igitur modo prædicto, huiuſmodi diſpoſitio ad filios inſtitutos tantum, & non ad filiorum filios refertur.Non obſtat tertium de coniecturam & tacita teſtatoris uoluntate fundamentum, quia ad illud reſponſio patet per ea quæ in præcedenti reſponſione dictum eſt,ex quo illud non procedit, ubi de perſona ad perſonã fieret extenſio. Nec maſculorum inſtitutorũ coniectura refragatur;quia il la forſam procedere poſſet ubi Chriſtoforus ſenior grauatus cum filia prædeceſſiſſet,ut conſuluit Dec. conſi.270.Dominus Raynaldus.col.2. uerſi. ſed ſupradictis non obſtantibus. Sed quia cum maſculo poſthumo mortuus eſt,quia nullo pacto grauatus reperitur,ut ſuperius demonſtratum fuit, ergo huiuſmodi coniectura nihil operatur : nam quamuis ipſe,per quem conditio defecit, abſque filiis poſtea defunctus fuerit, fideicommiſſum tamen locum non habet, quod ſemel extinctum fuit, ut dictum eſt per deciſionem Oldra.Io.and.& ſequacium,ſed bona penes ipſum libera remanſerunt, cum amplius de Nicolai teſtatoris hæreditate non tractetur ſed de hæreditate tam Chriſtofori ſenioris, quàm Chriſtophori iunioris poſthumi iux.l.§.ueteres.de acqui.poſ.Poterat enim Chriſtoforus ſenior teſtamentum condere,ventremque ac poſthumum naſciturum inſtituere, per cuius natiuitatem fideicõmiſſum expirabat, prout expirauit, ut dictum eſt per tex.in d.l.iubemus.§. ſin autem.C.ad trebel.bona igitur ad ſubſtitutos petita deuenire nõ debent, nec in familia Nicolai teſtatoris remanere,cum de hoc uerbũ nullum in teſtamẽto appareat, & agna-
25 tionis conſeruandæ ratio non attenditur, cum in eodem teſtamento minime ſit expreſſa, vt inquit Bar.in d.l.liberorum.col.5.uerſi.pone ſtatuto caue tur.in fi.Are.conſi.27.proponitur.col.fi. ad fi.nu.3. uerſi.Nec obſtant iura.Alex.conſi.97. Viſo themate.col.fi. prope fi. uerſi. nec obſtat ultimum argumentum.uol.2.pro hoc facit, quia agnationis conſeruandę ratio nõ inſpicitur, niſi in ſpecificatis perſonis,vnde quamuis ex ſtatuti forma filius ſororẽ excludat,nepos tamen amitam non excludit,ita inquit Bal.in l.ſed & milites.ff.de excuſa.tuto.& tamẽ agnationis conſeruandæ ratio, quę eſt in filio,etiã in nepote militaret. Ex quo datur intelligi argumẽtum a ratione conſeruandæ agnationis non valere prout quàmplura adducit Dec.exempla conſi.511. uiſo teſtamento.col.fi.uerſi.Sed reſpondetur.Quartum quoque non refragatur fundamentum, cum ſit per ea ſublatum,quæ in præcedenti reſponſione ad ſecundum fundamentum dicta ſunt, ac etiam per præcedentem reſponſionem, cum id quoque tendat ex coniectura ta teſtatoris mente : Prætetea huiuſmodi argumentum in caſu propoſito nõ procedit,cum ſubſtitutio de filiis facta in illis uerificata fuerit,ad alioſque extendi non poteſt. Argumentum enim contrarium forſan procedere poſſet, vbi ſubſtitutio in perſonam filiorum verificata non fuiſſet, tunc enim ratione ſubrogationis nepotes grauati uidentur eo modo quo filii grauati erant, & præſertim ubi nepotes uiuo teſtatore loco filiorum ſucceſſiſſent, prout Alex.loquitur cõſi.9.viſis uerbis teſtamenti.uol.1. Minuſque ultimum refragatur fundamentum,quod filii in conditione poſi-
26 ti uocati cenſeãtur,& propterea grauari potuerint iuxta theoricam Bar.in d l.centurio.colum.11.uerſ. quæro vlterius.quid ſi teſtator.quoniam reſpondetur, quòd cum filiorum filii in conditione poſiti fuerint & non in diſpoſitione,vocati non dicuntur, nec tãquam a teſtatore inuitati uenire poſſunt. l. ſi quis ſub conditione. ff.ſi quis omiſ. cau.teſta.& cũ inſtituti non fuerint nec uocati, grauati non ſunt, nec grauari potuerũt,quia nõ honorati grauari nequeunt.l.ab eo.C.de fideicom.& ibi not.omnes.& in l.ſed ſi ſic.§.fi.de leg.3.in l.cum filiofam.de leg. 1.& poſt Bar.per omnes in d.l.centurio.& quamuis verba illa in ſubſtitutione appoſita,uidelicet,et uno ipſorum quandocunque ſine filiis decedente futurum euẽtum reſpiciant, nullo tamen pacto ueniũt nepotes,ex quo filii ſunt tantum in conditione poſiti,& uocati non cenſentur, & cõſequenter grauari nequeunt,& ita reſpondet Soc.ſeni.cõſi.104.quoniam præſens.col.2.& conſi.116.in cauſa filiorum. col.4.& 5.uol.3.& poſt eum Pariſi.d. conſi.86.col. 5.ſub num.24.cum duobus ſeq.vol.2. nec doctrina Bar.in d.l.centurio.ad caſum noſtrum facit,cum ipſe loquatur quando filiorum filii grauati fuerunt, dum inquit,ſi uerò a filiorum filiis nominatim relinquit,tunc fideicommiſſum valeat:in caſu autem propoſito fideicommiſſum non fuit a filiorum filiis relictum,& ſic eis nulla facta fuit ſubſtitutio,ſed filii hæredes inſtituti grauati tantum fuerunt,ſi abſque filiis decederent. & ſic a caſu, & doctrina Bar. diuerſum eſt, quinimmo etiam quòd in caſu de quo ibi per Bar.eſſemus, dico magis communem opinionem contra Bar. eſſe, ut concludit Alex.ibi in pe.

in pe.col.ubi atteſtatur ſe contra Bar. ſæpius conſi-
luiſſe,ut patet eius conſi.91. ponderatis.col.4. ad fi.
num.8.uol.1.conſi.185.viſo titulo.col.3.in prin.uer
ſi.& dicunt præfati. conſi.199.uiſo. col.2.numer.8.
uol.2.conſi.219.uiſo teſtamento.uerſi.tamē ad hoc
eo.lib.conſi.22.uiſis.col.fi.uol.3.& conſi.55.perſpe
ctis.col.4.& 5.uol.4.Ruy.conſi.101.ſuper his.colu.
2.num.4.uerſi. ſed præmiſſis.& col.3. in prin;uol.2.
conſi.149.pro deciſione.col.1.& conſi.130.uiſo te-
ſtamento.col.2.prope fi.nume.7.eo.lib.2.ubi con-
tra Bar. magis communē opi. eſſe atteſtatur. idem
contra Bar.conſuluit Pariſi conſi.31 Conſiderato.
col;5.uol.2.conſi.75.Circa teſtamentum. col.7.nu.
44.& conſi.86.num.13.eo.lib.5.cum aliis concord.
ibi per eoſdem relatis. etiam per Clar. in d.tract.de
teſtam.in q.78.uerſ.Sed quicquid dicant præallega-
ti Do.vbi infinitos allegat tenentes magis commu-
nem opi.ſe contra Bar.& ita refert plures idem tenē
tes Port.Imo.in lib.2.concluſ.in 10. concluſ. in 4.li-
mita. & ex his omnia fundamenta ex aduerſo alle-
gata ſublata uidentur, & propterea firma remanet
concluſio fideicommiſſum in caſu propoſito expi
raſſe,& locum nō habere,& ideo D.Flora Chriſto-
foro eius filio poſthumo ab inteſtato ſuccedens a
petiis ex aduerſo cum expenſarum uictoria abſol-
uenda uenit iux.l.cum quem temere.cum ſimili.ff.
de iudi. & ita de iure reſpondendum cenſeo ego
Mattheus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem
omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris
Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio,bonorumque ac iurium ſibi competentium ceſ-
ſio per Monialem ſine ſuperioris decreto facta non valet.*
2 *Alienatio bonorum, & iurium Eccleſiæ non eſt permiſſa niſi
duobus caſibus,videlicet ob neceſſitatem,& in Eccleſiæ vti
litatem.*
*Bona immobilia eccleſiæ abſque ſuperioris decreto alienari
non poſſunt.ibidem.*
3 *Licentia ſummi Pontificis in ceſſione, & bonorum immobi-
lium renunciatione per nouicium facta etiam cum iura-
mento requiritur.*
4 *Tractatus in ceſſione,bonorumque immobilium Eccleſiæ alie
natione requiritur,& ſæpe,& ſæpius,& de per ſe,& ſepa-
ratim ab alienationis inſtrumento interuenire debet, alio-
quin ceſſio,& alienatio non valet.*
5 *Solemnitates de iure requiſitæ an ex temporis diuturnitate
interueniſſe præſumantur.*
6 *Curſus decem,vel duodecim annorum ad præſumptionem in
ducendam non ſufficit,quòd tractatus in alienatione bono-
rum Eccleſiæ interuenerit.*
7 *Diuturnitas temporis videlicet decem, vel duodecim anno-
rum,quamuis præſumi faciat omnes ſolemnitates interue-
niſſe, id procedit,vbi de acquirendo agitur,ſecus ſi de ſole-
mnitate principaliter præſumenda in alterius detrimentum
ageretur, tunc enim triginta annorum, diuturnitas requi-
ritur.*
8 *Ceſſio,bonorumque ac iurium eccleſiæ renunciatio etiam iu-
rata non valet,niſi in euidentem Eccleſiæ vtilitatem facta
ſit,& abſolutio a iuramento tali caſu non requiritur.*
9 *Abſolutio a iuramento non requiritur, vbi ceſſio,bonorum-
que, & iurium Eccleſiæ renunciatio iurata in euidentem Ec
cleſiæ vtilitatem non cedit,& caſu quoad cautelam petita
fuiſſet,neceſſaria non eſt partis citatio.*
*Citatio partis quo caſu neceſſaria ſit, quando a iuramento
abſolutio petita fuit,ibidem.*
10 *Abſolutio vbi a temerario iuramento ex parte, præſtantis pe
titur,fit abſque partis citatione.*
11 *Iuramentum contra canonum ſtatuta, in damnumque eccle-
ſiæ præſtitum nihil operatur.*

CONSILIVM XXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio,amen.

VLTRA reſponſiones per nos in reſo-
lutione eorum quæ aduerſus Monia-
les ſanctæ Claræ opponebantur, tradi-
1 tas,adduco etiam quòd renūciatio per
ſororem Lauram, & Moniales facta nō
ualet neque tenet,ex quo abſque ſuperioris decre-
to facta fuit, ut in terminis terminantibus conſul-
uit Bal.conſi.246.Monialis cum auctoritate Abba
tiſſæ.uol.1.ubi decidit quod ſi Monialis, & conuen
tus fratri ſuo omnia bona, & iura ceſſit, quæ in pa-
terna vel materna hæreditate habebat, huiuſmodi
ceſſio reſpectu bonorum immobilium non tenet,
2 quia bonorum,& iurium Eccleſiæ alienatio nō eſt
permiſſa niſi in duobus caſibus,uidelicet ob neceſ-
ſitatem, & utilitatem. c.1.& 2.ex. de reb.eccle.non
alienā. & in clem. & not.Abb.in c.nulli,ex.eo.tit.&
Affli.in conſi. Regni. conſtitutione quanto cæte-
ris.in 1.not.ſub num.3.& bona Eccleſiæ ſtabilia abſ
que ſuperioris decreto alienari non poſſunt. clem.
Monaſteriorum. de reb. eccle. non alienan. idem
tenet Io.And.in c.2.in 2.glo.de reb. eccle.non alie-
nan. in 6.& firmat Affli.in conſti. regni.in conſti-
tutio. Iuſtitiarios.rub.36. in 3.not. & hoc procedit
etiam ſi iuramentum in dicta renunciatione inter-
ueniſſet;ut eſt tex.in d.c. 2.§. contractus. idem con-
ſuluit Aymo.conſi.152.Circa teſtamentum. col.2.
ad fi.uerſi.Hoc ita præſuppoſito. ſuper ceſſione,&
3 renunciatione per Nouicium facta abſque ſummi
Pontificis licentia,quæ in huiuſmodi ceſſione,& re
nunciatione requirebatur, & iuramento nō firma-
tur,vt per eundem ibidem n.11. Et quamuis Anch.
Gemi. & Phi.Franc.in c.1.de reb.eccle. non alię.in
6.contrarium teneant.ſ.decretum nō requiri,dum
modo aliæ ſolemnitates interueniant, præmiſſa in
cauſę cognitione ut tradit Couarru.in 2. lib. uaria.
reſolu.c.17. ſub num.1. in fi. quæ omnino requiri-
4 tur ut late declarat Benintend.in deciſ.2. Nihilomi
nus dico quod cum hac in renuntiatione, bonorū-
que ac iurium maternorum ceſſione iam dictis Mo
nialibus per mortem D.Helyſabetæ matris ſororis
Lauræ acquiſitorum tractatus non interuenerit,ut
de iure requirebatur, ut eſt tex.in c.ſine exceptione
12.q.2.d.c.nulli.& ibi Abb. & alii. & expreſſe in d.c.
2.§.& quia etiam tractatus.de reb.eccle.non alien.
in 6.& ibi.plene per Doc.per Bal. pulchre cōſi.378.
Factum tale eſt.ſuper quo petitur ſapientis conſiliū
uol.3.per Alex.conſi.17. viſo inſtrumento.col.2.in
prin.uerſi.Confirmatur quia nume.6. uol.4.& co-
pioſe per Gramma. in deciſ.79. in cauſa Reuer.Epi
ſcopi.col.4.num.15.cum ſequentibus.qui omnino
uideatur.non valet neque tenet aliquo pacto dicta
renunciatio, etiam, quod iuramentum interuene-
rit,ut dictum eſt, & talis tractatus ſępe, & ſæpius,&
de per ſe,& a ceſſionis inſtrumento ſeparatim inter
uenire debebat,& de eo in alio inſtrumento appa-
rere, ut in terminis decidit Pau.de Ca.conſi.38.ſu-
per eo quod quæritur. uiſo ſtatuto.circa fi.uol.2.in
nouiſ. quem refert & ſequitur Alex.d.conſi.17.col.
2.num.7. & Pet. Benintend. in deciſ. Bononien.2.
Dubitatum fuit.ſub num.4. cum aliis concord.de
quibus per Roland. conſ.15.in præſenti cauſa.nu.
20.cum quatuor ſeq.uol.1.& conſi.33. n.12.eo. lib.
qui nedum non ſępe & ſępius, ſed nec ſemel inter-
uenit, qui etiam unus ſufficit, ut communiter te-
neat Doc.in c.tua nuper. de reb. eccle. non alię. cū

aliis per Rol.relatis.d.conſi.15.nu. 10. ergo renun-
5 ciatio & ceſſio nõ tenet. Nec dici poteſt, quòd talis
tractatus, cunctæq; ſolẽnitates de iure requiſitæ ex
tẽporis diuturnitate interceſſiſſe præſumantur iux.
l.ſi filius.C.de pet.hære.& l. qui in aliena. in prin.ff.
de acq.hæred.& quod not. Bal.Ang. Alex. & alii in
l.ſciendum.de uerbo.obliga.& Rolan.conſi.99. Vi
6 ſo ſtatuto.nu.27.& nu.33. vol. 2. Quia ſolus decem
aut duodecim annorũ curſus, ut eſt in caſu noſtro,
non ſufficit ad præſumptionem inducẽdam, quòd
tractatus interuenerit, cum tẽporis antiquitas, uel
ſaltem uiginti uel triginta annorum curſus requira
tur, vt conſuluit Dec.conſi.36. Et pro tenui.colum.
pen.propè fi.ver. Vltimo non obſtat.ubi Ancha. al
legat conſ.135. Ex conſilijs. concludentem, quòd
ex triginta annorum curſu omnis tollitur defectus
& ſolemnitas quę requiritur, & contra alienationis
r. i eccleſiaſticę contractum allegari poſſit.& idem
ſequitur Alex.conſi.79. Circa primum.volum.1.&
de communi opi. atteſtatur Gozad.conſi.73. Circa
dubia.col.3.poſt princ.nu.19.uerſ. Iſtis tamen non
obſtan.cum ſequen.& Iaſ.conſi.54. In præſenti cau
ſa.col.4.uerſi. Tertiò principaliter moueor.uolu.1.
& alias pro Marci Gamboni hęredibus conſului, vt
patet conſi.146. incip. Ex nimia temporis breuita-
te.num.4.verſicu. Quia reſpondetur. & num. 5. &
7 num.6 vol.2. Et poſito quòd temporis diuturnitas
præſumi faciat omnes interueniſſe ſolemnitates, il-
lud procedit, ubi de acquirendo agitur, ſecus eſſet,
ubi de præſumenda principaliter ageretur ſolemni
tate in alterius detrimentum, tunc enim longi tem
poris diuturnitas decem aut duodecim annorum
non ſufficit, ſed triginta annorum tempus requiri-
tur, ut probatur in ca. peruenit.ext.de emp.& uen-
di.cum gl.quam ad hoc reputat ibi Imo. bene not.
& firmat ac ſequitur Alex. conſi. 1. Ponderatis his.
col.pen.in fi.uer. Confirmo quia poſito.uol.4.& d.
conſi.17.colum.2.ad fi.num.9 verſic. Quia reſpon-
deo.& Iaſ.in l.ſi certis annis.colum.quarta.in quin
ta limitatione.C.de pact.& firmat Grammati. in d.
deciſio.79.colum.1.num.2. & regula prædicta non
procedit quando inſtrumenta uel acta producta
ſunt, & ex eorum inſpectione apparet defectus ſo-
lemnitatis, tunc per ea non præſumitur etiam in fa-
cto antiquo propter euidentiam facti non ſolem-
nis, ut ſignanter conſuluit Pau.de Caſt.conſi.48.ſe-
cundum anti. impreſ. qui non inuenitur in nouis
quem refert & ſequitur.Cur.iun.conſi.130.num.4.
Sed in caſu noſtro ex inſpectione inſtrumenti renũ
ciationis in iudicio producti apparet ſolemnitates
de iure requiſitas in eo non interueniſſe, ergo re
8 nũciatio & ceſſio iuriũ non ualet. Et eſto millies ꝙ
talis interueniſſet tractatus, ſi tamen ceſſionem, re-
nunciationemq; conſtat in euidentem Eccleſiæ v-
tilitatem, uel ob eius neceſſitatem non fuiſſe, cùm
eo caſu non ualeat neque permiſſa ſit, iuxt.textũ in
d.cap.primo.& ſecundo.de reb.eccle.non alien.in
ſexto.& in clem.prima.eod.titu.per Afflic. in dict.
conſtitu. Quanto cæteris.in 1.not.ſub nu.3. & in d.
conſtitu. Iuſtitiarios.in 3.nota.nu.3.& not. Abb.in
d.ca.nulli. & Pariſ. conſi.24. Eſto quòd regulariter.
in prin.vol.4.non tamen huiuſmodi alienatio vale
bit, quia in ea neceſſitatis, vel utilitatis, aut pietatis, ſi
ue incommoditatis cauſa interuenire debet, vt per
Alexand.dict.conſi.17.ſub numero ſeptimo, & per
Roland.dict.conſilio 15.numero 16.verſ. Secundo
principaliter. Sed in caſu propoſito euidentiſſimè
patet enormiſſimum damnũ ſororis Lauræ & Mo
nialium ob ceſſionem omnium bonorum & iuriũ
hæreditatis maternæ & paternæ ob modicam dotẽ
ſibi conſtitutam, ergo huiuſmodi alienatio vti Eccle
ſiæ præiudicialis non tenet, & iuramẽtum in ea ap-
poſitum nihil operatur, vt inquit tex.in d.capit.2.§.
contractus.& facit.tex.in capitu. ſicut.il primo. ext.
9 de iureiu. Et hoc caſu inquit Gemi.conſil.60. Circa
dubium.colum.2.num.8.uerſicu. Ex iſtis ergo in-
fertur.& uerſic. Ex præmiſſis patet.quòd abſolutio
a iuramento non requiritur, quia iuramentum
non ligat, & caſu quo ad cautelam petita fuiſſet, in
huiuſmodi abſolutione partis citatio neceſſaria
non erat.capitu.dilecti.ext.de maiorit.& obedient.
10 Quando.n. abſolutio ex parte præſtantis a temera-
rio iuramento petitur, ut in præſenti caſu, abſolu-
tio fit abſq; partis citatione, ut eſt tex.in c.conſtitu-
tis.extr.de teſti.& cap.cum quidam. §. primo. extr.
de iureiur.& tenet Ioan. Andr. in addi.ad Speculat.
in rub.de iureiu. & fuit dictum Oldrad. conſil. 120.
Ad duplicem finem.& conſi.186. Licet ex ordine.
quem allegat Gemi.d.conſi.60. ſub nume. octauo.
11 Et hoc quia iuramentum contra canonum ſtatuta
non tenet.cap.ſi diligenti.in fi.extr.de for.comp. &
ſimiliter quia in detrimentum Eccleſiæ præſtitum
nihil operatur. dict. §. contractus.& dict.capitu. ſi-
cut. ex quibus patet clara reſponſio nedum ad al-
legata contra dictas moniales, uerum etiam ad
earum fauorem ſuper meritis cauſæ principa-
lis. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Mat
thæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem om-
nipotentis Dei ac glorioſiſſimę uirginis matris Ma
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Retentio rei locatæ conductori datur alienatione rei ſecuta pro intereſſe conductoris, & pro pœna, quando in locationis inſtrumento ſpecialis vel generalis hypotheca appoſita fuit.*

2 *Mora per debitorem ante crediti liquidationem committi non poteſt.*

3 *Debitum quando non eſt liquidum, ſufficit debitorem coram iudice creditorem interpellare, vt calculator ad rationes, & computa calculandum, & in ſaldum reducendum deputetur.*

4 *Oblatio ſeu interpellatio per debitorem in iudicio abſq; depoſitione ante litis conteſtationem facta, vt quis ad rationes, & computa calculandum, inſaldumq; ponendum deputetur, iudicium contra debitorem euitari facit, ſi vero ſit poſt litis conteſtationem, debitoris moram purgat, operaturq; vt ab obſeruatione iudicij debitor abſoluatur.*

5 *Oblatio extraiudicialiter facta ſine conſignatione & depoſitione ad caducitatem euitandam ſufficit, & operatur quòd vbi debitor fuit ante litem conteſtatam in mora conſtitutus mora illa per huiuſmodi oblationem purgatur.*

Mora ſicut iudicialiter commiſſa fuit, ita iudicialiter purgari debet. ibidem.

6 *Mora de æquitate canonica ſemper purgari poteſt, etiam quòd iuramentum interuenerit, ſi locator non fuit in damno, maximè ſubſiſtente legitima cauſa moram purgandi.*

7 *Impedimentum legitimum quem a pœna, & a periurio excuſat.*

CONSILIVM XXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 PRO reſolutione eorum quæ contra Iacobum Armelinum deducuntur, breuiter quo ad primum concludo communem eſſe opinionem, quòd ſecuta rei locatæ alienatione, rei retentio conductori pro omni ſuo intereſſe, & pro pœna datur, quādo hypotheca fuit ſpecialis, ſiue generalis in locationis inſtrumento pro contractus obſeruatione, abſque prohibitione, vel pacto de non alienando apponatur, hanc concluſionem tenet Bart. in l. qui fundum, ff. loca. ſequitur Pau. de Caſt. in l. ſi merces. §. ſi fundum. cod. tit. Alex. conſi. 118. in caſu. de quo quæritur. col. fi. vol. 2. cum alijs plene per Moder. Fanen. congeſtis in tract. de pign. in 1. memb. ſecundæ par. col. 4. in fi. num. 6. verſ. Sed in prædictis inſurgit. & Roland. conſil. 6. Quoniam. col. 2. num. 8. verſ. his
2 tamen. cum ſeq. uol. 1. Quò ad ſecundum, dico moram ante crediti liquidationem per Iacobum committi non potuiſſe, vt tradit Bald. in l. acceptam. col. 3. in fin. oppoſ. C. de vſur. & conſil 461. ſuper primo puncto dicendum eſt. circa fi. vol. 2. Alex. conſil. 49. inſpectis. col. 1. verſic. Et præſertim cum quantitas. vol. 2. & in l. ſi inſulam. col. 7. in prin. num. 21. verſic. octauo fallit. ff. de verb. oblig. Soc. ſen. conſil. 109. nō potuiſſent. col. 2. ad fi. num. 4. verſicul. confirmatur hæc pars. vol. 1. Iaſ. in l. ita ſtipulatus eſſem. in 4. not. de verb. oblig. & Dec. conſil. 2. col. 3. ad fi. ver. Secundo quantum ad alios. Et hoc probatur in l. in fideicommiſſi. in princ. ff. de vſur. & illum tex. ad hoc pōderat Bal. in lectura antiqua, dicens quòd mora nūquam contrahi poteſt, niſi debitum ſit liquidum, quod etiam ſequitur Baueri. in tract. de mora. in tertia parte. col. 2. in fi. num 8. verſ. Quinto tempera. Et
3 hoc auctoritate Bar. comprobatur in l. pen. ff. de diſtrac. pigno. dum vult quod vbi debitum non eſt liquidum, ſatis eſt quòd debitor coram iudice creditorem interpellat, (vt in caſu propoſito actum eſt) vt ad rationes, & computa calculandum, in ſaldumque reducēdum calculator deputetur, idem firmat Alex. conſil. 24. inſpecto proceſſu. ad fi. uol. 4. & Veronen. caut. 27. Nota quod vbi debitum. Iaſo. in l. 1. col. 1. ff. qui ſatiſda. cog. & Corne. conſil. 85. Videtur prima facie. uol. 4. Et huiuſmodi interpellatio, ſiue
4 oblatio in iudicio, abſque alia depoſitione, & obſignatione facta iudicium euitari facit, ſi ante litis cōteſtationem fiat. Si verò poſt litem cōteſtatam fiat, omnem debitoris moram purgat, operaturq́; vt ab obſeruatione iudicij debitor abſolui debeat, & ſic ſententiam euitat, vt tradit Bar. in l. ſi reus paratus. & ibi Bald. & alij. ff. de proc. not. in §. fi. Inſt. de perpet.
5 & temp. act. & in l. ſi domus. §. in pecuniam. de leg. 1. Et oblatio etiam extraiudicialiter ſine conſignatione, & depoſitione facta ad caducitatem euitandam ſufficit ſecundum Neguſan. in d. tract. de pign. in 3. par. 3. memb. 5. par. n. 3. ver. ſed in hoc eſt aduertendum. & ibi nu. 2. tenet ꝙ oblatio verbalis vbi extraiudicialiter facta eſt, hunc parit effectū, ꝙ vbi debitor fuit ante litis conteſtationem in mora conſtitutus, illa mora per dictam oblationem purgatur, vt eſt tex. & ibi doct. in l. ſi ſeruum Stichum. §. ſequitur. ff. de verb. obl. & habetur per Bar. in l. ſed & ſi alia. ff. de conſt. pec. At in caſu propoſito Iacobus nedum extra iudicialiter affictum, & penſionem obtulit, vt ex teſtium depoſitionibus conſtat, verumetiam in iudicio: nedum verbaliter, ſed realiter, & cum effectu, vt ex inſtrumentis in proceſſu productis patet. Et ideo inquit Barto. in d. l. ſi inſulam. in 1. oppoſ. 2. par. prin. ꝙ qui poſt litis conteſtationem vult moram purgare, rem in iudicio offerre debet, quia ſicut mora iudicialiter commiſſa fuit, ita iudicialiter purgari debet. arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & hoc quando mora per litis conteſtationem commiſſa fuit, alioquin ſi ante iudicium commiſſa fuiſſet, ſufficit etiam extraiudicialiter ante offerre, & cū Bar. tenet Sal. in repet. l. ſi mora. in 4. q. princ. ff. ſolu. mat. & in d. l. ſed & ſi alia. ff. de conſt. pecu. cum alijs per Neguſan. vbi ſupra relatis ſub nu. 2. verſic. ſed ſi mora debitoris. Et ex his etiam tertia tollitur dubitatio de Iacobi conductoris ſcientia. Quia quamuis forte dici poſſet per illam ſcientiam in mora conſtitutum fuiſſe, illa tamen per iudicialem oblationem & depoſitum in iudicio factum penitus purgata &
6 extincta fuit, vt ſupra demonſtratum eſt. Vltimum dubium etiam non reſiagatur, quia de æquitate canonica mora ſemper purgari poteſt, etiam quòd iuramentum, & dies, ac pœna interuenerit, ſi locator in damno non fuit, ſecundum Bald. in l. qui crimen. in ſecunda quæſtione. C. qui accuſa. non poſſ. per nota. in capitu. apud miſericordem. trigeſimaſecunda quæſtione prima. & in capitul. beatus. vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda. & idem vult Bald. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. Alexand. & Iaſo. in l. ſi quis maior. C. de tranſa. & ſic infertur quod in terris Eccleſiæ ſemper moram purgare licebit, ſi aduerſarius ob moram damnum minime paſſus ſit vt infert Bertran. conſi. 142. Viſo caſu. vol. 1. Et quāuis Alex. in d. l. ſi inſulam. in 11. col. nu. 38. verſi. item adde quod de æquitate canonica. aliter ſentire videatur, nam ſecundum eum prædicta in foro tantum pœnitentiali locum habent, in foro autem iudiciali etiam de iure canonico ſecus. Contraria tamen opinio verior eſt, quia immo in quocunque foro reperitur in hoc a iure ciuili receſſum. per c. tuam. extra. de pœnis. vbi habetur ſecundum Hoſt. intellectum in ſumma. de arb. §. qualiter. verſic. ſed nunquid religioſi. quòd de æquitate canonica mora quandocunque purgari poteſt, ſi aduerſarius non ſit damnum paſſus. & idem vult Ant. de But. & Abb. in capitul. dilecti. extra. de arbitr. & ad hoc non reſpondet Alexand. in d. l. ſi inſulam. Et confirmatur hæc opinio. Nam moræ purgatio non admittitur, vbi regulariter dies, & pœna adiecta eſt. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligatio. & de æquitate tamen canonica mora purgari poteſt, vt expreſſe probatur in capitul. potuit. de locat. Et ſimiliter in ſtipulationibus prætorijs, & iudicialibus, mora dicto caſu purgari poteſt. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. ſecundum vnum intellectum ibi per Bartol. & alios communiter approbatum. & per Bartol. in d. l. ſi inſulam. in quarta oppoſitio. primæ par. & ibi Ripa numero quadrageſimoprimo. Et hoc ſecundum Bartol. & docto. propter Prætoris æquitatem. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loco. Si ergo ex prætoria æquitate in hoc a iuris ciuilis rigore receditur, multo magis ob iuris canonici æquitatem moræ purgatio admitti, & concedi debet, eo caſu quo de iure ciuili prohibetur, & ſecundum hanc opinionem conſuluit, & determinat Ruyn. conſilio centeſimo trigeſimotertio. Quia iterum. in vltima columna. verſicul. Et ex his etiam infertur. volumine primo. & conſilio ſeptuageſimoquarto. Circa iſtum caſum. in penultima columna. verſicul. Præterea ad euitandam pœnam. volumine quinto. & ita late conſuluit Dec. conſilio centeſimo trigeſimooctauo. Et diligenter. columna 2. verſ. Et ad hoc etiam bene facit.

ſuo

ſub num.7. & maxime ſubſiſtente legitima moram purgandi cauſa, ſecundum Imol.in d. l. ſi inſulam, quem ibi citat Alex.in antepen.col.nu.37.uer.duodecimo fallit.& Ang.in d.l.& ſi poſt tres. ſi quis cau
7 tio.cum legitimum impedimentum excuſet a pœna.l.2.ff.cod.tit.& a periurio. l.ſi.qui ſatiſda.cog. & voluit glo.in l.ſi uero.ff.de iureiur.quæ legitima; iu ſtaq; cauſa in caſu propoſito fuit debito non extante liquido,ut ſuperius dictum eſt. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc, Arimin.ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio retrotrahitur, confirmatque ea quæ ab initio inualide ſubſecuta fuerunt.*
2 *Iuramentum parte non citata, ac etiam ea inuita ad effectum agendi relaxari poteſt, præſertim quando ad habilitandam perſonam petitur, vt non obſtante iuramento fraudem ac dolum contractus, enormiſſimamque læſionem detegere valeat.*
3 *Iuramentum nihil operatur, & contractus redditur nullus, vbi in illo adeſt enormiſſima, exceſſiuaque læſio.*
Actus ipſo iure nullus iuramento non firmatur. ibi.
4 *Filia patris teſtamentum ignorans patris hæreditatem ab inteſtato adire poteſt, bonorumque poſſeſſionem non obſtante iurata renunciatione apprehendere, non remanentibus alijs dicti ſui patris deſcendentibus.*
Iurans ad paternam ſucceſſionem non venire, in bonisque patris nihil petere, alijs deſcendentibus non extantibus ab inteſtato ſuccedere non prohibetur. ibid.
5 *Stante ſtatuto quòd nemini alij quàm hæredi liceat mortuo poſſeſſore defuncti bona auctoritate propria ſub certa pœna ingredi, filia tamen defuncti ſtatuti pœnam non incurrit, ſi patre mortuo, qui extraneum hæredem inſtituerat, bonorum poſſeſſionem patris apprehenderit.*
6 *Expenſa quo caſu per victorem a victo peti non poſſunt.*
7 *Legatarius rei legata poſſeſſionem auctoritate propria ante aditam hæreditatem, bonorumque hæreditariorum poſſeſſionem apprehenſam capere poteſt, tenetur tamen rem legatam hæredi reſtituere, ſed legatum poſt aditam hæreditatem occupatum perdit.*
Lex, non eſt dubium. C. de leg. in perſonis eccleſiaſticis locum ſibi non vendicat. ibid.
8 *Hæres per colonum poſſidere dicitur.*

CONSILIVM XXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN appellationis cauſa ex parte D. Lucretiæ de Aquilantibus interpoſitæ, contra ſororem Lauram de Braccifortis, & Moniales ſanctæ Claræ, pluribus medijs D. Lucretia inſurgere conatur. Primo ex perſ. narum illegitimatione. Secunda ex indebita iuramenti relaxatione. Tertio ex periurij incurſu. Quarto ex expenſarum refectione. Vltimo ex legati priuatione per bonorum hæreditariorum apprehenſionem ex propria auctoritate. Quæ omnia quã uis prima inſtantia latiſſime per nos ſublata fuerint, nunc tamen cum coram ſtrenuo, ac excellentiſſimo Iuriſconſulto breuis eſſe conabor. Primum igitur refragari non videtur, cum ex omnium retrogeſtorum ratificatione per ſororem Lauram, & Moniales de mandato in perſonam ſer Franciſci Curiei
1 conſtet, quæ ratihabitio retrotrahitur, eaq; confirmat, quæ ab initio inualide ſubſecuta fuerunt. l. licet. ff. de iud. l. fi. C. ad Maced. & reg. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. cum concordantib. per Mod. Ariminen. allegatis in tract. de nullita. proceſ. in vlt. rub. nu me. 101. Oppoſita autem procederent, vbi per opponentem ab initio proteſtatum fuiſſet, quòd litigare cum agente non intendit, niſi ſi, & in quãtum legitimum, ac ſufficiens haberet mandatum, ut tradit Veronen. cant. 15. Licet regulariter. Quod in pro
2 ceſſu minime apparet. ergo &c. Secundum tollitur, cum magis communis ſit doctorum ſententia, iuramentum parte non citata, quinimmo etiam inuita ad effectum agendi relaxari poſſe, vt eſt deciſ. Neap. 220. In cauſa domini Ioannis. col. 4. num. 10. uerſic. & iſta abſolutio, quam etiam ſequitur Epiſc. Sarnen. in tract. Breuium. num. 46. uerſic. iuramenti relaxatio. præſertim quando ad habilitandam perſonam petitur, vt non obſtante iuramento fraudẽ, ac dolum contractus ac enormiſſimam læſionem detegere valeat, vt conſuluit Anch. conſ. 18. in quæſtione quæ vertitur. col. 2. ad fi. num. 11. verſ. Tertio Oldra. & belliſſime diſtinguit Eufred. in additio. ad deciſ. Tholoſa. q. 62. Si diſpenſatio facta. & ita proſequitur ſplendidiſſimum modernorum ſydus Aymo. Grauet. conſil. 7. Eynimondus. col. 3. in princip. verſic. Et ſi dicas. vol. 1. & nouiſſime Galleſi. in tract. oblig. in ſor. camer. in 2. q. ſecundæ par. ad ſexta par ticu. oblig. came. numer. 4. ſol. 156. in paruis formis. ex quo tollitur quod ex diuerſo opponebatur, vt iuramenti habilitatio non ad ordinarium, ſed ad ſummum Pont. ſpectet, cum hoc reſpectu extinctionis uitium iuramenti procedat, ut pulchre conſuluit Olde. conſil. 130. ad duplicem finem. & Paul. de Ca. conſil. 305. Notandum eſt. col. 2. in fi. uerſi. præterea propter læſionem. uol. 2. in nouiſ. ubi relaxationem ab eccleſiaſtico iudice in ſimili caſu commendat per not. per Inno. in c. uenerabilem. ante fi. ſub uerſ.
3 uenire. extr. de elect. Et ubi adeſt exceſſiua, enormiſſimaq; læſio, per quam non ſolum re ipſa, uerum etiam ex propoſito arguitur dolus, contractus redditur nullus, & ob hoc iuramentum nihil operatur, ut inquit Caſſane. conſi. 69. Quò ad primum. col. 3. nu. 18. cum ſeq. Quia actus ipſo iure nullus iuramento non firmatur, ut late probat Tiraq. in l. ſi unquã. in uerbo reuertatur. nu. 173. C. de reuoc. dona. Ter-
4 tium quoque non refragatur, nec eſt verum, quòd ante iuramenti relaxationem periurium incurriſſet ſoror Laura ex apprehenſa bonorum hæreditariorum patris poſſeſſione ſtatim poſt patris obitum, quia tanquam filia patris teſtamentum ignorans iuxta tradita per Bar. & doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. q. de uerb. obl. & in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus. ff. ſi cer. pet. patris hæreditatem ab inteſtato adire poterat, bonorumq; poſſeſſionẽ apprehendere non obſtante renunciatione iurata, non remanentibus alijs dicti ſui patris deſcendentibus, vt conſuluit Paul. de Caſt. quem refert, & ſequitur Soc. ſen. conſil. 150. Dominus labia noſtra aperiat &c. & nos introducere dignetur. col. 20. nu. 55. uer. Nam qui iurauit. uol. 1. uolens quòd qui ad paternam ſucceſſionem non uenire, in boniſq; paternis nihil petere iurauit, patri ab inteſtato ſuccedere nõ prohibetur, quando alij deſcendentes non ſupereſſent. & ita tenet Hyp. in l. 1. §. fi. num. 27. uer. pro quibus optime facit. ff. de quæſt. cum alijs concord. per Aymo. relatis conſil. 42. Guigone per totum. uol. 1. & Ruyn. conſilio 204. pulchra eſt. columna ſecunda. num. tertio. uol. primo. facit quod in ſimili dixit Pa. de Ca. conſ. ducenteſimo nonageſimoſeptimo.

 Puto

Puto dicendum, vol. 1. in nouis, quòd extante ſtatuto quòd nemini alij quàm hæredi liceat mortuo poſſeſſore defuncti bona propria auctoritate ſub certa pœna ingredi, quod nihilominus defuncti filia ſtatuti pœnam incurriſſe non dicitur, ſi mortuo patre qui extraneum hæredem inſtituerat, bonorũ poſſeſſionem patris appræhenderit, ex quo patris
6 teſtamentum ignorabat: Quartum minimè refragatur, cum Moniales in nullas expenſas per Præſidem in ſententia condemnatas fuiſſe conſtet, illæ igitur iudicis officio peti non poſſunt, ut declarat Cy. in l. ſancimus. in 9. quæſt. C. de iudi. Quinimmo cum aduerſaria omiſſioni condemnationis expenſarum acquieuerit, a qua non appellantib. Monialibus appellare poterat, vt tenent Domini de Rota in decisio. 353. St auditor. in nouis. & plenè ſcribit Fely. in c. ſignificauerunt. ext. de except. & ex hoc ſententia illa in iudicatum tranſierit. expenſas amplius recuperare non poteſt, vt decidit Rota ibi in fin. Nec etiam contumaciales ante litis conteſtationem factas, cùm in illis ſtatim condemnare debebat, vt voluit Cyn. in dict. l. ſancimus. in 13. quæſt.
7 Vltimum etiam ſorori Lauræ, & Monialibus obeſſe non poteſt, cùm legatarius impune propria auctoritate rei legatæ poſſeſſionem apprehendere valeat, prius quàm per hæredẽ adita hæreditas, bonorũq; hæreditariorum poſſeſſio appræhenſa fuerit l. non eſt dubium. & ibi gl. & doc. C. de leg. Alex. cõſi. 165. Circa id. col. fi. nu. 5. ver. Quia ad hoc respondeo. vol. 6. Gui. Pap. conſi. 17. Caſus mihi traditus. in fi. & conſ. 115. D. Ioannes. col. fi. nu. 3. verſi. Sed ſubeſt aliud. Corn. conſi. 140. Circa hanc. In fi. volum. 1. vbi in proprijs terminis loquitur. & Dec. conſ. 243. Vt clarior. colum. 2. num. 4. & 5. & conſi. 424. Proponitur quòd Magnifica. colum. fi. in princ. nu. 18. ſolum ad bonorum reſtitutionem tenetur, vt eſt tex. in l. 1. in prin. ff. quorum leg. immo cum ſimus in perſonis eccleſiaſticis. d. l. non dubium. non procedit, vt voluit Capra conſ. 3. Circa hoc. In fi. nu. 34. & conſi. 32. Cum viſo. colum. fi. in prin. nu. 13. verſ. Præterea dici poteſt. Quod ſecus eſſet, ſi poſt aditã hæreditatem rem legatam occupaſſet, eo. n. caſu legatum perdit, ut eſt gl. pen. in c. fi. de ſucce. ab inteſt. & gl. in d. l. 1. §. rediguntur. quorum leg. Rom. conſ. 312. Circa præmiſſam. in prin. & tradũt Doc. ſup. relati. & Capra. d. conſi. 3. colum. fi. num. 33. ver. Contrarium tamen. d. conſil. 32. colum. pen. in fi. nu. 12. & conſi. 68. Circa quod. col. fi. num. 11. verſ. Dubitatur & tertio. cum alus plenè per Ptol. cõgeſtis in repe. l. ſi quando. num. 52. C. unde ui. & Gualden. in tractat. de arte teſtand. cant. 12. Legatarius. in tit. de
8 legat. Nec refragatur quod hæres per colonum poſſidere dicatur, ut per Afflic. in decisio. 167. Gabriel. de dato. colum. fi. num. 6. uerſi. Sed ſi defunctus. & deciſ. 325. Facto uerbo. colum. fi. nu. 4. uerſic. Et eſt ſciẽdum. quia aliud eſt, eſſe per colonum in poſſeſſione, aliudq; hæreditatem adiuiſſe, ut determinat Imperator in d. l. non eſt dubium. ergo &c. Ex quibus omnia ex diuerſo ſublata uidentur. & ſic concludo Domin. Lucretiam aduerſariam ad quantitatis legatæ ſolutionem teneri, conſequenterque pronſiciandum eſſe male, nulliterque appellatum, & bene executum fuiſſe ad fauorem ſororis Lauræ ac Monialium, cum expenſarum uictoria primæ & ſecundæ inſtantiæ & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Mattheus Brun. Iuriſc. Ariminen. ad laudẽ omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ amen.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio municipalis intelligi debet, vt ius commune minus corrigat, quam poſſibile ſit, etiam uerba impropriando.*
Nemo cum aliena iactura locupletari debet. ibidem.
2 *Statutum nullitatis exceptionẽ tollens, de notoria euidentiq; nullitate non intelligitur.*
Verisimile non eſt ſtatuentes ius commune ſine rationabili cauſa tollere uelle. ibidem.
3 *Iudex de nullitate ſupplere & ius dicere prohibitus, non intelligitur ſi de nullitate ſibi conſtat, quamuis ex ſtatuti forma per partem opponi nequeat.*

CONSILIVM XXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione eorum quæ contra Genebriam de Tabellionibus ex diuerſo obiiciuntur, dicimus Egidianam conſti-
1 tutionem ſub rub. Forma qualiter procedatur in cauſis appellationum. in fi. li. 6. c. 8. In caſu noſtro non refragari, cum in iure clariſſimum ſit diſpoſitionem municipalẽ intelligi debere, ut ius commune minus corrigat, quàm poſſibile ſit etiam uerba impropriando. c. cum dilectus. ext. de conſue. Rom. conſ. 328. Præſens conſultatio. col. fi. verſ. Tertio principaliter. Alex. conſi. 50. Viſis col. pen. uer. Secundo reſpondeo. uol. 1. conſi. 154. Viſo tit. col. 1. ad fi. nu. 7. & conſ. 201. Viſo themate. col. 2. uer. Nec prædictis obſtat. uol. 7. cum aliis per Crau. allegatis. conſ. 197. Quanquam. col. 4. num. 6. uol. 1. & conſi. 259. Verba. ſub nu. 2. uol. 2. & Rol. cõſi. 97. Si contemplanda. col. 4. nu. 21. cum ſeq. uol. 2. & ẽt ne quis indebite damnum patiatur, & alteri lucrum obueniat. Alex. conſi. 2. Ex narratis. col. 2. in prin. nu. 3. uol. 4. conſi. 36. Viſo themate. col. 2. in fi. nu. 11. eo. li. conſi. 50. Viſis. col. pen. nu. 12. uer. Secũdo reſpondeo. uol. 1. & conſ. 5. Conſiderans. col. 1. in fi. uerſ. Sed his non obſt. uol. 6. Si. n. illius conſtõnis uerba ſimpliciter intelligerentur, utiq; nedum ius cõe, & ſic. l. fœminæ. §. illud etiam. C. de ſec. nup. læderetur, ſed iniqua diſpoſitio, & iniquitatis uinculũ diceretur: uni, quod de iure ſibi debetur, auferendo, & alteri lucrum contra iuris regulã præbẽdo, quod nemo cum aliena iactura locupletari debeat. l. nã hoc natura. de condic. indebit. & l. iure naturæ. ff. de regu. iur. ut ergo ius commune minus lædatur, huiuſmodi conſtitutio in nullitatib. ex proceſſu proueniẽtib. intelligi debet, puta, in aliquib. omiſſis, in non ſeruata aliqua ſolemnitate, & in aliis ſimilibus. Et quod huiuſmodi interpretatio ità fieri debet, de-
2 monſtratur. Quia ſtatutum nullitatis exceptionem tollens, de notoria, euidentiq; nullitate non intelligitur, ut plene probat Phi. Franclin cã. dilecto. q. 54. ex. de appe. quem ſequitur Rui. conſ. 37. Viſis. col. 6. nu. 13. uer. Prædictis ẽt non obſt. uſq; ad fi. uol. 5. cõſi. 49. De duob. col. 3. nu. 7. verſ. Nec ob. ſi forte. eo. li. & conſ. 74. Clariſſime. col. fi. nu. 12. uerſ. Prædictis ẽt nõ ob. uol. 4. cum multis concor. per Moder. Ariminen. relatis in trac. de nullita. proceſ. in rub. Quis poſ. dicere de nullita. num. 54. Si. n. nullitas notoria eſt, ut in præſenti caſu, omnis de opponentis nullitate calumnia ceſſat, quæ cauſa ſtatuẽtiũ motiua fuit ſecundũ Bal. in l. 1. C. quan. prouoca. non eſt neceſ. alioquin ſtatutũ iniquitatis uinculum eſſet, quod eſſe non dẽt, cum uerisimile non ſit ſtatuentes ius cõmune abſq; rationabili cauſa tollere uelle. Alex.
3 conſi. 24. Animaduerſis. col. 8. in prin. num. 37. uol. 2. Et quamuis ex ſtatuti forma per partem opponi non poſſit, ſi iudici tamen de nullitate conſtat, ut ſibi hoc caſu apertiſſime conſtat, de ipſa nullitate ſupplere, & ius dicere minime prohibitus ĩtelligatur.

ſecundum Alex.cõnſ.77.Viſis.col.fi.in prin.ver. Se
cundo reſpondeo.vol.3.cum concor.de quib.abſi-
de per Roland.conſi.29.Quæritur.col.pen.num.43.
verſi. Secundo limitatur.& num.ſeq.vol.1. Et ita de
iure reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus
Iuriſconſ.Arimin. ad laudem omnipotentis Dei,ac
glorioſiſſimæ Virg.matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *A verbis teſtatoris minime recedendum eſt.*
2 *Verbis, dictis, reſtrictiuum eſt.*
3 *In ſubſtitutionibus ſemper locum habet illa regula, ſubſtitu-tio hoc caſu non loquitur.*
4 *Nepotes quamuis filiorum appellatione contineantur, non tamen procedit quando de filijs nominatim teſtator expreſſit.*
Maſculinum in vltimis voluntatibus licet fœmininum concipiat, hoc tamen procedit, vbi maſculinum genus appellatiuo nomine exprimitur, ſecus ſi nomine proprio. ibid.
5 *Subſtitutio in vno caſu facta, quamuis ad alium ſibi ſimilem ex præſumpta teſtatoris mente, ex veriſimilibusq́ coniecturis trahatur, non procedit tamen vbi teſtatoris diſpoſitio de perſona ad perſonam extendi debet.*
Subſtitutio de perſona ad perſonam non extenditur. ibi.
6 *Teſtatoris prouiſio in vnum caſum facta ad alium extenditur, vbi teſtator ad diſpoſitionem proceſſiſſet, quia dicere nõ ſufficit, veriſimiliter, rationabiliterq́, teſtator ita voluit, ſed ad diſpoſitionem quoque procedere debet.*
7 *Argumentum de tacita, veriſimiliq́ teſtatoris mente concludere non ſolet, quia non ſufficit teſtator aliquid veriſimiliter voluiſſe, niſi diſponat.*
8 *Leges quamuis defunctorum voluntates imitari, & conſeruare conentur, noluerunt tamen in tantum eorum voluntati fauore, quòd cum prudenti conſideratione imaginari ſufficiat, defunctum ita voluiſſe, niſi huiuſmodi voluntas in diſpoſitionem tranſiuerit.*

CONSILIVM XXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VERBA teſtamenti tam clara, & aper-
1 tiſſima ſunt,quòd ab eis nullatenus rece
di oportet. inquit Iuriſc. in l. non aliter.
in prin.de leg.3.& l.ille,aut ille.§.cum in
verbis.eod.tit.cum multis ſimilibus co-
pioſe per Tiraq. congeſtis in repeti. l. ſi unquam. in
uerbo libertis.num.10.nerſic. Nec ea quidem. C.de
reuoc.dona.vbi allegat Bald.in l.ſi cum dotem.§.ſi
pater.in fin.ſol.mat. & conſil.122. Verba teſtamenti
ſic dicunt.in fi.vol.1.dicentem multos decipi,qui te
ſtamentorũ uerba non ponderãt, quæ in ſe magnũ
pondus habent,ad cognoſcendum quid eſt,& ideo
a teſtatoris uerbis non eſſe recedendum dixit Paul.
de Caſt.conſil.71.ad primum.in fi.uol.2.in nouiſ.&
uoluntas non probata, ſed in mente retenta nihil
operatur.l.ueterib.ff. de pact.c.1.ibi, licet uoluntatẽ
habuerit.& ibi gl.& Abb.ext.de eo qui mitti.in poſ.
& l.quidam cum filium.ff.de hær.inſt. Quibus ſtan-
tibus dico,ꝙ cum teſtator expreſſe diſpoſuerit,ulti-
mo morienti ſubſtituens D.Iacobam, Gentilem, &
Baptiſtam,uidelicet earum quamlibet,quę uiueret,
ſeu uiuerent,in ducatis quadringentis, & eius filios,
ſeu earum quæ prædeceſſiſſet,ſeu prædeceſſiſſent in
totidem loco matris, filios in earum matris locum
ſubſtituens,noluit teſtator ad maſculorum filias hu
iuſmodi ſubſtitutionem extendi, ex quo de ipſorũ
bonis eorũ filiabus prouideri voluit, & ſic ad filios
tantum fœminarum expreſſe nominatarum reſtrin
gi debet,& non ad maſculorum filios: ſi enim ad
Matthæi Monticuli filias in caſu filiorum fœminarũ
extendi noluiſſet, utique expreſſiſſet,ut de fœmina
rum filijs expreſſit. l.unica.§.ſin autem ad deficien-
tis.C.de cad.tol.c.2.uer.Quod ſi circa.extra. de tranſ-
la.epiſc.cum ſimil. Quod autem maſculorum filias
in filiarum ſubſtitutione comprehendi noluerit.
Primo probatur ex illa dictione,dictis,& uerbo,lo-
co earum matris. dum ultimo morienti dictas D.
Iacobum,aliaſq; filias ſubſtituit, & ipſis non ſuper-
uiuentibus earum filios loco ipſarum, quod uerbũ
2 dictis,reſtrictiuum eſt.iux.not.per doct.in l.fi. C.de
hæred.inſt.ubi quamuis hæredum appellatione ue
niant hæredum hæredes: hoc tamen fallit quando
teſtator prius aliquos nominaſſet hæredes, & dein-
de aliquid in eis diſponeret appellando dictos,ſeu ſu
praſcriptos hæredes,nam tunc ſolum de primis hæ-
redibus uocatis,non autem de hęredum hęredibus
intelligitur, ita in caſu propoſito, cum ultimo mo-
rienti filiæ fœminæ nominatim,& expreſſe ſubſtitu
tæ fuerint, & deinde in eis diſpoſuerit, earum filios
uocando,de filiis dictarum expreſſe nominatarum,
& nõ de maſculorum filiabus intelligitur. Hinc ſuc-
3 cedit illa generalis, & cõmunis theorica quòd ſem-
per dici poteſt, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio,
qui verò aſſeuerat ſubſtitutionem hunc caſum in-
cludere,& ſic maſculorum filias, oſtendere, & pro-
bare debet,ita refert Io.And.in addi.ad Spec. in titu.
de teſtam.§.1.ver.occurrit.in fi.Oldr.conſil.21. The
ma tale eſt. Abb. conſil.40. Facti contingentia. in 1.
par.Soc.ſen.conſil.62. Viſo capitulo ſubſtitutionis.
col.2.poſt princ.verſic. Quibus tamen non obſt. &
conſil.63.viſis teſtamento.col.7.in princ. nu.14.ver
ſic.& pro fundamento præmitto.vol.3. Goza.con-
ſil.29.uidetur prima facie.in princ.uerſi. Quibus nõ
obſt.& conſil.56.prima facie.in princ.& Pariſi.con
ſil.66.nobiliſ.col.1.nu.1.vol.3. ſed inſpecto toto te-
ſtamenti tenore,& ſubſtitutione de dictis Do.Iaco-
ba,& alijs filiabus facta,non reperitur quòd hæ Mat
thæi filiæ in locum patris defuncti uocentur, ergo
in dicta ſubſtitutione filiabus facta non comprehẽ-
duntur: ſi enim teſtator maſculorum filias ſine ma-
ſculis decedentium ducatos quadringentos habere
uoluiſſet,prout filiabus teſtatoris ipſius reliquit, uti
que expreſſiſſet. d.§. ſin autem ad deficientis. ergo
cum filiarum filij tantum uocati ſint,illi quantitatẽ
duntaxat relictam conſequi debent,& nõ Matthæi
filiæ. Corroborantur præmiſſa per ea quæ tradunt
doct.in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſthu. Vbi
4 quamuis aliàs filiorum appellatione contineantur
nepotes,id tamen nunquam locum habet,quando
teſtator de filijs nominatim loquitur. Nam ſi de cer
tis perſonis filiorum teſtator ſenſit,hoc eſt de nomi
natis,nepotes, uel ulteriores appellatione filiorum
contineri non poſſunt.l.ſi quis ita.& ibi no.gl. ff.de
teſt.tut.& tradit Ruyn.conſi.134.circa caſum. col.1.
nu.2.uer.& quia.uol.3.ſicut in ſimili videmus quòd
quamuis in ultimis uoluntatibus maſculinum con
cipiat fœmininum.l.qui duos.de leg.3.& l.ſeruis le-
gatis.eod.tit.cum ſimil. Illud tamen procedit quan-
do maſculinum genus in appellatiuo nomine ex-
primitur,puta,filius,ſecus ſi nomine proprio expri-
matur.ita Bar.in l.1.de verb.ſigniſ. per d.l.ſi quis ita.
§.1.cum gl.in verbo filio.ff.de teſt.tut. Ang.in l.qui
cunque.C.de ſer.fug.doc.in l.ſi quis id quod.ff.de iu
riſd.om.iud.& Dec.& Mod.in l.2.ff.de reg.iur.ſed in
caſu propoſito de filiabus proprio nomine mentio
facta fuit,ergo ad Matthęi filias extendi non poteſt,
& ita in ſpecie voluit Gozad.d.conſi.29.col.3. uerſi.
ſecundo non poteſt.nu.14.& Aymo.cõſ.98.nobilis.
col.2.nu.9.uer.quarto pro reſtrictione.uol.1. cõfir-
mãtur prædicta:cõſidero.n.ꝙ ſi in caſu noſtro Mat-

thęi filiæ includerētur, ageretur de extēdendo ſubſti
tutionē filijs D. Iacobę aliarūq; ſororū factā ad Mat
thęi filias, & ſic de perſonis an perſonas, quę extēſio
5 de iure prohibetur: Nam quamuis in ſubſtitutionū
materia generalis tradatur regula quòd ſubſtitutio
in vno caſu facta ad alium caſum ſibi ſimilem ex
præſumpta teſtatoris mente, ex veriſimilibusq; con
iecturis trahatur hęc tamē regula nō procedit. vbi
teſtatoris diſpō de perſona ad perſonā extēdi dēret,
dato q in alia perſona eadē ratio, mensq; teſtatoris
pſumpta militaret, & dato ēt q teſtōr veriſimiliter
idē in Matthęi fillab. ſtatuiſſet, ſi de eis interrogatus
fuiſſet, vt in ſubſtitutione de filiab. proprio nomine
vocatis ſtatuit: quamuis. n. iſta cōcurrant, non tñ de
perſona ad perſonam fit extenſio, vt eſt magis cōis
Doctorū ſententia, & probatur hæc concluſio per
tex. in l. ſi quis ita. §. pe. ff. de teſt. tut. per quē tex. tenet
gl. ordinaria & cōiter ad propoſitum noſtrū appro
bata in l. titius. in prin. ff. de lib. & poſth. q ſi teſtōr fi
lios ſuos in genere inſtituit, hęc inſtō ad filium non
trahitur, quem ſe hēre ignorabat, & tñ teſtatoris prę
ſumpta mens, & rōnis identitas eſt, q ſi alium filiū
habere ſciuiſſet, ex naturali charitate eū inſtiturus
fuiſſet, & ita nedū ueriſimiliter, imò proculdubio
ita reſpōdiſſet, ſi interrogatus fuiſſet. l. 3. C. de inoff.
teſt. & illam gl. in d. l. Lucius. approbant & ſequun
tur Dy. Old. Alb. Nico. de Neap. Ang. & Raph. Co
men. ibi. & Dyn. Cyn. Bar. & Alb. in d. l. ſi quis ita. &
hæc eſt magis commu. opi. vt atteſtatur Alex. in l. ſi
cut certi. col. 1. verſ. Facit ēt. C. de mil. teſt. & Iaſ. in l.
cùm res. col. 3. in prin. ver. Contra prædicta. de leg. 1.
& ita in ſpecie per dicta iura ponit Aret. ſupraſcri
ptam doctrinam in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
col. 3. vbi tenet, q quamuis teſtatoris diſpoſitio ex
præſumpta teſtatoris mente de uno caſu ad aliū tra
hatur, vt dictū eſt, attamen ſecus eſt ſecundum eū,
ubi de perſona ad perſonam fieri deberet extenſio
per d. l. ſi quis ita. §. pe. & per d. gl. cōmuniter appro
batam in d. l. Lucius. in prin. & ibi. not. per eū. & tra
dit Dec. conſ. 394. Pro vera reſolutione. col. 3. in fi.
verſic. Quarto hoc idem comprobatur. & col. ſeq.
ubi expreſsè firmat q ſubſtitutio in vno caſu facta,
ad aliū non porrigitur, ubi ſubſtituti perſona uaria
tur. allegat Imo. in l. ſi pater fillum impuberem. per
illum tex. & ibi expreſſe not. Alex. in 1. not. de uul. &
pup. & Soc. in l. j. col. 10. uer. Secundo limita. ff. eo. &
& conſ. 70. Viſis teſtamento. col. 3. in prin. vol. 3. Idē
cōſuluit Iaſ. cōſ. 220. Nodoſa eſt. col. 3. in prin. vol. 2.
conſ. 228. In iſto themate. col. 2. in prin. ver. ſed præ
miſſis non obſt. vbi latiſſimè. eo. vol. cōſ. 29. D. Nico
linus. & conſi. 30. Teſtator Ioanni. col. 1. in fi. ver. Se
cundo facit. vol. 3. Dec. conſi. 211. Subtilis eſt caſus.
col. 3. ver. Secus eſt ſi extenſio. cōſ. 218. In caſu. col.
3. in prin. ver. Et ex his comprobatur. conſ. 287. In ci
uitate Placentiæ. col. 3. in fi. cōſ. 291. Viſis. col. 3. uerſ.
Secundo præmitto. cōſi. 314. Pro reſolutione caſus.
col. 2. ſub nu. 4. ver. Tertio ex alio fundamento: con
ſi. 377. Viſis. col. 1. ver. Quia ad hoc. nu. 2. conſi. 465.
Perſeueratis. col. pen. propè fi. verſ. Et ad hoc etiam
facit. nu. 16. & conſi. 697. His ſtantib. col. 2. in princ.
nu. 3. Ant. Rub. cōſ. 31. Præſupponitur in facto. col.
2. in fi. Aymo. d. conſ. 98. col. pe. nu. 13. ver. Septimo
conſidero. vol. 1. & conſi. 161. Verba ſubſtōnis. col.
pe. nu. 11. ver. Sextò ſi dicamus. eo. li. Pari. conſ. 20. In
hac. col. 5. nu. 48. vol. 3. conſ. 108. Vidi teſtm̄. nu. 4 &
conſi. 89. Ad uerā. col. 7. in fi. nu. 33. ver. Prout ēt. &
conſ. 87. Vidi & legi. col. 3. in prin. nu. 12. verſ. Et etiā
quia. vol. 2. Gualden. in trac. de arte teſt. de ſubſtitu
tio. caut. 5. ſub nu. 2. Hyp. in ſing. 499. Licet diſpoſi
tio. & latè Tiraq. in rep. l. ſi vnquam. in ver. Libertis.
nu. 28. ver. Idēq; maximè. C. de reu. do. in trac. de v-
troq; retrac. §. 1. in gl. 9. in verb. Ou lignagier. nu. 19.
ver. Itē hæc conſuetudo. & in tract. de legi. connub.
poſt leges. in gl. 3. in verbo Contractier. nu. 138. vbi
omnes cōiter concludunt ſubſtitutionem de perſo
na ad aliam perſonam nō extendi. Si igitur Matthæi
filiæ quadringentos ducatos conſequi poſſent, vt
filij filiarum conſequi debent, ſubſtō de perſona fi
liorū D. Iacobę, ad Matthæi filias contra prędictam
6 cōem cōcluſionem extenderetur. ergo &c. Nō ob.
q prouiſio in vnū caſum facta ad aliū extenditur, in
quo ſi teſtator cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, ve
riſimiliter idē prouidiſſet, & ſic ad Matthæi filias ex
tendi dēret. Quia rñdetur primo (vt dixi) non proce
dere, vbi de perſona ad aliā perſonā fieri dēret extē
ſio, quæ fieri non poteſt. Scdò q regula illa locū ſi
bi vendicat, vbi teſtōr ad diſpōnem proceſſiſſet, ut
voluit Iaſ. d. cōſ. 228. col. 2. in fi. ver. Stat ergo ex præ
dictis. vol. 2. non. n. dicere ſufficit, veriſimiliter & rō
nabiliter teſtator ita voluit, ſed ad diſpoſitionē quo
que procedere debet. ita ēt reſpondet Dec. d. conſi.
377. col. 1. in fi. ver. Quia ad hoc. conſ. 159. Caſus. col.
3. nu. 5. uerſi. Et ad hoc. ſequitur Pariſ. conſ. 31. Con
ſiderato. col. 2. nu. 12. d. conſ. 87. nu. 17. & 18. & d. cō
ſi. 108. nu. 43. & cōſi. 89. In præſenti caſu. nu. 33. vol.
7 2. Hinc dixit Soc. iun. conſ. 2. Superioribus. col. pen.
in fi. uerſi. Præterea Soc. vol. 2. quòd hoc argumen
tum de tacita. & veriſimili mente teſtatoris conclu
dere non ſolet, quia non ſufficit teſtatorem aliquid
ueriſimiliter uoluiſſe, niſi diſponat, & allegat Alex.
hoc pro ualde not. firmare in l. 3. in fi. C. de lib. pręt.
cum alijs concor. ibi per eum relatis. & firmat idem
Soc. conſi. 97. Viſo puncto. col. 8. in fi. ver. Verumta
men. eo. uol. & conſi. 117. Licet caſus. col. fin. nu. 34.
vol. 1. & Tiraq. in repe. d. l. ſi vnquam. in verb. Liber
tis. num. 20. verſ. quin & ſi in caſu. Non ob. etiam q
in fideicommiſſaria ſubſtitutione magis mentem
etiam coniecturatā quàm teſtatoris uerba attenda
mus. l. in conditionib. primum locum. ff. de cōdi. &
dem. cum nul. quia hoc procedit, ubi teſtator ad di
ſpoſitionem proceſſit: non. n. voluiſſe ſufficit, niſi ēt
diſponat, ut dixi ſup. ita eſt tex. in l. quidam cum fi
lium. ff. de hęr. inſt. & ibi not. Bal. & Imo. ita Alex. &
Iaſ. in d. l. 3. C. de lib. præt. & Soc. ſen. conſ. 104. Quo
niam præſens conſultatio. col. 4. verſ. Sed prædictis.
vol. 3. Vbi inquiunt, q quamuis leges defunctorum
voluntates imitari & conſeruare conentur, vt in d.
l. in conditionib. primum locum. noluerunt tamē
in tantum eorum voluntati fauere, quod cum pru
denti cōſideratione imaginari ſufficiat defunctum
ita voluiſſe, niſi huiuſmodi uoluntas in diſpōnem
tranſiuerit, vt eſt caſus & ibi Bal. & Imo. in l. quotiēs.
§. tantundem. de hær. inſt. Et ideo dixit Iaſ. conſi. 41.
In hac ardua. colum. 6. in fi. verſi. Pro iſta etiam con
cluſione. volu. primo. per illum text. limitari om
nia mundi iura dicentia, teſtatoris uoluntatem eſſe
ſeruanda, ut procedant, ubi teſtator non ſolum in
uoluntate ſterit, de qua clare appareat, uerum ēt ad
diſpoſitionem proceſſit, ſecus ſi ſolum in uolunta
te permāſit, ad diſpoſitionēq; minimè proceſſit, &
ita ad hāc oppoſitionē rñdet Dec. d. conſ. 287. col. 3.
nu. 7. uer. Sed ſupradictis. & col. 4. in prin. nu. 9. uerſ.
Similiter. & Pariſ. d. conſ. 89. In præſenti. col. 2. ad fi.
uer. Licet. n. leges. & col. pe. in prin. nu. 33. uerſ. Non
obſt. adducta. uol. 2. cum alijs infinitis per Tiraq. cō
geſtis in d. uer. Quin & ſi in caſu. Ex quib. igitur re
manet firma cōcluſio, q ſubſtō de filiis D. Iacobæ
aliarūq; ſororū facta Matthæi filias nō cōprehēdit,
nec ad eas extēdi pōt, vt ſupr. demōſtratū eſt, quāuis,
cōtrariū cōſuluerit Pau. de Ca. cōſ. 198. Sup primo q̄ſi
to uidetur primo dicēdum, q teſtator intellexerit.
uolum. ſecūdo in nouis. Sed ibi Pau. hoc uoluit ubi
teſtator

teſtatot ſimpliciter de filijs mentionem fecit non ſpecificans filiorum perſonas, ſed appellatiuo nomine tantum, ut etiam diximus ſupra. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Atimin. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Actio illa intentata dicitur, quæ actori magis expedire videtur, quando clauſula, petens ius, & iuſtitiam miniſtrari: in fine petitionis appoſita eſt.*

2 *Saluianum interdictum, vbi intentatum eſt, ſufficit probari debitorem bona in genere obligata poſſediſſe.*

3 *Extenſio principalis debitoris non requiritur, vbi Saluianum interdictum intentatum fuit.*

4 *Excuſſio principalis debitoris non requiritur, vbi notorium eſt debitorem ſoluendo non eſſe.*

5 *Hypothecam ſpecialem, & generalem habens, ſi ex ſpeciali agatur, creditorq; ſecundus non concurrat, contra tertium poſſeſſorem, principali debitore non excuſſo experiri poteſt.*

6 *Alienatio rei ſpecialiter hypothecatæ non valet, quando inter contrahentes actum eſt, quòd res illa ſpecialiter obligata ſit.*

7 *Actio hypothecaria quando eſt intentata, & in venditionis inſtrumento interceſſit precarij conſtitutio, aduerſus tertium poſſeſſorem etiam debitore principali non excuſſo agi poteſt.*

8 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate &c. vbi ad iuris realis executionem adiectum eſt, etiam contra ſingularem ſucceſſorem a debitore cauſam habentem exerceri poteſt.*

9 *Denunciatio litis non requiritur, vbi in venditionis inſtrumento adeſt iuramentum.*

10 *Denunciatio litis poſt ſententiam, & in appellationis cauſa fieri poteſt, ſi in prima inſtantia facta non fuit.*

11 *Denunciatio litis ſingulari ſucceſſori auctorum rei conuenti fieri ſufficit, quando notorium eſt eius auctores eſſe ante captum iudicium abſentes, domiciliumq; non habere, nec in loco procuratorem.*

12 *Auctor abſens vbi conueniri non poteſt, conuenitur poſſeſſor.*

13 *Emptori imputandum non eſt, ſi venditori litem ſibi motam fuiſſe non denunciauit, quando notorie de euincentis veritate, & iuſtitia conſtat.*

14 *Emptor (vbi notorium eſt iniquam litem agere) liti cedere poteſt, & bonam fidem agnoſcere, remq; abſque ſententia reſtituere.*

15 *Emptor creditori ſoluere poteſt, nullaq; expectata ſententia rem emptam liberare, ſi res empta eſt alicui pro pecunia obligata, ſtatimque nulla expectata ſententia aduerſus creditorem ad intereſſe, committitur ſtipulatio.*

16 *Tertius poſſeſſor litem ſibi denunciatam non fuiſſe, excipere non poteſt, niſi oſtendat, quòd ſi lis denunciata ſibi fuiſſet, modum, & facultatem habebat defendendi primum reum conuentum aduerſus euincentem.*

CONSILIVM XXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PLVRA contra ſer Melchiorem Battainum, & Do. Iuliam eius uxorem adducuntur motiua, quæ quamuis ſubtilia ſint, illa facile diſſolui poſſe confido. Quò ad primum clara uidetur reſponſio, quòd in caſu noſtro hypothecaria actio intenta-
1 ta non fuerit. Quia ſtante clauſula in fine petitionis
appoſita, illa actio intentata dicitur, quæ actoribus
magis expedire uidetur, cum cõcluſiue petatur ius,
& iuſtitiã ſuper præmiſſis omni meliori modo mi-
niſtrari &c. vt late ſcribit Iaſ. in §. omniũ. col. 22. nu-
me. 147. ver. multum etiam. cum plurib. ſeq. Inſt. de
actio. & Grat. conſi. 37. Viſis ſubtiliſſimis. col. 1. nu.
7. cum ſeq. uol. 1. cum multis concord. per Rol. a Vaiſtas
tis conſ. 79. Viſo proceſſu. col 7. in fi. nu. 38. uer. ulterius
in dicto libello. uolu. 1. Quinimmo Saluianum
utile interdictum intentatum fuit, cum actores narrauerint,
remq; euictam fuiſſe per Endiliam, & magiſtrum
Antonium Oſannam eius maritum poſſeſſam
poſt contractam obligationem probauerint.
2 Et ubi Saluiano interdicto agitur, probari ſufficit debitorem
illa bona in genere obligata poſſediſſe, ut
in l. 1. in prin. ff. de Saluia. interd. & idem dicit gl. in d.
1. C. eod. tit. & ſequitur Afflict. in deciſ. 383. Licet hodie.
col. 2. in prin. uer. ſed quando agitur. ſub num. 2.
& Roland. conſil. 14. Quoniam. col. 1. num. 6. uerſi.
Secundo quia. uol. 1. Et ubi hypotheca fuit omniũ
bonorum generalis, probare ſufficit, quòd poſt cõtractam
obligationem debitor aliquando poſſederit,
ita probat tex. not. in l. & quæ nondum. §. 1. ff. de
pigno. Et hoc caſu illius poſſeſſionem probare ſufficit,
præſertim quia in petitione allegauerũt actores
dominium Endiliæ, & magiſtri Antonij de dictis bonis
obligatis, allegando per eos acquiſita fuiſſe, ut
publico inſtrumento in actis producto de eorũ acquiſitione
conſtat. ita no. Bar. in l. rem alienam. col.
2. verſi. Quarto circa iſtam partem. ff. de pig. actio. &
Aret. in §. item Seruiana. Inſt. de actio. quos refert &
ſequitur Neguſan. in tract. de pigno in vlt. par. in tertio
memb. num. 6. verſi. Secundo loco. Et nedũ hoc
caſu generalis fuit hypotheca ſub bonorum pręſentium,
& futurorum obligatione, uerumetiam ſpecialis,
quia loco rei uendita bona petita ſubrogata
fuerunt, ut publico conſtat documento actis pro-
3 ducto. Cum igitur Saluianum interdictum intentatum
fuerit, excuſſio non requiritur, ut declarat idẽ
Neguſan. in 1. memb. 8. pat. num. 17. uer. tertio fallit
regula. Alex. conſi. 70. uideretur. col. 1. uerſ. circa ſecundum
dubium. uol. 5. & conſi. 137. in cauſa, & lite.
col. 2. nu. 5. ſub uerſ. tertio etiam oſtenditur ibi licet
forte ſecus. uol. 2. & Soc. ſen. conſi. 80. in quæſtione
quæ uertitur. col. 2. uer. uel etiam & tertio. uol. 3. &
firmat Aymo. conſi. 201. præſupponitur. col. pen. nume.
45. uerſi. primo ſi dicamus. uolu. 2. & Machel. in
ſuo patroc. 11. & Roland. d. conſi. 79. col. 8. in princ.
nu. 39. uer. ſicut etiam in ſimili etiam conſi. 9. in pręſenti.
nu. 18. & conſi. 14. Quoniam. nu. 18. uolu. 1. ubi
late. Nec aliqua excuſſio, etiam quòd hypothecaria
actio intentata fuiſſet, contra principales debitores
requirebatur, cum notoriũ eſſet eos a ciuitate Ariminì
receſſiſſe fallitos, vt in proceſſu probatum ex-
4 tat. Et vbi notorium eſt aliquem non eſſe ſoluendo,
tunc excuſſio non requiritur, vt habetur per gl. Bar.
Alex. Iaſ. Dec. & alios in l. fi. ff. ſi cer. pet. & Rol. d. cõſil.
9. in præſenti. col. 4. in prin. nu. 20. verſ. tertio non
requiritur. vol. 1. & quòd Endilia, eiuſq; maritus ſoluendo
non eſſent, ex fide per electum a communitate
Arimini facta probatur, quòd in æſtimi libro nihil
habuerunt, & non habent, ut tradit Iaſ. in l. decẽ.
col. 8. ver. iuxta iſtam gl. quærit Bar. ff. de verb. obl. &
Alex. in d. l. fi. in prin. in 1. colu. Amplius dico, quòd
5 quamuis iudicium in caſu propoſito eſſet actione
hypothecaria intentatum; nihilominus, qũ ſpālẽ, generalẽq;
obligationẽ actores hñt, & ex ſpāli agatur
hypothecaria, & alius ſecũdus creditor nõ cõcurrit,
pñt illi cõtra tertiũ poſſeſſorẽ experiri non excuſſo
principali debitore, ita tenet Socyn. ſen. conſil. 198.

Primo aſpectu.in fin.volum. 2.quod repetitum eſt
conſi.75.volum.4.quem ſequitur Neguſan. in dict.
tract.in 1.memb.octauæ par.in 7.fallen.num.20. &
in 2.memb.quintæ par.num.5.verſicu.Nono & vl-
timo. in materia prioritatis. & ratio eſſe poteſt,
quia alienatio de re ſpecialiter hypothecata non
6 valet, vbi enim inter contrahentes actum eſt,
quod res ipſa ſpecialiter obligata ſit, vt in caſu
propoſito, tunc res illa alienari non poterit, ita
multum ſingulariter dixit Bartol. in l.ſi creditor.
§.final.ff. de diſtrac. pigno. quem refert & ſequitur
7 Anton.Corſet.in ſingu.incipien.Pactum.l.in prin-
cip. Item quando hypothecaria actum eſt, & in
venditionis inſtrumento precarij conſtitutio inter-
ceſſit, vt in caſu noſtro, tunc contra poſſeſſorem
etiam principali debitore non excuſſo directo a-
gi poteſt. Alexand.conſilio nonageſimotertio.Vi-
ſo proceſſu.columna prima,nume.ſecundo, verſi.
Nec huic dominæ.volum.ſexto. Dec.in dict.l. fina.
num.28.ff.ſi cert.peta.Afflict.in deciſio.139.Magna
fuit dubitatio.colum.pen. & fin. & Neguſan. in di-
cto 1. memb.octauæ par.ſub nu.17.verſic.Quarto
fallit regula.& num.32.verſi.Vndecimo fallit.præ-
ſertim quando inſtrumentũ paratam habet execu-
tionem,vt hoc caſu virtute noſtrę diſpoſitionis mu
nicipalis habet: Præterea in caſu noſtro ineſt de in-
8 grediendo propria auctoritate pactum &c. Et vbi
illud ad iuris realis executionem adiectum eſt,tunc
illud etiam contra ſingularem ſucceſſorem a debi-
tore cauſam habentem exerceri poteſt,vt latè pro-
ſequitur Neguſan.in d.trac.in quarta part.num. 20.
verſic.Septima conclnſio eſt. quem refert & ſequi-
tur Galleſi.in tract.de obliga.in for.came.in 5. q.ſe-
cundæ par.ad tertiam particu.obliga.came.ſub nu.
3.& tradit Grat.conſ.37.Viſis ſubtiliſſimis.col.2.nu.
12.cum ſeq.vol.1.Tiraq.in tract.de iure conſt. in 1.
par.num.42.verſic.Et autem. Maranta.in ſuo Spec.
in vlti.actu.in 3.q.prin.nu.26.verſi.Nota hic tamen.
& dixi ſupra conſ.8.Pro eorum reſolutione.nu.19.
Et vbi debitor non tantum de ingrediẽdo propria
auctoritate pactum fuit,ſed ſe pro creditore poſſide
re conſtituit,vt in caſu propoſito, tunc debitor ſi rẽ
illam in tertium alienauit, poterit creditor vigore
dictæ clauſulæ contra dictum ſingularem ſucceſſo
rẽ pactũ illud per vim,data de facto reſiſtentia exer
cere, quia magis eſt defenſio quàm occupatio. ita
tenet Bar.in l.3.col.5.verſ.Et prædicta vera.C.de pi-
gno.quem ſequitur Neguſ. in d.4. part. ſub eodem
nu.20.ver.octaua concluſio eſt.Ad ſecundũ reſpon
9 deri poteſt,ꝙ in caſu noſtro ſtante iuramẽto in vẽ-
ditione appoſito aliqua non requirebatur denun-
ciatio,vt eſt commu.opi.de qua per Alex. in l. 2. §.
voluntatem.ff.ſol.mat.& Goz.conſ.31.In hac cauſa.
col.1.in fi.nu.7.verſi.Item propter iuramentum.&
10 conſ. 57. Multa fuerunt. col. 3.nu.11.verſicu.Item
propter iuramentum.Pet.Io.Anch.in lib.q.familiar.
q.36.Scęuola.nu.6.ver.Accedebat quoq;.& probat
Couarruui.in trac.var.reſol.lib.3.c.17.nu. 5. verſic.
Quinto ſufficiens eſt.& Rol.conſi.6.Quoniam.co-
lum.10.nu.48.volum.1. Et quatenus requireretur,
quod tamen negatur,dico denunciationẽ etiã poſt
latam ſententiam, & in cauſa appellationis ſuffice-
re,etiam quòd in prima inſtãtia minimè facta fuiſ-
ſet,vt eſt gl.not.in l.ſi rem.§.fi.in verbo,præfinitur.
in fi.ff.de euictio.quam ſequitur Albe.in l.emptor.
poſt prin.C.eo.ti.Idẽ firmat Prati.Papi.in for.lib.in
cauſa uendi.in gl.promittens de euictione.col.1.in
fi.Sal.in l.1.q.3.C.de peric.& commo.rei uẽ.& ſequi
tur Aluaro.in cap.1.colum.ſecunda.poſt prin. uer.
Item ſimiliter non agitur.in tit. ſi de feu. uaſal. fue.
interpel.& Amanel. in ſingul. 139. Gloſſ.eſt. At in
caſu noſtro ſer Melchior, & Dom. Iulia eius uxor
Iacobino ſententiam contra.Dom.Luciam latam,
appellationemq; per eos interpoſitam ad aſſiſtẽdũ
& defendẽdum cauſam ipſam denunciauerunt, er-
go &c.Nec refragatur appellationem ipſam per ſer
Melchiorem & eius uxorem tunc appellãtes fuiſſe
deſertam,quia Iacobinus denunciatus illã proſequi
debebat iuxta intimationem ſibi factam, nec illam
appellantes proſequi cogebantur,quia bonam fidẽ
11 agnoſcere poterant,ut infra dicetur. Amplius dico
ꝙ cum auctores ſer Melchioris & D. Iulia a Ciuita
te Arimini abſentes eſſent,ut a multo tẽpore, ante
notorium erat,ut ex teſtium depoſitionib. hac in-
ſtantia examinatorum conſtat,ſufficit denunciatio
nẽ ſimpliciter factã fuiſſe Iacobino ſingulari ſucceſ
ſori cauſam a dictis ſer Melchioris & D.Iulię aucto
ribus habenti tanquam eorum amico,cum ipſi au
ctores domum non haberent,nec Arimini procu-
ratorẽ,ut refert Eufre.in addi.ad Capel. Tholoſa.in
12 deci.407.ſub uer.Sexto niſi eſſet.in fi. dictæ additio
ni.Et ubi abſens conueniri non poteſt, conuenitur
poſſeſſor,ut not.gl.pen.in auth.hoc ſi debitor.C.de
pign.& Bal.conſi.160.Libellus.uer.Item eſt abſens.
13 uol.2.Nec ſufficit tertiũ poſſeſſorẽ omiſſam denu-
ciationẽ allegare,quia ubi notoriè de ueritate,euin
centisq; iuſtitia conſtat,emptorib.imputari non de
bet,ſi liẽ fuiſſe ſibi morã uenditori non denũciaue
rũt,ut latè & elegãter probat Alex.cõſ.67. Fortifica
tur.uerſi.Fortius dico.uol.3.& conſ.63. Diligenter
inſpectis.col.fi.uer.Et quod not.Bal.uol.6.per not.
per Imo.in c.fi.colum.fi.extr.de empt.& uendit.&
Fulgo.in l.emptorem.in princ.ff.de act.empt.Idem
firmat Roma. & eum Alex.in l.non ſolum.§.mor
te.col.fi.nu.46.uerſ. Et in quantum dicit Rom.ff.de
no.ope.nun.Aret. in §.Actionum autem.col.13.in
fi.uer.Et aduertas.ibi,quod eſt uerum niſi notoriũ
ſit.inſt.de ac.ubi addit ꝙ defenderenõ cogitur em-
ptor immo bonam fidem agnoſcere poteſt.ſequi-
tur Capyci.in deci.106.In cauſa Diomedis.col.1.poſt
nu.2.ibi Vnde licet in caſu,& Eufre.in d.addi.ad Ca
pel.Thol.in deci.407.d.uerſ.Sexto niſi eſſet notoriũ.
Soc.in trac.fall.in uerb.Emptor in euictionis cauſa.
in 4.fall.Affl.in deci.49.Cõuenitur. ad fi. & Hyp. in
rub.C.de prob.col.88.nu.207.uer.Et dixit Imo. hic
aũt per inſtrumẽta & euincẽtis iura in alio iudicio
contra.D.Luciam inſtituto,& in actis producto,de
ueritate,euincentisq; iuſtitia notoriè conſtat. ergo
14 &c.Et ubi notorium eſt emptorem iniquã litẽ age
re,ipſe liti cedere poteſt, & bonam fidẽ agnoſcere.
l.emptorem.in princip.de act.emp.not. gloſſ. & ibi
Bald.in l.ſi cum quæſtio.num.3.uerſicu.Et hinc ſu-
mitur.C. de euictio.& rem abſque ſententia reſti-
15 tuere.Pro quibus faciunt etiam dicta per Bald. in l.
cum tibi.C.eod.titu.quòd ſi res uendita eſt pro pe-
cunia alicui obligata,emptor creditori ſoluere po-
teſt,nullaq; expectata ſententia rẽ liberare, & in cõ
tinenti ſtipulatio nulla expectata ſententia contra
uenditorem ad intereſſe committitur,per quam in-
16 demnis ſeruari debet. Fortius dico quòd quatenus
denunciatio facta non fuiſſet, Iacobino excipere
non ſufficit,quòd per ſer Melchiorem & Dominã
Iuliam lis ſibi denunciata non fuit, quia ipſe in prę
ſenti iudicio oſtendere, & probare debuit, quòd ſi
in prima inſtantia lis ſibi denunciata fuiſſet, mo-
dum & facultatem habebat defendendi Dominam
Luciam primo conuentam aduerſus Antonium
Mariam euincentem.Imo.in d.c.fi.de empt.& uen-
di.quod pro ſingulari refert & ſequitur Alex. in d.
§.morte.col.fi.nu.47.uerſi.Vel dic. & Aymo. conſ.
83.Petrus Gardini.col.fi.uer.Quarto reſpondeo.&
conſ.179.In cauſa appellationis.col.2.num.4.uerſi.
ſecundo

ſecundo reſpondeo.uol.1. verum in caſu noſtro Iacobinus nedum hoc minime allegauit,neque probauit, immo ex inſtrumentis per Antoniummariam productis de contrario conſtat, quòd nullo pacto poterat obſtante emptionis inſtrumento factę per magiſtrum Antonium Antoniimariæ patrem in alio primo proceſſu producto illam defendere. Tertium quoque refragari non uidetur,quia cum contra D.Luciam lata fuerit ſententia,& contra ipſam commiſſa fuerit executio,ut in proceſſu in actis producto conſtat fol.19.& fol. 29.alia non requirebatur contra ſer Melchiorem & eius uxorē ſententia,quia facta per eos Iacobino intimatione de prædicta ſententia,& appellatione per eos interpoſita ad aſſiſtendum in cauſa,& illam defendendum, bonam fidem agnoſcere potuerunt, ſententiamque condemnatoriam, & executionem expectare non tenebantur, ut diximus ſupra. Quartum etiam aduerſari non uidetur, quia quāuis dicti cōiuges a ſententia contra D.Luciam lata appellauerint,& ex hoc fateri uideantur malam fouere cauſam:nihilominus hoc non pręiudicauit eis,quia appellationem non animo illam proſequendi interpoſuerunt,ſed ut illam Iacobino intimarent,ut tenebantur,iuxta glo.& Doc.in l.emptori. C.de euictio.& Are.in §.fi.inſti.de cōtrahen.emptio.& Bellon.conſi.50.in præſenti difficultate. col.4. num. 8. & ut, ſi Iacobinus Antoniummariam malam cauſam fouere cognoſceret,appellationem proſequeretur,& ut ipſi bonam fidem agnoſcerent,prout eū D. Lucia tranſigendo agnouerunt:interpoſitaque appellatio deſerta fuit ex culpa & defectu Iacobini eam nō proſequentis & defendentis, ut tenebatur. Vltimum quoq; refragari non uidetur, quia dato quod Endilia & magiſter Antonius eius maritus bona per Iacobinum poſſeſſa pro uirili acquiſiuiſſet, nihilominus quia inſolidū ſer Melchiori & D. Iuliæ eius uxori ſe obligauerunt,ut per uenditionis inſtrumentum per eos factę apertiſſime conſtat,inſolidumque bona illa Iacobino uendiderunt,dico quod bona illa quamuis per eos uiriliter acquiſita, & per magiſtrum Antonium poſſeſſa tam nomine proprio,quàm ut uſufructuarius bonorum uxoris & deinde per eoſdem inſolidum Iacobino alienata fuiſſent,eiſdem tamē ſer Melchiori & D.Iuliæ obligata cenſentur,& ſic uirtute primę obligationis per Endiliam,& eius uirum factæ,bona per eos acquiſita licet uiriliter,remanent ſer Melchiori & D.Iuliæ inſolidum obligata. Ex quibus omnibus omnia ex aduerſo contra ſer Melchiorem, & eius uxorē obiecta ſublata uidentur,& ita de iure reſpondendū cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Mater ad ſecundas nuptias tranſire volens, vitricum etiam in filia tutorem petere poteſt. Vitricus priuigni tutor eſſe poteſt.ibidem.*

2 *Mater ad iudicem accedere debet dicens ſe ad ſecūdas nuptias tranſire velle, ideo de tutore pupillo prouideri petit, & ad hunc particularem actum tutorem dari faciat,ut cō eo ſua adminiſtrationis rationem reddat, eiuſque dotes,& ea quæ per obitum ſuorum filiorū acquiſiuit, ſibi aſſignari. Tutela defertur ſicuti defertur hæreditas.ibidem.*

3 *Hæreditas pupilli proximioribus defertur,etiam quòd ex latere materno exiſtant.*

4 *Pupilla quamuis penes Vitricum educari non debeat,poteſt tamen penes eius conſanguineos proximiores educari.*

CONSILIVM XXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur, ſi iuris diſpoſitionem attendimus, non eſt dubitan
1 dum.D.Lucretiam de Merlinis ad ſecūdas nuptias tranſire uolentem petere poſſe quem uoluerit in eius filię tutorē etiam Vitricum,ut eſt tex. in l. fi. C.de contra. iudi. tute.quem tex.ibi ſummat Bal.quòd Vitricus priuigni tutor eſſe poteſt,& ſubdit ibi Bal. quòd ille tex. pro matribus facit,quæ futuros maritos in tutores fil.ſuorū petunt: & ratio eſt,quia eo caſu datiuo locus eſt,non autem legitimo.ita cōcludunt Bar. Bal. Saly. & communiter alii in auth. ſacramentum.C. quando muli.tute.offi.fun.po. & optimum conſilium,& cautela eſt ſecundum Cut.Iunio.conſi.94. præſupponitur in facto ab hoc ſeculo.col.1.nu.3. uerſi.Circa ſecundam principalem dubitationem
2 quòd mater ad iudicem eat dicens ſe uelle ad ſecundas tranſire nuptias, & propterea pupillo de tutore prouideri petit,ad huncque particularē actum tutorem dari faciat, ut coram eo ſuæ adminiſtrationis rationem reddat,ac etiam dotes ſuas & quæ per obitum filiorum acquiſiuit, ſibi aſſignari faciat,& pro hoc tex.adducit in l.impuberi.ff. de tuto.& cura.dat.ab his.Reddita demum adminiſtratione iterum dari petere poterit, qui bona pupilli adminiſtrare curet,in eiuſque tutorem futurum maritum dari petere poterit, ut dixi,& plene declarat Curt.d. conſi.94.num.7.& num.8. ſi uerò municipalem diſpoſitionem animaduertimus,D. Lucretia volens ad ſecunda uota conuolare, alios cum effectu tutores expoſcere poterit, & eis adminiſtrationem reddere, & reliqua pupilli bona reſignare,ſtatutique forma & ordine non ſeruatis tutelæ datio ipſo iure ſecundum ſtatuti diſpoſitionem non valet. Poterit igitur iuxta municipalem diſpoſitionem,quē noluerit,petere,cum a ſtatuto perſonam aliquam petere poſſe non prohibeatur,ut iuris communis diſpoſitioni conformetur, & ſi aliquo caſu uitricus eſſe non poſſet,& locus datiuo non eſſet, pupillæ proximior dari deberet,cùm deferatur tutela, ſicuti defertur hæreditas.§.ex his autem.in auth. de hæredi. ab inteſta.ueni.Sed Horatius & alii de Merlinis qui in ſecundo gradu pupillæ ſunt, proximiores extāt,
3 nec attenditur,quod ex latere materno ſint,quia illis pupillæ hæreditas prius defertur, quàm aliis ex paterno latere remotioribus,ut eſt tex.in auth.poſt fratres.la 2.C.de legi.hæredi.ergo Iacobo & Bernardino de Albicinis a D.Lucretia adminiſtrationem petentibus tutela dari non poteſt, cum in gradu remotiores exiſtant,& illis per ſtatuti Forliuii diſpoſitionem dari nō debeat,ut ex ſtatuti lectura dignoſci poteſt. Erit igitur conſilium optimum D.Lucretiæ procuratorem ad Reuer.D. Vicelegatum accedere,citatiſque Iacobo & Bernardino prædictis nomine D.Lucretiæ præceptum aliàs ſibi factum reuocari petere,& ad iuris uiam reduci:attenta clauſula in fine eiuſdem præcepti appoſita, & coram ipſo ſtatutum exhibere,ſub rub.76.de tuto.dan.pupil. in quo contrarium eius, quod in præcepto aſſeritur,apparet,eoque uiſo Reuer. D. Vicelег.interloquetur D.Lucretiam poſſe tutores petere,quib.adminiſtrationem reddat,& petere poterit, quos ipſa nominabit,duoſque ex prædictis ex materno latere uti pupillæ proximiores nominare ualebit,ut dictam adminiſtrationem calculent,& de reddita admini-

miniſtratione finem, & quietationem ſibi faciant.
Quo facto, vel eoſdem in tutores omnium bono-
rum, & dictæ pupillæ iterum petet, vel eius futurum
maritum; vt abunde declarat Bero. in lib. q. familia.
q. 66. Matre poſt ſuſceptam tutelam. & Cur. d. conſ.
4 94. Et quamuis concludant doct. in l. 1. vbi gloſſ. C.
vbi pupil. educ. debe. & Bald. in l. omnem. columna
fin. C. ad Tertul. & Aymo. conſil. 190. Quod in præ-
ſenti. ſub nu. 7. vol. 1. pupillam penès vitricum edu-
cari non debere, non tamen prohibent, quinimmo
tenent illam penes eius proximiores cōſanguineos
educari, vt declarat Bald. vbi ſupra, quem ſequitur
Cur. d. conſil. 94. columna fin. in princip. uerſic. pro-
ptetea reperio, ibi dum dicit, iſtud procedit quando
pupillus commode apud alios educari poteſt, ut
ſunt præfati ex latere materno. cum de legitimis exi
ſtant, quibus hæreditas ab inteſtato defertur, ut d. §.
ex his autem. & d. auth. poſt fratres. & tuti ſint, quod
pupillæ non inſidiabitur, ut de iure requiritur, ut eſt
tex. in l. pen. ff. ubi pupil. educa. debe. & gloſſ. ſecun-
da. in l. prima. ff. eod. & hæc ſunt, quæ perſtrictis ver-
bis ad fauorem Dom. Lucretiæ allegari poſſunt. Et
ita de iure reſpondendum cēſeo ego Matthæus Bru
nus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis
Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filia ſi fuit per patrem in conſtitutione dotis inte-
gre ſoluta, cum conſignationis tempus attendatur, & non
tempus mortis patris, legitimæ ſupplementum non debe-
tur, etiam quod patris facultates poſtea auctæ fuerint.*
2 *Legitimæ ſupplementum tempore mortis patris filia auctis
eius facultatibus conſequi poteſt, ſi tempore conſignatio-
nis dotis integram legitimam non habuit.*
3 *Dos loco legitimæ ſuccedit.*
4 *Dos congrua, & competens ſecundum legitimam commen-
ſurari debet.*
5 *Exceptio, & declaratio intelligi debet ſecundum terminos
præcedentis diſpoſitionis, a qua facta fuit.*

CONSILIVM XXX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 BREVITER in caſu de quo quæritur,
diſtinguendum videtur, utrum legitima
fuerit per Bartholomæum Dentium D.
Madalenæ patrem in dotis conſtitutio-
ne integrè ſoluta, aut non. Primo caſu
conſignationis tempus attenditur, & non tempus
mortis patris, ut eſt communis doctorum ſententia
per Curt. ſenio. relata conſi. ultimo. columna tertia.
poſt princip. uerſic. & ſic communis ſententia eſt,
quam ſequitur Alex. in l. ſerui qui. ff. ad leg. Falcid.
Ruyn. conſil. 56. in præſenti conſultatione. col. 6. &
7. num. 13. & 14. uol. 3. Boeri. in deciſ. 62. Si pater. co-
lum. 4. num. 16. uerſ. unde concludendum uidetur,
ideo legitimæ ſupplementum peti nō poteſt, etiam
quòd patris facultates auctæ fuerint, & ita determi-
nat Gram in deciſ. 57. Iacob. Campanarius. col. 10.
ſub num 34. verſic. Quo vero ad illud: & hic non eſt
caſus noſter. Secundo vero caſu quando filia tem-
2 pore conſignatæ dotis integram legitimam non ha-
buit, tunc legitimæ ſupplementum tempore mor-
tis patris etiam auctis facultatibus peti poteſt ſecun
dum eundem Cur. in d. 3. col. ſub verſ. venio modo
ad ſecundum. ibi aliud vero quando non habuiſſet,
& tenet Boeri. in d. deciſ. 62. num. 15. verſic. ſecus vi-
detur. & hoc eſt verum nedum de iure communi,
verum etiam ex municipali diſpoſitione terræ San-
cti Arcangeli. ſub rub. de ord. obſer. quod ſtantibus
maſculis &c. dum diſponit quòd ſi filia per maſcu-
los excluſa, non eſt per defunctum legitime dotata,
de cuius ſucceſſione agetur, per ipſum, vel ipſos ma
ſculos ipſam excludentes legitime dotari debet, ſub
dens quòd legitime dotata per defunctum intelliga
tur, uel per maſculos excludentes dotanda ſi eius le
gitimam habeat, quam ab inteſtato in ſucceſſione
ipſius defuncti ex eius bonis, uel maſculorum ex-
cludentium habitura eſſet, & ſi tantum non habet,
uſque ad legitimam prædictam per ipſos maſculos
ſuccedentes ſuppleri debeat. Ex quib. uerbis mani-
feſtiſſime apparet filiam non congrue dotatam uſ-
que ad eius legitimam tempore conſignationis do
tis poſſe legitimæ ſupplementum iuxta patris facul
tates tempore mortis petere, cum determinet mu-
nicipalis diſpoſitio ex bonis defuncti legitimā ſup-
pleri, & ſic mortis tempore, uel ex bonis maſculo-
lorum excludentium, & ſic tempore quo a maſcu-
lis excluderetur, & non ante, cum hoc legitimæ ſup-
plementum iuxta prædicti ſtatuti diſpoſitionem,
ſucceſſionis, & non dotationis tempore debeatur,
ut ex uerbis illis colligitur, quam in defuncti ſucceſ
ſione habitura eſſet. Et illius ſtatuti ratio fuit: quia
3 filia in dote minori legitima dotari non debet, cùm
dos loco legitimæ ſuccedat. l. quoniam nouella. C.
de inoſ. teſt. & voluit Bal. in l. quoniam in priorib. C.
eo. tit. Non ob. quæ ex diuerſo adducuntur, præſer-
tim ex no. per Gram. in d. deciſ. 57. nu. 35. & 36. quia
ſi verba illa recte ponderentur, non dicit Gramm. vt
ex aduerſo aſſeritur: allegata enim per ipſum loquū
tur quando tempore conſignationis dotis dos con-
grua fuit, & ita conſuluit Ruy. d. conſ. 56. num. 13. &
4 num. 14. & dos congrua, & competens ſecundum
legitimam commenſurari debet, vt no. Sal. in l. ſan-
cimus. in fi. C. de nup. & in auth. res quæ. per illū tex.
in 2. no. C. com. de leg. cum ſi. per Alex. tradens con
ſi. 69. ſuper 1. dub. col. 1. uol. 1. cum aliis concord. ſa-
tis abunde per Dec. relatis conſ. 181. ſatis notū eſt. co
lumna 1. num. 5. uol. 1. & Gramm. in d. deciſ. 57. col.
11. in fi. nu. 40. præſertim quando in loco extat ſtatu
tum, quòd filia fœmina extantibus maſculis dotari
debent, ut hoc caſu, & ſupra demonſtratum eſt, ut
declarat idem Dec. in d. 2. col. poſt med. ibi. Nam do
ctores in locis. Nec refragantur adducta per Boe. in
d. deciſ. 62. in ult. col. in prin. uer. & hanc concluſio-
nem intellige. Super quibus maxime fundatur D.
ex diuerſo Aduocatus. Quia illa Boerij declaratio
5 tradita ad præcedentem verſiculum refertur, cum
exceptio & declaratio intelligi debeat ſecundū præ
cedentis diſpoſitionis terminos, a qua facta fuit. l. nā
quod liquide. §. fi. ff. de penu. leg. & no. in l. 1. ff. de re
gul. iur. In præcedenti autem uerſiculo inquit Boer.
quòd ſi legitima inter uiuos, uel in ultima diſpoſi-
tione filiæ relicta, inſpectis tunc patris facultatibus
ſufficiens erat, non poteſt filia iuxta auctas faculta-
tes legitimæ ſupplementum petere: & hoc verū eſt,
inquit quando agnati pro domus, & familiæ conſer
uatione erant hæredes inſtituti, ſecus ſi extranei hæ
redes inſtituti fuiſſent, tunc enim filia iuxta faculta-
tes poſtmodum auctas legitimæ ſupplementum pe
tere poſſet: at in caſu propoſito legitima, ſiue dos
conſignationis tempore haud ſufficiens erat, vt in
facto ſupponitur, ideo de vno ad aliud inferri non
poteſt. l. ſi. cum vulg. ff. de calumn. & ita de iure con
cludendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcō.
Arimin. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſi
mæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Plures ſi principaliter & inſolidum obligantur, eorum quilibet conueniri poteſt.*

2 *Pecunia ſi ad manus unius correi peruenit, an correus alter pecuniam offerre poſſit, illamq; deponere, ut ſuis ſumptib. & periculo creditor contra illum, ad quem pecunia peruenit, experiatur.*

3 *Renuncians beneficio de fideiuſſoribus excuſſionis beneficio renunciare dicitur.*

4 *Renuncians omnibus beneficijs, iuribus, & defenſionib. cum clauſula, & omni legum, & iuris auxilio, excuſſionis beneficio renunciare dicitur.*

Clauſula, omni legum & iuris auxilio interueniente iuramento, quid operetur. ibidem.

5 *Promittens attendere, & obſeruare omnia, & ſingula in inſtrumento contenta, & non contrauenire, ab omni iure excluditur, quod ſibi competere potuit.*

6 *Correus inſolidum obligatus renuncians cum iuramento omni beneficio, quod pro ſe facere poteſt, excuſſionem opponere non poteſt.*

7 *Sententia ſi ex eiſdem actis retractanda uenit, qui eam obtinuit, in expenſis tam illius inſtantia, quàm ulterioris condemnari debet.*

8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium opponi non poteſt, quando illi cum iuramento renunciatum fuit.*

9 *Iurans omnia, & ſingula in inſtrumento contenta fuiſſe, & eſſe uera, exceptionem non numeratæ pecuniæ infra biennium opponere non poteſt.*

10 *Exceptio rei non traditæ infra triginta dies, & non ultra, opponi debet.*

CONSILIVM XXXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

OMISSIS ſuperfluis pro dilucidatione
præſentis queſtionis cõcludo Paulum
macellarium rite, & recte cõtra Domi
nicum aliàs Menghinum Briſcianum,
unum ex correis expertum fuiſſe, ma-
leque ac nulliter per iudicem a quo iudicatum fuiſ
1 ſe, ex eo quòd ubi plures principaliter, & inſolidum
obligantur, eorum quilibet conueniri poteſt, cùm
eorum quilibet ſe principaliter obligauerit. l. 3. §. fi.
ff. de duo. reis. habetur in l. duos reos. in prin. & in l.
reos. §. fi. ff. eo. & facit tex. in §. ſi plures, ubi Are. in
2. not. Inſti. de fideiuſ. dicens quòd quando plures
ſe inſolidum debitores conſtituerunt, in facultate
creditoris eſt, quem uoluerit conuenire, ut eſt tex.
in auth. hoc ita. & ibi Doc. C. de duo. reis. & in hoc
non eſt dubium, ex quo quilibet per pactum ſpeci-
ficum ſe obligauit, & ſe obligare potuit. l. iuriſgen-
tium. §. ait prætor. ff. de pact. & l. ſi quis in conſcribẽ
do. cum simili. C. eo. Nec ob. ſi dicatur, quòd pecu-
2 nia ex frumento redacta per Paulum dictis correis
tradito ad Bertum peruenit, & ubi ad unum pecu-
nia peruenit, alter correus offerre poteſt. & pecu-
nias deponere, ut ſuis ſumptibus, & periculo credi-
tor contra illum, ad quem pecunia peruenit, expe-
riatur, ut tradit Bar. in d. l. 3. §. fi. in 7. q. & in d. auth.
hoc ita. col. 2. q. 7. per tex. in l. unde quæritur. ff. com
modo. Roma. conſi. 114. uiſis ſupra conſultis. Io. de
Ana. conſi. 60. in quæſtione iſta. Pau. de Ca. conſi.
331. in cauſa Silueſtri. in prin. uol. 1. in nouis. & cõſi.
409. Conſideranda ſunt. in prin. co. li. Are. in d. l. 3. §.
ubi duo. in fi. ubi communem opi. atteſtatur eſſe
cum Bar. Soc. ſeni. conſi. 71. Suppoſita concluſio-
ne. uol. 3. Ripa in l. ſi ex toto. §. ſi ita ſcriptum. in fi.
de leg. 1. Hyp. in ſing. 2. ſi plures. & in rub. ff. de fide-
ius. num. 65. & 370. cum ſeq. & in ſing. 278. habens
duos reos. quoniam ad hoc breuiter reſpondetur
quòd doctrina Bart. & ſequacium procedit quan-
do plures principaliter & inſolidum in ſcriptura
priuata, uel mercatoris libro ſimpliciter, & abſque
ulla renunciatione & iuramento obligantur, ſecus
ubi ipſi & eorum quilibet ſe principaliter conueniri
uoluit, renunciando cum iuramento de fideiuſ-
ſoribus beneficio, & omnibus exceptionibus, iuri-
bus, ac defenſionibus in eius fauorem tendentib.
nam hoc caſu nulli dubium eſt, quòd per alterum
ex correis opponi, aut allegari non poteſt, quòd is
ad quem pecunia peruenit, primo excutiatur, alle-
gans enim & opponens contra proprium iuramẽ-
tum uenit, & tanquam periurus audiri non debet.
l. ſi quis maior. C. de tranſac. & c. paruuli. & ibi glo.
22. q. 5. & renuncians de fideiuſſoribus beneficio
3 excuſſionis beneficio renunciare dicitur, ut decla-
rant mod. Bono. in d. rub. de fideius. col. 3. nume. 7.
uerſi. & primo pro intelligentia tironum. ubi plu-
res caſus adducunt, in quibus fideiuſſor excuſſionis
beneficium non habet, etiam quòd beneficio de fi
deiuſſoribus non renunciauerit. At in caſu propoſi
to Menghinus, Bertus & Alexander pacto expreſſo
excuſſionis beneficio renunciauerunt, ut ex inſtru-
menti lectura in principio cognoſcitur, & uolue-
runt quòd ſi ipſi coobligati a frumenti præſtiti re-
ſtitutione ceſſarent, Paulus contra eorum quemli-
bet pro libito ſuæ uoluntatis agere, experiri, & pro-
cedere poſſet renunciaueruntque dicti correi cum
iuramento omnibus beneficiis, iuribus, defenſioni
bus & priuilegiis in eorum fauorem tendentib. &
ubi quis omnibus iuribus, & defenſionibus cum
4 clauſula & omni legum, & iuris auxilio renunciat
ut in inſtrumento legitur, renunciare dicitur illi le-
gi uolenti primo eum, ad quem pecunia, ſiue fru-
mentum peruenit, excutiendum eſſe, ut ex not. per
Gozadi. pater conſi. 53. prima facie. col. 2. in prin.
num. 9. uerſi. præterea pondero. & conſi. 69. Vide-
tur prima facie. col. 3. uerſus fi. uerſi. Quarto dico. &
Afflic. in decis. 82. quia regia. col. fi. uerſi. idem uide-
tur dicendum. per quam clauſulam inquiunt Mod.
Bono. in d. rub. de fideius. num. 35. uerſi. Reſtat mo-
do ultimo. quòd ſi aliter alicui beneficio uel exce-
ptioni expreſſe renunciatum non eſſet, omnib. ex-
ceptionibus in renunciantis fauorem tendentibus
renunciatum eſſe intelligitur per not. per Bal. in l. 1.
col. 2. in fi. uerſi. pater qui conſenſit filio. C. de con-
ueni. fiſci debi. lib. 10. & Alex. conſi. 71. uiſo. col. pe.
in prin. uerſi. Pondero illa uerba, uol. 2. cum multis
concordan. ibi per eos relatis. & ideo Ruy. conſi.
98. uiſa renunciatione. col. 10. in prin. uerſi. & præ-
ſertim. uol. 1. inquit quòd ubi poſt quædam expreſ
ſa beneficia ponitur illa generalis clauſula, & om-
ni alii legum auxilio: ẽt alia beneficia ultra expreſſa
tolli uidentur, & præſertim ob iuramentum, quod
uim ſpecialis expreſſionis habet, pro quo faciunt
tradita per Gozadi. conſi. 32. nu. 14. Hinc dixit Are.
in §. idem iuris. col. 28. in fi. uerſi. quid ſi renuncia-
tur. inſti. de exceptio. quòd illa clauſula in quolibet
inſtrumẽto ſemper apponi debet, quia immenſum
operatur, quia omnino uidẽtur ad propoſitum no-
5 ſtrum. & tanto magis quia eorum quilibet confeſ-
ſus eſt, & iurauit omnia, & ſingula in dicto inſtru-
mento contenta fuiſſe, & eſſe uera, & attendere &
obſeruare promiſit. & contra prædicta, uel prædi-
ctorum aliquod non dicere, facere, uel uenire, quo
caſu ab omni iure, quod ſibi competere potuit, ex-
cluditur, & ab eis retrocedere non poteſt, ut tradit
Parſi. conſi. 20. Confeſſio. colu. 4. in fi. uerſi. eo ma-
gis. & uerſi. ſeq. uol. 1. ſed ad quid tantum labora-
mus,

mus, cum in præſenti caſu conſuluerit Are.conſi.
6 33.Conſultatio præmiſſa.colu.3. uerſi.venio igitur ad quartum.quem ſequitur Hyp. in d. ſing.2.ſi plures.in fi.ibi quod dictum limita, & reſtringe.ubi expreſſe determinat,quòd correus inſolidum obligatus,qui iureiurando omni beneficio renunciauit, quod pro eo facere poteſt, ullo pacto excuſſionis beneficium,de quo in præſenti caſu,opponere non poteſt.idem ante eum conſuluit Bal.conſi.249.Proponitur quod ex cauſa depoſiti. ad fi. & conſi.198. Ad intelligentiam,col.pen.uol.1. & Alex.conſi.73. in cauſa appellationis.colu.1.maxime in uerſi.item dici poteſt.uol.6.quos refert, & ſequitur Aymo.cõſi.77.De anno.col.fi.ad fi.nume.19.uerſi.Tertio reſpondet.uol.1.& firmat Ancha.in 1.lib.q.fami.in q.45.Dubitanti.nume.3.cum plurib.ſeq.& Por.Imo.in 6.lib.concluſi.in concluſ.& regu.4.quinimmo ſecundum Bal.in d.l.1.col.pe.ad fi.uerſi. Item quæro duo principaliter.C.de conueni.fiſci debi.lib.10.abſque alia expreſſa renunciatione, & iuramento talis correus excuſſionis beneficium non habebit,quia principaliter ſe obligando excuſſioni renunciaſſe uidetur:Si igitur in terminis noſtris caſum deciſum habemus,concludendum eſt Paulum recte contra Menghinum,etiam quòd ad alterius manum pecuniam peruenerit,expertum fuiſſe, & male ac nulliter per primum,& ſecundum iudicem fuiſſe iudicatum.Ad l.unde quæritur.ff. commoda.reſpondetur per Bal.in d.l.1. in fi. uerſi. Item non obſtat.l.unde quæritur. quòd lex illa loquitur in pluribus ſimpliciter obligatis ex contractu bonæfidei,& abſque renunciatione,& iuramento.In caſu autem præſenti Menghinus correus ex contractu ſtricti iuris ſe obligauit, iureiurandoque omnibus exceptionibus, & iuribus in eius fauorem facientibus renunciauit igitur &c.Et propterea Bal. ibidem dixit,quòd correus ſi de excuſſione prædicta opponere poſſet, ſequeretur quod hodie ſi fideiuſſor excuſſionis beneficio renunciat,nihilominus de excuſſione obiicere,litis ſumptus actori ſubminiſtrando,& cauendo quod minime uerum eſt: Vlterius dico quòd inaduertenter, & imperite primus, & ſecundus iudex a petitis Menghinum abſoluerunt, nam poſito non tamen conceſſo quòd in caſu propoſito Bertus primo excutiendus fuiſſet,ad quem pecunia peruenit non tamen Menghinus a petitis abſolui poterat. Sed ab obſeruatione iudicii abſoluendus erat,ut eſt glo.not.in propriis terminis in d.l.unde quæritur. in uerbo abſolui.Ex duobus igitur capitibus male iudicauerũt, tum quia Bertus excutiendus nõ erat, tum etiam caſu quo excutiẽdus fuiſſet,a iudicii obſeruatione Menghinus abſolui debebat, ex quo in ſententia Paulo ius in alio iudicio experiendi contra Bertum uigore inſtrumenti reſeruatũ fuit: con-
7 demnandus eſt igitur per ultimum iudicem Menghinus nedum ad petita, uerumetiam in expenſis primæ,ſecundæ,& ultimę inſtantiæ,cum duæ anteriores ſententiæ ex eiſdem actis retractandæ ſint,ut eſt deciſio Inn.in c.finem litibus.extr.de dolo,& cõtra quem refert & ſequitur Lanfran.in c. quoniam contra.in glo. De expenſis.col.3. uerſi. Concludite ſecũdum Inno.ex.de probatio.& ita conſuluit Ancha.conſi.331. viſis diligenter. in fi.& eſt communis opi.ut atteſtatur Lanfr. ubi ſupra. & ita determinant domini de Rota in deciſ.231. Licet ſententia. in nouis. & lauſſime declarat Euſtr. in additio.ad Capel. Tholoſa. in deciſ. 222. Item an fuit quæſitũ. an ille qui obtinuit. & in hoc animaduertat dominus iudicare debens,ne per imperitiam,uel iudicũ malignitatem grauetur Paulus in expenſis per ipſum in utraque inſtantia factis, cum, ut dixi, Menghinus in expenſis tàm primæ quàm ſecundæ,& ultimæ inſtantiæ condemnari debeat, & ita iudicari
8 debet:Nec refragatur,quod de pecunia non numerata per aduerſarium opponebatur, quę exceptio infra biennium opponi poſſe uidebatur,ut habetur toto tit.C.de non nume. pecu.& in l. qui pecuniam.& ibi late Iaſ. ff.ſi cer. pet. & per Are. abunde in §.idem iuris.Inſti.de excep. quia reſpõdetur hoc non vendicare ſibi locum, ubi cum iuramento illi exceptioni renunciatum fuit,ut in caſu noſtro, ſecundum Bar.& Ang.in l.fi. C.de non numer.pecu. & firmat idem Ang.in l.1. C.de dote cau. non num. ſequitur Corne. conſi. 186. De duobus.colu.pe.in prin. uerſi. Nec ob.quartum argumentum. uol.2. & refert idem Corne. cum Bar. communem eſſe opi.conſi.52.quotidianus.col.2.uerſi.Tamen communiter.co.li.Iaſ.in §.fuerat.col.17.nume.82.Inſti.de actio.& Hyp.in ſing.327.Exceptio non numeratæ pecuniæ,& aliàs dixi ad fauorem magiſtri Antonelli Pizati Rhegini. Et præcipue quando debitor confeſſus eſt,& iurauit omnia, & ſingula in inſtrumentum contẽta fuiſſe,& eſſe uera,ut dixi ſupra,& ita ſingulariter dixit Bal. conſi. 447. Contrahentes acceſſerunt.uol.1.Cremen.in ſing.15.Volo dare nouam. Are.in d.§.idem iuris.col.20.ſub num.37.uerſi.Nam aut iurauit.& pulchre Galleſi.in tract.de obliga.in for.came.in 1.q.ſecundæ par. ad ſextam particu.obliga.camera.num 6.uerſi.Huic ultimæ particulæ.fol.153.in paruis formis. Secundo reſpondetur,quòd in caſu propoſito,de pecunia non agitur, ſed de frumento,ut ex inſtrumenti lectura,& Pauli petitione dignoſcitur, & exceptio de re non tradita infra triginta dies, & non ulterius opponi debebat,ut eſt tex.in l.in cõtractibus. & ibi Ang.in prin. C.de non nume.pecu.& Afflic.in deciſ.105.In caſu reductionis.col.1.nume.2.quæ tamen minime oppoſita fuit, ergo &c. Et ex his omnia quæ contra Paulum adduci poterant,ſublata uidentur,& ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Arimin.ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimę uirginis matris Mariæ,amen.

S V M M A R I V M.

1 *Diuerſitas perſonarum,& ſcripturarũ, factorum,& obligationis diuerſitatem arguit.*
Pluralitas obligationis ex perſonarum,& ſcripturarum diuerſitate præſumitur ibidem.
2 *Pluralitas contractuum non præſumitur.& num.5.*
3 *Probatio duplex de eadem ſumma ex eadem mutui cauſa inter eaſdem perſonas, vnum mutuum,& non duplex præſumere facit.*
4 *Duæ ſcripturæ confeſſionis mutui eiuſdem quantitatis diuerſis temporibus factæ de eodem mutuo loqui præſumuntur.*
6 *Duo actus,& duo inſtrumenta vbi vnico fiunt contextu ob contextualitatem,& vicinitatem de vnico actu,& inſtrumento iudicantur,correſpectiuiq́; dicuntur, videlicet quòd vnus alterius contemplatione factus ſit.*
7 *Actus vbi non eſt multiplicabilis, pluralitas non eſt præſumenda.*
8 *Electio eſt debitoris in contractibus alternatiue conceptis.*
Ad veritatem alternatiuæ ſufficit vnam partem eſſe ueram. ibidem.
9 *Solutio ſufficit quòd vni facta fuerit, vbi actum eſt, quòd vni vel alteri fiat.*

CON-

CONSILIVM XXXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PAVCIS ſuper præſenti conſultatione inſiſtendum puto, tùm quia inſtrumenti verba ſuper dotis augumento veritatem aperiunt, tum etiam quia ex teſtiũ depoſitionibus clariſſimè colligitur, & probatur. D. Romanam compellendam eſſe ad caſſandum, abolendumque dictum inſtrumẽtum ob ſolutionẽ per Guidobaldum Zannotum eius fratrẽ. D. Mario eius viro factam virtute promiſſionis de qua in eodem inſtrumento. Nec refragatur ſolutionẽ illã factã fuiſſe reſpectu obligationis, de qua in priuata ſcriptura inter. D. Mariũ, & Guidobaldũ, & ſic inter diuerſas perſonas, vnde ex diuerſis bona illatio fieri non poteſt. l. fi. ff. de calumniato. cũ vul.
1 Et pſonarũ ſcripturarũq; diuerſitas, factorũ, & obligõnis diuerſitatẽ arguit, & ex tali diuerſitate obligationis pluralitas eſt præſumenda. Bar. in l. ſi ſtichũ. §. fi. ff. de nouatio. Nic. de Neap. in l. a. C. de diſcuſſo. li. 10. & Ang. in l. planè. §. ſi eadem. ad fi. de leg. 1. quos refert, & ſequitur Iaſ. conſ. 87. Clariſſimus. ubi plenè, uol. 3. ubi tenent, ꝙ ex inſtrumentorum, perſonarumq; diuerſitate obligationis diuerſitas præſumitur. ſi e ergo hoc caſu dicendum uidetur; ꝙ ſtante ſcripturarum & perſonarum diuerſitate, quibus promiſſio facta fuit, diuerſitas obligationis præſu-
2 mitur. Quoniã breuiter reſponderi poſſe videtur, ꝙ in præſenti caſu quamuis diuerſa interuenerit ſcriptura, eadẽ tamen obligatio & promiſſio ſuper dotis augumento facta fuit, & hoc caſu pluralitas non præſumitur, niſi probetur: & hoc per regulã quę habet, ꝙ contractuum pluralitas non præſumitur, ut in l. omniũ. cum gl. in uerbo comprobantur. & ibi Bar. C. de teſt. & l. fi. inducendo, ut ibi per Bal. C. de reb. cred. Cùm igitur in inſtrumẽto publico & in priuata apocha eodẽ die confecta, appareat Guidobaldum pro dotis augumento ſcutos centũ uno & eodẽ tpe, in duabusq; ſolutionib. ſoluere promiſiſſe, idẽtitas augumẽti dotis & nõ pluralitas pręſumi debet. Preterea in inſtrumento, & in apocha eadem apparet quantitas, eademq; cauſa veriſimiliter nõ reiterabilis, ſcilicet in ſatisfactione eius quod Guidobaldus. D. Romanæ promiſit. Nam ſolutione ſemel facta, & obligatione extincta, haud uerisimile eſt, quod iterum fiat. arg. l. cum de indebito. ff. de proba. pluralitas igitur non eſt ueriſimiliter pręſumenda, per not. in l. 2. C. de ſecun. tab. ubi per Iaſ. plene. & in ca. cum Io. hæremita. ext. de fide inſtru.
3 Confirmatur prædicta, nam ubi duplex probatio de eadem ſumma ex eadem mutui cauſa diuerſis perſonis & etiam inter eaſdem perſonas apparet, unum mutuum & nõ duplex præſumitur. arg. l. ſi diuortio. ff. de uer. ob. & ita decidit Bar. in l. triticũ. eo. tit. quod idem firmat Alex. & ſequitur conſi. 4. Circa primum. col. 3. uerſi. non ob. allegata in contrarium. uol. 1. & Soc. ſen. conſi. 129. Tota difficultas. col. 2. ver. Confirmatur iſta concluſio. vol. 4. & Rui. conſi. 223. Quæritur utrum. col. 1. nu. 2. 3. & 4. uol. 1. & loquit Euerard. in ſua centuria. arg. 86. Locus a præſumptione eiuſdem facti. ſub litera. A. ꝙ ſi conſtet aliquem a me mutuo centum recepiſſe, & deinde ex interuallo idem per ſolemnem ſtipulationẽ centum ex mutui cauſa mihi ſoluere polliceatur, & ego centũ bis petam, ipſe uerò aſſeuerat ſtipulationẽ de eiſdem centum primo præſtitis intelligi, ꝙ in dubio ſtipulatio & ex interuallo interpoſita de eiſdẽ centum & non de diuerſis eſſe preſumetur, quia in dubio pluralitas præſumi non debet: & refert ita Bar. tenere, quẽ ſequuntur Ang. Pau. de Caſtr. Imo. Alex. & communiter doc. in d. l. triticum. & hoc ſum-
4 eum menti tenẽdum eſt. Fortius dico, ꝙ ſi duæ ſcripturę confeſſionis mutui apparent eiuſdẽ quantitatis diuerſis tẽporib. confectæ, de eodẽ mutuo, & nõ de diuerſis mutuis loqui pręſumuntur. Ita concludit Bar. in d. l. triticum. dicens ꝙ perinde eſt ac ſi quis de eodem mutuo plures probationes hẽret. arg. l. ſempronius proculo. de lega. 2. quem refert & ſequitur Soc. d. cõſ. 129. col. 3. uer. Quæ interpretatio. inquiẽs ꝙ hanc Bar. deciſionẽ ſequũtur ibi Bal. Ang. Raph. Imo. & cõiter doc. & loquuntur quando ſimpliciter de eadẽ mutuata quantitate appareręt. Hinc dixit Affl. in deci. 240. In cauſa Cubelli. col. 3. uerſi e. Et pro hoc allegabatur. ꝙ ſi duo producuntur inſtrumenta eodẽ die confecta diuerſarum ſummarũ ex eadẽ cauſa, duo debita non præſumuntur. ſed in minori ſumma ualebunt: tanto magis ſi eiuſdẽ quantitatis, ex eadẽq; cauſa exiſtunt, ut in caſu noſtro, nã unum tantum, & non duo præſumũtur, nã ultra ꝙ eſt tam in inſtrumento publico, quàm in priuata apocha eiuſdem augumenti dotis expreſſa cauſa, eſt & expreſſa eadem pro dotis augumento quantitas, unde a ueriſimili diſtat, ꝙ cùm eadem quantitas ex eadem cauſa, & ad eundem effectum promiſſa fuerit, pluries ſolui debeat. l. nõ eſt ueriſimile. ff. quod
5 met. cauſ. Et ideo pulchre, & ſingulariter dixit Bald. conſil. 344. Ad euidentiam. volum. ſecundo, quod contractuum pluralitas ex inſtrumentorum pluralitate non præſumitur, quia de eadem re plura inſtrumenta fieri poſſunt: Pro quibus faciunt dicta per Aymo conſi. 158. Viſis actis colum. fi. num. 13. uerſi. Et ſi dicatur. & conſi. 198. Videtur eſſe. colum. 1. num. 1. uolum. 1. & Boer. in deci. 201. Si pater aut mater. col. 3. num. 6. verſ. Secundo uero caſu. ꝙ ſi pater uel mater eius filiæ certum quid reliquit, uel donauit, ſimilemq; deinde in teſtamento ſummam eadem die confecto eidem iure Inſtitutionis pro omni iure reliquit, quod niſi una ſumma, unaque quãtitas uidetur, & non plures, uel diuerſæ relictæ, cum eodem, & non diuerſis temporibus reli-
6 cta fuerit. Pro prædictorum confirmatione nota. Ange. doctrinam adduco conſi. 145. Gener a ſocero. colum. 2. uerſi. Item ratione eiuſdem. ꝙ ubi duo actus & inſtrumenta uno fiunt contextu, ob hanc cõtextualitatem & actuum uicinitatem iudicamus ut de uno actu & inſtrumento, & quod uni actui ineſt, alij ineſſe creditur. eandem doctrinam ſequitur Rom. conſ. 445. Conſultatio præſens. col. 1. uer. Tertio idẽ probatur. nullam de Ang. mentionẽ faciẽs. Et propterea dixit Bal. in l. petens. col. pe. C. de pac. quẽ refert & ſequitur Dec. ibi in 2. notab. & Aymo. conſ. 11. Tria principaliter. col. 1. nu. 3. uer. Amplius dico. uol. 1. cum alijs ibi per eũ relatis. ꝙ ubi plures actus ſiue contractus fiunt, unus poſt aliũ correſpectiui dñr, vel ꝙ unus alterius contẽplatione factus vr̃, & in propoſito multa ſimilia congerit Soci. ſen. conſ. 273. In hac conſultatione. col. 2. in fi. ver. Cõfirmatur hoc. uol. 2. hoc idem ſequitur Dec. cõſ. 636. Prima facie. col. 3. in prin. nu. 8. cum aliis ibi, & per eundẽ relatis in l. certi condõ. §. ſi nummos. col. 4. in fi. uer. Secunda concluſio. ſi cer. petat. Fortificantur
7 p̃dicta, nã a cõiter accidẽtib. actus augẽdi dotẽ non eſt multiplicabilis, & ubi actus nõ eſt multiplicabilis, nõ eſt p̃ſumẽda pluralitas. Dec. in c. in p̃ñia. col. 5. in 9. not. ibi. Si uerò multiplicari non ſolẽt. ext. de prob. & ſi in caſu propoſito diceremus actũ illũ augumẽtãdi dotẽ multiplicari dẽre, ſequeretur, ꝙ duplici p̃ſtationis augumẽti dotis onere ſe aſtrinxiſſet

Guidobaldus,

Guidobaldus, quod non eſt uериſimile, ut inquiunt Ang. & Roma. ubi ſupra. Ex quibus, intrepide concludendum puto, ſi veritatem, & non cauillationes amplecti volumus, quod inſtrumentum, & apocha de quibus agitur, de eodem dotis augumento, & non de diuerſis concinunt, & etiam ſer Io. Baptiſta de Guglielmis, & ſer Iacobus Angelinus teſtes examinati deponunt, & ideo Guidobaldum non tenexi concludo, niſi ad unum tantum dotis augumentũ, & nõ ad duo: Quinimmo dato ſine ueri præiudicio ueram eſſe concluſionem, quòd præſumeretur duplicatio, & ad centum promiſſa D. Mario, & ad alia totidem D. Romanę promiſſa Guidobaldus teneretur, dico in caſu noſtro concluſionem illã non procedere, quia in augumenti dotis inſtrumento legitur D. Romanam illam ſcutorum centũ quantitatem in duabus ſolutionibus ſibi aut futuro marito numerari ſtipulatam fuiſſe, quod ſecus dicendum eſt in his, quæ in contrarium opponi poſſent, eo enim caſu ſuſtineri poſſet duas eſſe quantitates, & una ac altera fortaſſe deberetur, ex quo cuilibet ſeparatim de ſoluendo facta fuiſſet promiſſio, nec dictum fuiſſet, ſibi aut alteri ſolutionem fieri. In caſu autem præſenti alternatiue dictum fuit, quòd ſibi aut futuro uiro ſoluerẽtur illa centum, ergo &c. & in contractibus alternatione conceptis ſemper
8 debitoris eſt electio. l. plerunque. ff. de iure dot. & l. non utiq; §. qui ſtichum. ff. de eo quòd cer. loco. &c. facit regu. in alternatiuis. ubi Dy. & alii de reg. iu. in 6. & ad ueritatẽ alternatiuæ ſat eſt unam partem eſſe ueram. l. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. cum aliis per Corne. relatis cõſi. 170. Repetito. col. 1. uerſi. ex quo dicta capitula. uol. 1. & ubi actum
9 eſt, quod ſolutio uni, uel alteri fiat, ut hoc caſu, ſufficit ꝙ uni facta fuerit. l. eum qui ita. §. qui ſibi, aut filio. ff. de uerb. obli. cùm igitur D. Mario facta fuerit qui deinde D. Romanæ maritus fuit, Guidobaldus liberatus eſt. d. §. qui ſibi aut filio. & l. uero procu. ff. de ſolutio. immo ſi D. Romanæ partem, partemq; D. Mario ſoluiſſet, ab utroq; liberatus fuiſſet. l. qui hominem. §. 1. ff. de ſolu. hæc enim ſoluendi facultas Guidobaldo conceſſa ex forma contractus ſibi auferri non poterat. l. aliud. & l. ſi. eo. ti. & ita concludit Pau. de Caſt. conſi. 36. Satis clara apparet. uol. 1. in nouis. Sequitur ergo quòd inſtrumẽtum quoad quantitatem D. Mariæ ſolutam aboleri debet, illiuſque uigore Guidobaldũ a D. Romana amplius inquietari non poſſe, & ita de iure reſpondendũ cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Datio inſolutum cum pacto de retrouendendo an in fraudem, vſurarum facta præſumatur.*
2 *Actio cui datur, multo magis datur exceptio.*
3 *Retentio facilius, & fauorabilius datur, quam petitio.*
4 *Conductor finita locatione rem conductam locatori reſtituere tenetur, & eam denegans locatorem ſpoliare dicitur, nulleque exceptio etiam dominium proprium concernens admittitur.*
5 *Retentio rei in prima inſtantia non oppoſita, in ſecunda opponi non poteſt.*
Retentio rei eſt compenſationis ſpecies. ibidem.
6 *Compenſatio in appellationis cauſa opponi non poteſt.*
Compenſatio uim reconuentionis habet. ibidem.
7 *Reconuentio in appellationis cauſa non admittitur.*
8 *Oblatio per debitorem an verbalis, vel realis eſſe debeat.*
9 *Oblatio realis coram iudice ordinario fieri debet, nec valet, ſi coram delegato facta fuerit.*
10 *Regula. l. cui damus in l. inuitus. ff. de reg. iur. qualiter procedat.*
11 *Actio qua venditori virtute pacti de retrouendendo competit, perſonalis, & non realis dicitur, & num. 13.*
12 *Conductor non nomine ſuo, ſed locatoris poſſidere dicitur.*
14 *Emptor elapſo termino ad retrouendendum data, ad retrouendendum cogi non poteſt.*
15 *Emptor elapſo termino ad retrouendendum partis ſolutionem recipiens ſibi præiudicat.*
16 *Maritus ab vxore mandatum non habens, illi præiudicare non poteſt in ſolutionem recipiendo.*
17 *Pactum de retrouendenda ſi duobus factum fuit, alter rem totã petere non poteſt, niſi ab altero mandatum haberet, cõmunique nomine peteret.*
18 *Socius mandatum a ſocio habere non dicitur, etiam ad ea gerendum, quæ ſocietati vtilia forent.*
19 *Sententia expreſſum errorem continens, qui ex actis colligi poteſt, eſt nulla.*

CONSILIVM XXXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN præſenti cauſa arbitror, contra magiſtrum Gaudentium de Gimano & D. Agnetem eius uxorem, per ſecundum & tertium iudicẽ male iudicatum fuiſſe, per regulam. l. ſi quis conductionis. C. loca. ubi conductor prius rem ſibi locatam reſtituere tenetur, quàm de eius proprietate obiicere ualeat: Nec dicatur contractum hunc per pactum de retrouendendo cum modicitate precii uſurariũ fuiſſe, ergo non ualere, hæc enim truffa eſt, cum in occurrenti caſu res per Franciſcum conductorem magiſtro Gaudentio, & eius uxori uendita non fuerit, ſed inſolutum tradita, ut ex inſtrumenti lectura
1 patet, quo caſu huiuſmodi contractus in uſurarum fraudem factus non præſumitur, ſed ualet, & tenet ut conſuluit Iaſ. conſi. 250. Reuocatur. cum duob. ſequentibus. uol. 4. & tradit cum multis. concord. Cagnol. in repeti. l. 2. in 6. q. num. 54. C. de pac. inter emp. & uendi. & Dec. conſi. 167. Cauſa quæ coram. col. fi. in prin. uerſi. Secus in datione inſolutum. & conſi. 308. In caſu ad nos. col. 2. in prin. uerſi. Secundo quia agitur. Nec pactum illud de retrouendendo rem inſolutum traditam per locatores conductori factum aduerſatur, ita ut conductor rem illã poſſidens oblato precii reſiduo retinere ualeat: allegans regulam, cui actionem damus, multo magis
2 exceptionem. l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. ſed uirtute dicti pacti Franciſco conductori datur actio. l. ſi cum venderet. vbi Pau. de Ca. ff. de pigno. actio. ergo fortius exceptio, & ſic retentio, quia facilius, & fauorabilius retentio, quàm petitio datur.
3 l. per retentionem. C. de vſur. l. 2. vbi Bal. in 3. not. C. de fideicom. & per Aymo. conſi. 148. Nobilis Antonia. col. 1. num. 2. uol. 1. cum aliis per Cagnol. relatus in d. §. cui damus. & in ſimili caſu conſuluit Dec. conſi. 614. In cauſa feudali. colu. 2. ad fi. verſi. & ex perſona dicti Petri. in ulti. par. quoniam reſpondetur
4 quod conductor finita locatione rem conductam locatori reſtituere tenetur, & ſi denegat, ipſum locatorem ſpoliare dicitur, ideo ante omnia locator reſtituendus eſt, nullaq; conducentis exceptio etiam proprium dominium concernens admittitur, ut concludunt Doct. in d. l. ſi quis conductionis. ubi plene per Alberi. & firmat. Soc. ſeni. cõſi. 287. Circa præſentem. in prin. uol. 2. & Fely. in c. inter dilectos. col. pe. num. 33. verſi. In glo. in uerbo locatio.

cauſo.extra.de fide inſtru.& maxime ſi poſſeſſorio,
vel condictione ex d.l. ſi quis conductionis. actum
fuit, ut in caſu præſenti, ergo nec etiam retentio. Et
tanto magis, quia in proceſſu minime conſtat Fran
ciſcum totam pro dictorum bonorum redemptio
ne quantitatem debitam ſolniſſe, & ſic pro eius par
te adimpleniſſe: ſi enim integra ſolutio facta fuiſſet
fortaſſe dici poſſet, quòd ob bonorum hypothecã
ſibi in eodem inſtrumento factam retentio ſibi da-
ri debuiſſet.arg.eorum quæ in cõductore ſcribunt
Mod.Franc.in tract.de pigno.in 1.membro ſecun-
dæ partis.col.4. ad fi.uerſi. Sed in prædictis inſurgit
5 du bitatio.& hoc procedere poſſet ſi in prima inſtã
tia retẽtio oppoſita fuiſſet, quia in appellationis cau
ſa opponi nõ poteſt, ut in propoſito conſuluit Pau.
de Ca.conſi.306.Quanquam longa ſit.col.1.& ſeq.
li.2.in nouis.cum ſit compenſationis ſpecies, & per
Mod.Franc.in d.tract.in 1.memb.quintę partis nu.
37. verſi. Ex quo etiam infertur. quæ compenſatio
6 in appellationis cauſa opponi non poteſt.Bal.in l.
per hanc.col.3.in fi. verſi.Sed certe iſta exceptio.C.
de tempo.appel.Saly.in auth. Et conſequenter.col.
2.in prin.uerſi.Quæro quarto.C.de ſent. & interlo-
cu.omni.iudi.ſequitur Fely.in c.ſuborta.col.1.in fi.
uerſi.Primo quia licet. extra.de re iudi. & tradit Fir
ma.in ſuo repert.in uerbo, Retentio.num.4 Et hoc
quia compenſatio uim reconuentionis habet.l.ne-
7 que.C.de compenſa. quæ ſimiliter in appellationis
cauſa non admittitur. Bar.in d. auth.& conſequen-
ter.col.fi.uerſi. Quæro nunquid. & ibi Bal.in 2.col.
uer. Quæro nunquid.& in d.l.per hanc.col.pe. in fi.
uerſi.Extra quærit hic Cy. cum aliis per Marant.re-
latis in ſuo Spec.in 6.diſtin. quintæ par. colu.3.in ſi.
uerſ.Quarto quæro an coram iudice appellationis.
Nec reſidui oblatio per eum facta reſragatur, quia
8 huiuſmodi oblatio tanquam uerbalis ſibi non pro
deſt, immo nedum realis oblatio, ſed obſignatio, &
depoſitio requirebatur, vt copioſe declarant iidem
Mod.Fanen. in d. tract.in tertia parte tertii membri
quintę par.& talis oblatio etiam quòd realiter facta
9 fuiſſet, corã ordinario indice fieri debebat, & ſi co-
ràm delegato fiat, nõ ualet, ut ibi declarant in 6.col.
uerſi.Et ad declarationem iſtius oblationis. Nec ad
uerſatur regula.d.§.cui damus.Quia illa in occurrẽ-
ti caſu locum ſibi non uendicat, illa enim in petito-
rio,& non in poſſeſſorio iudicio procedit, ut uol-
uit glo.fi.in fi.in d.l.ſi quis conductionis.& ibi Bal.
in addi. in uerſi. Videamus de utraque. At in caſu
propoſito iudicio poſſeſſorio actum fuit, quia petitum
tum eſt conductorem a poſſeſſione dictarum terra
rum expelli, ut in fauorem magiſtri Gaudentii, &
eius uxoris lata fuit prima ſententia.ergo &c.Præte
rea hoc caſu actio ex exceptio ad eundem finẽ non
11 tendunt, Quia actio quæ uirtute pacti de retrouen-
dendo ſimpliciter initi contra dictos locatores. Frã
ciſco competit, non eſt realis, nec ad rem datur, ſed
perſonalis eſt, dictorumq; coniugum afficit, ut eſt
tex. in d.l.2. & ibi not.omnes. C.de pact. inter emp.
& uendi.ideo nullum ius in poſſeſſione ſibi Franci-
ſco competit.hanc cõcluſionem tenent Mod. Ver-
cel.in d.l.2.q.25.nume.123.reſpondentes ad ea quæ
tenuit Dec.d. conſi.614.& ultra illam reſponſionẽ
dico quod quamuis Pau.de Ca.teneat in d.l.ſi cum
uenderet.actionem realem, & perſonalem dari uir
tute illius pacti de retrouendendo, & per precii ob
lationem contra detinentem remiſſam (quamuis
12 in præſenti caſu Franciſcus in poſſeſſione reperia-
tur, non tamen poſſidere dicitur.l.non ſolet. ff.loc.
legitur in l.3.§.ex contrario. in glo.ff. de acqui.poſ.
& in l.ſi, ut certo.§.ſi duobus.ff.commoda.quia nõ
ſuo nomine, ſed locatorum nomine poſſidet, ut tra
dit Alex.conſ.83.Viſa facti.col.2.num.7.uerſi.Si er
go intelligitur.uolu.2. & Soc.ſeni. conſi.18. proſe-
quendo ordinem.col.8.in fi.num.18.uerſi.Cum er
go prædictus.uol.4.) Contrarium tamen conſuluit
Alex.conſi.10.Videtur fortaſſe.uol.1.quem refert
& ſequitur Cur.ſeni.conſi.12.Lucius tirius.& Iaſ.in
l.ab emptione.colum.3.verſi.Secundo limita.ff.de
pact.& ita ſe habet communis opi. ut refert ibi A-
lex.in 3.col. numer.9.Et inquit Ruy.conſi.12. Viſo
13 themate.col.pe.in prin.uerſi.Non ob. quod uoluit
Pau.de Ca.uol.1.quòd Pau.de Ca.male loquitur &
tex.in d.l.ſi cum uenderet.eius opinionem nõ pro-
bat, quia per illud pactum non fuit in illum uendi-
torem translatum dominium, ita ut rem ipſam ob
lato precio uendicaret, maxime quando ſimplici-
ter fuit factum de retrouendendo pactum, ut hoc
caſu,& non fuiſſet factum ad inſtar pacti legis com
miſſoriæ, ut uoluit Pau.de Ca. in d.l.ſi cùm uende-
ret.& alibi ut refert Boeri.in deciſ. 182.Et per ſupra
dicta.col.3.in fi.num.15.uerſi.Et circa hoc Docto-
res ſunt uarii.Sed tantum competit per illud pactũ
actio præſcriptis uerbis, vel ex uendito. & ſic perſo-
nalis, ut inquit tex.in d.l.2. & in l.qui ea lege.C.de
pact.inter emp.& uendi.& ita tenent communiter
Doct.ibi. Virtute igitur dicti pacti non potuit Fran-
ciſcus rem ſibi locatam retinere, ergo in eius fauo-
rem male iudicatum fuit. Præterea poſito,& nõ cõ
ceſſo, quòd contraria opinio uerior eſſet, quòd Frã
ciſco ob pactum de retrouendendo, & per oblatio
nem reſidui precii dictorum octoginta ſcutorum
daretur illorum bonorum retentio, dico quòd par
tis ſolutio per Franciſcum magiſtro Gaudentio fa-
cta poſt quadriennium ad rem redimendam datũ
uirtute illius pacti nullo modo Agneti ſuæ uxori
14 præiudicare potuit: Nam clarum eſt, quòd nec ma-
giſter Gaudentius, nec Dom. Agnes elapſo dicto
quadriennio nulla ſolutione facta ad rem illam re-
trouendendam compelli poterant, ut eſt tex.in d.l.
2.& conſuluit Ang.conſi.199.Super pũcto præmiſ-
ſo.& ita tenent communiter Doct.in d.l.2. ubi Ca-
gnol.in 7.q.num.63. Si poſt lapſum terminum cõ-
pelli nõ poterant, ergo D. Agnes amplius obligata
non erat: Et quamuis magiſter Gaudentius elapſo
15 termino partis ſolutionẽ recipiens ſibi præiudicare
potuerit, ut cõſuluit Bal.cõſ.108.Iſte qui promittit.
uol.5.& in ſimili caſu cõſuluit Ruy.conſ.151.Circa
dubia.col. pe.in prin.uerſi. Videtur ergo.& num.6.
uol.3.& conſi.155.In cauſa.num.5.& 6. vol.5. poſt
Roma.conſi.27. Viſo themate.uerſus fi.uerſi.quar-
to dubitatur.& tradit Cagnol. in d.7. q.nu.68.uerſi.
Limita tamen concluſionem prædictam. nihilo-
16 minus D.Agneti obeſſe nõ potuit, cum ab illa nul-
lum in recipiendo.d.precii partem mandatum ha-
buerit, ut tenet Bar.& communiter Doct. in l.uero
procuratori.ff.de ſolutio.& in l.non ſolum. ff.ſolu.
matr. Capra conſi.47. Punctus. Quidam Maſſius.
ſub num.4.& tradit Iaſ.in l.maritus.col.3. uerſi. Se-
cundo pondera tex. C.de procura.nec illam com-
muni nomine receperit. arg.tex.in l. duo fratres.in
fi.de acqui.hæredi.& eorum quæ tradit Cagnol.in
d.l.2.q.13.num.103.dum concludit, quòd ſi duob.
17 pactum de retrouendendo ab aliquo factum fuit,
eorum alter totam rem petere non poteſt, niſi a ſo
cio mandatum haberet,& communi nomine pete
ret. Et hoc procedit etiam ſi magiſter Gaudentius
diceretur ſuæ uxoris ſocius, cum ſocius a ſocio mã
18 datum habere non dicatur ad faciendum ea quæ ſo
cietati utilia ſunt.l.aliena.§.1.ff.de nego. geſt l.2. C.
de conſort. eiuſdem lit. & tradunt Alexan. & Iaſ. in
l.de pupillo.§.plurium.col.1.ff.de no. ope. nuncia.
Concludo igitur quòd magiſter Gaudentius nullo
pacto

pacto per partis precii receptionẽ poſt lapſum qua
driennium D. Agneti eius uxori in retrouendendo
dicta bona prçiudicare potuit, contra ipſam igitur
male iudicatum fuit, ergo pro illa parte ſaltem ſen-
tentia reuocari debet. & tanto magis quia ſententia
illa expreſſum continet errorem, dicens pecunias
fuiſſe per Frãciſcum D. Agneti ſolutas, & tamen in
proceſſu minime conſtat ullam pecuniarum quan
titatem D. Agneti fuiſſe numeratam, ergo ſentẽtia
eſt nulla, cum ſententia expreſſum continens erro-
19 rem, qui ex actis colligitur, ſit nulla, ut eſt tex. in c. in
ter cæteras. & ibi Abb. & Felyn. extra. de re iudic. Et
ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus
Brunus Iuriſconſ. Arimi. ad laudem omnipotentis
Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Mater in hæreditate filij auo paterno præfertur.*
2 *Vſusfructus bonorum dotalium per mortem nepotis non ex-
tinguitur.*
3 *Mater filio infanti ab inteſtato ſuccedit.*
*Mater ſi ab hæreditate filij auum paternum excludit, tanto
magis excludit extraneum ab auo paterno ſubſtitutum,
ibidem.*
4 *Mater per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem filio factam
nedum ab eius hæreditate in pupillari ætate decedentis, ſed
etiam a legitima excluditur.*
5 *Pupillaris ſubſtitutio per mortem pupilli viuo teſtatore de-
cedentis euaneſcit.*
6 *Teſtamẽtum quamuis per mortem hæredis viuo teſtatore de-
cedentis effectum ſit caducum, ex ſecunda tamen gradu vi
res aſſumere poteſt.*
*Subſtitutus hærede in uita teſtatoris decedente per tacitam
vulgarem ſubſtitutionem ſuccedere poteſt. ibidem.*
7 *Mater per tacitam vulgarem ſubſtiõnẽ in expreſſa pupillari
comprahenſam ab hæreditate filij impuberis per ſubſtitu-
tum non excluditur, & quo caſu excludatur. ſub num. 9.*
8 *Per tacitam vulgarem ſubſtitutionem ſicut per expreſſam
teſtatori ſuccedztur, & non filio impuberi.*
9 *Bona pupilli ex tacita vulgari ſubſtitutione in reſtitutione
non veniunt. ſed paterna tantum.*
10 *Hæreditas filij impuberis etiam non adita ad matrem tran-
ſmittitur.*

CONSILIVM XXXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

SVPER duobus, de quibus quæritur,
breuiter concludendo, dico quoad pri-
mum D. Ioannam uxorem. q. Baptiſtæ
filii Gaſparis de Puteo matrem Nicolai
in pupillari ætate defuncti admittendã
eſſe ad eius hæreditatem, in qua dotis auiæ paternæ
bona reperiuntur, in eaque præferendã eſſe quoad
proprietatẽ dictorum bonorum dicto Gaſpari auo
paterno, ut eſt tex. in auth. defuncto. C. ad tertul. &
ibi gl. in uerbo gradus. quã ibi ſequitur Sal. Pau. de
Ca. & cõiter Doc. ut refert ibi Sali. eſeruato tamẽ eï
dem Gaſpari dictorũ bonorũ uſufructu, donec ui-
2 xerit, qui per mortem d. Nicolai non extinguitur,
ut eſt tex. in l. fi. §. fi. C. eo. tit. & ibi not. Ang. num. 6.
uerſicu. In text. ibi, teneat. vbi text. concord. allegat
in l. fi. in fi. C. communia de ſucceſ. in auth. de hære-
di. ab inteſta. ueni. in prin. & in l. 2. C. de bo. quæ libe.
& not. Pau. de Ca. in d. auth. defuncto. poſt prin. &
in hoc non uidetur dubium. Quoad ſecundum cõ
cludo etiam D. Ioannam poſt Gaſparis obitum ne-
dum ad proprietatem, uerumetiam ad uſumfructũ
dictorum bonorum excluſo Io. Franciſco ſubſtitu-
to admittendam eſſe, tùm quia mater, quæ filio in-
3 fanti ab inteſtato ſuccedit. l. 1. & ibi doc. C. ad tertul.
tùm etiam quia ſi Gaſparem auum paternum ex-
cludit, ut diximus ſupra. multo magis Io. Franciſcũ
ab ipſo Gaſpare ſubſtitutum. auth. multo magis. C.
de ſacroſan. eccle. & pro qua facit regula, ſi uinco
uincentem te, te uinco. l. de acceſſionibus. ff. de di-
uer. tempo. præſcrip. & c. auctoritate Martini. de cõ
ceſ. præben. in 6. Nec refragatur quod mater ipſa
4 per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem Nicolao
eius filio hæredi inſtituto factam in teſtamento Ga
ſparis aui paterni, nedum ab ipſius hæreditate, ſed
etiam ab eius legitima excluſa dicitur iux. tex. in c. ſi
pater. & ibi communiter Doc. de teſtam. in 6. & per
legiſtas communiter in l. precibus. C. de impub. &
aliis ſub. quia talis expreſſa pupillaris per obitum ip
5 ſius pupilli uiuo teſtatore decedẽtis euaneſcit. l. co-
hæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg. & pup. not. in l. 2. in
prin. eo. ti. tradit Pau. de Ca. in l. lex Cornelia. I prin.
eo. tit. & Gualden. in tract. de arte teſtan. cxurc. 14.
Si filius. num. 2. de ſubſtitu. Nec aduerſatur ꝙ quam-
6 uis hoc caſu teſtamentum caducetur. l. non putauit
§. a primo gradu. ff. de contratab. l. 1. §. pro ſecundo.
C. de cadu. tol. §. 1. Inſti. quib. mod. teſta. infir. & tra-
dit Dec. conſi. 242. In caſu propoſito. in prin. ex ſe-
cundo tamen gradu uires aſſumere ualeat, & ſic Io.
Franciſcus dicto Nicolao ſubſtitutus per tacitam
vulgarem ſubſtitutionem ſuccedere poſſit, ut eſt cõ
munis Doct. ſententia in l. 1. ubi Bar. in 7. colu. in fi.
numer. 33. uerſi. Vlterius quæro. Iaſ. in 17. col. uerſi.
Quarta fuit opi. & col. ſeq. in prin. & ibi Ripa num.
167. de vulg. & pup. & ita conſuluit Bal. conſi. 170.
Quidam Nicolaus. uol. 5. & conſi. 167. Thema pro
ponitur. num. 1. uerſi. Ad euidentiam. uol. 3. & cõſi.
408. Nicolutius. uol. 2. Calcane. conſi. 104. Contra
reuerendiſſimum. & Pariſi. conſi. 18. Eſto quòd. in
prin. num. 3. uol. 2. cum multis concord. ibi per eũ
7 relatis. Quia eſto quod uera ſit hæc opi. quam tamẽ
improbat ibi Alex. num. 32. Nihilominus dico per
talem tacitam uulgarem in expreſſa pupillari com
præhenſam iux. l. iã hoc iure. de uulg. & pup. & not.
per Bal. conſi. 156. Ex facto. uol. 4. & Gualden. ubi ſu
pra. matrem a filii impuberis hæreditate non eſſe
per ſubſtitutum excluſam, cum per tacitam uulga-
8 rem, ſicut per expreſſam teſtatori, & non filio impu
beri ſuccedatur, ut habetur. Inſti. de uulg. ſubſti. in
prin. per Alex. in d. l. 1. Sub num. 38. & per Iaſ. ibi in
18. col. poſt prin. uerſi. Sed an extinguatur uulgaris
tacita. & in l. fi. ad fi. C. de inſti. & ſubſti. ubi inquit,
quod quemadmodum per uulgarem expreſſam te
ſtatori ſuccedi tur, & non in bonis impuberis, nec
impuberi, eodẽ modo per uulgarem tacitam ſub
expreſſa pupillari contentam teſtatori, non autem
impuberi ſuccedıtur. & conſuluit Oldra. conſi. 20.
Quidam habens. num. 3. Ex quo pupilli bona ex ta
9 cita uulgari in reſtitutione non ueniunt, ſed pater-
na tantũ, ut in l. ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uulg.
& pup. & conſuluit Bal. conſi. 148. Filius in uita teſta
toris. uol. 5. Nec refragatur glo. fi. communiter ap-
probata in d. l. fi. C. de inſti. & ſubſti. quæ uult matrẽ
per tacitam uulgarem in expreſſa pupillari compręe
henſam excludi, quia illa glo. ſecundum terminos.
d. l. fi. intelligitur, uidelicet quando mater cohære-
dem habet, & hoc caſu tacita uulgaris in hæredita-
te teſtatoris matrem excludit, & ita procedit com-
munis opi. de qua ſupra in d. l. 1. de uulg. & pup. non
autem in bonis filii impuberis, ut in caſu propoſi-
to, & ita declarat Iaſ. in d. l. fi. in fi. & in caſu iſto ſer-
uiunt quæ dicuntur per Capel. Tholoſa. q. 390. licẽ

fuit

fuit impubes,ibi. Si vero pater. quia ſi ex interuallo decedit teſtator & teſtamentũ non mutauit,non admittitur ſubſtitutus. Concludo igitur quòd Dom. Ioanna in bonis,& hæreditate Nicolai ſui filii,& ſic in dote auiæ paternæ ſuccedit, quam ipſe Nicolaus etiam non aditam ad eius matrem tranſmittere potuit, vt eſt communis opin. quam late proſequitur Dec.conſil.250.Antiqua, & ſatis.& ſecundum eam conſuluit Socyn.iunio. conſil.119. Viſo teſtamento.columna ſecunda.ad fin.verſic.Prædictis tamen. ſub numero nono.vſque ad num.24.incluſiue. uolum.1.& ita atteſtatur Gualden.in d.tract.de arte teſtan.caut.prima.numero tertio.verſi.Et notandum eſt.de acquiren.hæred.& ita de iure reſpondendum & concludendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians iuribus ſuis cum aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione ſecuta,amplius ad ea regreſſum non habet.*
2 *Renunciatio facta de omni iure quod quis habet, cum aquiliana ſtipulatione,& acceptilatione: tollit omne ius ſibi competens, & omnem ſpem competituri iuris extinguit.*
3 *Clauſula (abſoluens, & liberans) per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem ſecutam qualiter ſecundum artis notariæ ſtilum extendatur.*
4 *Verbum (poſſet) tractum futuri temporis habet.*
5 *Obligatio ſemel extincta nulla de cauſa reuiuiſcere poteſt.*
6 *Emphiteoſis paterna ſi inter fratres diuiditur; in qua diuiſione omne ius quod vnuſquiſque habebat, vel habere ſperabat,remiſerunt, vno ſine filijs mortuo ad ſuperuiuentem deuoluitur.*
7 *Bona emphiteotica per lineam finitam ad Eccleſiam deuoluuntur, ipſaq; Eccleſia vltimi inueſtiti proximiorem renouare tenetur.*

CONSILIVM XXXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti cauſa breuibus inſiſtendum puto, ex quo res clara in fauorem magiſtri Petri Zanagliæ videtur, ſtante renouatione, & inueſtitura rei emphiteoticæ, de qua agitur in ipſum facta, & renunciatione per Catherinã,de qua in inſtrumento finis producto, vbi ipſa maior decem, & ſeptem annis Dominicæ eius ſorori perpetuum finem fecit, quietationem, abſolutionem, refutationem, & pactum perpetuum de ulterius non petendo ſpecialiter,nominatim,& expreſſe de omnibus,& quibuſcunque bonis proprijs, & emphiteoticis Martini ſui patris, atque etiam de illis, in quorum renouationibus ipſa Catherina per aliquam ſtipulationẽ, renouationem, & inueſtituram per dictum Martinum factas, tacite, uel expreſſe ad ipſam Catherinã ſpectantibus, & pertinentibus uſque in diem celebrati contractus,comprehenſa eſſet,deinde promiſit aliud non petere &c.abſoluens,& liberans Dominicam per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem legitime interpoſitam. Per quas renunciationes,pactumq; de non petendo expreſſum excluſa fuit Catherina a dicta re emphiteotica,in qua tũc temporis erat per renouationem ſui patris comprehenſa. Et clarum eſt, ꝙ ubi quis iuribus ſuis cum a-
1 quiliana ſtipulatione, & acceptilatione inde ſecuta
renunciauit,ei non datur amplius ad ea regreſſus.l. quæritur.§.ſi venditor.ff.de ædil.edic.& eſt text.rotundus in l.ſi ſuperſtite. ibi nullam tibi ſupereſſe actionem.C.de dolo.cum alijs per Aymo. relatis cõſil.74.Michael.col.fi.in prin.nu.7.vol.1.& Iaſ.conſ. 133.Præſupponitur in facto.in prin.volu.4. atque ei omnis ſuccedendi ſpes ſublata eſt, illaq; amplius re-
2 uiuiſcere non poteſt.Immo plus, per huiuſmodi re
nunciationes omne ius Catherinæ competens, ſpeſque iuris competituri effectualiter; atque ipſo iure ſublata,& extincta eſt,vt in terminis plene,& eleganter conſuluit Roma.conſil.82.Pro propoſitę.col.2. verſi.in contrarium tamen.quem refert,& ſequitur Soc.ſen.conſi.34.Viſa renunciatione.col.2.in prin. uol.4.Idem tenet Maria.eius nepos conſil.77.Licet in præſenti.nu.147.cum ſeq.uol.1.Idem firmat,& ſequitur Gram.in deciſ.57.Iacobus Campanarius. colum.pen.in fi.nu.42. uerſi. Demum ſucceſſit. Nam
3 clauſula ſupradicta,abſoluens,& liberans &c. ſecun
dum artis notorię ſtilum extenditur,de qua per Rolan.in ſua ſumma.c.4.de ceſſioni.ſub rub.Inſtrumẽtum finis,refutationis,tranſactionis, & pacti de ulterius non petendo. & in rub.ſeq.incip. Inſtrumentũ finis, & refutationis, & ſecundum communem ſtilum notariorum, hoc modo, uidelicet abſoluens, & liberãs Dominicam,& eius hæredes, & bona per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem legitimè interpoſitam,ab omnibus,& ſingulis,quæ prædictorum occaſione,aut alia quacumque cauſa petere poſſet, prout in eodem inſtrumento apparet, ibi,& generaliter, & generaliſſimè de omni alio &c. petere poſſet &c.in bonis, & iuribus prædictis
4 &c.Quod verbum poſſet, tractum futuri temporis
habet,vt no.tradit Bar.in l.qui Romę §.duo fratres. in 6.q.de verb.obl.vbi Alex.col.30.in fi.nu.56.verſ. Item in quantum Bar. inquit quod ſi vnus alteri remiſit omne ius,quod habet,vel in dictis bonis diuiſis habere poteſt,ſufficit, vt data ſcientia contentorum in teſtamento, ius fideicommiſſi futuri remiſſum videatur.Sequitur Socy.ſen. d.conſil.34.col.2. in prin.uer.ſed ad hoc dupliciter.Ideo per huiuſmodi abſolutionem omni iuri ſuper bonis emphiteoticis,quod in futurum ſibi competere poſſet,renunciaſſe dicitur.Subdit Soc.ibi in verſic Sed ad hoc.ꝙ cum renunciatio de præſenti valeret,id eſt tempore celebrati contractus, illa uerba nihil operari poterant,niſi reſpectu iuris de nouo ſuperuenientis, & ideo ad caſum noſtrum renunciatio extenditur, ut uerba aliquid operentur. l.ſi quando de leg.1. & c.ſi Papa.de priuileg.in 6 & ait quòd nõ ſolum de bonis paternis,& maternis in ſuis proprijs terminis facta fuit renunciatio, ſed etiam liberatio ipſo iure, quia ſolemniter quietauit, liberauit, & abſoluit: &
5 ſic obligatio ſemel extincta nulla de cauſa reuiuiſce
re poteſt.l.qui res.§.aream.ff.de ſolut.& l.ſicut.C.de repud.hæred.ita in caſu propoſito de emphiteoticis bonis renunciatio facta fuit,in quibus Catherina vſque in illum diem celebrati cõtractus comprehenſa eſſet,ſed etiam liberata, abſoluta, & quietata fuit Dominica per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem,quo caſu Catherina ad dicta bona iam renunciata amplius deuenire non põt,ex eo quoq; quia pactum, & renunciatio per Catherinam facta extendebatur,& extẽſa fuit ad perſonas,ad quas extendi paciſcentis intererat, & ſic ad Lucretiam filiã Dominicæ paciſcẽtis, quod ſecus fuiſſet ſi Dominica ſine filijs deceſſiſſet,tunc.n.Catherina ſuperuiuẽs non obſtante renunciatione per ipſam facta ad Dominicæ portionem admiſſa fuiſſet, ut nota. deci-

dit Bar.

dit Bar.quem communiter ſequuntur doct. in d. §. duo fratres.in 10.q.& ibi late per Fran.Niçonetinm in ſua repeti.in ulr.fol.nu 382.uſque ad nu.387. Deci.conſi.411.Viſis his.& tradit Ruyn. conſil.1. Videretur.col.5.uer.Confirmatur efficacius.& conſi.47. Pro reſolutione.in prin.nu.2.uol.1. Et eo caſu pro-
6 cedunt not.ibi per Ruyn.dicentem,quòd ſi emphiteoſis paterna inter fratres in diuiſione uenit,in qua adinuicem omne ius, quod vnuſquiſque habebat, uel habere ſperabat, remiſerunt, quòd uno ſine filijs mortuo ſuperuiuens ad emphiteoſim admittitur.Alex.conſi.107. in cauſa Nicolai. col.fi. uolu.4. Are.in d.§.duo fratres.col.fi.& Cur.ſen.conſ.49.Memoriæ recolendæ. ſub nu.79. verſ.Ad decimum argumentum. & Eccleſiæ duplici ratione præfertur. Prima,quia pactum ad perſonas non porrigitur, ad quas porrigi,& extendi paciſcentis non intereſt,ſed Eccleſiæ nihil quæritur, quia ei acquiri fratris paciſcentis non intereſt. Secunda,quia ille qui iuri ſuo præſenti, & futuro renunciauit, hoc facit, vt alteri quæratur,ſi hoc non ſequeretur,penes renunciantē remaneret: At in caſu noſtro Lucretiæ quæritur,quia Dominica relicta Lucretia eius filia deceſſit, ergo ad eam renunciatio porrigitur,ad quam Dominicę paciſcentis intererat, ſuperuiuente igitur Lucretia ſtante expreſſa, & generaliſſima renunciatione penitus excluſa fuit Catherina,ut late probat Anch.cōſil.38.Mortua dicta Do.Bona. in fin.amplius inquit Gram.in d.deciſ.57.ſub nu.42. quòd etiam ſi Dominica abſque filiis deceſſiſſet,Catherina per renunciationes cū Aquiliana ſtipulatione facta ad bona renunciata admitti non potuiſſet, quod eſt ualde notandum per limitatione doctrinæ Bar.in d.§.duo fratres.in 10.q.tanto ergo minus cum deceſſerit relicta Lucretia eius filia, per cuius obitum linea Martini finita fuit; ex quibus pactis,& renunciationibus ius Catherinæ ademptum,Lucretiæ filiæ ac hęredis Dominicæ paciſcentis obuenit,per ea quæ tradunt Bal. Paul.de Caſt.& cæteri ſcribentes in l.ſi actionem.C. de pact.Pro quibus faciunt quæ in ſimili tradit Socyn.ſen.conſil.260.In cauſa Nanutenſis.col.3. uerſ. iſta concluſio probatur.uolu.2. Et ſic ſuperuiuente Lucretia poſt obitum Dominicæ ſuę matris Catherina a dicta re emphiteotica excluſa fuit, & nedum per prędictas renunciationes,uerumetiam ob lineā in perſonam Lucretiæ finitam, quæ Martini primi receptoris eſt neptis, ideo bona emphiteotica, de
7 quibus agitur,ad Lucretiam peruenta, per eius obitum ad Eccleſiam deuoluta fuerunt, de quibus Eccleſia libere potuit,immo debuit magiſtrum Petrū vti Lucretiæ patrem,ac proximiorem inueſtire, ac renouare iuxta theoricam Bar.communiter approbatam in l.1.§ permittitur.ff. de aqua quoti. & aſti. de qua per Dec.conſil.131.Reuocatur.& conſi.128. In caſu propoſito.Rip.in l.1.ff.de priu.cred.& Pariſ. conſil.28.Quoniam.uol.1.cum concord. per Tiraquel.relatis in tract.de utroque retract. in præfatio. nu.41.cum ſeq.& ꝙ pater ultimæ defunctæ tanquā illi proximior in noua inueſtitura Catherinæ per lineam finitam præferendus erat,& eſt,conſuluit elegantiſſime Anch.d.conſil.38.in fin.idem conſuluit Roma.d.conſi.22.col.fi.uerſ. Secundo eſt uidendū. quem refert & ſequitur Soc.iun.conſ.126.Maxima. col.8.in fi.uer.& ſimiliter idem.ſub nu.38.uol.1.idē firmat,& ſequitur Ruy.conſi.167.Viſo teſtamento. col.3.in fi.uerſic.Secundo probatur. & col.ſeq. nume.8.uol.2.& conſil.47.circa dubia. col.pen.in fin. uol.3. dicens, quòd ubi emphiteoſis ad dominum per lineam finitam eſt reuerſa,proximior de iure inueſtiri debet.d. §.permittitur. & de illo intelligitur, qui proximior eſt ei,in cuius perſona finita fuit emphiteoſis, in caſu autem noſtro res ad eccleſiam ſtantibus renunciationibus,& linea per dictam Lucretiam finita reuerſa fuit,ut ſupra demonſtraui: & magiſt. Petrus Lucretię pater eſt ei proximior,merito rite,& legitime uti pater,& Lucretię proximior de dictis bonis ad eccleſiam deuolutis fuit ab eadē eccleſia inueſtitus,& renouatus. Ex quibus ſic breuiter ſupra congeſtis, concludo partes D. iudicare debentis fore,& eſſe in declarando bona emphiteotica,de quibus ſupra,ad magiſtrum Petrum uti Lucretię eius filiæ defunctæ hęredem,& proximiorem iure utilis dominij, vel quaſi pertinuiſſe, & pertinere,Catherinamque condemnandam fore ad dimittendum,& relaxandum ea dicto magiſtro Petro cū fructibus perceptis,& in futurum lite pendente percipiendis,& cum expenſarum uictoria. Et ita de iure concludendum, & reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminenſ. ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimę Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Minor ad eius heredes beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus hereditatem non aditam tranſmittit.*
2 *Heres minoris ex perſona defuncti in integrum reſtitutionem ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa &c.petere poteſt, etiam ſi minor hęreditatem ſibi eſſe delatam ignorans hereditate non adita deceſſit.*
Reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. hęredi minoris ad hęreditatem adeundam per minorem non aditam concedi non debet contra ius alteri quæſitum. ibid. & nume.5.
3 *Reſtitutus non recuperat ius alteri quæſitum, præſertim vbi effectualiter, & non in ſpe quęſitum eſt.*
4 *Mater filio pupillariter ſubſtituens (quamuis ad ſic ſubſtituendum ſit incapax) intelligitur vulgariter ſubſtituiſſe.*
5 *Pupillus cui hęreditas delata fuit, ſi ad illam adeundam tutorem non habebat, & poſt aliquod temporis ſpatium hęreditate non adita deceſſit, eius heredi imputandum eſt, ſi eo tempore tutorem non petijt.*
Negligentia,& culpa hęredis in non petendo minori tutorem, ei patrocinari non debet. ibid.
6 *Auxilium legis fruſtra inuocat, qui in legem committit.*

CONSILIVM XXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti reſtitutionis articulo aduerſus hæreditatem non aditam, tam late, & eleganter ſcripſit Do. meus Roſettus de Forliuio,ꝙ nulli locum ad ſcribendum reliquiſſe uidetur, ut tamen eius dicta deguſtaſſe uidear,& ſer Lactantio Blondino uti fratri morem geram, nonnulla ad eius fauo-
1 rem adducere duxi. Et quamuis Bart. in l.qui duos. in 2.col.in prin.nu.5.uerſic.oppo.extr.glo.ff.de reb. dub.quem communiter ſequuntur docto. vt refert Paul.de Caſt.in l.ſi infanti.col.2.ſub num.7. C.de iure delib.& conſil.304.Primum dubium.col.1.verſi. Super ſecundo quæſito. num.3. volum.1. in nouiſ. & conſil.86. Viſis, & conſideratis omnibus. prope fin. uerſicul. Præfatus autem infans. uolum.ſecundo.in nouiſ. Alexand.conſil.uigeſimo.Circa conſultationem. columna fin. numero quarto. uerſicul. Ad cautelam tamen.uolum.ſeptimo. Capra conſilio 140. Punctus. Quædam Dom.Helena. numero ſecundo. Socyn.ſen.conſil.nono. Proſequendo ordinem,

dinem.colum.7.poſt prin.verſic.competir & aliud
remedium.num.24.volum.1.Corne.conſi.87.Cir-
ca primum.in prin.volum.1. & Iaſ.in d. l. ſi infanti.
in fi.verſ.Breuiter tene ſententiam Bar.& Pari.con-
ſi.59.Certiſſimum eſt.colum.fin. in princ.num.16.
verſic.Præterea & ſecundo.volum.2.tenent mino-
rem ad eius hæredes beneficium reſtitutionis in in
tegrum aduerſus hæreditatem non aditam tranſ-
2 mittere. Quod etiam procedit, ſi hæreditatem ſibi
eſſe delatam ignorãs hæreditate non adita deceſſit,
nam eius hæres ex defuncti perſona in integrum re
ſtitutionẽ ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cau
ſa &c. petere poterit.per. l. Pantonius. cum ibi not.
per Bar.ff.de acqui.hæredi.Secundum Alex. conſi.
71.Videretur.col.2.nu.6.ver.Nec etiam obſt.vol.1.
& tenet Soc.in d.l.qui duos.in 7.col.nu.25.verſi.Ex
ſecũdo infertur.quẽ refert & ſequitur Pari.d.cõſ.59.
d.nu.16.Contrariũ tamen conſuluit in caſu propo-
ſito Anch.conſ.362.De uirib.additionis. qui omni
no videatur, quia multum eleganter in præſenti ca
ſu loquitur: & profecto Anch.in conſulendo rariſſi
mus conſultor exiſtit, cum refert, & ſequitur latiſ-
ſimè hũc articulũ examinans Corn.d.cõſ.87. Circa
primũ.vol.1.vbi Anch.examinat primo an reſtõ ex
clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. (Vide
tñ Corn.cõſ.331.in 5.themate ſub nu.5.vol.1.vbi lo
quitur in infante, & in minore & ibi de cõi opinio.
atteſtatur) hęredi minoris ad adeũdã hęreditatẽ per
minorem non aditam concedi debeat? & cõcludit
ꝙ non, rationibus ibi latè per eum deductis. Idẽ ibi
concludit in reſtitutione, quæ regulariter minori
conceditur, ꝙ in præſenti caſu non ſit etiam ex per-
ſona minoris in præiudicium hæredis uel ſubſtituti
concedenda per rationes, & iura ibi per eum alle-
gata: Nam quamuis minoris hæres aduerſus hęredi
tatem non aditam iuxta communẽ Bart. ſentẽtiam
reſtitui poſſet, non tamẽ contra ius alteri quęſitum
reſtitutus diceretur, quia reſtitutus ius alteri quæſi-
3 tum non recuperat.gl.eſt not.quam cõiter ſequun
tur doc.in l.Gallus.§.& quid ſi tñ.ff.de lib.& poſth.
& præſertim vbi effectualiter & non in ſpe ius eſt al
teri quæſitũ, vt eſt in præſenti caſu, cùm per Bartho-
lomæi impuberis obitum non adita hæreditate ef-
fectualiter locum habuerit ſubſtitutio vulgaris ex-
4 preſſa, quæ ẽt in expreſſa pupillari continetur: quia
cùm mater pupillarem ſubſtitutionẽ in teſtamẽto
fecerit, quamuis ad talẽ pupillarẽ faciẽdam ſit inca
pax, ex quo filios in poteſtate, quò ad pupillaris effe
ctũ, non habet.l.2.in prin.& l.ſi mater.ubi gl.& om
nes.de vul.& pup.illa ſubſtitutio pura uulgaris dire
cta intelligitur, & ad eam trahitur per tex. & cõiter
doct. in d.l.ſi mater.& perinde eſt ac ſi dixiſſet, filiũ
meum hæredem inſtituo, & ſi hæres non erit, quia
noluerit, vel nõ poterit, talem ſubſtituo, hæc eſt pu-
ra directa vulgaris, & ita conſuluit Venafr.conſ.17.
Ad dubia.in prin.& cùm caſus ſubſtitutionis vulga
ris euenerit, & ſic per eum ius quæſitum ſit ſubſtitu
to, in eius præiudicium reſtitutio hæredi minoris
concedi non poteſt, & ideo Ioannes Baptiſta Bar-
tholomæi defuncti hæres ab inteſtato ad reſtitutio-
nem petitam per ſupradicta admitti non poteſt,
vel ſaltem per ea quæ diſtinguendo tradit Bartol.in
dicta l. qui duos, columna ſecunda, verſicu. Mihi
vero videtur ſic dicendum. ibi. Aut non deceſſit
ita repente. & Ancharan. conſilio 104. Pro decla-
ratione.colum.fina.in princip.verſicu. Quò ad ter-
tium punctum.vbi hanc Barto.diſtinctionem alle-
5 gat, volens quòd ſi minor tutorem non habebat,
& poſt aliquod temporis ſpacium deceſſit, eius hę-
redi, ſi tutorem non petijt, imputandum eſt, & hoc
caſu æquitas dandi reſtitutionem ceſſat. Quia eius
negligentia & culpa ſibi patrocinari non debet, nec
in eius lucrum cedere.l.1.in prin.ff.de dolo.& ca.2.
in fi.ext.eo.Gui.Pap.in deciſio.473. Negligentia. &
Corn.d.conſil.331.num.5. volum.primo.Cùm er-
go Bartholomæus impubes hæres a matre inſtitu-
tus per trium annorum ſpacium poſt matris obi-
tum, moram traxerit, ꝙ hæreditatem non adiuerit,
nec Io.Baptiſta eius frater conſanguineus tutorẽ il-
li ad dictam hærediatẽ adeundã petierit, ob eius ne-
gligẽtiam ad illã adeundam ſaltẽ in præiudiciũ ſer
Lactantij ſubſtituti, cui ius quæſitum fuit, reſtitui
6 non debet, cùm fruſtra legis auxilium inuocat, qui
in legem committit.c. quia fruſtra.ext.de vſur. & l.
auxilium.in fin.ff.de minor. Et ita de iure reſpon-
dendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ.
Ariminenſ.ad laudem omnipotentis Dei, ac glorio
ſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Filia fœmina in bonis maternis ſuccedit, ſicut filij maſculi.*
2 *Metus in muliere qui in conſtantem virum caderet, non requi-
ritur, quando per metum contraxiſſe dicitur.*
3 *Mulier minor hæreditati paterna & materna renuncians fra
tri, a quo gubernabatur, metu reuerẽtiali renunciaſſe præſu
mitur ſed vide infra nu.34.*
4 *Metus qui in patre & marito præſumitur, per rationis identĩ
tatem etiam in fratre præſumitur.*
5 *Metus in muliere abſq; minis, & verberibus præcedentibus
renunciante fratri, a quo gubernabatur, præſumitur.*
6 *Renunciatio metu facta etiam iuramento firmata non valet.*
7 *Abſolutio a iuramento ei concedi debet, qui per metum iurĩ
bus ſuis renunciauit.*
8 *Iuramentum tres comites habere debet, videlicet, veritatem
iuſtitiam, & iudicium.*
9 *Iuramentum relaxandum eſt, quando in contractu ſtatuti for
ma ſeruata non fuit.*
10 *Puella quæ bonis paternis renunciauit, & incaute iurauit, ſi
enormiter læſa reperitur, abſolutionem a iuramento petere
poteſt.*
11 *Pactum de ſuperuiuẽtis hæreditate non valet, niſi ille de cu
ius hæreditate agitur, conſentiat, ſed vide nu.37.*
12 *Minor eo ipſo quòd ex aliquo contractu læſus eſt, in integrum
reſtitui debet.*
13 *Reſtitutio in integrum minori conceditur, non ſolum ſi incon
tinenti læditur, ſed etiam ſi lædi poteſt.*
14 *Minor ratione iuramenti maior efficitur, efficaciter obligatur,
& contrauenire non poteſt facto ſuo.*
15 *Filia cum iuramento hæreditati paterna renuncians, iuramẽ
tum obſeruare cogitur, & contrauenire non poteſt, nec ei ab
ſolutio a iuramento concedi debet.*
16 *Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito non æquiperantur.*
17 *Abſolutus a iuramento in contractu appoſita, contra actum,
qui ob iuramenti interpoſitionem de per ſe validus eſt, ve-
nire non poteſt.*
*Abſolutio a iuramento tantum operatur, vt contrauenicus
in periurium non incidat, non autem contractum annullat.
ibidem.*
18 *Abſolutio a iuramento conceſſa ad effectum agendi & exci
piendi quid operetur.*
19 *Abſolutus a iuramento, ſi dolum, enormemq; læſionem allega
tam non probat, pro non abſoluto habetur, & ſic periurium
incurrit ueniendo contra iuramentum.*
20 *Periurium quis ex libelli productione, & citationis facta
incurrit.*
*Periurus ad agendum habilitari non poteſt, niſi a ſummo
Principe.ibidem.*
21 *Iurans abſolutionem a iuramento non petere, ſi poſtea mentio
ne nõ facta ꝙ abſolutionem nõ petere iurauit, illam impetra
uit, abſolutus non dicitur, nec agere poteſt, niſi prius a iura-
mento de abſolutionem non petendo abſolutus fuerit.*

22 *Abſolutio a iuramento obtenta non facta mentione quòd iurauerit abſolutionem a iuramento non petere, ſubreptitia redditur.*
23 *Obreptionis vitium impetrationem vitiat.*
24 *Obreptionis vitium maius eſt in falſum exprimendo quàm ſubreptionis in veritatem tacendo.*
Obreptio nocet etiam ſi per ignorantiam fiat. ibid.
25 *Iudex ſecularis abſolutioni a iuramento, quæ ſubreptitia reperitur, obedire non tenetur.*
26 *Periurus in cauſa quam agit, audiri non debet.*
27 *Pactum perpetuum de vlterius non petendo donationem operatur.*
28 *Datio inſolutum, rerumq́ conſignatarum æſtimatio emptionem facit.*
29 *Impugnans inſtrumentum per ipſum productum illius beneficium, & commodum perdit.*
30 *Producens inſtrumentum, ex eoque agens neceſſe habet omnia, & ſingula in eo aſſerta confiteri.*
31 *Pater in teſtamento filiæ præcipere poteſt, vt de relicta ſibi quantitate tacita, & contentu ſit.*
32 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*
33 *Minor poſt legitimam eius ætatem per annos viginti tacens renunciationem ratificaſſe videtur.*
35 *Læſio contractus tempore conſideratur, non autem quæ poſt contractum accidit.*
36 *Dictio, quondam, illum iam mortuum eſſe, & adhuc non viuere, præſupponit.*
37 *Pactum de alicui non ſuccedendo factum cum iuramento valet.*
38 *Reſtitutio in integrum maiori non conceditur, vbi ex facto proprio læſus eſt.*

CONSILIVM XXXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VIDEBATVR dicendum contractum & renunciationem de qua agitur, nullã fuiſſe, conſequenterque nihil reſtagari, quominus Dom. Heliſabetta de Milgio Antonij de Gualdis vxor eius portionẽ in hæreditate Do. Eliliæ eius matris ab inteſtato de-
1 functæ conſequatur, cum filia fœmina ad matris hæreditatem admittatur, ſicut maſculi. l. maximum vitium. C. de lib. præt. & l. a. & 3. C. ad Orficia. Et præſuppono quòd renunciationis tempore Dom. Heliſabetta mulier, & minor erat, & cum Ioan. Maria eius fratre maiore, a quo parentibus orbata gubernabatur, habitabat, & cui renunciauit: in qua renunciatione læſa fuit in portione ſibi in maternis bonis contingente, quæ ab inteſtato ſibi debebatur. Præ-
2 ſuppono etiam, quod in muliere metus qui in conſtantem virum caderet, non requiritur, quando per metum cõtraxiſſe dicitur, ſed ſufficit metus qui in conſtantem mulierem caderet ſecundum glo. in c.
3 cum locum. extra de ſponſal. Quibus præſuppoſitis videlicet, quòd mulier ac minor eſſet, in totaq; quãtitate lib. in dictis bonis ſpectante læſa, quam ex renunciatione Ioannimariæ eius fratri facta, a quo gubernabatur, paſſa fuit; præſumitur quod metu potius reuerentiali, quàm ſponte, & libera voluntate renunciauerit, vt in terminis concludit Are. conſil. 24. Quatuor dubia. vbi concludit, quòd dicto caſu, in quo prædicta concurrunt, metus in fratre præſu-
4 mitur, cui renunciatio facta eſt, ſicut in patre, & marito, quia in fratre eadem eſt ratio, ergo idem ius. al. legat. l. 1. C. ſi qua prædi poteſta. & in l. 1. cum ibi no, per Bald. C. ſi rector prouin. inducendo, vt ibi latius
5 per eum, ad quem breuitatis cauſa me remitto. Sub-
dit Are. quòd hoc caſu etiam abſq; minis & verberibus præcedentibus præſumitur metus, ſine quibus aliàs dictus metus præſumi non conſueuit, ſecundũ Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio. non datur. cum concord. de quib. per Alex. in l. interpoſitas. C. de tranſac. & adeo ex enormi læſione hoc caſu talis metus etiam abſque minis præſumitur per plura quæ per eum allegantur. Ratione igitur huiuſmo-
6 di præſumpti metus dicta renunciatio etiam iuramento firmata non valuit, ut probatur in auth. ſacramenta puberum. & ibi communiter docto. C. ſi aduer. uendi. & in c. quamuis a contrario ſenſu. de pact. in 6. & ita in proprijs terminis conſuluit Paul. de Caſt. conſi. 174. Contra ſuperius conſulta. uol. 1. in nouiſ. & conſil. 305. Notandum eſt, quòd ſi non
7 interueniſſet. uol. 2. in nouiſ. & decidit Ang. in l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. Et tali caſu D. Heliſabetta non obſtãte iuramento contrauenire potuit, uel ſaltem ad minus abſolutio a iuramento concedi debebat, prout ſibi conceſſa fuit, ſecundum Ant. de Butr. & Imo. in c. cum contingat. de iureiu. & idem Anto. conſi. 45. Iuris rigor. & Pau. de Caſt. d. conſi. 174. col. 1. in fi. uerſic. Concluditur ergo. & d. conſil. 305. col. 2. verſ. ſed his non obſt. Ex eo etiam quia præſumitur, quòd a Io. Maria eius fratre maiore ad ita iurandum ſeducta fuerit, cum pro modica mille & quadringentarum librarum quantitate, ampliari patris patrimonio, & doti maternę renunciauerit. l. ſi ſuperſtite. ibi ſi læſa es immodice. C. de dolo. & talis fratris dolus, qui eam gubernabat, & cui renunciatum fuit, interueniſſe pręſumitur in eo quod ſibi, & alijs fratribus vtile fuit, & D. Heliſabettæ valde damnoſum. & ideo iuramentum ex parte recipientis vt pernicioſum,
8 & turpe relaxandum fuit. Quia iuramẽtum tres comites videlicet veritatem, iuſtitiam, & iudicium habere debet. c. tua nos. & c. & ſi Chriſtus. de iureiurã. quæ in caſu propoſito minime interuenerunt, cum D. Heliſabetta pro modico renunciauerit eis, a quibus defendi. & nõ ſpoliari debebat. l. nihil. §. facilior. ff. de bon. liber. dixit Paul. de Caſt. d. conſil. 305. col 2. verſic. ſed his non obſt. Et quod huiuſmodi iura-
9 mentum dicto caſu, interuenientibus, concurrentibuſque prædictis relaxandum erat, uoluit Anto. de Butr. in d. c. cum contingat. & ibi Panor. in ſexto, & decimo caſu. & Abb. in ſua diſputatione. Statuto ciuitatis Senarum. in vltimo dubio. in ſexto caſu. ubi in contractu loquitur non ſeruata forma a ſtatuto requiſita, vt in præſenti caſu, in quo contractus nedũ eſt a iure reprobatus, uerum etiam a ſtatuto, diſponente quòd in minoris decem & octo annorum cõtractu iudicis decretum, duorumque propinquorum conſenſus interuenire debeat, quæ duo minime interuenerunt. Idem tenet Calderi. conſi. 8 Duæ puellæ. cum multis concordantib. per Ruyn. clarus conſil. 98. Viſa renunciatione. columna 1 r. in fi. uerſicul. Secundo dictum Sacramentum. & columna
10 ſequen. uol. 1. Dicens, quod puella quæ bonis paternis renunciauit, incauteque iurauit, ſaltem ubi enormiter grauata reperitur, abſolutionem petere poteſt, & abſolui debet, quia iuramentum iudicio, & diſcretione caruit, vt ipſe latius ibi proſequitur. Et in propoſito noſtro dixit Ancha. conſil. 89 Pro clarori. quem refert & ſequitur Dec. conſil. 180. Viſa renunciatione. columna tertia. in fin. verſicul. Sed tamen prædictis. ꝙ renunciatio a filia etiã in eiurando firmata in matris hæreditate non valet, ex qua nihil habuit, vt Dom. Heliſabetta, prout etiam in propoſito conſuluit Socyn. ſenio. conſil. 263. Capio
11 primum. columna ſecunda, tertia, & ſequen. volum. ſecundo. Accedat, quod cum huiuſmodi renunciatio, uiuente Do. Elilia eius matre, de cuius hæredi-
tatę

tate agitur, facta fuerit, conuentio & pactum ſuper
oiuentis hæreditate non valet, vt eſt tex. in l. fi. C. de
pact. vbi ponitur regula, ꝙ pactum de viuentis hæ
reditate nõ valet, niſi ille de cuius hæreditate agitur
conſentiat. Dec. conſi. 31. Et pro tenui. Roland. coo
ſi. 95. Ad hoc. col. 5. nu. 23. vol. 1. & Aymo. conſ. 19.
Super tranſactione. col. 1. nu. 3. ver. Difficultas ſolũ
li. r. & firmat in hæreditate matris abſentis idẽ Dec.
in l. pactum quod dotale. col. 4. poſt prin. ver. Sexto
limitatur. C. de coll. & in hæreditate fratrũ abſentiũ
teoet Aymo. coſi. 127. In contractu. col. 2. nu. 5. uer.
Tertio reſponderi poteſt. ool. 1. & Ruin. conſi. 204.
Pulchra eſt. col. 4. in fi. uerſi. Quia aut eſt pactũ. uol.
3. Et eſto quòd prædicta oon militarent, prout mi-
litant, reſtituno ſaltem in integrum ex capite enor-
miſſimæ læſionis, Do. Heliſabettæ aduerſus contra-
ctus finis & renunciationis reſciſſionẽ conuedi dẽt,
Quia eo ipſo ꝙ minor ex aliquo cõtractu reperitur
læſus, in integrum reſtitui debet. l. ſi minor 25. aonis
filiofa. cum ſimili. ff. de minori. Et minorib. non ſo-
lùm ſi incontinenti lædantur, reſtitutio datur, uerũ
etiam ſi lædi poſſint. Aymo. conſ. 192. Caſus ita ha-
bet. col. 3. uerſi. ꝙ autẽ interuenerit læſio. uol. 1. Ex
quib, ſupra deductis uidetur. D. Heliſabettam renũ-
ciatione nou obſtaute eius portionẽ in bonis ma-
ternis ſibi ab inteſtato delatis cõſequi poſſe. Quib.
tamen non refragantib. cõtrariũ in caſu propoſito
de iure uerius dicẽdum puto, videlicet quòd renun
ciatio per D. Heliſabettã facta ualeat & teneat, nul-
loq; pacto reſcindi poſſit, imò inuiolabiliter ob iu-
ramẽtum in contractu appoſitum obſeruari debet,
ut cõſuluit Aug. conſ. 303. Pactũ tale eſt. filia reſuta-
14 nit. Et quãuis. D. Heliſabetta eo tpe minor uiginti-
quinq; annorũ eſſet, nihilominus rõne iuſiurandi
maior efficitur, efficaciterq; obligatur, & amplius
contrauenire nou poteſt. ot eſt tex. in auth. ſacram.
15 pub. & ibi cõiter Doct. C. ſi aduer. uendi. Et fundata
uidetur D. Iuliæ, litiſq; conſortum intentio per tex.
in c. quamuis. de pac. in 6. Vbi filia quę iureiurando
hæreditati paternę renunciauit, iuramentum obſer
uare compellitur, & contrauenire oon poteſt. & in
caſu illius. c. abſolutio a iuramenro peti, & concedi
non debet, ut cõcludu ibi Gemi. & Are. poſt Arch.
& Io. And. & idẽ tenet Ange. in l. ſi quis pro eo. col.
fi. uer. Item adde quia quandoq;. ff. de fideiuſ. ſequi-
tur Alex. conſ. 222. Viſa facti narratione. col. 2. uerſ.
Noo ob. ſi diceretur. ool. 2. & conſil. 42. Super præ-
miſſo themate. col. pen. uerſi. Non obſt. ꝙ iuramen
tum. uol. 1. ubi inquit quòd in caſu d. c. quamuis. ſi
mulier, quæ renunciauit, maximam læſionem ſen-
tiat, cootrauenire non poteſt, nec a iuramento ab-
ſolutionem petere. Et ſubdit ibi Alex. ꝙ etſi tex. in
d. c. quamuis. caſum excipiat, ubi iuramentũ dolo
interpoſitũ fuiſſet, ſecundũ eum de dolo ex propo
16 ſito, & non de dolo re ipſa intelligitur. Dolus. n. re
ipſa. & dolus ex propoſito non æquiparantur ſecũ-
dum Imo. in d. c. cũ contingat. in 32 char. in 3. mẽb.
alioquin illius tex. diſpoſitio. & d. c. cum contingat.
& auth. ſacram. pub. uerbis, & non rebus impoſita
eſſet, ſi ob deceptionem re ipſa, de qua iura illa lo-
quuntur, abſolutio a iuramento peti poſſet, quod
oon eſt dicendum. l. ſecunda. cum fi. C. commu. de
leg. Et per hoc infert ibi Alex. quòd non bene dixit
Anch. in c. canonum ſtatuta. ext. de conſt. & Anto.
de But. d. c. cùm contingat. in 4. caſu prin. uolentes
mulierem, quę re ipſa in huiuſmodi renunciatione
decepta reperitur, cõtrauenire poſſe, q a ſecũdũ eũ
cõtra eos eſt cõm. opi. & hoc idẽ latè tradit cõſ. 53.
Viſis & conſideratis, col. 5. & ſeq. uol. 3. & latiſſimè
probat Cur. ſen. conſ. 43. Super contingẽtia. & ſequi
tur Goz. cõſ. 9. In hac cauſa. col. 2. nu. 64. ver. Et ideo
abſolutio. Si igitur D. Heliſabetta contrauenire nõ
poteſt, abſolutio hoc caſu conceſſa nihil operatur,
tũ quia õtus de ſe validus erat: & quãuis abſolutio
conceſſa fuerit, contractus tñ reſcindi non põt, neq;
reſciſſiuũ remediũ intentari quia iuriũ reſciſſionis
beneficiũ tollit, Ideo inquit Ang. cõſ. 160. D. Cathe
rina. col. pe. ver. Dicet quis. quòd vbi cõtractus iuſo
17 firmatur, licet quis a iuſo abſoluatur, nõ ꝓpterea cõtra
actũ veniet. quia actus ob iuſi interpoſitionẽ de per
ſe validus eſt, & abſolutio hoc tñ operatur, vt in per
iuriũ cõtrauenięs nõ incurrat, nõ aũt cõtractũ an-
nullat. vnde ſcd'm cũ nullus dicat, ꝙ minor, q ui ſup
cõtractu iurauit, aut maior qui iurauit, & eſt ultra
iuſti precij dimidiã deceptus. ſi a iuſo per ſuperiorẽ
abſoluitur, õ õtum venire poſſit: quia õtus validus
& irreuocabilis eſt. Sed vbi actus iureiurãdo nõ fir-
matur, ſed iurãs tñ ad nõ veniendũ õtra eum aſtringi-
tur, tũc inquit, ꝙ ſi eſt a ſuperiore abſolutus, a iure-
iurãdo, non a õtu (quia nullus) abſolutus eſt. Vnde
qui uſuras ſe ſoluturũ iurauit, aut aduerſus õtũ pi-
gnoratitiũ in forma venditionis ĩmediate factũ nõ
venire, cũ abſolutus eſt, ius ſuũ proſequi põt. quia
hmõi iuſm õtũ, & promiſſionẽ nõ firmauit, ſed eũ
tñ obligauit ad nõ veniẽdũ cõtra: idẽ repetit in d. l.
ſi quis pro eo. in d. ver. Itẽ adde qũia qñdoq;. & hãc
diſtinctionẽ refert & ſequitur Cur. ſen. d. cõſ. 43. col.
fi. ver. Vbi cõtractus. eãdẽ ſequitur Fel. in c. 1. col. 9.
in fi. num. 24. verſicu. Quinto quæro. ext. de iureiu.
& Bello. conſ. 18. Perpẽſis & oĩb. diligenter. col. 5. in
prin. nu. 10. ver. Præterea quãuis. Et ideo inquit Ay
mo. cõſ. 7. Eynimõdus. col. 3. in prin. ver. Et ſi dicas.
18 uol. 1. Quod quãuis abſolutio ad effectũ agẽdi & ex
cipiẽdi cõceſſa fuerit, vt in præſenti caſu. nõ tñ iuſi
vires, & eius robur, & efficaciam tollit, ſed a periu-
rij metu tantũ iurantẽ habilitat, per huiuſmodi. n.
habilitationem, abſolutionẽq; limitatam, & qualifi
catam, iuſm eius vires, & effectum, quem ante rela
xationẽ habebat. nõ perdit, vt pulcherrimè ſcribit
Paul. de Caſt. conſil. 259. Circa primum quæſitum
dubitatio videtur. colum. pen. & fi. vol. 2. in nouis.
19 Vbi addit, quòd ſi per habilitatum nõ probabitur,
dolum, ac enormem læſionem allegatam interue-
niſſe, relaxatio, & habilitatio facta non intelligitur,
& ſic habilitatus contra iuramentum ueniens ex
cauſa non conceſſa, relaxationeq; iuramenti non
facta, periurium incurret, & ſic huiuſmodi habilita
tio nihil operabitur, ſed in ſuo robore iuramẽtum
remanet. & idem in effectu voluit Bald. conſil. 474.
Vicarius Epiſcopi. volum. 5. & Affl. in deciſ. 220. Io
cauſa domini Ioannis. colum. 4. & ſeq. in 5. dubio.
20 Tum quia huiuſmodi iuramentum relaxari nõ po
terat, ex eo ꝙ. D. Heliſabetta ex libelli productione,
& citatione contra D. Iuliam & litis cõſortes execu
ta periurium incurrerat. l. ſi quis maior. C. de tranſ.
Cùm igitur iã periura eſſet, Principiq; hoc expreſ-
ſum non fuerit, abſolutio velut indirectè oppoſita
non ualuit. l. cum prætor. ff. de iudi. imò ſi expreſſũ
fuiſſet, iniqua fuiſſet abſolutio periurum ad agẽdũ
habilitando, & ſic periurij via aperiretur cõtra tex.
in c. ſi vero. ext. de iureiur. Hæc ſunt Ancha. verba
conſi. 198. Prædictis ſubtiliter. in fi. Immo tali caſu,
niſi a ſummo Pontifice, abſolui non poterat, vt vo-
luit Aymo conſ. 6. Plura videnda ſunt. col. 19. num.
93. ver. Secundo reſpondeo. uol. 1. Et ideo Rui. con
ſi. 66. Quia dubia. colum. 2. uerſ. Et ſimiliter non va-
luit. vol. 4. dixit, ꝙ quamuis Principi libellum pro-
ductum eſſe conſtaret. non fuit tamẽ per hoc cer-
tus. Domi. Heliſabettam in periuriũ incidiſſe, quia
quid iurauit, non expreſſit, nec quietationis inſtru-
mentum produxit: & ſic quomodo, & qualiter iu-
ratum fuerit, & ſuper quo iuramentum præſtitum

fuerit,ignorauit. Subdit quoque quòd quamuis D.
Heliſabettam ad agendi finem habilitauerit, potuit
tamen eſſe, & Princeps probabiliter credere, quòd
iuramentum eſſet taliter præſtitum, quòd per libelli
productionem, citationemq; ſecutam periurium
incurſa non eſſet, ſi enim hoc ſciuiſſet, uerisimiliter
eam non abſoluiſſet, uel habilitaſſet: quia de iure
poſt incurſum periurium hoc agere, neque potuit,
neque debuit. Feder. de Sen. conſil. 300. Factum tale
eſt. Debitor promiſit. in fi. quem ſequitur Fel. in c. 1.
col. 10. in fi. verſic. Septimo quæro. de iureiur. & eſt
magis communis opi. ſecundum Alex. conſ. 83. in-
terrogatus ſum. num. 7. uer. & in propoſito. vol. 5. &
conſil. 17. Ponderatis his. col. 1. verſic. Et ſecundum
magis communes concluſiones. uol. 3. & quamuis
iuramentum relaxatum fuerit, adhuc dico, quòd
habilitationis reſcriptum redditur nullum, & non
ualet, ex eo quòd in precibus mentio facta non fuit
quòd D. Heliſabetta de non contraueniendo iura-
uerat, per quam contrauentionem iam periurium
incurrerat, ita conſuluit Caſſane. conſ. 21. Decas de
Noble. col. 4. num. 12. quem refert & ſequitur Bel-
lon. d. conſil 18. col. 3. uerſi. Adde adhuc unum. ſub
num. 5. & num. 9. probaturq; quoque ex inconuinci-
bili fundamento D. Heliſabettam ab huiuſmodi iu-
ramento abſolui non potuiſſe. Nam in renuncia-
tionis inſtrumento precibus expoſito legitur, quòd
ipſa annorum ſexdecim maior exiſtens iurauit finē,
renunciationem, cæteraq; in dicto inſtrumento cō-
tenta firma, & rata habere, nullaq; ratione, vel cau-
ſa contrauenire, & aduerſus prædicta nullam reſti-
tutionem occaſione alicuius læſionis enormis, vel
alia de cauſa impetrare, & ab illo ſacramento abſo-
lutionem non impetrare, nec impetrata uti &c. Cō-
21 ſtat autem in iure clariſſimum, quod ubi in contra-
ctu iuratum eſt, abſolutionem a iuramento non pe-
tere, ſi iurans deinde ad effectum agendi abſolutio-
nem impetrauit nulla facta mentione, quòd a iura-
mento abſolutionem non petere iurauit, ut in præ-
ſenti caſu, non eſt abſolutus, neque habilitatus, ut
agere poſſit, niſi prius de non petenda a iuramento
abſolutione fuerit a iuramento abſolutus, ita voluit
Bald. in repeti. l. 2. col. 28. in fi. verſicu. Et quo ad pri-
mam q. videtur. ff. de iuretur. quem refert, & ſequi-
tur Fely. in c. debitores. col. pen. in princ. verſic. Ter-
tio quæro. extra de iureiur. & ita deciſum fuit, ut re-
fert Afflict. in deciſ. præallegata 220. col. 6. nume. 12.
& in deciſ. 30. Fuit dubitatum. col. fi. ver. Secundum
periurium. Et ideo dixit Gram. in deciſ. 66. in cauſa
22 excellentis. col. 5. nu. 12. verſi. Tertio redditur. Quòd
talis abſolutio ſubreptitia, & ſic nulla redditur, in-
quiēs tot petitiones, & relaxationes neceſſarias fuiſ-
ſe, quot iuramenta in contractu fuerant, & ibi quā-
plura alia adducit. Præterea talis abſolutio per obre
ptionem expreſſa falſitate impetrata fuit, narratum
enim fuit D. Heliſabettam fuiſſe per dictam renun-
ciationem enormiſſime læſam, in eaq; in contracti-
bus minorum requiſita non interueniſſe, & nihilo-
minus hoc minime iuſtificatum, & probatum fuit.
Quinimmo contrarium fuit probatum, vt ex inſpe
ctione teſtamenti, & codicillorum Magnifici Equi-
tis D. Michaelis de Milgio per eandem productorū
facile dignoſcitur, & ex ſtatuti diſpoſitione, ſub rub.
de contractib. & quaſi contractibus minorum cum
conſanguineis: & ex conſignatione, ſeu dotis pro-
miſſione ipſius D. Heliſabettæ, de qua in dicto finis
inſtrumento, ubi de libris mille, & quadringentis
pro eius dote facta fuit promiſſio iuxta teſtamenti,
& codicillorum diſpoſitionem: merito nullam paſ-
ſa fuit læſionem. Cùm igitur relaxationis cauſa alle
gata, ideſt enormiſſima læſio probata non fuerit,

quæ per eam probari debebat, huiuſmodi abſolu-
tio nihil operatur, iuramentumq; in ſuo robore re-
manet, ut uoluit Aymo. d. conſil. 7. colu. 3. in princ.
23 uerſic. Et ſi dicas. Conſtat autem obreptionis vitiū
impetrationem uitiare. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ.
not. In l. præſcriptione. C. ſi contra Ius, uel utili. pub.
24 Et malus eſt obreptionis uicium in exprimendo
falſum, quàm ſubreptionis in tacendo veritatem.
Alex. conſil. 60. Viſa legitimatione. in fi. vol. 2. Et ob
reptio nocet etiam ſi per ignorantiam fiat, vt ait
Corne. conſi. 185. Super duobus. col. 2. verſic. obre-
ptum autem iudic. volum. quarto. Et inquit Afflic.
25 in d. deciſ. 320. in quinto dubio. quòd ſecularis In-
dex abſolutioni a iuramento, quæ ſubreptitia repe-
ritur, obedire non tenetur, a fortiori vbi eſt obre-
ptitia per falſas preces obtenta, vt in præſenti caſu.
Itaque ex obreptionis uitio conſtat Dominam He
liſabettam agentem non ſuffragante illa abſolutio-
ne nulla, omninoquo inualida, periuram eſſe, ideo
26 periutij ratione audiri non debet, cum in cauſa ob
quam agit, periura ſit, iuxt. nota. In l. alias autem. ff.
de iureiurand. Bald. conſil. 118. præmittendum eſt.
ante fin. uolum. quarto. & Dec. in capit. dilecti. in 3.
not. extr. de excep. ideo renunciationis contractus
in ſuo robore remanet, perinde ac ſi abſolutio ali-
qua obtenta non fuiſſet. Et quamuis ad repellēdam
a petitis actricem iſta non ſufficiant, nihilominus,
ut magis ueritas etiam aperiatur, & de nullo iure D.
Heliſabettæ in bonis petitis oſtendatur, dico eam
ex alijs fundamentis repellendam eſſe. Primo, quia
27 finem, pactumque perpetuum de ulterius non pe-
tendo bona paterna, & materna fecit, quo caſu do-
naſſe dicitur, ut uoluit Bald. in l. fin. columna tertia.
uerſic. ſed hic incidenter quæritur. C. de pact. uirtu-
te igitur dicti pacti nullo modo contrauenire po-
teſt, ut late conſului in occurrenti caſu Socyn. iun.
conſil. 77. Licet in præſenti. num. 147. cum multis ſe
quent. uolum. primo. Secundo quia tertiam dicto-
rum bonorum portionem petijt, & nihilominus in
proceſſu conſtat poſt obitum Dom. Eliſiæ eius ma-
tris filios octo remanſiſſe, uidelicet Ioan. Mariam,
Iulium Cæſarem, Do. Pompeium I.V. Doct. Oliue-
rium, Ludouicum, Alexandram, Violantem, & ip-
ſam Dom. Heliſabettam, impræſentiarumque uiue
re Eliſiam iuniorem filiam q. dicti Ioan. Mariæ mo-
nialem, ſer Petrumgentilem Arnolphum præfati q.
Iulij Cæſaris hæredem, Dom. Iuliam ream conuen-
tam filiam præfati q. Do. Pompei, & Alexandram
ſororem d. D. actricis; pro tertia igitur portione D.
Iuliam, & litis conſortes conuenire non poterat, ut
in ſimili caſu conſuluit Aymo conſi 72. Dubitatur.
in fi. uol. 1. ergo plus debito petijt, & conſequenter
a tota cauſa iuxta Egidianæ cōſtitutionis diſpoſitio
nem cadere debet, ſub rub. de pœna peten. plus de-
bi. in 4. lib. c. 74. & in expenſis condēnari debet. iuxt.
tex. in l. 1. C. de plus pet. & in c. 1. ext. co. tit. Amplius
dico ꝙ D. Iuliam, & litis conſortes non ſolùm pro
3. part. non poterat, immo nec etiam pro quinta in
bonis petitis conuenire, ex eo ꝙ hortus de quo agi-
tur, fuit pro reſiduo dotis D. Eliſiæ Mag. D. Michae-
li datus, & conſignatus pro libris 400. argenteis, &
ſic æſtimatus, ut publico inſtrumento manu ſer Lu
douici de Leuererijs de Vrbino per actricē in actis
28 producto liquidè conſtat. Quæ inſolutum datio, &
æſtimatio emptionē facit. l. ſi æſtimatus. ff. ſol. mat. l.
quotiens. cum ibi no. per gl. & doc. C. de iure dot. &
per Soc. ſen. conſi. 56. ſtantib. ſupraſcriptis. col. 2. cir.
fi. uer. Septimus caſus eſt. uol. 1. ubi concludit, ꝙ ubi
res eſt ſimpliciter æſtimata, & in caſu dubio ſumus,
an data ſit, ut emptionem faceret, uel non, & quo-
modo, & tunc huiuſmodi æſtimatio emptionē fa-
cit;

cit.reddendaque eſt æſtimatio,& non res. & hic eſt
caſus in d.l.quotiens.& ibi hoc tenet Bald. & alij, &
eſt gl. communiter approbata in l.ſi inter uirum. ff.
de iure dot. Nec ob.ſi diceretur, quamuis in æſtima
tionem hortus datus fuerit, vt emptionem, faceret
illiusq; dominium in Do.Michaelẽ transferretur,
& ſic vt ad precium ſoluto matrimonio, & non ad
rẽ ipſam teneretur,hoc tamen non obſtante. D.Mi
chael in eius teſtamento ſpecifice hortũ illũ.D.Eli-
ſiæ,(perinde ac ſi ille inæſtimatus primo fuiſſet, D.
Michaeli datus)pleno iure reliquit.& ſic ad rẽ & nõ
ad eſtimationẽ recte agere potuiſſe videtur.Qm rñ-
detur D.Eliſiã hortum ſibi relictum inæſtimatũ ac-
cepiſſe,& propterea.D.Heliſabettam non poſſe cõ-
tra matris ſuæ voluntatem uenire,nec in hoc audi-
ri dẽre,cum ẽt contra teſtatoris diſpoſitionẽ, quæ-
rens finẽ per ipſam factum reſcindere,veniat, teſta-
tor.n.in eius teſtamento octingentas bononenorũ
argẽteorũ libras ei reliquit,voluit atq; iuſſit ipſã ta-
citam & contẽtam de bonis ſuæ hæreditatis eſſe, pa
cto hoc appoſito q pro dicta pecuniarum quãtita-
te,& veſtib.ſibi relictis ipſa ſuis heredib.finẽ genera
lem de oĩ iure,& actione, quæ eidẽ competeret, ac
in bonis ipſius teſtatoris & maternis bonis compe-
tere poſſet, facere & exponere dẽret:ſi igitur finẽ &
renunciationẽ per ipſam de maternis bonis factam
iuxta teſtatoris diſpõnẽ irritare ac annullare quęrit,
ergo eius uoluntatẽ impugnat contra tex. in auth.
29 hoc amplius.C.de fideic.Et impugnans inſtrm per
ipſum productum illius beneficiũ & commodum
perdit.c.cum olim.& ibi not.Abb.de cenſ.Alex.cõ
ſi.138.oportunc.col.pe.ad fi.nu.24 & ſeq.vol.j.cõſ.
209.In cauſa.& lit.in fi.& conſ. ſeq.nu.3.uol.7.Et ſi
vult producẽs pro ſe inſtrm audiri ad rem petitam
conſequendam,dẽt quoq; contra ſe illud producẽs
30 audiri:Nam dixit Bal.conſ.15.Oĩs aſſeſſor.col.1.nu.
2.ver.Secũdo patet.vol.2.q ille qui inſtrm producit
agẽs ex eo omnia & ſingula in eo aſſerta cõfiteri te
netur,& ſi negat,inſtri productio ei non prodeſt:Si
ergo omnia & ſingula in eo contẽta fateri tenetur,
finẽ & renunciationem nullo pacto infringere po-
teſt.Quinimò ſi dicta renunciatio reſciſſa & annul-
lata fuiſſet,ſeu expoſita fratri non fuiſſet, ſtãte teſta
toris diſpoſitione pro quãtitate ſibi in teſtõ relicta,
de bonis paternis & maternis finem,& renũciatio-
nẽ exponere teneretur,arg.eorum quę tradit Alex.
in l.ſi finita.in prin.col.2.uer.In gl. in verbo libera-
tur.ff.de dam.inf.& Mod.Fanen. in tract. de pigno.
in 2.membro tertiæ par.nu.20.ver. Decimo dubita
31 tur.Cùm ergo Do.Michael in eius teſtamento iuſſe
rit.D.Heliſabettam eſſe de quantitate ſibi relicta ta-
citam & contentam, eiuſq; hæredib.finem tàm de
paternis,quàm de maternis bonis generalem expo
nere, ut diſponere potuit, vt colligitur ex dictis per
Bar.in l. vt iuſiurãdi. §.ſi liberi.ff.de ope.lib.per Bal.
in l.quoniam nouella.col.2.vet li. Tertiò quæritur.
C.de inoffi.teſtam.& tradit Rui.conſi.206.De pluri
bus.colum.6.in fi.uer.Nam & in caſu Bar.volu.2.&
Gualden.in tract.de ano teſtan.caute.tertia.Si pater
filiæ.in fin.de libe.inſtitu. & patris voluntatem iam
executa fuerit, amplius contrauenire non poteſt,
32 Quia quod ſemel. de regu.iur.in 6. vbi latè per Dy.
in 3.colum.uerſi.Item poni poteſt exemplum. vbi
allegat. l.ſicut.C.de act. & oblig. & l. de contractu.
33 ff.de reſcin.vẽ. Et eo maximè, quia poſt legitimam
eius ætatẽ per annos viginti & ultra tacens renun-
ciationem ratificaſſe videtur,vt eſt tex.in l.fina. C.ſi
maior fac. aliena.rat.habue.& amplius contraueni
re non poteſt,& nouiſſimè decidit Ber.in lib.q. fa-
milia.q.43.Quidam in contractu.latè conſuluit Pa
ri.conſ.39.Contractus iſte.volum.1.Aymo conſi.
16.Super tranſactione.col.1.ad fi.uerſ.Secundo re-
ſpõdeo.vol.1.Rui.cõſ.141.In quæſtione propoſita.
col.2.in fi.ver.Sed dato ẽt.vol.4.& Bello.d.cõſi. 18.
col.6.in fi.nu.16.ver.Tertia eſt rõ.& ego aliàs cõſu-
lui in cauſa deciſiua apud Montẽflorum.vt patet in
conſi.127.In cauſa ad me trãſmiſſa.nu.60. Ex quib.
omnib. ſupra allegatis firma remanet concluſio :
D.Heliſabettam fini ac renũciationi iuratæ & iã tri
ginta annis per eam expoſita,& per taciturnitatem
longi tẽporis poſt legitimã eius ætatẽ ratificatæ nul
34 lo pacto contrauenire poſſe : Et quamuis prædicta
pro reſponſione eorum quæ ſupra in contrariũ op
poſita fuere, ſufficerent,nihilominus ſpecialius re-
ſpondendo breuiter dico,primum non refragari,
quia in occurrenti caſu dici non poteſt renuncia-
tionem metu fratris,cui renunciauit,factam fuiſſe,
cum metus inter conſanguineos præſumi non poſ
ſit,ſtante legis noſtræ municipalis diſpoſitione ſub
rub.de contracti.uel quaſi contrac.mino.inter con
ſangui.uolentis maſculũ vel fœminã pupillarẽ æta
tẽ excedẽtes contrahere poſſe,vel pactum aliquod,
aut remiſſionẽ,ſiue finem cum cõſanguineis in 2.
uel 3.gradu cõiũctis facere : & ſi proprio corporali
ſacramento, illa vel eorum aliquod ſeruare,ſiue at
tendere iurauerit, quod huiuſmodi contractus vel
pactũ,ſeu remiſſio,aut finis de re,vel cauſa quacũq;
plenã hẽant roboris firmitatẽ: nec in proceſſu pro-
batũ extat ex parte Io.Marię fratris maioris metum
ullum in renunciationis contractu interueniſſe.
Quinimmo contrarium manifeſtè oſtẽditur, cum
Io.maria dotem.D.Heliſabettæ promittens,finem-
que ab eo generalem recipiens voluntatem ac teſta
toris diſpoſitionem in teſtamento & codicillis ex-
preſſam executus fuerit: renũciatio igitur de bonis
maternis ex eius mera ac ſpontanea volũtate,& ab-
ſque metu,& dolo, vt eiuſdem renunciationis ver-
ba ſonant, expoſita fuit. Ex quibus tollitur etiam
quod aſſerebatur metum ex enormi læſione præſu
mendum interueniſſe, quia, vt diximus ſupra, de
aliqua læſione non conſtat,immo clariſſimè patet.
D. Heliſabettam plus quàm in paterna & materna
hæreditate deberetur,habuiſſe.Nam certum eſt, q
cùm ipſa octingentas libras argenteas ſibi in teſta-
mento paterno relictas habuerit, & libras centum
triginta tres in codicillis relictas, quæ ad ſummam
librarum noningentarum triginta trium denario-
rum in quaternis aſcendunt, dicitur eius ueram in
bonis paternis,de quib.ipſa non conquęritur, por-
tionem habuiſſe. Clarum eſt etiam q cum renũcia
tionis tempore octo fratres extarent, videlicet Io.
Maria,Iulius Cæſar.D.Põpeus,Oliuerius, Ludoni-
cus,Violanta,Alexandra,& ipſa.Dom. Heliſabetta
actrix, vniuſcuiuſq; portio in bonis maternis ad li-
bras mille argenteas aſcendentibus,ad ſummam,&
quantitatẽ librarum cẽtum quadraginta quinq; ſo-
lidorũ ſexdecim & denariorũ octo quatrenorum
aſcendebat,quæ cum ſupradictis noningẽtis trigin
ta trib,libris coniunctæ, ad ſummam librarũ mille
& ſeptuaginta nouẽ denariorum in quatrenis aſcẽ-
dunt,& nihilominus ultra quantitatem hanc cõpu
tatis ueſtib.alijsq; mobilib.in codicillo ſibi relictis,
ac receptis,libras quoq; trecẽtas & viginti denario-
rum in quatrenis habuit:reſpectu igitur allegatę læ
35 ſionis minimè conquęri poteſt.Cum contractus tẽ
pora attẽdantur,quib.quis lædi videtur,non autẽ q
poſt ipſum contractum uel actũ accidit,vt elegãter
adducit Aymo cõſi.11.Tria principaliter.col.fi.nu.
17.vſq; ad fi.vol.1.& conſi.114.Ioanna filia. col. fin.
nu.16.ver.Quarto rñdeo.eo.li.Nec allegata munici-
palis diſpõ refragatur, q in contractu minoris decẽ
& octo annorũ,ſolẽnitas oppoſita interuenire de-

beat,Quia illa procedit, & ſibi locũ uēdicat, vbi inter extraneos fieret contractus, non autem vbi inter conſanguineos celebraretur, nam inter eos valet abſque vlla ſolemnitate contractus, vt in d.rubr, de contract.vel quaſi contract. mino. inter conſangui.patet. Non obſt. quod ſupra dicebatur pactum de viuentis hæreditate non valere,vt inquit tex.in d. l.fin. C.de pact.quia in præſenti q.conſtat ex dictione,quondam.D. Eliſiæ,in contractu renunciationis
36 appoſita,eius matrem defunctam fuiſſe,cum dictio quondam,denotet illam eo tēpore non viuere.c.cũ parati,& ibi no.per docto.extr.de pignori. & in c.ex parte.extr.de for.comp.cum alijs per Alex.accumulatus.conſi.14.Viſis & conſideratis.col.3.poſt princ. verſic.Quòd autem fuerint.volu 6 & in l. quod aliquis.in fi.C.de iure delib.& dictio illa mortem ſignificat eius cui adijcitur,vt late probat Aymo. conſil. 148.Nobilis Antonia.col fi.verſic. Non obſt.etiam ſi dicatur.num.9.vol.1.& Tiraq. in tract. de vtroque retract.in verſic.Ou lignagier.§.1.in gloſ.9.num.51. verſicu. Contrarium tamen.vbi plene.Quod etiam probatur per Alexandrum in eius depoſitione dicētem Dom.Eliſiam eius matrem ab hac vita migraſſe tempore quo prima vice Sigiſmundus Malateſta menſe Maio. 1522. Ariminum Ingreſſus fuit, vt in Vrbe noſtra notorium eſt,& renunciationis contractus fuit anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto celebratus,ergo &c. Quinimmo dato quòd
37 eo tempore vixiſſet, dico huiuſmodi renunciationem valere,ex eo quòd de non ſuccedendo factum fuerit pactum,quo caſu tale pactum cum iuramento valet,vt eſt tex.in d.c.quamuis.de pact.in 6.& ita declarat, & concludit Bar.in d l.fin. in 4.col. vbi inquit d.l.fi.procedere in pacto de ſuccedendo,vel de hæreditate diſponēdo poſtea quàm ſucceſſum fuerit, quod pactum captandæ mortis votum inducit, ideo non valet,nec iureiurando firmatur,quia contra bonos mores eſt,ſecus eſt in pacto de non ſuccedendo, per quod captandæ mortis votum non inducitur,ſed tollitur. & ideo iureiurando firmatur, & ita conſuluit Dec.conſil.31.& pro tenui. col.1. in fi.verſic.Non obſt.ergo primo.& col.ſeq.cum quo concordat,& atteſtatur omnes doct. ita tenore Pariſi.conſil.93.finis & conuentio. & conſil.ſeq.incip. Viſo inſtrumento. & conſil.95. Eſt ferè triennium. col.1.vol.3.Vltimum quoque non refragatur de in integrum reſtitutione, tum quia de nulla læſione conſtat, vt ſupra ſatis abunde diximus: & ad hoc,vt quis reſtituatur, plura de iure requiruntur, quæ in præſenti cauſa deducta non fuerunt,nec probata,& de quibus meminit Bellon.d.conſi.18.col.7. in fi.nume.19.cum ſeq.igitur &c.tum etiam quia reſtitutio
38 maiori non conceditur vbi ex proprio facto læſus eſſet,ſed remedium.l.2. C. de reſcin.vend.datur,niſi ex generali clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa ignorantiæ &c.peteretur,de qua per Alexan.copioſe.conſi. 116.perſpectis.col.1.vol.5.At in caſu propoſito nulla interuenit ignorātia,cum hæc læſio ex facto proprio proceſſerit,ergo illa cōcedi non debet,vt declarat Fel.in c.vigilāti.in 3.limi.extr. de præſcri.& Dec. conſ.267.Non excedit,col.fi.nu.6.ver.Et ſtante præſcriptione. tum etiam quia caſu quo ratione enormiſſimæ læſionis reſtit.concedenda veniret, in caſu propoſito ob tanti temporis taciturnitatem poſt dicti contractus celebrationem D.Heliſabetta ab huiuſmodi reſtitutione fuit, & eſt penitus excluſa, vt pulchre declarat Bero.in d.q.43. in fi.& Bellon. d. conſil.18.nu.16.17.& 18. Et ſic concluſio,de qua ſupra firma remanet,D.Heliſabettam nullo pacto ad portionem petitam ſuper horto,de quo agitur, admittendum eſſe, cum a ſeipſa ſemetipſam excluſerit, ideo D.Iulia,cæterique litis conſortes a petitis abſoluendi ſunt,cum condemnatione partis aduerſæ in expenſis tanquam temere,ac iniuſte litigantis: iuxta tex.in l.eum quem temere. ff. de iud. cum concord.de quibus per Iaſ. in l.properandum. §. ſin autem alterutra.C.eod. Et ita de iure reſpondendum & concludendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians omni iuri quod quis habet, & conſequi poſſet, iuri de futuro renunciare intelligitur.*
2 *Verbum præteriti imperfecti ſubiunctiui ad futurum tempus trahitur.*
3 *Ius de futuro per pactum tolli poteſt.*
Verba pacti quando in futurum porriguntur, pactum valet, & ius de futuro tollitur.ibid.
4 *Renunciatio generalis cum clauſula, & generaliter, & generaliſſime finem fecit de omni alio, & toto quod ipſe renuncians petere poſſet, renuncianti præiudicat.*
In renunciatione ſatis eſt ſi in genere cogitatum fuit,quamuis in ſpecie cogitatum non ſit.ibid.
5 *Pactum generale de ſui natura etiam ad non cogitata porrigitur.*
6 *Renunciatio virtute iuramenti ad ius de futuro porrigitur.*
Iuramentum valere facit actum omni meliori modo quo poteſt. ibidem.
7 *Remittentibus iura ſua non datur ampliꝰ ad ea regreſſus maxime interueniente aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione.*
8 *Ius ſemel extinctum ex nulla cauſa reuiuiſcere poteſt.*
9 *Pactum perpetuum de vlterius non petendo, donatio dicitur.*
10 *Donatio inter viuos regulariter reuocari non poteſt, & in ea locum non habet pœnitentia.*
11 *Renunciatio cum ſtricti iuris ſit, rebus ſic ſtantibus intelligi debet.*
12 *Renunciatio de omnibus iuribus vſq; in præſentem diem competentibus facta, quomodo intelligi debeat.*
Ius in re, & ius ad rem, quomodo differant. ibid.
13 *Renuncians in aliquibus bonis omni iuri quod habet, vel habere poteſt, vel poſſet, renunciare intelligitur omni iuri, quod eſt de præſenti, vel ſpe.*
Paciſci poteſt ſuper ſpe tunc competenti, ibi.
14 *Ius in ſpe alicui competens poteſt per generalem renunciationem, & aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem extingui.*

CONSILIVM XXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SCRIPTI aliàs ad fauorem magiſtri Petri Zauagliæ iterum de duobus dubitari contingit. Nunquid renuncianti detur ad bona iam renunciata regreſſus? Secundo, an renunciatio vſque in præſentem diem facta, etiam in futurum extendatur? Et quamuis hæc aliàs per nos ſatis diſcuſſa fuerint, nihilominus idem amplecti conabor, inſiſtens ſuper verbis inſtrumenti,ibi,& generaliter,& generaliſſime de omni alio eo,vt toto quod ipſa Dom.Catherina petere, & conſequi poſſet in bonis, & iuribus
1 prædictis. Et primo præmitto,quòd quotieſcunque quis omni iuri quod habet, & conſequi poſſet, renunciat,intelligitur per illud verbum,poſſet,iuri de futuro renunciare,vt voluit Bar. cum quo tran. & Alex.& Are.in l.qui Romæ.§.duo fratres. in 6.q.d.

verb.

verb.obl.& cum Bar.tenent communiter docto.ut
refert ibi Alex.in 30.col.in fi.verſic. Item in quantū.
ſequitur Soc.ſen.conſil.34.Viſa.col.2.in princ. uerſ.
Primo quod dicta.vol.4.Et Corne. conſi.263. Con-
ſtat.col.1.ad fi.verſic.Quod maxime.volu.4. Et hoc
2 eſt,q uia verbum,poſſet,quod eſt præteriti imperfe-
cti ſubiunctiui, ad futurum tempus trahitur.vt not.
Bar.in l.ſi debitor. ff. de contrahen.emptio. & Alex.
conſil.13.perſpectis.col.2.in princip.vol.5.Secundo
3 præmitto,quòd per renunciationis verba generalia,
quæ cum tempus futurū reſpiciant,omne ius quod
ex noua cauſa obuenire poteſt, comprehenditur,
quando renunciatio per actum perpetuum ſolem-
ni ſtipulatione vallatum facta fuit,vt in renunciatio
nis inſtrumento fertur, quo caſu etiam ius de futu-
ro per pactum tolli poteſt.l.1.C.de pact.Fed.de Sen.
conſil.228.Factum tale eſt. ante fi.verſic. Super ter-
tio puncto.& no.Bar.in d.l.1.verſic.Venio ad gloſſ.
& col.2.in princ.verſic.Quandoque eſt ius.dicens ꝙ
vbi pacti verba in futurum porriguntur, valet pa-
ctum.& ius de futuro tollitur.Roma. conſi.22. Pro
propoſitæ.col.1.ver.Contrarium tamen verius cen-
ſeo.Corne.conſil.51.Licet in hac.col.3.ad fi.nu.12.
cum ſeq. vol.2. præſertim vbi Aquiliana ſtipulatio,
& acceptilatio interuenit,vt in ſimili caſu conſuluit
Roma.d.conſil.22.vbi ponderat etiam ꝙ renuncia-
tio erat iuri competenti, & competituro facta, vt
hoc caſu, ibi,renuncians tamen Do. Catherina ad
cautelam &c.& omni alij legum,iuris, & vſus auxi-
lio ſibi quomodolibet competenti,vel competitu-
ro:quo caſu talia verba ad futurum porriguntur,vt
4 diximus ſupra. Et hæc huiuſmodi renunciatio ita ge
neralis iuncta prædicta clauſula,& generaliter,& ge
neraliſſime &c.prætendicat,vt nō.Bald.in l.pactū qđ
dotali.in 16.q.C.de collat. vbi contrahentes admo-
net,vt a generalibus renunciationibus caueant, ne
in promptum ex effuſo ſermone periculum inci-
dant.facit tex.in l.inre militari.ff.de milita.teſta. per
quem tex.inquit Bald. In l. ſub prætextu. la 2. col.2.
verſic.Venio.ad oppo.C.de tranſact.quod ſatis eſt,ſi
in renunciatione fuerit in genere cogitatum, quā-
uis in ſpecie cogitatum non fuerit, & licet cogita-
tum non fuerit,cogitari tamen debuit: vnde ait,qđ
ſibi imputet qui ſub generalibus ver omnia com
prehendi non animaduertit, eius enim ſtultitia ad-
uerſario ſuo nocere non debet.ſequitur Corn.con-
ſi.145.Licet in hac.col.2. num.10. verſic.& inſuper.
columna 3.& idem Bald.in l.tres fratres. in 1.not.ff.
5 de pact. inquit,ꝙ generale pactum de ſui natura ad
omnia porrigitur etiam ad non cogitata, vt Alex.
quoque tradit conſi.42.Super promiſſo.col.3.in fi.
num.15.verſic.Quarto quia.vol.1. vbi refert Bal.re-
6 ſpondere ad.l.cum Aquiliana.ff.de tranſ.Tertio præ
mitto,ꝙ renunciatio virtute iuramenti ad ius de fu
turo porrigitur,vt no. Alexā.poſt Cuma. in l.is qui
hæres.in princ.ff.de acq.hæred.quem ſequitur Dec.
conſil.31.Et pro tenui.col.fi.verſicu. Secundo non
obſt. Quia iuramentum facit actum valere omni
meliori modo quo poteſt. l.cum pater.§ filius ma
trem.de legat.2.vbi Bar. & ideo renunciationem in
vim pacti valere facit, quod ad ius de futuro porri-
gitur.& idem Alex.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum. ff.
ſi quis cautio.& firmat Roman. d.conſil.22. col.1.
verſic.Secundo quia interuenit.Quibus ſic præmiſ-
7 ſis dico,ꝙ remittentibus iura ſua non eſt dandus ad
ea regreſſus.l.quæritur.§.ſi venditor.ff. de ædil.edic.
cum alijs per me aliàs allegatis. & præſertim vbi in
renunciatione appoſita eſt Aquiliana ſtipulatio, &
acceptilatio,quæ omne ius competens,ſeu ſpem cō
petituri iuris effectualiter,atque ipſo iure tollit,&ex
tinguit.l.ſi ſuperſtite. C.de dolo.Roma.d.conſil.22.
col.2.uerſi.In contrariam tamen ſententiam.& So
ci.ſeni.d.conſ.34.colum.2.in prin.uerſi.& ita in pro
priis terminis.uol.4.dicens quòd illud ius ſemel ex
8 tinctum ex nulla penitus cauſa amplius reuiui-
ſcere poteſt. l. qui res. §. aream. ff.de ſolutio.& l.ſi-
cut. C.de repudi. hæredi.& ita ibi allegat Roma.d.
conſi.22.quem etiam ſequitur Gramati.in decis. 57
Iacobus Campanarius nume.42.cum ſequen.Am-
9 plius dico quòd cum D. Catherina pactum perpe-
tuum de ulterius non petendo geſſerit,dicitur in ef
fectu donaſſe.Bal.in l.ſi.col.3.uerſi.Sed hic inciden-
ter quæritur.C.de pact.referens cautius eſſe, ut per
uiam pacti de non petendo uerba cōcipiantur, tūc
enim uim donationis habebunt. Calcan. conſ.25.
& primo.col.7.in princ.nume.21.& ita etiam con-
cludit Alex.conſil.149.Viſo themate.col.3. verſicu.
idem confirmatur. volu.7. quem refert & ſequitur
Soc.iun.conſil.77.col.30.num.151.verſi.Confirma-
tur iſta concluſio.vol.1. & eſt communis opi. vt at-
teſtatur Ruyn.conſil.104.Caſus col.4.ad fi. num.4.
vol.4. Si ergo D. Catherina Dominicæ eius ſorori
pro ſe,&ſuis hæredibus donauit,vt quietationis ver
ba ſonant,amplius ad illa bona renunciata,& dona
ta regreſſum non habet, cum inter viuos donatio
10 regulariter reuocari nequeat.l.cum ancillam.& ibi
Bar.& Bald.C.de cond. ob cauſ.in ea qꝫ non vendi-
cat ſibi locum pœnitentia, ſecundum commu-
nem doct. ſententiam in l. Ariſto. ff. de donatio.Et
vbi pactio ſuper re aliqua de ipſa non petenda inter
ponitur,res ipſa etiam ratione iuris ſuperuenientis
peti non poteſt ſecundum Albe. in d.§.duo fratres.
col. 4.in prin.nu.5. verſic. Nam quandoque.Nec di
11 catur quòd cum renunciatio ſtricti iuris ſit, rebus
ſic ſtantibus intelligi debet.l.cōtinuus. §. cum quis.
in fin.de verb.oblig.& l.quòd Seruius. cum ſua glo.
ff.de cond.ob cauſ.cum concord. & ſic renuncia-
tio in eo ſtatu facta intelligitur,quo tempore quie-
tationis erat.Quoniam reſpondetur, quòd cum re-
nunciatio per pactum perpetuum de vlterius non
petendo geſta ſit, & cum iuramento, & prægnanti-
bus clauſulis,ad ius trahitur, quod poſtea ſuperue-
nit,vt decidit Roma.d.conſil.22. uerſic. Non obſt.
ſupradictis.& diximus ſupra, ideo &c. Ad ſecūdum
12 de renunciatione in contractu appoſita, ibi, vſque
in præſentem diem &c. Reſpondetur, nam clarum
eſt quod D. Catherinæ quietationis tempore ius in
dictis bonis duplici modo competebat, videlicet
ius in re,& ius ad rem:& in re ius habens de præſen
ti ius quæſitum habere dicitur, ius autem ad rem
habens,ius quærendum habere aſſeritur, quod in
ſpe conſiſtere dicitur,vt eſt tex.in c.ſi.in prin.de con
ceſ.præben.in 6.& declarat pulchre Dec.conſi.147.
Et pro tenui.col.2.verſic. Secundo præmitto. cùm
igitur Dom.Catherinæ illa duo vſque ad quietatio
nis diem competiiſſent, & ipſa Dominicæ renun-
ciauerit omnia iura quæ in dictis bonis uſque ad
diem contractus habebat:ſequitur quòd ipſa ius il-
lud quærendum amplius non habeat, nec ullum
ad id regreſſum. Verba enim renūciationis ad hūc
trahuntur caſum, quia dictum ius ad rem in ſpe tē-
pore renunciationis erat,quę ſpes conſiderabilis ac
æſtimabilis erat.l.ſpem. C.de donat. & l.quantitate.
§.magna.ff.ad leg.Falc.tradit Corne. conſil.219. Ex
duplici.col.fi.ad fi.uerſic.Nec obſt.ſi dicatur. uol.2.
Bar.in d.l.quod Seruius. nu.4.ff.de cond.cauſ.data.
13 dicens,ꝙ ubi quis omni iuri quod habet, uel habe-
re poteſt,ſeu poſſet,aliqua in re renunciat, omni iu-
ri,quod eſt de præſenti re,uel ſpe, renunciare intel-
ligitur,& illud ius a Do.Catherina tunc renuncian-
te ignorari non poterat.Nam ex quo ipſa notitiam
& ſcientiam habebat, quod de illis bonis in pater-
na in-

na inueſtitura comprehenſa erat, ut in dicto renun
ciationis contractu ipſa atteſtatur, & quòd in dote
tornatorias quatuor de nouem pro eius portione
uigore prædictæ conceſſionis habuerat, etiam ſcire
debebat ius ſibi in ſpe in bonis penes Dominicam
remanentibus competere, & quod uigore iuris ac-
creſcendi uel per lineam Dominicę finitam ipſa D.
Catherina ad Dominicæ portionem uocata erat:
ſi ſic, ergo ius illud in ſpe ſibi quietationis tempore
competens renunciando ſibi præiudicauit, faciunt
not. per Abb. in c. cùm inter. colu. pe. in fi. uerſi. Fa
ciunt autem prędicta. extra. de renunciatio. ubi uol
uit quòd ſi quis omni iuri quod habet, uel habere
ſperat, aut in re tali habere poteſt, renũciauit, ꝙ hu-
iuſmodi renunciatio ad ius ſuperueniens de futuro
trahatur, ubi ius illud ſuperueniens ex cauſa, uel ſpe
renunciationis tempore competenti ſuperuenit, vt
in caſu propoſito: Verificantur quoque illa uerba
de omni alio, & toto quod in prędictis bonis tàm
uigore dictarum conceſſionum &c. quàm alicuius
partis occaſione &c. atque alia quacunque ratione
uel cauſa uſque in pręſentem diem petere, & conſe
qui poſſet: Nam cauſa hęc (ut diximus) in ſpe eo tē
porę ſibi competebat, & de ea notitiam habebat, &
ſuper huiuſmodi ſpe paciſci licet. d. l. 1. C. de pact. &
d. §. duo fratres. cum ibi not. Si ergo ius iſtud de prę
14 ſenti ſpe competebat, quo caſu uerba illa uſque in
præſentem diem uerificantur, ut inquit Corn. con-
ſi. 180. In hac conſultatione. col. pe. nume. 10. uerſi.
Nam cauſa iſta. uol. 2. ſequitur quòd D. Catherina
ius ſic in ſpe conſiſtens Dominicæ, & eius hæredib.
renũciare potuit, & ſic ad illud amplius regreſſum
habere non poteſt, cùm illud per generalem renun
ciationem, & abſolutionem per aquilianam ſtipu-
lationem penitus extinctum fuerit. l. pe. ff. de ſolu-
tio. §. 1. Inſti. quib. mod. tolli. ob. & eſt tex. in d. l. ſi ſu-
perſtite. C. de dolo. & l. aquiliana. cum glo. 3. ff. de
tranſac. & ita in ſimili caſu conſuluit Corne. d. cõſ.
180. col. pe. ſub num. 9. uerſi. Tamen repellitur De-
15 ci. in d. l. 1. col. fi. in prin. uerſi. In ea. glo. ibi hic autē
remiſit. C. de pac. quòd quando quis per acceptila-
tionem. remiſit, ſpem futuri iuris remiſiſſe intelli-
gitur, ad illud igitur. D. Catherina regreſſum habe-
re non poteſt: & hoc fundamentum ponit ad radi-
cem præſentis difficultatis gladium. Non ob. conſi.
Fede. 228. ex aduerſo allegatum, quia recte intuen-
ti ad caſum noſtrũ allegari non meretur. Ipſe enim
præſupponit duos fratres ad bonorum propriorũ
& emphiteoticorum diuiſionem abſque domini li
centia ueniſſe, qui in emphiteoſim bona illa con-
ceſſit eis pro ſeipſis, & eorũ filiis, & nepotibus ma-
ſculis, quibus deficientibus pro fęminis, & in diui-
ſione conuenitur, unum ex eis alteri dediſſe, & ceſſiſ
ſe pro ſe, & ſuis hæredibus omne ius quod haberet,
& habere poſſet &c. & eorum alter relicta unica fi-
lia hærede ſuperuiuente eius fratre, & nepotibus ex
eo maſculis deceſſit. Quæritur ibi nunquid filia hæ
res ad bona emphiteotica admittatur, & concludi-
tur quòd non, ex eo quòd filia de compræhenſis in
conceſſione non erat, & quia repellebatur filia, ex
quo conditio non extabat, qua extante admittere-
tur filia. Nam ibi filia fœmina in re illa emphiteoti-
ca exiſtẽte linea maſculina ſuccedere non poterat.
In caſu autem noſtro non fuit conceſſio eo modo
facta, quo in caſu de quo Fede. loquitur, ſed ſimpli
citer pro ſe filiis recepta fuit, & caſu quo etiam talis
eſſet naturæ, nihilominus quia in caſu propoſito fi
lii maſculi non adſunt, & iam filiæ Martini primi re
cipientis, & ex fœmina neptis (nullis etiam extanti-
bus maſculis) admiſſæ fuerunt, de uno igitur ad a-
liud non bene infertur. l. fi. ff. de calumniato. & l. pa
pinianus exuli. cum ſimil. ff. de minori. Et ex his
omnia, quæ contra magiſtrum Petrum allegari poſ
ſunt, ſublata uidentur, & ita de iure reſpondendum
cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen.
ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uir-
ginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Filia in inueſtitura patris comprahenſa, non obſtante renun-
ciatione de illis bonis ſorori facta, an dicatur ad dicta bona
per mortem filiæ ſororis prædictæ per ius accreſcendi vo-
cata.*
2 *Quietatio ad præſens tempus reſtricta ius de futuro compra
hendat.*
3 *Pactum de vlterius non petendo factum ſuper certis bonis
reale eſſe dicitur.*
4 *Renuntians cum pacto de vlterius non petendo aliqua bona
a ſe abdicare dicitur omnia illa bona, & omne ius quæren-
di ea.*
5 *Renunciãs bonis emphiteoticis cum pacto de vlterius non pe
tendo, ſi de illis portionem habuit, ius quod habebat in aliis
penes eum remanentibus, cui renunciatio facta fuit, remiſiſ
ſe dicitur.*
6 *Quietatio, pactumque de vlterius non petendo factum reſpe
ctu renunciationis futurum continet.*
7 *Hæredes omnes ſucceſſores in infinitum intelliguntur.*
8 *Linea emphiteoſis finita ius renouandi ad proximiorem trãſ-
mittitur.*

CONSILIVM XXXIX.

Deus adſit.

QVAMVIS allegationes ſubtiliter, & in
genioſe per magnificum, & excellent.
Iuriſconſultum. D. Aduocatum magi-
ſtri Petri Zauagliæ in cauſa inter eum
& Do. Catherinam uertente, ad fauo-
rem magiſtri Petri ſufficiant ad denodandas dubita
tiones omnes, quæ in cauſa contra eum oriri poſ-
ſent, tamen vt ego quoque ſuperinde conſultus ali-
quid dicam, inſiſtendo ſuper eo, quod rem contra
magiſtrum Petrum dubiam facere videbatur. ꝙ
mortua Lucretia filia. D. Dominicæ ex dicto magi
ſtro Petro vltima comprehenſa (vt præſupponi-
tur) in inueſtitura bonorum, de quibus agitur, ac-
cepta per magiſtrum Martinum communem pa-
trem dictarum Catherinæ & Dominicæ, videatur
per ius accreſcendi, ſeu pacti in inueſtitura com-
prehẽſi dictam Catherinam vocatam eſſe ad dicta
bona, non obſtante quietatione, & pacto de non
petendo per eam expoſito dictæ Dominicæ, vti nõ
comprehendentem hoc futurum ius obuentum
poſtea Catherinæ ob mortem dictæ Lucretiæ, per
ea quæ tradit Feder. de Sen. conſi. 228. Factum tale,
duo fratres. verſ. ſuper ſecundo. & Bar. in l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. in 10. q. de verbo. obl. cum maxi-
2 mè quietatio ſit reſtricta ad cauſas vſque in præſen-
tem diem. ita quòd non comprehendat futura per
ea quæ adducit Dec. conſi. 86. Viſo puncto. col. 2. in
fi. uerſi. Et maxime iſta concluſio. Pro reſolutione
dicendum eſt, primo ꝙ pactum de ulterius non pe
3 tendo ex quo in ſpecie propoſita apparet ſcriptum
in rem, ibi de omnibus, & quibuſcunque bonis &c
propriis, & emphiteoticis &c. uidetur eſſe reale per
tex. in l. iuriſgentium. §. pactorũ. ff. de pact. Ex hoc
ideo dictam Catherinam ſe abdicatam eſſe a dictis
4 bonis, ut in ſimili conſiderat Alex. conſi. 13. lib. 5. &
Ruy. conſi. 1. num. 20. lib. 1. qui licet loquantur, ubi
factum

factum ſit pactum domino, tamẽ videtur idẽ, cùm
d. Petrus comprehẽſus in dicto pacto ex eo nitatur
contra ipſam Catherinam, quæ etiam renunciãdo
dicta bona emphyteotica videtur ei renunciaſſe,
omne ius quærẽdi ea.arg.l.ſi duo.§. idem Iulianus.
ff.de iureiuran.& not.per Bar.in l.ucc is. de acquir.
5 hæred.Secundo cùm in facto præſupponitur ſuam
portionẽ bonorum emphyteoticorum fuiſſe cõſi-
gnatam dictæ Catherinæ, ita quòd in bonis emphy-
teoticis remanentib.d.Dominicam ſororẽ ipſa Ca-
therina nõ poterat tempore dicti pacti habere aliud
ius, niſi ſit accreſcẽdi, ſeu ex inueſtitura finita linea
d.Dominicæ, illud quidẽ ius remiſſũ intelligi neceſ
ſe eſt per dictum pactum, vt in ſimili firmat Bar. in
d.§.duo fratres.in 6.q.& Dec.in l.1.colum. fi. num.
6 32.C.de pac.vt pactum aliquid operetur.Tertio di-
cta quietatio & dictum pactum cõtinet factum fu-
turum ſaltem reſpectu ipſius Catherinæ, vt declarat
dictus Magnificus. Dom. Aduocatus meus vti fra-
ter honorandus,& apparet ex illis verbis, de vlterius
non petendo.Abb.in c.2.colum.1.ſub verſicu. No.
ꝙ iuramentum.de renunciatio.quò ad cauſam nõ
eſt quid futurum, licet.n.poſtea forſan finita linea.
d.Catherina ſit uocata vigore dictæ inueſtituræ, id
tamen eſt ex cauſa de præterito ob dictam inueſti-
turam, quæ aderat tempore dicti pacti,& ex iſta cau
ſa de præterito intelligitur remiſſum generaliter
omne ius dictæ Catherinæ per dictum pactum con
tinens expreſſe etiam de illis bonis in renouationi-
bus, quorum ipſa Catherina eſſet comprehenſa
per aliquam ſtipulationem, &c. Inueſtituram,
&c. per ea quæ ſcribunt Butr. & Abb. in dicto. ca-
pitu.2. de renunciatio.& Bartol.in d.§.duo fratres.
in 6. q. & quatenus dictum pactum reſpiciat futu-
rum, id prodeſt d. Petro patri & hęredi ab inteſtato
d.Lucretiæ primæ hæredis d.Dominicę paciſcentis
cum d. Catherina, quæ quietationem & pactũ fecit
d.Dominicæ, ſeu eius tutori acceeptanti, pro ſe, &
7 hęredib.&c.Qui hęredes intelliguntur in infinitũ.l.
hęredis.de ver.ſig.& venit hæres hæredis.l.in annali
bus.& ibi Alex.& doc.C.de leg.cum ſi. ſic d.Petrus
comprehenditur in dicto pacto,& ſibi prodeſt per
l.ſi pactum.in fi. ff.de probat. Prodeſt enim in hoc
quod cum ſemel dicta Catherina ſit excluſa a dictis
bonis emphyteoticis per dictum pactum emana-
tum ad fauorem dictæ Dominicæ,& ſuorum hæ-
redum,& mediante perſona Lucretiæ filiæ dictus
Petrus ſit hæres Dominicæ, & ex perſona Lucretiæ
Ius hæreditarium finitæ emphyteoſis ſit tranſmiſſũ
in dictum Petrum per doctrinam Bar.in l.1.§. per-
mittitur.de aqua quot.& æſti.communiter appro-
batam, vt per Dec.conſil. 131.& Soc.conſil. 99.col.
pen.lib.1.& alibi per Docto. Valet ergo inueſtitura
de dictis bonis poſtea facta per Eccleſiam Domi-
nam dicto Petro, excluſa dicta Catherina per dictũ
pactum excluſiuum factum in fauorem etiam di-
cti Petri & ſibi proficuum, vt ſupra demonſtratum
eſt.Vnde ſi inueſtitura hæc non tenet, eo quòd bo-
na non fuerint deuoluta ad Eccleſiam, valet tamen
quod per dictum pactum continens perſonam in-
ueſtitam, dicta Catherina ſe abdicauit ab ipſis bo-
nis, ſicut facit uendens,& quãdo inueſtiuit emptorẽ
per not.in l.fi.C.de iure emphy. & ſic breuiter in ca
ſu propoſito ſunt remota dicta contraria: & ex tem
pore, quod datum eſt, vt ſupra puto de iure reſpon-
dendum.Laus Deo.Simon Prętus.I.V.D.Piſaurẽſis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum porrigitur ad eum ad quem, vt porrigatur, paciſcen
tis intereſt.*
2 *Ius quod frater per eius renunciationem ſuperuiuens inten-
dit, ſi non eſt contra fratrem mortuum, uel eius hæredes, ſu-
peruiuenti acquiritur, ſecus ſi contra fratrem defunctum
vel eius hæredes eſſet.*
3 *Promittens ſi contra eius iuratam promiſſionem uenit, repel-
li debet.*
4 *Emphiteoſis in tertiam generationem maſculinam recepta,
non finitur in fœminis etiam tertiæ generationis.*
5 *Renuncians in re aliqua omni iuri quod habet, vel habere
poteſt, vel poſſet, intelligi debet ex iure quod eſt de præſen-
ti re uel ſpe.*
6 *Renunciatio de omni iure quod quis habet, uel habere poteſt
cum aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione, omne ius
ſibi competens, ſeu iuris competituri ſpem tollit, & ex-
tinguit.*
7 *Certus amplius certiorari non debet.*

CONSILIVM XL.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

NON videtur in caſu propoſito rectẽ in
tuenti doctrinam Bartoli, & ſequa-
cium pro dubio ad me contra magi-
ſtrum Petrum trãſmiſſam adaptari poſ
ſe, quinimmo in eius fauorem inducẽ-
1 dam eſſe, cum determinet Bar.in d.§.duo fratres.in
10.q.ꝙ pactum ad eum porrigatur, ad quẽ vt por-
rigatur, paciſcentis intereſt, ſed in caſu propoſito
Dominicæ paciſcentis intereſt, ut pactũ cũ renun-
ciante factum ad eius hæredes porrigatur,& magi-
ſtro Petro paciſcentis hæredi prodeſt, pro quo pa-
ctum & renunciatio facta fuit: diuerſum eſt igitur
ab eo, quod aduerſus magiſtrum Petrum deduci-
tur. Nam in caſu Barto. & Doctorum, renunciatio
per fratrem facta, Eccleſiæ non proderat, ex quo
pro Eccleſia ſtipulatio facta non fuit, at in propoſi
to caſu pro paciſcentis hærede facta fuit, ergo ad ip
2 ſum reuertitur.Cùm ergo in caſu noſtro, Catherina
renuncians contra paciſcentis hæredem ueniat, di-
cimus eſſe contra doctrinam Bar. & ratio in dubijs
allegata in fauorem Catherinæ non militat, immo
ſtantib.verbis Bar.aduerſus ipſam procedit.Cùm ip
ſa renuncians paciſcenti,& eius hæredibus promiſe
rit, ut in inſtrumento conſignationis doris & quie-
tationis factæ legitur, in quib.Dominicæ ſtipulanti
pro ſe & ſuis hæredib.ac nomine & vice omnium
& ſingulorum aliorũ quorum intereſt,& intererit,
litem non inferre promiſit: & in euentum ꝙ aliquo
tempore lis & quæſtio Dominicæ vel eius hæredi-
bus de aliquibus bonis immobilibus dicti. q.magi-
ſtri Martini & ſuæ hæreditatis moueretur, quæ ipſi
Dominicæ pro eius portione remãſerunt, defende
re & desbrigare in iudicio, vel extra promiſit, cum
oĩb.pactis & clauſulis, vt marito Catherinæ,& cum
3 iuramento promiſſum extitit &c. Ideo Catherina
aduerſus eius promiſſionem iuratam ueniens re-
pelli debet.cap.diuerſis.extr. de cleri. coniuga. tra-
dit Spec.in §. primo.colum.18.in fi.ver.Item repel-
litur regulariter.in titul.de actore.& facit text. in l.ſi
quis maior.C.de tranſa. Non obſtant tradita per Fe
4 de.conſ.77.Quia in diuerſo caſu loquitur, nam uo-
luit ipſe ꝙ emphyteoſis in tertiam generationem
maſculinam recepta, in fœminis etiam tertiæ gene
rationis non finiatur, ideo quamuis renunciatio in
ter maſculos facta fuerit, nihilominus uno eorum
deficiente remanentibus etiam fœminis tertiæ ge
nerationis ad ſuperſtitem maſculum reuertitur,
qui caſus lõgẽ a propoſito caſu (ſi recte conſidere-
tur)

tur) deuiare videtur, eum emphyteoſis in caſu noſtro, pro ſe, filijs, & nepotibus recepta fuerit, & illa iam effectum ſuum in Lucretiam neptem ſortita fuerit, merito contra magiſtrum Petrum allegari non poteſt. Præterea præſupponit Fede. tertiam maſculinam generationem non fuiſſe completam, ex quo etiã in eſſe reperiebatur, in caſu verò propoſito nepotum linea in perſona Lucretiæ neptis eſt finita, nedum ex eius obitu, ſed ex Catherinæ renunciatione, quæ ius illud in ſpe ſibi competens a ſe abdicauit, pro vt abdicare poterat, vt voluit Bartol. in l. prima. columna ſecunda, in princ. verſicu. Si vero eſt ius reale. C. de pact. & in l. quod Seruius. numer. quarto. ff. de condi. ob cauſ. vbi inquit quod quan-
5 do quis in re aliqua omni iuri quod habet, vel habere poteſt, aut poſſet, renunciat, intelligi operæ precium eſt ex iure aliquo, quod eſt de præſenti re, uel ſpe. Idem firmat Corn. conſi. 180. colum. tertia. volum. ſecundo. & hæredi Dominicæ paciſcentis videlicet Lucretiæ ejus filiæ ex conſcriptione & pacto perpetuo de vlterius non petendo acquirere potuit. l. & hæredi. §. fina. ff. de pact. & tradit Barto. in dicta. l. prima. C. eod. Et oppoſitio illa quod ad te liberas ædes habeo, contra Eccleſiam procedit, vbi per renunciantem paciſcenti ſimpliciter promiſſum fuiſſet, vt in caſu Feder. ſecus ſi paciſcenti, & & eius hæredibus promiſſio facta fuiſſet, vt in caſu noſtro in duplici inſtrumento. Nec allegatã regula contra pactum, iuramentum, & acceptilationem &c. quod agentium actus ultra eorum intentionem non operantur, contra magiſtrum Petrum obijci poteſt. Quia immo partes paciſcentes & earum hæredes ius futurum tunc in ſpe unicuique competens conſiderauerunt, quamuis duntaxat dictum fuerit vſque in præſentem diem, quia vt aliàs dixi, ius illud in ſpe ſibi competebat uſque in diem celebrati contractus, ergo futurum reſpicit, & ſic partes etiam ad jus de futuro cogitauerunt: quod etiam per promiſſionem, de qua in dotis conſignatione patet, dum Catherina voluit, & Dominicæ ac eius hæredibus promiſit, ſi quo tempore lis ei vel ſuis hæredibus de nonnullis immobilibus bonis moueretur, &c. ipſos tueri. Nec conſil. Cornei. 52. num. vndecimo, volum. ſecundo, & conſi. 263. volum. quarto, ad propoſitum noſtrum allegari merentur, cùm in iure tunc ſibi competenti minime loquatur, iura igitur quærenda in caſu ſuo non veniunt, nos autem in re ſumus in ſpe competẽti vſque in diem celebrati contractus, merito. &c. & ita loquitur Abb. in capitu. ſecundo. ext. de renunciatio. & alijs in dubijs allegati. Circa conſil. 22. Roma. dum nihil obſtare aſſeritur, nec ad propoſitum facere, admiratus ſum ualdè, & magis admiror; ſi enim Romani uerba rectè percipiantur, nedum ad propoſitum, ſed caſum, quæſtionẽq; noſtram decidere apparebit, vt etiam ſemper aliàs dixi. Roman. enim duplici
6 fundamento quæſtionem hanc decidit; Nam vult quòd per renunciationem cum aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione, Beatriſia matertera renuncians minime admittatur, quæ renunciatio ſic geſta omne ius ipſi competens, ſeu iuris competituri ſpem tollit & extinguit, quod quidem ius extinctũ ex nulla penitus cauſa reuiuiſcere poteſt, iurib. ibi per eum, & per Soc. ſen. conſi. 34. colum. 2. in prin. volum. 4. & Gramma. in deciſio. 57. num. 42. allegatis: ſi iuris competituri ſpem tollit, & extinguit, igitur &c. Secundo in renunciatione iuris competentis & competituri ſe fundat, in quæſtione autem noſtra nedum iuri de præſenti competenti, ſed de futuro quoque renunciauit, & non tantum per uerbum illud, poſſet, ſed & per clauſulam, omni legum iuriſq; auxilio renũciauit &c. vt aliàs dixi, igitur &c. Nec dicatur, prædicta in dubio procedunt, nos autem in claris ſumus, ꝙ noluerint partes ad futurum ius extẽdi, nec verba illa (vſque in præſentem diem) videri faciunt partes ius tantum de præſenti renunciare uoluiſſe, quia ut diximus ſupra, ius illud vſq; in præſentem diẽ ſibi competens renunciauit, cùm in ſpe eſſet: ius ergo futurum cogitauerunt, & non præſens tãtum. Nec dici poteſt magiſtrum Petrum conquæri non poſſe, nec per inueſtituram, nec per renunciationẽ ſibi ius aquiſitũ fuiſſe, quia imò per renũciationem & promiſſionem in duobus inſtrumentis factam, ſcilicet conſignationis dotis, & quietationis, Dominicæ & eius hæredibus ſuit acquiſitũ vt diximus ſupra ergo &c. Poſtremo non refragatur quod ſtricti iuris ſint renunciationes. Quia quãuis hoc in iure verum ſit, in noſtra tamen quæſtione non procedit, cùm ſatis pro Dominica & eius hæredibus expreſſum fuerit, alioquin promiſſio hæredibus facta nunquam in caſu propoſito locũ haberet, & nihilominus quodlibet uerbum in qualibet diſpoſitione & obligatione etiam minimum aliquid operari debet, nec fruſtra appoſitum eſſe debet, ut voluit Bald. in rub. C. de contrahen. emp in 9. q. Alex. conſ. 118. In caſu de quo quæritur. col. 2. verſi. Tertio probatur uoln. 5. cum alijs per Curt. ſen. relatis conſil. 73. Super memorata col. 3. in fin. verſi. Quia omne verbum. Nec eſt verum ꝙ Catherina de hac re emphyteotica non cogitauerit, cum in quietationis inſtrumento rei emphyteoticæ, de qua ipſa in inueſtitura magiſtri Martini ſui patris cõprehẽſa erat, expreſſe renunciauerit, & alıter certi-
7 orari non debebat. Cùm certus amplius certiorari non debeat l. fi. ff. de tranſac. cum alijs de quibus per Alex. conſ. 138. Viſo. in prin. uol. 7. Et eo magis, quia in conſignationis dotis inſtrumento nolebat eam, nec eius hæredes, de eius portione immobiliũ magiſtri Martini earum patris moleſtari, & in eius portione, bona, de quibus agitur, emphytheotica pro indiuiſo cum Catherina (vt ipſa ibi atteſtatur) obuenerãt: Et ex his omnia contra magiſtrum Petrum in dubijs tradita ſublata uidẽtur, & ita de iure reſpondendũ cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non ſeruans periurus efficitur.*
Periurus in cauſa ob quam agit, audiri non debet, imò a iudicij limine repellendus eſt. ibidem.
2 *Iuramentum ubi ſeruari poteſt abſq; interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.*
3 *Iuramentum ſecundum obligationis naturam ſuper qua interponitur an regulari debeat?*
4 *Lex ſi. C. de non nume. pec. quomodo procedat.*
5 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ad extraneum tranſit volente Eccleſia.*
De iure tertij opponi non poteſt ibidem.

CONSILIVM XLI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione eorum quæ aduerſus magiſtrum Petrum iterum ad me æſtiuis hiſce temporibus tranſmiſſa fuerunt, breuiter dico, quod cum Catherina iuramento promiſerit litem nullam ac quæſtionem Dominicæ, & eius hæredibus ſuper bonis

bonis immobilibus in eius portionem obuenitis
1 inferre, iuramentum ſeruare tenetur, illo autem
non ſeruato periura efficitur, l. ſi quis maior. & ibi
Doctor. C. de tranſact. & in cauſa ob quam agit,
audiri non debet, immo a iudicii limine repellen-
da eſt. Spec. in tit. de actore. §. 3. uerſi. item quod eſt
reus. Fely. in c. intelleximus. col. 3. in fi. nu. 11. uerſi.
Verum periurus. ext. de iud. Bal. conſi. 118. Præmittē
dum eſt. uol. 4. Dec. in cap. dilecti. in 5. not. ext. de ex
cep. & Aymo. conſi. 7. Eynimondus. col. pe. nu. 12.
uerſi. Itaque ex uiſo. & conſ. 191. in cauſa egregii.
col. pe. nume. 7. uerſi. Secundo reſpondeo. uol. 1. &
2 ubi iuramentum abſque interitu ſalutis æternæ ſer-
uari poteſt. ſeruandum eſt. c. cum contingat. & c. &
ſi Chriſtus. ext. de iureiuran. Sed Catherina hoc iura
mentum ſeruare poteſt, ergo ad illius obſernatio-
nem compelli debet. c. cùm. C. laicus. de foro com-
pe. li. 6. Nec regula illa in dubiis tradita reſragatur,
3 quòd iuramentum ſecundum obligationis naturā,
ſuper qua interponitur regulari debet. l. fi. C. de nō
num. pecu. cum ſimili. Quoniam in contrarium eſt
glo. paruula. in l. ſi pecuniam. ff. de condi. ob cau. &
illa uerior uidetur ſecundum Imo. in c. lator, lecto
ſub c. 1. in 5. col. in fi. uerſi. Et quia dixi ꝙ regulari-
ter. ext. de pignor. Quinimmo ſecundum Iaſ. in d. l. ſi
pecuniam. col. fi. facit regula in contrarium. quòd
immo iuramentum intelligi debet, ut ſemper ro-
bur, & efficaciam addat, præter, & ultra naturam
actus, ſuper quo interponitur, & ibi per multa iura
probat, & credit regulam illam eſſe falſam. conſi. 6.
quoniam. col. 9. num. 40. & conſi. 8. In præſenti col.
pe. nu. 38. uol. 1. & conſi. 25. Dixi. colu. fi. in prin. nu.
25. uol. 2. ubi reſpondent quod illa regula eſt falſa,
& quòd regula eſt in contrarium, quod iuramentū
non debet reſtringi ſecundum naturā actus, ſed ꝙ
ſemper aliquid addit actui, & quod iuramentū ſem-
per intelligi debet, ut addat robur, & maiorem effi-
caciam præter, & ultra naturam actus ſuper quo in
4 terponitur. Præterea in d. l. fi. conſenſus deficit, quia
ille obligari nolebat, niſi pecunia ſibi numeraré-
tur, unde etiam ſi iurauit, tunc iuramētum ratione
deficientis conſenſus bene intelligitur ſecundum
primæ promiſſionis qualitatem, quia uerisimile nō
eſt, quòd obligari uoluerit, niſi numeraretur pecu-
nia: & ubi conſenſus in principali obligatione defi-
cit, tunc iuramentum ſecundum illius actus naturā
intelligitur, & ultra conſenſum non extenditur. &
ideo actus naturam ſequitur, ſuper quo interponi-
tur. Secus ſi conſenſus non deficit, ſed adeſt expreſ-
ſus, purus, & ſimplex, eo enim caſu iuramentū præ-
ciſam obligationem, & ſic maiorem firmitatē qua
lificare, & addere debet, ut in caſu propoſito, in
quo rei emphitheoticæ cum iuramento expreſſe
renunciatum fuit. In qua re Catherina renuncians
nedum de præſenti, ſed de futuro comprehenſa
erat, per ea quæ alias diximus. Iuramentum igitur
ſecundum conuentionem expreſſamq; renuncia-
tionem per eandem Catherinam factam regulatur
ut iuramentum aliquid operetur, & ita reſpondet
Iaſ. ubi ſupra. & in l. ſi conuenerit. in 3. colu. in prin.
ſub uerſi. Vltimo facit. ibi. Nec ob. d. l. fi. ff. de iuriſd.
om. iud. quem ſequitur Pet. Gerard. de Petraſancta.
in ſing. 18. No. diligenter. col. pe. numer. 24. uerſ. Ad
hoc reſpondetur. Stantibus igitur prædictis non eſt
habenda ratio an emphiteoſis ad extraneum tran-
5 ſeat, uel ne. Quia uolente Eccleſia etiam ad extra-
neum trāſire poteſt, ut quotidie uidemus, alioquin
ſequeretur quod primus emphiteota in extraneas
perſonas bona emphiteotica alienare non poſſet,
quod falſum eſt, iura ſunt clara, & pro nunc allega-
ſſe ſufficiat Ancha. conſ. 420. Quidam ſer Antonius,
col. 2. in fi. ſub num. 10. Alex. conſi. 159. Viſo. colu.
pe. uerſi. quod autem emphiteoſis. & col. fi. uerſi. Se
cundo reſpondetur. uol. 2. ubi atteſtatur hanc eſſe
communem opi. & ita conſuluit Soc. Iuni. conſi.
124. Viſis omnibus. col. pe. in fi. num. 75. uerſi. Secū-
do reſpondetur. uol. 1. Cùm ergo emphiteoſis iſta
nedum per pactum, & renunciationem Catherinæ
(quæ pro mortua habetur ſecundum Calcane. cō-
ſi. 78. Dubium. col. 3. in fi. num. 6.) ſed per finitam li-
neam in perſona Lucretiæ magiſtri Martini neptis
ad Petrum Dominicæ paciſcentis hæredem deuo-
luta ſit, iuxta tradita per Roma. conſ. 22. Pro propo-
ſito. col. fi. ad fi. nume. 7. uerſi. Secundo eſt uidendū.
quem ſequitur Roland. conſi. 100. Quoniam. col. 4.
in fi. num. 17. uerſi. Quinto iſtud. uol. 1. non poteſt
Catherina hoc ius Eccleſiæ competens allegare,
alioquin de iure tertii facultas opponendi præſtare
tur, quod minime permiſſum eſt, ut uolunt Doct.
in l. 2. ubi Iaſ. in 2. col. in 5. not. C. de iure emphi. præ-
ſertim contra eius iuramētum uentens. Hoc enim
tantum procedere poſſet, ſi inter emphiteotam, &
directum dominum oriretur quæſtio, & ita proce-
dunt omnia quæ contra magiſtrum Petrum in mo-
tiuis adducta ſunt. Et ex his dubitationes ad me trā
ſmiſſas ſublatas eſſe cenſeo ego Matthæus Brunus
Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei
ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione in inſtrumento renunciationis expreſſi, ueniunt omnes hæredes in infinitum.*
2 *Pacta regulariter ad hæredes actiue, & paſſiue tranſeunt.*
3 *Pactum ex parte recipientis pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, reale dicitur.*
4 *Dictio (pro hæredib.) cùm indefinita ſit, uniuerſali æquipollet & ſic pro omnibus hæredibus intelligitur.*
Conceſſio omnis reſpectu certa rei facta realis dicitur. ibidem.
5 *Renunciatione iuris emphiteotici renunciatum uidetur omni iuri quærendi bona emphiteotica*
6 *Renuncians bonis emphiteoticis ius re & ſpe non habet in bonis aſſignatis ſeu dimiſſis tempore renunciationis, ſed ſpe tantum.*
Clauſula in inſtrumento renunciationis iuris emphiteotici appoſita, uſq; in præſentem diem, quomodo intelligatur. ibidem.
7 *Pactum de non petendo actionis effectum tollit, doliq; exceptionem inducit.*
8 *Remittere, & renunciare aliud eſt, & aliud eſt promittere non petere.*
Remittere eſt factum inſtantaneum, & non petere eſt factum ſucceſſiuum. ibidem.
Remittere porrigitur ad tempus præſens, & non petere effectum dirigit in futurum. eo.

CONSILIVM XLII.

Deus in adiutorium meum.

MEMINI aliàs ſcripſiſſe ad fauorē magiſtri Petri Zauagliæ, quæ ſcripſerim modo non obueniunt memoriæ, & uideo pro eo latiſſime ſcriptum toties, & ſubtiliter, ac ingenioſe per Magnific. & excell. eius D. Aduocatum, ita quod pro eo in eadem cauſa iterum ſcripturus, uix poſſum euitare quin iam dicta repetantur, quod, & dicenti, & audienti faſtidio eſſe ſolet. Vt tamē ipſi magiſtro Petro ſatisfaciam, breuibus iterum dico, ſibi non obſtare doctrinam Bar. in uulgato §. duo fratres. in 10. q. & conſi.

conſi.77.Fed.de ſen.quoniam loquūtur in diuerſis
caſib.quando.ſ.lis eſſet inter renunciantē,& Eccle-
ſiam Dominam rei emphiteoticæ,cui Eccleſiæ nō
eſſet facta renunciatio:& quando perſona,cui facta
fuerit renunciatio, deceſſerit ſine filijs, hæc diuerſa
ſunt in ſpecie propoſita, in qua cauſa agitur inter
ipſam renunciantem, & hæredem ſaltem media-
te illius Domin. Dominicæ, cui facta fuit renuncia-
tio, & quæ deceſſit cum filia ex dicto magiſtro
Petro nomine Lucretia, cui hæredi prodeſt di-
cta renunciatio, & pactum ſactum ab ipſa Ca-
therina renunciante. l. ſi pactum. ff. de proba-
tio. hæc ratio, quòd pactum non porrigitur ni-
ſi ad eum, ad quem intereſt paciſcentis, vt porriga-
tur. per Barto. in dict. quæſtio. decima, adducta con-
tra Eccleſiam, facit pro dicto magiſtro Petro hæ-
rede dictæ Dominæ Dominicæ mediante perſona
dictæ Lucretiæ ſuæ filiæ, cùm pro eo intelligatur
receptum dictum pactum etiam ſi reſpectu dictæ
1 Dominicæ paciſcentis eſſet hæres extraneus. Quia
appellatione hæredis in inſtrumento renunciatio-
nis expreſſi veniunt omnes hæredes in infinitum.
l. hæredis, l. in conuentionalibus. ff. de verborum
ſignificatio. id maximè procedit in contractibus
Guid. Pap. in quæſtione 457. & 591. & uigore di-
ctionis illius, & ſucceſſoribus, per ea quæ ſcribit So-
cin. conſil. 266. columna 13. verſicu. Secundum au-
tem. & conſi. 275. colum. ſecunda. verſi. Confirma-
2 tur quia. uolum. ſecundo. Et regulare eſt pacta tran
ſire ad hæredes actiue & paſſiue. d. l. ſi pactum. & l.
veteris. C. de contrahend. & committend. ſtipulat.
Si quidem dicto pacto excluſa ſit dicta Catherina,
id proculdubio prodeſt dicto magiſtro Petro hæ-
redi dictæ Lucretiæ ipſius & dictæ Dominicæ fi-
liæ, in qua deficit emphyteoſis, vt de ea hære-
ditario iure deberet reinueſtiri, pro vt obtinuit
inueſtituram, per doctrinam Bartol. in l. prima. §.
permittitur. de aqua quotid. & æſtiu. communiter
per Doctor. receptam. Deci. conſil. 131. Ruyn. con-
ſi. 163. colum. tertia. & ſequen. lib. ſecundo. Soc. iun.
conſi. 126. colum. 8. & ſequen. lib. 1. & aliàs dictum
3 fuit. Quòd autem dicta Catherina excluſa ſit di-
cto pacto, liquet primo quòd id pactum ex par-
te dictę Dominicæ recipientis pro ſe, & ſuis hæ-
redibus & ſucceſſoribus, dicitur reale, per text. &
ibi Doctor. in l. iuriſgentium. §. pactorum. & in l.
tale pactum. in princip. ff. de pact. quia hæredes, &
ſucceſſores dicuntur omnes qui poſſint ſuccedere
in infinitum, vt dictum eſt. hæc particula pro
4 hæredibus, eſt indiffinita, quæ æquipollet vniuer-
ſali, & ſic pro omnibus hæredibus intelligitur in
terminis quietationis tradit Aymo conſilio 288.
ſub num. ſecundo, ideo omnimoda poteſt dici di-
cta renunciatio, ita quòd renuncians ſit excluſa
etiam eueniente caſu quòd deficientibus deſcen-
dentibus defecta ſit emphyteoſis, per cap. primū. de
eo qui fi. ſecit agna. vt declarat Alexand. in dicto §.
duo fratres. colum. pen. ibi, niſi illa renunciatio fuiſ
ſet non perſonalis, ſed in rem &c. conſil. 13. colum.
1. in fi. lib. quinto. realis dicitur enim omnis conceſ
ſio facta reſpectu certæ rei. Alexan. conſi. 193. num.
3. verſicu. Quinimmo dicta conceſſio. lib. ſecundo.
5 Secundo cùm in dicto quietationis inſtrumento fa
cta ſit mentio de inueſtitura & bonis emphyteoti-
cis, & bona emphyteotica de quibus agitur, ha-
bita ſua portione dictorum bonorum nullo alio
caſu potuiſſet dicta Catherina renuncians & pa-
ciſcens ſaltem iure emphyteotico conſequi, &
habere eadem bona, niſi deficiente linea dictæ
Dominicæ, prout defecit, & euenit caſus: dicendum eſt quidem in eodem iſto caſu etiam,

quòd futurum quendam euentum reſpiciat, in-
telligi factam dictam renunciationem, vt non ſit
ſine effectu aliquid operandi etiam reſpectu di-
cti iuris emphyteotici, per vulgatem. l. ſi quando.
de legatis, primo. & capitu. ſi Papa. de priuileg. in
ſexto. in ſimilibus ſic arguit Soc. conſi. 34. numero
quinto lib. quarto. Corne. conſi. 51. colum. penultri.
lib. 2. Alexand. conſil. 68. num. 7. lib. quinto. Aymo
conſi. 294. num. ſeptimo & conſi. 297. num. quarto.
Ex renunciatione enim iuris emphyteotici vide-
tur renunciatum omni iuri quærendi bona em-
phyteotica, argument. l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff.
de iureiurand. & not. per Bartol. in l. nec is. §. fina.
6 de acquirend. hæredita. Tertiò ex eadem mentio-
ne inueſtituræ, & bonorum emphyteoticorum,
& aſſignatione facta in dicto inſtrumento habi-
ta portione ſua etiam de bonis emphyteoticis ar-
guitur demonſtratio clarè, quòd dicta Catherina
in bonis aſſignatis ſeu dimiſſis dictæ Dominicæ
tempore quietationis non habebat ius re, & ſpe,
ſed ſpe tantum, ſi eueniret dictę inueſtituræ ca-
ſus iuris accreſcendi, ſeu cuiuſdam repetitæ con-
ceſſionis deficiente linea perſonarum in ipſa in-
ueſtitura comprehenſarum. & id ius, quod
ſpe legitimè habebat, renunciauit, & intelli-
gitur renunciaſſe dictæ Dominicæ præſenti, &
pacto, vt poteſt iure renunciari per l. primam, &
ibi Barto. & Doctor. tradunt & firmant in ſecun-
do membro diſtinctionis Barto. C. de pact. & Vital.
in tracta. clauſula. in rubric. Renunciatio iur. futu.
licet enim dicta Catherina vocata eſſet ad emphy-
theoſim ſecuto euentu deficientis lineæ dictæ Do-
minicæ, tamen agit, & experitur ex dicta inue-
ſtitura, quæ uti cauſa ſuæ intentionis attendenda,
& conſideranda eſt. l. tutor. ff. de fideiuſſo. l. & an
eadem, §. actiones. & ibi gloſſ. in uerb. cauſæ. de ex-
cept. rei iudicat. gloſſ. mag. & ibi Barto. & Docto. in
l. prima. ff. de eden. ex qua quidem cauſa de præteri-
to, ſeu de præſenti, ſcilicet vigente tempore dictæ
quietationis facta dicitur dicta quietatio & renun-
ciatio generalis, per doctrinam Bat. in l. poſt eman-
cipationem. §. primo. de lib. lega. cum concord. ad-
ductis per Iaſ. in l. qui cum tutoribus. in princ. circa
fin. ff. de tranſac. & l. quod Seruius. de condic. cauſ.
dat. ita & propriè intelligitur, & operatur clau-
ſula appoſita in dicto inſtrumento, uſque in præ-
ſentem diem, quod cauſa debiti, ſeu iuris remiſ-
ſi, ſit de præſenti, & vſque in præſentem diem, aliàs
cum ante dictam clauſulam, uſque in præſentem
diem, verè fuerit remiſſum dictum ius emphyteo-
ticum ſpe debitum, ut ſuperius demonſtratum
eſt, dicta clauſula importaret proteſtationem con-
trariam facto, quæ ideo non operatur, & nihil rele-
uat. cap. ſolicitudinem. de appellatio. & Doct. in ca-
pitu. cum M. Ferrarienſis. de conſtitutio. & in l. qui
in aliena. §. Celſus. ff. de acquirend. hæreditat. in
l. pacta nouiſſima. C. de pactis. Cùm enim ultra
quòd fuerit renunciatum dictum ius emphyteo-
ticum tunc ſpe legitima, & probabili penes di-
ctam Catherinam renunciantem exiſtens, inter-
fuerit, & interſit dicti magiſtri Petri hæredis me-
diate dictæ Dominicæ paciſcentis, & pro quo
hærede ſit ſtipulatum, & factum pactum, ut
dictum eſt, porrigi dictum pactum ad Eccle-
ſiam, ſic ergo porrigitur per l. & hæredi. §. fi-
na. ff. de pact. intereſt autem ut hæres perſonæ, in
qua defuit linea filiæ dictæ Dominicæ ipſe Petrus
poſſit vti inueſtitura obtenta a dicta Eccleſia, iux-
ta doctrinam in d. §. permittitur. pro eo igitur facit
prima ratio Bar, adducta in d. §. duo fratres. in de-
cima quæſtion. Et alia ratio non obſtat prædictus
quod

quod dominium remiſſum non fuerit quæſitum paciſcenti,& remanſerit penes remittentem per l. nec utilem. ex qui.cau. maio. quia hæc ratio, & ꝙ Bar.tradit in d.10.q.procedit in remittente,& renũciante ius emphiteoticum. Nos autem ſumus,& in
7 pacto de non petendo, quod tollit effectum actionis,& doli exceptionem inducit.l. ſi unus.§.pactus ne peteret. & ibi glo.& Doc.ff. de pact. Aliud eſt
8 enim renunciare,& remittere,& aliud eſt promittere non petere,ut dicit eſſe bene not. Bal.in l.ſi actionem.in t.oppo.C.de pact. quia remittere eſt factũ inſtantaneum, & non petere eſt factum ſucceſſiuum,idem Bal.in l. 1.col.pe.uerſi.Venio ad quæſtionem.C.eo.Et remittere porrigitur ad præſens tempus,& ius:& non petere effectum dirigit in futurũ ſecundum communem rationem differentiæ inter renunciare,& pactum de non petendo, traditã per Mod. in d.l. 1.& per Ang. & Iaſ.in l.tale pactum.in prin.circa fi. ff.eo. Itaque ſublatum eſt contrarium adductum ex doctina Bar.in d.10.q.& Fed.de ſen.in d.conſi.77.cum aliis in contrarium allegatis, ſi prædicta cæteraq; pro dicto Petro allegata,recte,& diligenter perſpiciantur per excell. D.Iudicem, ut optima ſpes eſt.Laus Deo.Ita putabam reſpondendum ego Simon Prætus.I.C.Piſaurenſis.

SVMMARIVM.

1 *Iuribus præſentibus, & futuris quando renunciatur, ſi ſi renuncianti ius aliquod conditionale ex cauſa præcedenti competat, & id unicum ſit, nec aliud ius de futuro ipſi competat.tunc illud ius per renunciationem tollitur,& in renunciatione venit.*

2 *Verbum, petere poſſet aliquo iure uel modo: extenſiuum eſt in futurum.*

Verba generalia quacunque alia ratione vel cauſa ad futura trahuntur,& generalis ſermo de ſui natura ad omnia trahitur,quæ in hominis cogitationem aſcendere poſſunt.ibidem.

3 *Verba,quacunque alia ratione vel cauſa: renunciationem amplificant, vt contineant ea quæ aliàs non continerent præſertim adiecto iuramento.*

Iuramentum uim expreſſi & ſpecialis conſenſus habet.ibidem.

4 *Hæres hæredis eſt teſtatoris hæres.*

CONSILIVM XLIII.

REVERENDE ac iuſtiſſime domine, ita elegãter ac doctiſſime mag.& excel, D. Aduocatus ac D. ſubſcribens mihi æque ac fratres colendiſſimi in fauorẽ magiſtri Petri Zanagliæ Ariminenſis ſcripſerunt, ut nedum hæſitationes a Reuer. D. V. contra eum ſubtiliter excitatæ penitus ſublatæ fuerint,ſi eorum ſcripta recto ponderentur examine. Verum nullus dubitandi locus relictus uideatur, adeo ut fruſtra manum calamo applicuerim pro enodãdis motiuis,cùm nulla ſuperfuerit nodoſitas, niſi forſan nodus in ſcyrpo quæratur (ut aiunt).At tamen ut rem ſummis ſaltem labiis deguſtaſſe uideat,paucis, dictis reſpondeo hæſitationibus: Pro
1 clariori reſolutione præmitto quod quando renunciatur iuribus præſentibus,& futuris,ſi renuncianti competat ius aliquod conditionale ex cauſa præcedenti,& id unicum ſit, nec aliud ius de futuro ipſi competat,tunc illud ius tollitur per renunciationẽ & uenit in renunciatione, ut declarat Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres.q.6.de uerb.ob. per l.2.de lib.& poſthu.cum quo tranſeunt ibi Doct.ut per Alex. dicta q.6.Et applicando caſui noſtro,cùm D.Catherina nullum aliud ius tempore renunciationis haberet in bonis emphiteoticis,de quibus agitur,niſi de futuro conſiſtens in ſpe conditionis implendæ per mortem alterius ſine liberis ex iure accreſcendi vel quaſi,de quo late per Bar.& Doct.in l.ſi mihi,& titio. de verbo.ob.dicto iuri de futuro cenſetur renunciatum per illa uerba (petere poſſet aliquo iure uel modo) quod uerbum eſt extenſiuum in futurũ ſecundum Bar. & alios in d.§. duo fratres.q.6.Fulgo.in conſi. 37. quidam in ſuo teſtamento.colu.2. num. 2. Et etiam per illa uerba generalia, quacunque alia ratione, uel cauſa,qui ſermo generalis ad futura trahitur, cùm de ſui natura trahatur ad omnia,quæ in hominis cogitationem poſſunt aſcendere,inquit Aymo.conſi.294.col.12.uerſi.Hic quæſo aduertatur.uol.2.Et omnia comprehendat,quæ excogitari poſſunt.Aymo.conſi.216.col.4.uerſi.octauo conſidero.uol.2.& in conſi. 105.col.1.nume.3.
3 in t.par. Et dicta uerba (quacunq; alia ratione, uel cauſa) renunciationem amplificant,ut contineant ea quæ aliàs non continerent, ut Alex. declarando dicta Io.and.ibi relata ſcribit in d.§.duo fratres.col. 3.uerſi.Aduerte tamen. & comprobat Dec.in cõſi. 287. in ciuitate Placentiæ. col. fi. ꝙ rurſus procedit fortius adiecto iuramento uim habente expreſſi, & ſpecialis conſenſus. Dec. in conſi.345. Viſis his. col.1.Et cum talia uerba uerificari nequeant niſi in dicto iure accreſcendi.effectum aſſumẽte poſt mortem alterius ſine liberis, ergo illud remiſſum apparet,ut probat Bar.in d.q.6.Non obſtat primum motiuum fundatum in theorie.Bar.in d.§.duo fratres. in 10.q.& in d.conſi.58.& ſequacium tenentiũ non impediri fratrem ſuperſtitem quin admittatur ad emphiteoſim nõ obſtante renunciatione, quia dicta concluſio non eſt ſine dubio cùm ſit contra dicta Bar.in d.q.6,ut ponderat Alex. in d.q.10. Præterea reſpondetur illam non procedere in emphiteoſi,quæ ad extraneos tranſiret, ut eſt de mente Bar. & Doc.quia tunc ex refutatione quæritur ius hæredi recipienti,cùm præſertim hæredis nomine facta fuit ſtipulatio,ſeu renunciationis receptio,ſicuti dicimus de renunciatione facta alicui recipienti pro ſe,& cui dederit,ut in c.1.de feu.non ha.pro na. ſe.& late Curt.in conſ.63.Antiquiſſima.colu.mihi pe. uerſi.Et in præſenti.dicens quòd tunc ſumus in terminis.q.8.Bar.in d.§.duo fratres. Certe non minus ſumus in eiſdem terminis, refutatione facta pro ſe & hæredibus reſpectu ipſorum hæredum, in quos alienandi uidetur data licentia recipienti refutationem,ſicuti per alia uerba ſimilia a Bar. poſita, & a Doct.addita. Vnde ex hac adiectione hæredum ſumus in deciſione Alc.in conſi.189.uol.2.& ſic cum ipſe magiſter Petrus fuerit,& ſit hæres D. Lucretiæ hæredis dictæ Dominicæ recipientis, & ſtipulantis dictam refutationem,proculdubio ceſſare uidetur primum motiuum,quia & ſi deceſſerit D.Lucretia, non tamen ius renunciatum reuerti debet ad renũ
4 ciantem,cùm ſuperſit magiſter Petrus hæres hæredis qui eſt teſtatoris hæres.l.fi.C.de hæredi.inſti.l.paterſa.de uulg.& pup.Alex.in conſi.56.Conſideratis uerbis. uol. 1. Et cùm refutatio accepta fuerit pro hæredibus,& non ſufficiat ipſam Dominicam cum Lucretia eius filia poſſediſſe rem renunciatam,ſed etiam hæredes poſſidere debeant,& ſi non præſumatur Dominicam uoluiſſe acquirere Eccleſiæ, clarum tamen eſt eam hæredibus ſuis uoluiſſe acquirere,prout illis ſtipulata fuit. Et quamuis emphiteota remittens omnes ius quod habet, uel habere ſperat,cenſeatur remittere ius competiturum in fauorem eius cum quo paciſcitur, & talis remiſſio non proſit Eccleſiæ dominæ directæ,ut in motiuis,tamẽ in caſu noſtro renunciatio facta fuit in fauorem hæ-

indiſtinctè, & ſic acquiritur ipſis hæredibus, in quorum fauorem recepta fuit, non Eccleſiæ, ut uidetur ſentire Ripa in d. §. duo fratres. ſub num. 88. ibi. Vnde niſi omnimoda ſit renunciatio facta ideſt in fauorem cuiuſcunque, & merito &c. Non obſtat ſecundum motiuum, quia licet dictum fuerit uſque in diem celebrati contractus, tamen quia uſque in diem illum competebat ius accreſcendi ſaltem in ſpe, & ſub conditione implenda per mortem alterius, illud cenſetur remiſſum, & inficiari non poteſt quin illud in ſpe competeret, & ſub ea conditione, ut ſupra implenda, merito uenit in dicta refutatione, & ex ea cenſetur ſublatum, & penitus abdicatū ab ipſa renunciante, ut ſupra in præmiſſis dictum fuit: Nec uidetur uerum quod hic ſimus in claris renunciantem noluiſſe refutationem ſuam extendi ad futura, & ob id uerbum, poſſet, non ſit extenſiuum in futurum. Quia immo ſumus in claris uoluiſſe extendi ad futura, ex quo nullum aliud ius ipſi mulieri competebat, niſi ius accreſcendi conſiſtens in ſpe implenda per mortem alterius, & illud cenſetur remiſſum per uerba etiam uniuerſalia, ibi generaliter, & generaliſſime, & ibi quacunque alia ratione, uel cauſa. Et quamuis patri D. Lucretiæ nō fuerit aliquod ius quæſitum per inueſtituram, quæſitum tamen eſt per renunciationem factam etiam hæredibus, cùm ſit hæres D. Lucretiæ eius filiæ: Et licet renunciationes ſint ſtricti iuris, & non ueniant niſi expreſſa, tamen hic expreſſum eſt de futuris, per ea quæ ſupra dicta fuerunt, & late deductum in allegationibus excell. D. Aduocati, qui nihil intactum reliquit. Et ex his & aliis per excellentiā ſuam & D. ſubſcribentem allegatis puto ſublatas omnes difficultates, & partes R. D. V. tantum fore in ſententiando in fauorem dicti magiſtri Petri, & ita futurū ſpero, cùm res ſit coràm doctiſſimo iudice, qui ſua incomparabili prudētia omnes haſitationes facile enodabit, cùm potentes dubitare de facili ſoluant, ut aiebat Philoſophus. Laus Deo. Cathelanus Malateſta. I. C. Vrbinas.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio per filiam contemplatione fratrum facta ad illis ceſſantibus ceſſare debeat. & num. 4.*

2 *Filia quæ fratres de paternis, & maternis bonis quietauit, dicere non poteſt ſe de paternis bonis tantum fuiſſe dotatam.*

3 *Filia dotes ſuas conferre tenetur, ſi uult ad bona contemplatione fratrum per eam renunciata admitti.*

4 *Filia quæ iuxta patris diſpoſitionem dotem habuit, ad bona per eam renunciata regreſſum habere non poteſt.*

CONSILIVM XLIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

AD motiua contra D. Iuliam de Milgio & litis conſortes nouiſſime deducta uidetur de iure reſponderi poſſe. Primo quoad tradita per Aymo. conſi. 42. Guigona. uol. 1. Dico illa non obſtare tripliciratione, primo quia quamuis fratres, quorū contemplatione facta fuit per D. Heliſabettam renūciatio, nōn extent, & ſic illis non extantibus ceſſare debeat renunciatio, ut his terminis conſuluiſſe uidetur Alex. conſi. 29. Præclare. col. 3. conſi. 149. Viſo. num. 4. lib. 7. Dec. conſi. 309. Viſo puncto. nume. 4. conſi. 51. Et pro tenui. col. 3. uerſi. Tertio aduertendum eſt. conſ. 455. Viſa copia. col. 2. in prin. num. 1. & in l. pactum quod dotale. col. 4. in prin. numer. 9. uerſi. quinto limitatur. C. de collatio. & Ruy. conſi. 204. Pulchra. col. 2. nu. 5. uerſ. Tertio adduco. uol. 1. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. ſub num. 89. uerſi. Ex iſtis habes. de uerb. obl. Gozad. conſi. 75. Magiſter Paulus. in fi. numer. 23. Soc. in trac. fallen. regu. 194. Filia renuncians. in 2. fallen. & Aymo. ubi ſupra Nihilominus iſta procedunt ubi renunciatio bona tantum paterna reſpiceret, in quibus ipſa modicā reſpectu ampli patrimonij patris dotem habuiſſet, non autem procedunt in caſu, de quo nunc agitur cùm D. Heliſabetta eius octauam portionem, quæ eo tempore erat librarū centum, & uigintiquinque bonenorū argenteorum, in bonis maternis con-
2 ſecuta fuerit: quod patet, quia cùm ipſa de paternis & maternis bonis eius fratres quietauerit, dici non poteſt de paternis tantum dotatam fuiſſe, ut conſuluit Aymo. conſ. 84. Magiſter Anſelmus. col. 1. uerſi. Secundo iſta dos. num. 4. cum duobus ſeq. uol. 1. Secundo quia ubi filia non obſtante renunciatione
3 fratrum contemplatione facta illis deficientib. ad bona renunciata admitti uellet, dotes ſuas conferre tenetur. tex. in l. pactum dotali. ubi no. omnes. C. de collatio. & declarat Alex. conſi. 26. Circa ſecundum. uol. 1. quas ipſa non contulit, nec cōferre obtulit, ergo &c. Tertio, & hoc gladium ad radicem
4 ponit, quòd contraria procedunt, ubi dos a patre conſtituta fuiſſet, & maſculi uiuo patre ab hac uita migraſſent, deinde pater ab inteſtato deceſſiſſet, & hæc eſt communis Doct. ſententia, ut atteſtatur Alex. d. conſi. 29. col. 1. Afflic. in deciſ. 350. Fuit dubitatum, col. 3 uerſi. Item pro iſta parte. & Pariſi. conſi. 95. Eſt fere col. pe. num. 28. cum plurib. ſeq. uol. 3. Cùm ergo in caſu noſtro deceſſerit pater remanentibus ſex filiis maſculis, & teſtatus fuerit, & D. Heliſabetta iuxta patris diſpoſitionem dotes habuerit, ad bona iam renunciata regreſſum habere non poteſt, & ita conſuluit Ang. conſi. 52. Dominus Gilius in fi. ubi concludit hanc filiam renunciantem non intelligi excluſam, niſi ubi pater aliquem expreſſe inſtituiſſet hæredem, uel ubi deſcendentes reliquiſſet: Nec ad hoc ultimum dicatur, quod D. Heliſabetta, ut matris hæres ab inteſtato ueniat, non exiſtentibus ergo fratribus, quibus renunciatio facta fuit, ad bona materna admitti debet: Nam reſpondetur, ut dictum eſt ſupra, quòd cùm ipſa in bonis maternis eius integram portionem habuerit, aliorum fratrum portionem conſequi non poteſt, qui de illa uti matris heredes ad eorum libitum, & uoluntatē in eorum hæredes etiam extraneos diſponere potuerūt, ut diſpoſuerunt, iuxta tex. in l. 1. ubi Doc. C. de ſacroſan. eccle. & hæc quoad primum ſufficiant. Ad ea uerò quæ per Rube. Alexan. tradita ſunt in conſi. 139. Viſo & diligenter. reſpondetur, & dico illa non refragari, quoniam in caſu ſuo bona materna renunciationis tempore maioris quantitatis & ualoris erant, quàm bona paterna, ut in fi. dicti conſilii clare deciditur, merito ob enormiſſimam læſionem conſuluit ibi petita prius a iuramento abſolutione renunciationem reſcindi poſſe, ſecus inquit ibi reſpectu paternæ hæreditatis, ad quam nullum ius renunciationis tempore in uita patris habebat, & quia illa paterna hæreditas parui erat momenti, ut materna hæreditas eſt in propoſito caſu, in qua, ut dixi ſupra D. Heliſabettæ portio tantum erat librarum centum uigintiquinq; bonenorum argenteorum, quā unà cum paternis bonis coniunctim conſecuta fuit, ut dictum eſt ſupra, per ea quæ tradit Aymo. d. conſi. 84. nume. 4. cum duob. ſeq. Si enim eius portio in maternis bonis ad quantitatē

librarum

librarum trium millium aſcendiſſet, utique cum ul
tra dimidiam eſſet enormiſſime læſa, nedũ quò ad
materna bona, uerumetiam quò ad paterna renun
ciationem infringere poſſet, ex quo de paternis nil
habuiſſe conſtaret, at in caſu de quo quæritur, con-
ſtat Dom. Heliſabettam eius bonorum maternorũ
portionem in dote, ſibi conſignata conſecutum ſuiſ
ſe, merito patet ipſam inepte huiuſmodi iudicium
intentaſſe. Concludo igitur Dominam Iuliam, litiſ-
que conſortes a petitis abſoluendos eſſe, & Domi-
nam Heliſabettam actricem tanquàm temerè, ac
inique litigantem, & periuram in expenſis condem
nandam fore iuxta tex. in l. eum quem temere. cum
concord. de iud. Et ita de iure reſpondendum cen-
ſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſconſul. Ariminenſ.
ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Vir-
ginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Notarius clauſulas in inſtrumento apponi conſuetas addere poteſt, etiam quòd de illis in rogatione nil fuerit dictum.*
2 *Faciens aliquid circa eius officium iudicis iuſſu dolo malo facere non dicitur.*
3 *Falſitas quæ aduerſaria non nocet, nec nocitura eſt, non eſt punibilis, ſed penitus reijcienda eſt.*
4 *Vtens inſtrumento raſo, lacerato, vituperato, combuſto, cancellato, ſeu interlineato, an falſarius præſumatur, & puniri debeat? & num. 9.*
5 *Scriptura quæ diuerſorum manu ſcripta fuit, pro ſuſpecta habetur.*
6 *Fides inſtrumenti quamuis in charta raſa, aut vili detrahatur, non tamen eſt inſtrumentum de iure falſum.*
7 *Inſtrumentum debita ſolemnitate carens de falſo ſuſpectum eſt.*
8 *Inſtrumentum in quo raſura eſt in loco ſuſpecto probationem non facit, nec plenam, nec ſemiplenam.*
10 *Modica combuſtio in inſtrumento ſicuti inſtrumentum non vitiat, ita ex modica raſura non vitiatur illud.*
11 *Vtens in prima inſtantia inſtrumento combuſto poteſt in appellationis cauſa ad falſi pœnam euitandam ab vſu huiuſmodi inſtrumenti ſe abſtinere.*

CONSILIVM XLV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti falſitatis cauſa ſatis abunde, & eleganter per Dom. Iacobi Suriani exculpatione ſcriptum, & allegatum fuiſſe opinor, ne tamen illotis manibus ad materiam hanc acceſſiſſe videar, nonnulla ad eorum confirmationem quę per
Dominum Conſulentem dicta ſunt, annectere conabor. Et primo concluſionẽ primam confirmandam cenſeo, per ea quæ in terminis noſtris pulchre
conſuluit Alex. omnino videndus conſil. 89. Viſo
thematc. col. fi. in princ. verſic. Non obſtat id, quod
vltimo dicebatur. num. 14. volum. 3. & tradit Ruyn.
conſil. 77. Viſo. col. 3. in princ. verſic. Et quamuis. vo
lum. 3. & latiſſime congerit Felyn. in c. ex literis. in ſe
prima declaratione. de fide inſtrument. vbi apertiſ-
1 ſime demonſtrant notarium poſſe clauſulas in in-
ſtrumentis apponi conſuetas addere, quamuis de il-
lis in rogatione nil fuerit dictum, & quia prædicti
abundantiſſime ſcripſerunt, ulterius non inſiſtam,
ſed ad eos me remitto. Hinc ſequitur quòd notarius
illas addens falſum minime cõmiſiſſe dicatur, pre-
ſertim accedente ſui ſuperioris præcepto, cui obedi
2 re tenebatur. Nam qui iudicis, uel ſuperioris iuſſu
circa eius officium aliquid gerit, dolo malo agere
non uidetur, quia parere neceſſe habet, ut eſt caſus
in l. non uidentur. §. qui iuſſu. & ibi gloſſ. de reg. iur.
& l. ad ea. cum gloſſ. cod. tit. & c. quod quis. de regu.
iur. in 6. cum ſimil. vt tradit Veronen. conſil. vigeſi-
moquarto. Viſa accuſatione. in fi. verſicul. Sed dico
plus. numero decimoſexto. ergo nec etiam Dom.
Iacobus illo Inſtrumento cum additis clauſulis v-
tens. Secundam concluſionem etiam confirmandam arbitror, tum quia varietas circa ſubſtantialia
Domino Iacobo in iudicio contra ipſum intentato non prodeſt, vt ex actis clariſſime conſtat, tum
quia Sebaſtiano actori nullum infert præiudicium,
nec inferre poteſt ſtantibus coniecturis, immo pro-
3 bationibus apertiſſimis in proceſſu deductis. Et vbi
falſitas aliqua deduceretur, quæ aduerſario non nocet, nec vllo pacto nocitura eſt, illa non eſt punibilis, ſed penitus reijcienda eſt. l. domus. cum ibi nota.
per glo. C. de falſ. & tenet ibi Cyn. Bart. Bald. & Saly.
& no. Bald. in l. fi. per illum tex. C. de ſal. tuto. aucto.
& late Anch. conſil. uigeſimoquarto. Viſa inquiſitione. & Alexand. conſil. 70. Viſo. col. fi. numero 12.
volum. 1. & d. conſil. 89. columna fin. poſt princ. verſic. Præterea dicit Bald. & huiuſmodi falſitas in conſideratione non habetur, dixit Ruy. conſil. decimoſeptimo. De duobus. columna fin. ad fin. uolumine
quarto. Vltimam ſimiliter cõcluſionem tanquàm
in iure, & in facto uериſſimam puto cõfirmandam,
& ad illius confirmationem, præſupponẽdo quòd
contra Dominum Iacobũ inquiratur, ex eo quod il
lo inſtrumento uti falſo uſus fuerit, quod tamen ſtã
tibus ſupra deductis apertiſſime conſtat non eſſe falſum, dico quòd quamuis contra ipſum procedatur,
ex quo uſus fuit illo tanquàm combuſto, ut in primo eius conſtituto patet; quo caſu non uidetur ul-
lo pacto excuſari poſſe, quin ipſe de falſo condem-
4 nari queat, cum utens inſtrumento raſo, lacerato, ui
tuperato, combuſto, uel cancellato, ſeu interlineato præſumatur falſarius, & puniatur. l. iubemus. C.
de teſtamen. & l. Paulus. & ibi nota. Bart. ff. de falſ. &
tradit Spec. in §. reſtat. in princ. verſic. Si autem ap-
paret. in tit. de inſtrum. edic. Nihilominus in præſenti caſu arbitror Dom. Iacobum duplici capite de falſo, aut alia pœna condemnari non poſſe, immo abſoluendum fore. Primo quia nemo ſani capitis aſſereret inſtrumentum modice combuſtum in aliqua
parte, quod tamen legitur, & legi poteſt, vel ſi in ali
qua parte non ſubſtantiali, ſiue ſubſtantiali, quæ tamen in aliquo obeſſe non poſſet, legi non poteſt,
falſum dici poſſe, maxime quando ante combuſtionem exemplum auctenticum ab eo cum notarij
ſigno fuit extractum, ſorte dici poſſet illud ſic combuſtum fore ſuſpectum, & pro ſuſpecto haberi, præcipue ſi ab eo nullum fuiſſet extractum exemplum
5 ut de ſcriptura manu diuerſorũ ſcripta dicitur, quæ
pro ſuſpecta habetur, vt eſt caſus in §. & quòd ſæpe.
in auth. de trien. & ſemiſ. quem tex. pro ſing. allegat
Bald. in l. contractus. col. 4. verſic. Deinde quæro. C.
de fide inſtru. & ſequitur Alex. in l. fi. col. 6. ver. habe
tis etiam. C. de edic. Diui Adr. tol. Et ideo inquit Cel
6 ſus in appoſt. ad Bald. in d. verſic. Deinde quæro. quod
quamuis aliqualiter in charta raſa, aut vili detrahatur inſtrumenti fides, huiuſmodi tamen inſtrumentum non eſt de iure falſum, vt eſt tex. in l. vnica. §. pe.
ff. ſi tab. teſt. nullæ exta. ſed pro ſuſpecto tantum ha-
7 beri poteſt, vt dixi. Hinc dixit Bar. in l. nulli. in fin. C.
de numera. actua. chartu. libro duodecimo. quod
inſtrumentum debita ſolẽnitate carens de falſo ſu-

ſpectum eſt, ergo iure falſum non dicitur, & hanc
differentiam ſentit etiam Bal.in l.ſi unus.ad finem.
8 C.de teſtam.dicens quod inſtrumentum,in quo ra
ſura eſt in loco ſuſpecto,eſt adeo ſuſpectum, quòd
nec plenam probationem, nec ſemiplenam facit,
niſi per id quod in eodem inſtrumento non raſum
continetur, conſtet id eſſe verum, eademq; manu
ſcriptum,ſi igitur ſuſpectum eſt, ergo falſum eſſe
9 non dicitur:Sequitur ergo,ꝙ cùm D. Iacob.inſtru-
mento combuſto fuerit vſus,& ſi de falſo ſuſpecto,
& non verè falſo,ꝙ tali caſu &c, ꝙ priuſquàm com-
buſtum fuiſſet, exemplum nullum fuiſſet extractũ
nullo pacto de falſo puniri poteſt,vt voluit Bal.in l.
iubemus.§.ſanè.col.fi.ver.Extra quæro.C.de ſacro-
ſan. eccleſ. ſed inſtrumentum illud tantum uiribus
caret,& reijciendum eſt,ut expreſsè determinat Bo
nifa.de Viteli.in trac.malefi.in rub.de falſ.colum.4.
in prin.ver.Sed ſi quis vtitur.& ſentit Spec. in §.po
ſtremo. col. 4. in princ. verſi. Item excipitur quod
10 eſt.in tit.de inſtru.editio. Et tanto magis quia mo-
dica combuſtio in inſtrumento ſicut inſtrumen-
tum non vitiat, ita ex modica raſura non vicia-
tur illud ſecundum Anton. de Burr.in capitul. ex
literis. in fin.de fide inſtrum. quem ſequitur Hypp.
conſi.80.Qui cuncta moderatur.col.4.verſic.Et fa-
cit etiam.nu.28. cum multis ſi. Ibi per eum conge-
ſtis.& præſertim quando vtenti non prodeſt. & ad-
uerſario nõ nocet,vt inquit Alex. d.conſi.89.col.fi.
poſt princip.verſicu. Præterea dicit Bal. volum.ter-
tio. ab inquiſitione igitur de falſo formata abſol-
uendus eſt Domin.Iacobus. Secundo dato millies
quòd pœnam aliquam etiam arbitrariam ex pro-
ductione. & vſu dicti Inſtrumenti modice combu-
ſti incurriſſe diceretur, dico quòd ipſe nullo pacto
ad falſitatis pœnam, nec ad vllam arbitrariam con
11 demnari poteſt, ex quo ab vſu talis inſtrumenti in
appellationis cauſa ſe abſtinuit, vt ad euitandam
pœnam abſtinere potuit,vt voluit Bal. in l.alia cau
ſa.colum. penulti. in fi.verſi. Extra quæro nunquid
in cauſa appellationis. C. de his quibus, vt indig.
quòd dictum pro not.refert,& ſequitur Alex.con-
ſi.108.Viſo proceſſu.colum.fi.verſic.Plus dico.vo-
lum.6.& ſequitur Aymo.conſ.46 De ſtilo Ciuitatis
colum.fi.in prin.num.11. verſic. Sexto reſpondeo.
dicens in falſi crimine etiam in appellationis cauſa
licitam eſſe pœnitentiam, & qui in prima inſtan-
tia falſo uſus eſt inſtrumento,in appellationis cau-
ſa eo ſe nolle uti, & ab eo aſtinere, declarare po-
teſt, a tali igitur imputatione abſoluendus eſt:
Et ita concludendum cenſeo ego Matthæus Bru-
nus Iuriſconſult. Ariminenſ. ad laudem omni-
potentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Ma-
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum mercatoris data, & recepta in forma ratio-
nis continere debet, vt veritas, & falſitas in eo deprahen-
di poſſit.*
2 *Liber rationum ſi data, & recepta non habet, contra ſcriben
tem, non autem pro eo probat.*
3 *Memoriale mercatoris ſicut contra ſcribentem non probat,
ita etiam pro eo probare non poteſt.*
4 *Liber rationum, quid requiratur ut probet.*
5 *Conſuetudo, quòd ſcriptura manu mercatoris non ſcriptæ fi-
des adhibeatur, et libro manu mercatoris ſcripto credatur,
probari debet.*
6 *Reſtitutio in integrum aduerſus deſertam appellationem mi
nori appellanti concedi non debet contra alium minorem
appellatum.*
7 *Minori ſi damnum paſſus eſt ob inſtantiæ lapſum ex culpa
tutoris vel curatoris, contra ipſum ſuccurſum eſt, ſi ſoluen
do extiterit ipſo autem non ſoluendo exiſtente aduerſus in-
ſtantiæ lapſum reſtituitur.*
*Minor aduerſus lapſam inſtantiam non reſtituitur, niſi quan
do procurator non eſt ſoluendo, ibidem.*

CONSILIVM XLVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

PRO dubiorum reſolutione aduertendũ
eſt, ꝙ liber, in quo deſcripta eſt partita
de qua in iudicio diſceptatur, non eſt ra-
tionum mercatoris liber, rationum.n.li
1 ber data, & recepta in forma rationis cõ
tinere debet, vt veritas,& falſitas in eo depræhendi
valeat. Ang conſ.277. Tutor alimentauit pupillum
ſub num.5.Gozad.conſi.17.Prima facie videtur di-
cendum.col.2.ſub nu.10.Franch.March.in deci.del
phina.60.Quæritur quando aliquis.num. 3, quam-
uis duo libri fieri poſſent, vnus de acceptis, & de da
tis alter.vt per Bar.in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.rationẽ.
ff.de edend. Alioquin ſi data tantum contineret li-
ber,ei non præſtaretur fides etiam concurrentibus
alijs circumſtantiis. Alexan.conſi.fi.Viſo.col.3.ſub
verſicul. Fortius dixit,volum. 7.Corne.conſil. 196.
Ad euidentiam colum.fi.verſi. Itaq; tenetur. volu.
3.vbi pulchre.Soc.ſen. conſi. 46. Cùm in præſenti.
colum.2 ad fi.verſicu. Secunda pars concluſionis.
num.4.vol.1.conſi.73.Circa primam.col.2.in prin.
verſicu.Ad prædicta optime accedit.eod.lib.conſi.
159.In præſenti conſultatione.col.2.verſi.Secundo
probatur.& verſi.ſeq,conſ. 190. Memini.nu.1. & 2.
& conſi.213.Cùm in præſenti.colu.2. num.4.lib.2.
& laſ.conſi.4 Dom.Baptiſta.col.2.in fi. uerſi. Præ-
2 terea & ſecundo.vol.3. Et ſi data, & recepta non ha
bet,contra ſcribentem, non autem pro eo probat.
Purpura. In repet.l.admonendi.numero 199 ff. de
iureiuran.ſequitur Aymo. in tractat. de antiquitat.
tempo.in prima par.ſectione. Quarto limitatur.nu
mero 44.& 45.Quinimmo memoriale nuncupa-
tur,cũ in eo appareat plures partitas fuiſſe ſub vna
die ſigillatim deſcriptas,ita,& taliter quod inter eas
3 nil aliud deſcribi poteſt. Quod quidem memoriale
ſicut contra ſcribentem non probat, vt not. voluit
Bal.in rub.de fide inſtrum.col.13.verſi. Item dubita
tur.idem Bal.in rub.de conſti.pecu. & eſt commu.
opi.vt referr,& eam ſequitur Grat.conſ.122. In cau
ſa dominorum.col.2.nu.10.cum ſeq.vol. 2. Ita etiã
pro ſcribente probare non poteſt. argum. eorum
quę ponit Bar.in d.l.admonendi.vbi de priuata ſcri
ptura loquitur, an tertio præiudicet, & ita arguit
Grat.vbi ſupra. Si ergo pro ſcribẽte contra tertium
nõ probat,ſumus in victoria,& ad fauorem Anto-
nij, & fratrum de Lanzeis pronunciandum eſt, &
4 male pro parte Pompilij Baldi appellatum. Am-
plius dico,quòd quamuis forte rationum liber nũ-
cupari poſſet, quia tamen in eo requiſita non repe
riuntur, nullo pacto ad petentis fauorem probare
dicitur,requiritur enim quòd partita ſuper qua agi
tur,ſit manu Dom. Simonis patris Dom. Pompilij
deſcripta.l.generaliter. C.de non num. pecu. quod
in occurrenti caſu non apparet. Quinimmo proba
tum eſt totum contrarium,igitur &c. Requiritur
etiam quod in eodem libro idem D.Simon aliquid
contra ſe ipſum ſcripſerit.l.publia.ff.depoſi.& l.quę
dam. §. numularios. ff. de edend. quod tamen in

hoc

hoc libro non reperitur, ergo contra reos conuen-
tos nõ probat, & ita deciſum reperitur in parlamen-
to Delphi. ut tradit Guid. Pap. in deciſ. 441. Pro decla
ratione. & Boer. in deciſ. 105. An poſſeſſio. in princ.
5 Nec aliqua extat cõſuetudo, quod ſcripturæ manu
mercatoris non ſcriptæ fides adhibeatur, quamuis
forte adhiberetur in libro manu mercatoris ſcrip-
to, & ſi aliqua extaret, procedit vbi chartulatus eſſet
liber, & communitans Arimini ſigno notatus, &
infra certam ſummam minorem, vt ex cancellarij fi
de communitatis prædictæ conſtare poteſt. Præte-
rea talis conſuetudo probata non fuit, ut de iure re-
quiritur, ut plene probat Rochus de Cur. in repeti.
c. fi. extra. de conſuetu. & pulchre per Alex. ſupra al-
legato conſil. fi. uol. 7. Ex quibus dubiorum reſolu-
6 tio patet. Vlterius, dico appellantem ſuper meritis
cauſæ audiri non debere, cum eius appellatio deſer
ta ſit, vt ex dierum calculo denumerari poteſt. Nec
aduerſus illam in propoſito caſu appellanti tanquã
minori reſtitutio concedi poteſt, quia cum maior
ſit annorum 18. in iudicio pro maiore habetur iux-
ta municipalem diſpoſitionem ſub rub. Quòd ma-
ior 18. annorum poſſit in iudicio intereſſe, ut etiam
in ſimili habetur per Marant. in ſuo Spec. in vlt. par.
ſub c. Reſtitutio. uerſic. Eſt igitur ſciendum. Et eſto
quod minor forte diceretur, priuilegio ſuo contra
reos æque priuilegiatos uti non poſſet, ut habetur
per Bar. in auth. quas actiones. in 1. q. C. de ſacroſan.
eccleſ. & in indiuiduo, quòd minori non conceda-
tur reſtitutio, quando eius appellatio deſerta eſt, præ
ſertim vbi appellatus eſt minor, conſuluit Alex. cõ-
ſil. 55 Quoniam cauſa. col. fi. uerſi. Circa ſecundum
dubium. uol. 5. Quia non ſequitur, deſerta eſt appel-
latio, minor ergo appellans eſt læſus, oportet enim
quòd ipſe doceat, quòd ſi appellatio deſerta non eſ-
ſet, ferri debuiſſet in eius fauorem ſententia, ut pro-
batur in l. nam & poſtea. §. ſi minor. & ibi hoc not.
Bar. & Bald. ff. de iureiur. & ita arguit Alex. ubi ſup.
7 ſed hoc minime docuit, ergo &c. Quod etiam pro-
batur in l. properandum. §. fi. C. de iud. ubi ſi inſtan-
tia periit tutoris, uel curatoris culpa, minori ſuccur
ſum eſt contra tutorem, uel curatorem, ſi damnum
paſſus eſt, quod procedit tam in prima, quàm in ſe-
cunda appellationis inſtantia, ut declarat ibi Paul.
de Caſt. Curatore autem, uel tutore ſoluendo non
exiſtente daretur minori reſtitutio. Idem cõcluden
dum eſt, ſi procuratoris culpa periit inſtantia, uel
eſt deſerta, nã minor non reſtituitur niſi quãdo pro
curator non eſt ſoluendo, ut eſt tex. in l. cum man-
dato. ff. de mino. & ita declarat Afflict. in conſt. re-
gni incip. Minorum iura. col. pen. in fi. nũ. 19. uerſi.
Quærit hic glo. in rub. 38. de reſt. mino. fol. 38. ſed in
præſenti caſu minime conſtat procuratorem non
eſſe ſoluendo, ergo reſtitutio ſibi concedi non de-
bet. Ex quibus clariſſime patet ad fauorẽ Antonii
& fratrum pupillorum cum expenſarum uictoria
pronunciandũ eſſe. Et ita concludo ego Matthæus
Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad laudem omnipoten
tis Dei, ac glorioſiſ. Virg. matris Mariæ, amen.

CONSILIVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulans pro ſe filijs, & nepotibus, poteſt emphiteo-
ſim ex propria pecunia acquiſitam in praiudicium eius fi-
liorum reuocare. & num. 3.*
2 *Donatio rei emphiteotica in praiudicium filij conſentiente
Eccleſia valet, et tenet.*
3 *Pater in praiudicium filiorum emphiteoſim alteri filio prælega
re non poteſt, quando res emphiteotica ex mera liberalitate
Eccleſię conceſſa fuit.*

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

IN caſu de quo quæritur, arbitror Dom.
Robertum Monaldum potuiſſe in præ
iudicium Dom. Lauræ eius filiæ emphi
1 teoſim de proprijs ſuis pecunijs acquiſi
tam donare Vincentio. cum pater pro
ſe filijs, & nepotibus ſtipulando poſſit emphiteoſim
ex propria pecunia acquiſitam in præiudicium eius
filiorum reuocare, vt eſt deciſio ſing. Bald. in l. 1. ad
fi. C. per quas perſo. nobis acqui quam conſulendo
refert, & ſequitur Corne. conſil. 37. Circa primum.
col. 5. in princ. verſic. Ad idem optime facit. volu. 3.
vbi refert illam eſſe ſatis rationabilem, & ſibi place-
re, & aliàs conſulendo eam ſecutum fuiſſe, vt repe-
ritur in eius conſil. 51. Videtur primo. col. 1. in fi. eo.
libr. 3. eandem ſequitur Gozad. conſil. 57. Magiſter
Paulus. col. 2. num. 14. uerſic. Quando etiam. & col.
3. ſub num. 17. & cum eadem etiam tranſit Alexan.
conſil. 106. Viſo. col. fi. ſub uerſic. Sed iſta diſputatio.
uol. 4. & eam comprobat, & ſequitur Iacob. Emilia.
Ferrarien. conſil. 10. Lux illa. col. 3. ſub nu. 5. uerſicu.
Videndum eſt modo. ubi allegat Laurum de Palla-
de Fano in §. cæterum. col. 8. in fi. uerſic. Circa quod
ſcias. & col. fi. uerſic. Quoniam ille paſſus. Inſti. de le
gi. agna. ſucceſ. qui refert hanc eſſe ſingulariſſimam
2 limitationẽ, & a neminè reprobatam. Quinimmo
dico, quòd ſi ex mera Eccleſiæ liberalitate res em-
phiteotica fuiſſet Do. Roberto pro ſe filijs, & nepo-
tibus conceſſa, potuiſſet ipſe alteri eam donare, vt
Vincentio prædicto donauit, cum donatio rei em-
phiteoticæ in filij præiudicium conſentiente Eccle-
ſia valeat, & teneat, vt declarat Corne. d. conſil. 51.
col. 2. in princ. ibi. Et maxime hoc eſt verum inter-
ueniente conſenſu ipſius Eccleſiæ, & eſt communis
opi. vt refert Gozadi. d. conſil. 75. num. 16. verſ. Septi
mo conſidero, & ita atteſtatur Alex. conſil. 189. Vi-
ſo. num. 10. uerſic. Et hoc etiam procederet. vol. 2. &
eam etiam tenet, & proſequitur Iaſo. in l. fi. colu. 21.
verſic. Supraſcripta omnia quæ dicta ſunt. C. de iu-
re emphi. Nec refragatur quod aſſeruit Anto. Rub.
Alexand. in repeti. l. Gallus. §. quidam recte. colu. 57.
in fi. verſic. Quartus caſus. de lib. & poſth. quem re-
fert & ſequitur Villalob. in eius libro communium
opi. in uerbo emphiteoſis. nu. 63. qui referunt ma-
gis communem opi. eſſe quòd pater etiam ex pro-
pria pecunia emphiteoſim acquirens in filii præiu-
dicium illam reuocare non poſſit. Quia doctores
3 per eos allegati hoc nõ dicunt, ſed ſolum ſuper ſim
plici articulo diſſerunt, an in præiudicium filiorum
pater alteri filio emphiteoſim prælegare ualeat, &
non eſt dubium, quod magis communis opin. eſt
quòd non poſſit, quando pro ſe filijs, & nepotibus
ſtipulatus eſt, & emphiteoſim ex mera liberalitate
Eccleſiæ acquiſiuit, ut conſuluit Alex. d. conſi. 106.
& conſil. 107. In cauſa Nicolai. uol. 4. quam refert,
& ſequitur Dec. conſ. 239. Primo non uidetur. col. 3.
poſt prin. uerſic. ultimo non obſt. & Grat. conſ. 132.
Et ſi præſens. col. 1. nu. 4. uol. 1. & late examinat Iaſo.
in l. 2. in ult. q. C. de iure emphi. Non eſt ergo de uer-
bis, & opinione Rubei, & Villalob. curandum, cum
magis vera, & com. ſit opi. ꝙ pater emph. de propria
pecunia acquirens filijs p̃iudicare poſſit, vt eſt theo
rica Bal. in d. l. 1. in fi. a nemine reprobata per ea quę
ſup. dicta ſunt. Et quamuis Corn. cõſ. 68. Ardua. col.
2. ver. Nec diſtinguunt. ſub nu. 7. vol. 3. dicat doct. in
ter emphiteoſim patris pecunia quæſitam, & ex me-

ra concedentis liberalitate acquiſitam non diſtin-
guere, nihilominus ſi de his, quæ ipſe in d.conſi.37.
& conſi.51. ſupra allegatis conſuluerat, memor fuiſ
ſet, in quibus theoricam prædictam Bald. qui prædi-
ctam facit diſtinctionem, allegauit, non ita dixiſſet,
merito fundamentum non eſt ſuper eius dictis in d.
conſil.63. faciendum, ſed concludendum eſt, quòd
quando emphiteoſis per patrem de proprijs pecu-
nijs acquiſita fuit, in præiudicium filiorum alienari
poteſt: & ita opinionem hanc ſemper conſulendo
ſecutus fui, & eam in præſentiarum ſequor tanquã
magis ueram, magis rationabilem. & magis com-
munem: & ita de iure concludendum cenſeo, ego
Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminenſ. ad laudem
omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis ma-
tris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Vxor a communiter accidentibus notitiam non habet, nec habere poteſt de his quæ extra domum per maritum fiunt.*

2 *Maritus ſi emphiteoſim pro ſe, & nomine eius vxoris recepit, ad hoc vt vxori quæratur, neceſſe eſt, quòd per eam talis contractus ratificetur. & nu.4.*

3 *Ratum ad hoc, vt quis habere poſſit, neceſſe eſt, quòd omnia geſta in eius abſentia ei ſint ſpecificata, & per oſtenſionem inſtrumenti.*

Ratihabitio ab ignorante præſumi non poteſt, ſed a ſciente, & certo fieri debet. ibid.

4 *Emphiteoſis recepta nomine vxoris, per eam ratificari debet.*

5 *Coniunctus quo caſu facta coniuncti ſcire præſumatur.*

CONSILIVM XLVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

NON modice admiratus ſum, quòd ſu-
per verbis Cornei in conſil.165. nu.34.
cum ſeq. volu.2. fiat in præſenti articulo
fundamentum, cum ipſe ex ſuo capite,
1 & ſine lege loquatur. Quinimmo vxo-
res de his quæ extra domum per maritum fiunt, a
communiter accidentibus notitiam non habent,
nec habere poſſunt, cum ea quæ facti ſint, ſciri non
poſſint, niſi probentur, vel in eorum præſentia fiant.
l.in bello. §.factæ. cum vulg. de poſtlimi. reuer. Et ſi
opinio Cornei, de qua ſupra, vera eſſet. vnum ſeque
retur abſurdũ, quod fruſtratoria eſſet doctrina Spe-
cul. in §. Nunc aliqua. verſic.148. quam refert, & ſe-
quitur Alex. conſil.119. Viſo proceſſu. in princ. uol.
5. & Dec. conſi.58. Et pro tenui. col.1. uolentis quòd
2 ſi maritus emphiteoſim pro ſe, & nomine eius vxo
ris recepit, ad hoc ut uxori acquiratur, neceſſe eſt, ꝙ
per eam talis ratificetur contractus, qui etiam tacite
ratificari poteſt, ut proſequitur ibi Dec. & firmat Be
ro. in q.43. Quidam in contractu. col. pen. uerſ. Alia
quoque. & in q.85. Stante locatione. ſub nu.2 in lib.
q. familia. Roland. conſil.19. Facta. col.14. nu.34. ſub
uer. ſed ulterius. uolu.1. & conſil.4. Quod male. col.
pen. num.28. uol.2. & Salyc. in l. multum. col. pen. in
fi. uerſi. Quarto. 10. pone. C. ſi quis alteri, uel ſibi. ubi
tenet, quod ſi emphiteoſim recepi pro te, & tuis de-
ſcendentibus in tertiam generationem, quòd ſi ra-
tum non habes, penes me remanet, allegat. l. abſen-
tis. C. ſi cer. pet. Et ad hoc, vt quis ratum habere poſ-
ſit, & conſentire dicatur, neceſſe eſt, quòd omnia in
eius abſentia, geſta, & ſpecificata ſint, & per oſtenſio
nem inſtrumenti. ſecundum Spec. in §. Tertio. col.
fin. verſic. Si vero abſens. de emption. & venditio. &
3 pulchre tradit Aymo. conſi.197. Quanquam. col. fi.
numero decimoquarto. uerſicul. Præterea ut facto.
uolum. primo. & ab ignorante ratihabitio præſumi
non poteſt, quia ignorans dici non poteſt, quòd cõ
ſentiat, aut ratificari. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict.
om. iud. l. ſecunda, ff. de iud. Bald. in rubr. C. qui ad-
mit. in ſecunda columna. ſub numero 3. uerſicul. In
contrarium, quia omnis bonorum poſſeſſio. & Cor
ne. d. conſil.165. columna 7. ſub numero 45. cum ſe
quen. & ratihabitio a ſciente, & certo fieri debet, ut
per Ruy. conſil.174. Conſideratis. columna 1. nume
ro 3. uolum.1. & conſil.121. Prima donatio. colum-
na ſecunda. uerſic. Nec dici poteſt. numero quarto.
eod. lib. qui omnino uideatur. Stat ergo firma Spec.
4 doctrina, quòd uxor emphiteoſim per eius maritũ
nomine ſuo receptam ratificare debebat, ut etiam
comprobat Alex. conſil.22. Viſo titulo. in prin. uol.
quinto. dicens, quòd ſi emphiteoſis fuit per quem-
piam ſuo proprio nomine, & nomine ſui fratris, &
filiorum recepta, & per fratrem, & eius filios ratifi-
cata non fuit, penes illum, qui eam pro ſe, & fratris
nomine recepit, illa remanet. Si uera igitur eſſet opi
nio Cornei, alia non requireretur ratificatio, quod
eſt falſum, ergo &c. Nec refragatur regula illa, ꝙ cõ
5 ſanguineus coniuncti facta ſcire præſumatur, quo-
niam illa procedit, vt etiam reſpondet Dom. Aduo-
catus, quo ad iura ſanguinis, ideſt quo ad cognatio-
nis ſcientiam, & quo ad proceſſum naturæ coniun-
cti, & quo ad illius ætatem, & ſimilia, vt declarat Bal.
in l. quoniam. C. de iure delib. Alex. conſil.71. Vide-
retur. col.2. in fi. ver. Nec ad hoc obſt. uol.1. Corne.
conſil.147. Quia cauſa. col.3. uerſicu. Licet enim ſit.
uol.2. & conſil 268. In hac. col.3. uerſicu. Ex quibus
uidetur. uolum.3. ubi refert ſecus eſſe in his quæ in
facto conſiſtunt, quia conſanguineus ſcire non præ
ſumitur, immo præſumitur in eo ignorãtia, & ſcien
tia non præſumitur niſi probetur. l. Lucrum. & ibi no.
glo. ff. de probatio. & regu. præſumitur. de reg. iur. in
6. & ita reſpondet Felyn. in c. Petrus. columna ſecun
da. in princ. numero 3. uerſic. Extra gloſſ. inducitur.
de homicid. & Socyn. ſen. conſil.153. Pulchra. colu.
penul. in fin. num.36. uolum. ſecundo. & conſil.97.
In præſenti. columna 1. numero 3. uolum. quarto.
& Ruyn. ubi ſupra. Et In ſimili caſu reſpondet Dec.
qui omnino videatur. conſi.29. Et pro tenui. colum
na ſecunda. uerſic. Non obſt. quòd in iſto caſu. Con
cludens quòd quamuis coniuncti de coniunctorũ
rebus notitiam habere præſumantur, nihilominus
inquit illud procedere quò ad ea, quæ iura ſangui-
nis, & naturæ proceſſum concernunt, ſecus in alijs,
& allegat Bald. in d.l. quoniam. Et ex his defenſata
remanet Spec. & ſequacium doctrina, quòd expreſ-
ſa, vel tacita vxoris ratificatio requiratur, alioquin
quo ad eã emphiteoſis nomine ſuo recepta, & per
ipſam non ratificata habetur, ac ſi pro ea recepta
non fuiſſet. Et ita de iure concludendum cenſeo,
ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad lau-
dem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis
matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt pro reſtitutione dotium obligari. & conſequenter dotes illæ de bonis ipſis detrahi, & illa alienari poſſunt. & num.5.*

2 *Dos quando marito in vita patris aſſignatur, eius bona ſunt obligata ſi pater illam ad ſe traxit, vel ipſe familiam gubernabat.*

Pater

PAter & filius ſi in eodem inſtrumento confeſſi ſunt centum pro dote vxoris filij recepiſſe, & pater filium gubernabat, dos ad patrem perueniſſe præſumitur, & ipſe tenebitur. ibidem.

3 *Pater ſicut filiam dotare tenetur, ita etiam pro dote nomine filiorum, & deſcendentium recepta obligatur.*

Pater obligationi bonorum ſuorum pro reſtitutione dotis factæ derogare non poteſt ſubijciendo eius bona fideicommiſſo. ibidem.

4 *Dos marito ſoluta poſt obitum patris, & poſt iniunctum illi grauamen, poteſt de bonis fideicommiſſo ſubiectis per vxorem ſoluto matrimonio detrahi.*

6 *Nepotes filij grauati cum ſint in conditione poſiti vocati non cenſentur, etiam ſi expreſſe grauati fuiſſent.*

7 *Bona fideicommiſſo ſubiecta pendente fideicommiſſi conditione alienari poſſunt, & talis alienatio valet, purificata tamen conditione reuocatur alienatio.*

8 *Trebellianica in filijs primi gradus per patrem prohiberi non poteſt ſecundum magis communem opinionem.*

9 *Trebellianica de relictis ad pias cauſas, an & quando detrahi poſſit, ſi reſtitutio immediate, vel mediate facienda eſſet.*

10 *Trebellianica per non confectionem inuentarij non perditur.*

11 *Trebellianica in legitima ad ſemiſſem aſcendente imputari non debet.*

12 *Legitima quanta ſit, & quanta Trebellianica quinque filiorum.*

CONSILIVM XLIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 IN præſenti conſultatione de pluribus dubitari contingit. Primo nunquid bona fideicommiſſo ſubiecta potuerint pro reſtitutione dotium domin. Heliſabettæ olim vxoris Domin. Malateſtæ de Sacramoris obligari, & conſequenter dotes eædem in caſu reſtitutionis de illis bonis detrahi, vel illa alienari poſſint? Secundo poſito quòd ſic, an bona illa potuerint pro dote ſimiliter Do. Liuiæ vxoris olim Dom. Philippi defuncti filij eiuſdem Dom. Malateſtæ obligari, ita quòd in caſu reſtitutionis dictæ doris debeat de illis bonis fideicommiſſ. ſubiectis dos ipſa detrahi, uel bona illa alienari? Tertio an ex vi ſubſtitutionis præfato Dom. Malateſtæ, & Reue. D. Antonio factæ in teſtamento eorum patris filij eorundem vocati dicantur, & ſic nepotes dicti teſtatoris conſequenter ſint grauati ad reſtituendum omnia bona hæreditaria eiuſdem teſtatoris eius filiabus fœminis? Quarto nunquid bona ipſa fideicommiſſo ſubiecta potuerint, aut poſſint per Dom. Malateſtam filium grauatum pendente fideicommiſſi conditione alienari; & valeat alienatio? Quinto an Trebellianica per teſtatorem prohibita dicatur in perſonam eius filiorum, vel filiarum prohibita? Sexto an Trebellianica filijs primi gradus prohiberi valeat? Septimo poſito, quod prohiberi non poſſit, an de relictis pro Monaſterio conſtruendo, & ſic ad pias cauſas detrahenda ſit Trebellianica? Octauo an per non confectionem inuentarij perdatur Trebellianica? Nono & ultimo, caſu, quo nõ perdatur, an imputanda ſit Trebellianica in legitima, quando legitima ad hæreditatis medietatem aſcendit? Et quamuis per præſtantiſſimos Domin. Conſulentes non minus accurate, quam ſubtiliter, & copioſe ſuper unoquoquo dubio ſatis abſoluta dici queat præſens conſultatio, adeo quòd nullus ſcribendi locus remanſiſſe videatur, nihilominus ut laborem nullum effugere uidear, breuiter quemcunque perſtringendo articulum, ut conſulentem decet, me expedire conabor. Deuenio igitur ad primum, & con
1 cludendo dico, quòd ſic, ſiue dotes ipſæ uiuente D. Vincentio ſeniore teſtatore, ſiue prædefuncto ſolu-
2 tæ fuerint. Nam clarum eſt, quod ubi dos marito datur in uita patris, bona ipſius patris obligata ſunt, præſertim quãdo pater illam ad ſe traxerit, vel quia ipſe familiam gubernabat, iuxta quotidianam quæſtionem poſitam per Alexand. poſt Bartol. & alios in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. mat. dicentes, quòd ſi pater, & filius in eodem inſtrumento confeſſi ſunt centum pro dote vxoris filij recepiſſe, & pater filium gubernabat, quòd ex hoc præſumitur dos ad patrem perueniſſe, & ipſe tenebitur, firmat Aymo. conſil. nonageſimoprimo. Nobiles: columna prima. verſicul. Secundo confirmatur, & ratio eſt, quia ſicuti filiam pater dotare tenetur. l.
3 qui liberos. de ritu nupt. quia officium paternum eſt dotare filias. l. fi. §. vtranque. C. de dot. promiſ. & eſt gloſſ. in d. l. qui liberos. ita etiam tenetur ſe obligare, & pro dote nomine filiorum, & deſcendentium recepta obligatur, l. dedit dotem. ff. de coll. bono. iunct. l. cum ſeruus. uerſi. Nam quòd ipſe uiuus. ff. de cond. & demon. & propterea cum omnia eius bona pro dicta dote reſtituenda ſint obligata, & nõ potuerit pater illi obligationi derogare ſubijciendo eius bona fideicommiſſo, quia illa obligatio, qua tenetur pater, eius bonis inhæret, & cum illis tranſit ad quemcunque uadant. Vnde ſicut pater ſi bona ſua pro dotium filij ſui reſtitutione obligaſſet, illam obligationem tollere non poſſet, ita etiam, ſi non obligauit, dicendum eſt, quia pro obligatis habentur. ex eo quia pater obligare tenebatur. arg. l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dam. inſect. cum alijs per Dec. adductis conſil. 519. Viſis his. columna prima. nu. 3. uerſic. Non obſtat ratio. & num. 5. ideo dictæ dotes de eius bonis detrahi poſſunt, ſuper quibus non potuit per eum aliquod onus imponi in præiudicium
4 dictarum dotium. Idem dico ſi dotes ipſæ marito poſt obitum patris ſolutæ fuiſſent, & ſic poſt grauamen illi iniunctum, quia tempore dotis receptæ cũ bona fideicommiſſo ſubiecta eſſent integra, & nihil de eis fuerat per Dom. Malateſtam alienatum, quamuis poſtea durante matrimonio multa bona ad legitimam, & Trebellianicam aſcendentia conſumpſerit, poteſt tamen mulier in dictis bonis fideicommiſſo ſubiectis obligatis, prout per ipſum obligari potuerunt, ut declarant Doct. communiter in auth. res quæ. C. communia de leg. dotis reſtitutionem petere, ut eleganter conſuluit Pau. de Caſt. conſil. 15. Circa ea quæ pleniſſime tacta ſunt. uolum. primo. in nouiſ. ubi concludit quòd reſtitutionis dotis, non autem dotis receptæ tempus attendatur, idẽ decidit in conſil. 219. Viſis, & conſideratis quæ ſupra narrantur. eod. lib. Alex. conſil. 67. Viſis, & conſideratis. uol. 4. Io. de Ana. conſi. 61. Viſis. Dec. conſ. 496. Viſo caſu propoſito. Gozad. conſil. nonageſimoſeptimo. Prima facie. columna ſecunda. in fin. numero decimo. uerſic. Quarto non ſolum. Iaſ. conſil. centeſimo quinquageſimoſeptimo. In cauſa præſenti. uol. 2. cum alijs per Cur. iun. relatis conſil. quinquageſimonono. Nona, & ingenioſa. columna prima. uerſicul. Secundo præſuppono. & Bellon. conſi. 83. In caſu Do. Baronis. num. quarto, & nume. quinto. & nouiſſime Roland. conſil. 85. Domini. nume. 29. ſub uerſicul. Quibus non obſtantib. libro primo. & ita communiter tenent doct. in d. authen. res quæ. quòd reſtitutionis, non autem datæ dotis tem-

pus attendatur: Si igitur Domina Malateſta eius legitimam, & Trebellianicam conſumpſit, quę intra quatuor filios medietatem hęreditatis paternę comprehendit, vt communiter tenent doctor. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inof. teſt. in c. Ray. & cap. Raynaldus. extra de teſtamen. & tradit laſ. in d. authen. res quæ. colum. ſecunda, verſic. Secundo principaliter nota. cum vulg. ſequitur, quòd de alijs bonis fideicommiſſo ſubiectis, & vt ſupra dictū eſt obligatis, mulier pro eius dotibus ſatisfieri debet, &
5 in hoc concordant omnes Docto. Ad ſecundum concludo ſimiliter dicta bona fideicommiſſo ſubiecta potuiſſe pro dotibus D. Liuiæ obligari, & de illis eius dotes detrahi, vel illa alienari in caſu reſtitutionis earum, etiam quod legitima, & Trebellianica per filium grauatum conſumptæ fuerint, vt in præcedenti reſolutione in vltimo caſu dictum eſt: Nam ſicuti pater eius bona pro dote vxoris filij obligare tenetur, vt traditur per Docto. in dicto. §. tranſgrediamur, & ſuperius dictum eſt, ita etiam filius qui dotes recepit, bona ſui patris fideicommiſſo ſubiecta obligare poteſt, vt dictum eſt, & declarat Paul. de Caſtr. in dicta authen. res quæ, quem refert. & ſequitur Ruyn. conſi. 137. De duobus. colum. pen. in fi. verſi. Quæritur enim num. 18. volum. 2. dicens ibi Paul. quicquid facturus erat pater ſi vixiſſet, voluiſſe cenſetur, quòd poſt eius mortem faciat filius argu. l. cum ſeruus. verſi. Nam & ſi viuus. de condi. & demonſtratio. quem refert, & ſequitur Dec. dicto conſi. 376. Viſo caſu. & dicto conſi. 519. Viſis his. nume. 3. & conſequenter de dictis bonis dictæ dotes detrahi poſſunt, vel bona illa pro dotium reſtitutione alienari, & eſt ratio, quia illud quod pro dotis reſtitutione datur, in fideicōmiſſo incluſum eſſe non dicitur ſecundum Barto. in dict. authen. res quæ. colum. 2. verſi. Quæro ſimiliter extra glo. vbi textum allegat in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellian. vbi dicitur, quod detracta dote id quod ſupereſt, fideicom-
6 miſſario reſtitui debet. Ad tertium concludo nepotes primi teſtatoris, & ſic grauati filios in dicta ſubſtitutione non fuiſſe vocatos, ſed ſolum in conditione poſitos, quia ea quæ ſunt in conditione, in diſpoſitione non ſunt. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. gl. eſt communiter approbata in l. Lucius. ff. de hæredi. inſtit. Alexand. conſi. 105. Perſpectis. colum. 2. verſi. Secundo principaliter. volum. 1. Dec. conſi. 291. Viſis. colum. fi. in fi. verſ. Poſtremo conſiderandum eſt. Aymo. conſ. 155. Verba teſtamenti. colum. 1. nu. 2. ver. Secundo ſi ipſe Dom. Georgius. cum multis concordan. ibi per eum relatis plenè per Dec. conſil. 422. Et pro te nui. in princip. & Gualden. in tractat. de arte teſtan. cautel. decimanona. Subſtitutio. in rubr. de ſubſtitut. Quinimmo ſi dicti filij in conditione poſiti de reſtituendo a teſtatore expreſsè grauati fuiſſent, quia eis relinquere non videtur, cum grauat. l. hæreditas ad ſlarinm. ff. de hæredibus inſtitu. & in l. cum quaſi. §. plures. ff. de fideicomm. liber. vocati non dicuntur, & ideo cum dicti filij in conditione poſiti inſtituti non ſint, nec vocati, grauari non potuerunt, quia non honorati grauari non poſſunt. l. ab eo. C. de fideicomm. & ibi notant omnes, & in l. ſed & ſi ſic. §. fin. de legatis tertio, per Docto. in l. cum filiofa. de leg. 1. per Doct. communiter in l. centurio. de vulg. & pup. Et quamuis Bar. in d. l. centurio. colum. 11. verſicu. Quæro ulterius quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, vel eorum filij ſine liberis &c. voluerit, quod ſi teſtator dixit, ſi filius meus ſine filijs deceſſerit, vel eorum filij ſine filijs, bona mea ad titium deuo-

niant, quòd quamuis teſtator filijs filiorum nihil expreſsè reliquerit, eo tamen caſu quo primos filios cum filijs decedere contingeret, videtur teſtatorem voluiſſe primos filios per fideicommiſſum grauare, vt eorum filijs reſtituant, & ſucceſſiue videtur dictos filiorum filios ſine filij decedentes per fideicommiſſum grauare voluiſſe, vt vltimo loco per fideicommiſſum dicto Titio reſtituatur per l. denique. §. interdum. ff. de pecul. legat. & per not. per gloſſ. in l. alio. ff. de aliment. & cibar. legat. Nihilominus dicta per Bartol. intelliguntur, & procedunt, quando expreſsè apparet, quòd iniunctum fuerit grauamen illis quibus expreſsè relictum fuerat, alioquin non bene diceret, & tandem ſi dicere vellemus, quòd filiorum filij quamuis grauati ſint, vocati dicantur ſecundum Barto. dico quòd opin. Barto. eſt communiter reprobata, & contra Barto. magis communis opinio eſt, vt concludit Alex. ibi in penult. col. vbi refert ſe contra Barto. ſæpius conſuluiſſe, vt patet conſil. 91. Ponderatis. colum. quarta. ad fin. num. octauo. volum. primo conſil. 185. Viſo titu. colum. quinta, in prin. ver. Et dicuntur præfati conſi. 199. Viſo. col. 2. num. 8. volum. 2. Ruin. conſil. 101. ſuper his. colum. 2. num. 4. verſicu. Sed præmiſſis. & colum. tertia. in princ. volum. 2. conſi. 149. Pro deciſione. colum. 1. & conſi. 130. Viſo teſtamento. colum. ſecunda, propè fi. num. 7. eod. lib. vbi refert ꝙ magis communis opi. eſt contra Bar. Idem contra Bar. conſuluit Pari. conſi. 31. Conſiderato. col. 1. vol. 2. conſ. 75. Circa teſtamentum. colum. 7. num. 44. & conſi. 86. num. 13. eod. lib. cum alijs concordantijs per eos relatis, & ita alias conſulendo tenui in fauorem Dom. Floræ de Ciuſtalis de Monteflorum. ut patet ſupra eodem. conſilio vigeſimoſecundo. Nicolaus. q. Gabrielis. ſub numero vigeſimoſexto. & in cauſa de Martinellis de Arimino, vt patet infra eodem conſi. centeſimo ſexageſimoquarto. Viſo magiſtri Ludouici. ſub nu. decimoſeptimo: Et eſto etiā, ꝙ opi. Bartoli vera eſſet pro ut eam quamplures tenuerunt, vt latè conſuluit Socin. ſen. conſil. 149. Materia præſentis conſultationis. colum. 3. num. 5. verſi. Ex quibus concluſionibus. volum. 2. quæ ſaltem ſaluari poſſet, quando ex coniecturata mente teſtatoris apparere poteſt, præſertim ubi filios maſculos inſtituit certum quid relinquens filiabus fœminis, vt in caſu noſtro, pro ut declarat Aymo. conſil. 62. Nobilis Vrbanus. colum. 2. in fi. num. 9. verſi. Et ita coniectura. volu. primo. Nihilominus dicti filij in conditione poſiti, cum teſtatori ſuccederent. l. cohæredi. § cum ſimilib. de uulgar. & puppillar. tenerentur vti hæredes teſtatoris ex vi obligationis auitæ & paternæ in reſtitutione dotium prædictarum bona fideicommiſſo ſubiecta alienare, per ea quæ ſuperius in præcedentibus reſolutionibus dicta ſunt. Et tenendo opin. contra Barto. cùm Dom. Vincentius iunior filius Domini Malateſtę in dicta ſubſtitutione non fuerit vocatus, nec dicatur grauatus caſu quo poſt obitum Dom. Malateſtæ eius patris, remanſerit, tanquam eius hæres teneretur ad reſtitutionem dictarum dotium uirtute obligationis per eius patrem factæ de bonis in hæreditate D. Vincentij teſtatoris relictis, quia hoc caſu patri ab inteſtato ſuccederet, vt voluit gloſſ. in dicta l. Lucius. Et ſicuti pater potuiſſet iſto caſu pro reſtitutione dictarum dotium alienare, & de dictis bonis libere diſponere ſi cum filio decederet, ita etiā filius pro earū reſtitutione alienare teneretur, & liberè diſpo
7 nere poſſet, vt concludit Dec. dicto. conſilio 291. in fin. Quò ad quartum, concludo etiam quod pendente fideicommiſſi conditione poteſt ac potuit

Dom. Mala·

Dom. Malateſta bona fideicommiſſo ſubiecta alie-
nare, & talis alienatio interim valet, vt tenent
Ang. & Imo. In l. Marcellus. §. res quæ. ad fi. ff. ad Tre
bel. & dicit Imo. ita communiter teneri, & idem te-
net, & ſequitur Corn. conſil. 234. Videtur in præſen-
ti. in fin. volu. 3. purificata tamen conditione, ideſt ſi
Dom. Malateſta grauatus ſine filijs deceſſerit, reuo-
catur dicta alienatio. l. fi. §. ſinautem ſub conditio-
ne. C. communia de leg. & declarat late Iaſo. in l. ſer-
uo legato. §. 1. nu. 3. cum duob. ſeq. de leg. 1. Prædi-
cta tamen intelliguntur abſque præiudicio dotium
Dom. Liuiæ, & Do. Heliſabettæ, quia cum bona illa
ſint eis pro earum dotibus obligata, poterunt ad ea
rum libitum, uel earum heredum reuocari, niſi alie
natio pro dictarum dotium reſtitutione facta fuiſ-
ſet: talis enim alienatio irreuocabiliter etiam pen-
dente fideicommiſſi conditione valet, quia eſt ne-
ceſſaria, & a iure permiſſa talis allenatio, vt eſt text.
in d. auth. res quæ. & ibi docto. vel niſi talis alienatio
de conſenſu fieret, & voluntate, tam Ipſius D. Liuię,
quàm D. Vincentij iunioris hæredis prædictæ D. He-
liſabettæ, ipſis. n. conſentientibus talis alienatio va-
let. l. quoties. C. de fideicom. & l. ab omnibus. de leg.
1. vel alienationem ratificent, ut declarat Bald. in d.
auth. res quæ. & ibi Iaſ. in 2. col. in 9. limitatione. Ad
quintum cōcludo etiam, quòd in præſenti caſu per
teſtatorem in perſona eius filiorū trebellianica non
fuit prohibita, ſed in perſona filiarum dicti teſtato-
ris caſu quo omnes eius filij deceſſiſſent, vt ex lectu-
ra teſtamenti clare colligitur. Teſtator enim vltimo
dictorum eius filiorum abſque filijs decedenti ſub-
ſtituit eius filias nominatim, & eius ſororem in ea-
rum vita vulgariter, & per fideicommiſſum, volens
eas eſſe uſufructuarias tantum, & abſque vlla alicu-
ius quartæ, & trebellianicæ, uel alterius portionis re
tentione, quā omnino idē teſtator nō ignorās ſui pa
trimonij vires de ſua hæreditate detrahi ꝓhibet, &
ſic apparet, ꝙ hæc detractionis trebellianicæ prohi-
bitio fuit per teſtatorem in perſonam eius filiarum
& ſororis directa, & non in perſonam eius filiorum
inſtitutorum, & grauatorum. Quinimmo ſi in per-
8 ſonam ipſorum grauatorum directa fuiſſet. Et ſic
condeſcendo ad ſexti dubij reſolutionem, talis non
valeret prohibitio, quia magis communis opin. eſt,
quod in filijs primi gradus prohiberi non poteſt, ut
late demonſtrauit Do. Subſcribens, quam opi. dicūt
Moder. Vercellen. in l. Papinianus. §. meminiſſe. co-
lum. 3. num. 11. uer. Sed maior difficultas. ff. de inof.
teſt. magis æquam, ueriorem, & communiorem eſ-
ſe, & eam ſemper obſeruari uidiſſe, quam etiam la-
tiſſime proſequitur uti magis communem Ruyn.
conſil. 135. Viſo themate. col. 4. in prin. nu. 5. cum ſe
quen. uer. Præmiſſis tamen. uol. 3. & copioſe eam cō
ſulendo tanquam magis communem tenuit Iaſo.
conſi. 146. Præſuppoſito ſine ueri præiudicio. col. 2.
in prin. num. 4. uerſic. Nam aduertendum eſt. cum
duabus col. ſeq. uol. 4. & nouiſ. Soc. iun. conſil. 131.
Quæſtio propoſita. & conſil. ſeq. uol. 1. & Rolan. con
ſil. 12. Inſpectis. nu. 6. & conſi. 31. Viſo proceſſu. num.
29. uol. 1. & Conar. in c. Raynutius. §. 11. nu. 7. uerſi.
Verum ad huius rei cognitionem. extra. de teſtam.
Et quamuis vera ſit hæc concluſio, illa tamen non
procedit, quando filij primi gradus de reſtituendo
ad pias cauſas bona hæreditaria grauati ſunt, vt in ſe
quenti alterius dubij reſolutione plene demonſtra-
9 bitur. Ad ſeptimum igitur condeſcendo, & dico,
quòd quamuis Trebellianica de relictis ad pias cau
ſas detrahi non poſſit, ut eſt communis opin. Cano
niſt. in cap. Raynutius. & capit. Raynaldus. extra. de
teſtamen. & in cap. ſi pater. eod. tit. in 6. & Legiſtæ in
auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. Bartol. & docto. com

muniter. in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebel.
& Bald. in l. id quod pauperibus. & in l. ſi quis ad de-
clinandam. C. de epiſcop. & cler. dicens hoc proce-
dere etiam ſi filius de reſtituendo ſit grauatus, cum
alijs concordantib. per Capram relatis. conſilio de-
cimooctauo. Punctus. Fuit quidam Antonius. co-
lumna penultima. in princip. numero uigeſimo pri-
mo. uerſic. Dicendum eſt. Quod etiam procedit ne
dum quando reſtitutio pię cauſæ immediate facien
da eſt, uerumetiam mediate, ut conſuluit idem Ca-
pra conſilio ſeptuageſimooctauo. Punctus. Bucciæ
rellus. columna final. in princip. numero uigeſimo
quarto. per nota. per Bald. in l. ania. §. Titio. de con-
di. & demonſtratio. idem conſuluit Aymo conſilio
centeſimo trigeſimoſeptimo. Magiſter Robertus.
columna final. numero decimotertio. uerſicul. Pro
hoc facit. uolum. primo, ubi Roman. allegat in d. au
then. ſimiliter. & Corne. conſil. 330. ad fin. nolu. pri-
mo. C Iaſ. in d. l. Marcellus. in prin. columna octaua.
Contrarium tamen tenuit idem Capr. conſ. 61. Pun-
ctus. Quidam Butius. columna fin. numero 23. no-
lens, quòd ubi reſtitutio per ultimum grauatum
piæ cauſæ facienda eſt, per primum grauatum Tre-
bellianica detrahi poteſt, & ſic quando reſtitutio
mediate facienda eſt, Trebellianica detrahitur. Con
cludo tamen ſecundum Alexand. in l. cum dotem.
poſt princ. ff. ad leg. Falc. & in d. l. Marcellus. in prin.
columna 3. uerſic. In legato piæ cauſæ. numero 7. &
conſil. 217. Ponderatis his. columna fin. uerſi. Non
omitto tamen. uolum. ſexto. Aut incertum erat, ꝙ
reſtitutio piæ cauſæ faciēda ueniret, aut certum eſt.
Primo caſu Trebellianica detrahitur, ſed hæres inte
rim de reſtituendo quod detraxit eueniente poſtea
conditione ultimæ ſubſtitutionis cauere debet. Si
uerò certum eſſet ultimæ ſubſtitutionis caſum ad
pias cauſas euenturum eſſe, ut quia poſt mortem a-
licuius certæ perſonæ cum liberis, uel ſine liberis de
cedentis eſſet ſubſtituta Eccleſia, ſeu ſimilis pia cau-
ſa, tunc quartæ detractio etiam aduerſus primum
ſubſtitutum ceſſaret, allegat d. l. cum dotem. & ibi
Paul. de Caſt. in lectura Paduana, cum alijs ibi per
eum citatis. & hanc diſtinctionem ſequitur Ruyn.
dicens, ita tenendum eſſe. d. conſil. centeſimo trige-
ſimoquinto. columna quinta. in fin. uerſic. Sed cir-
ca hoc oritur aliud dubium. ſub numero octano.
uolum. 3. ubi in caſu ſuo teſtatrix diſpoſuit, quòd de
ficientibus ſuis hæredibus tam inſtitutis, quàm ſub-
ſtitutis ſine filijs, hæreditas ad Moniales perueniat,
concludit quòd extantibus dictorum hæredum fi-
lijs excluduntur Moniales, & non uocantur, & pro-
pterea incertum eſt, utrum ad eas peruenturum ſit
fideicommiſſum, ideo hæres aduerſus primum fi-
deicommiſſarium Trebellianicam detrahere po-
teſt ſecundum Roman. conſil. ducenteſimo ſexto.
Licet de communi concluſione. In fin. Soc. ſen. ve-
ro conſil. octuageſimo. Primum autem quæſitum
eſt. columna quinta. numero ſeptimo. verſicul. Sed
retenta opin. contraria. uolum. primo. concludit ſe-
cundum ea quæ decidit Bald. conſil. quadringente-
ſimo ſeptimo. In quæſtione quæ vertitur inter Scho 10
lam Sanctæ Mariæ. in prima, & ſecunda columna.
numero ſecundo, tertio, & quarto. volum. primo,
vbi in terminis noſtris conſuluerunt, quòd ſi teſta-
tor filios inſtituerat, & prædecedenti ſine filijs ſuper
ſtitem ſubſtituit, & ſi uterque ſine liberis moria-
tur, pauperes ſubſtituit: concludunt quòd eue-
niente caſu, quòd primus altero ſuperſtite ſine libe-
ris decedat, altero poſtea ſimiliter ſine liberis dece-
dente, pauperes de primi portione non habent, niſi
dimidia detracta, ideſt legitima, & trebellianica, quę
ad fratrem ſuperſtitē, ut ab inteſtato fratris hæredē,

non vt patris teſtatoris fideicommiſſarium deue-
nerunt,ideo eius hęres illam dimidiam pauperibus
non reſtituit,quia cum ſemel legitima & trebellia-
nica a fideicommiſſo exempta ſit,recurſus in fidei-
commiſſum non incidit.argu.l. ſolita pronidentia.
C.de remiſ.pigno.Idem tamen Soci.conſi. 144. Di-
ligenter conſiderata.col. fi. verſi. Quod aliquando
reſtitutio fideicommiſſi.eo.volum.1.per alia verba
aliter diſtinguit, Aut reſtitutio fideicommiſſi non
immediatè ſed mediate,incommutabiliter tamen
facięda eſt piæ cauſæ,quia caſus,quo hęreditas piæ
cauſæ reſtituenda erit, omnino euenire debet, &
& tunc trebellianica non eſt detrahenda, vt tenere-
videntur Bal.& Ang.in d.l.auia.§.Tirio.de cond.&
demon.per tex.in d.l.cum dotem.ad l.fal.cum alijs.
ibi per eum relatis: Subdens quòd ſecundum hoc
de illa quarta hæreditatis parte, quæ mortuo filio
maſculo ſine filiis poſt filiorũ mortẽ incõmutabili
ter Eccleſiæ reſtituenda veniebat,aliqua trebelliani
ca detrahi non poteſt, & ſic velle videtur quòd per
vlnimum grauatum de eius portione Eccleſiæ reſti
tuenda trebellianica detrahi non poteſt, quod eſt
uerum ſtante communi opi.de qua ſupra,quod de
relictis ad pias cauſas trebellianica non eſt detrahẽ
da: Si vero reſtitutio mediate & commutabiliter
ſub aliqua conditione facienda eſt & tunc a primo
fideicommiſſario,qui ſub aliqua conditione Eccle
ſiæ reſtituere debet, trebellianica detrahi poteſt,
quia cum reſtituendo primo trebellianica ſit a fi-
deicommiſſo ſemel exempta, recurſus in fideicom
miſſum non incidit argum. d. l. ſolita prouidentia.
& ita concludit conſuluiſſe Bal. præallegato conſ.
407.volum.1.& Roma.d.conſil.20⁶. in fin.& hanc
opi.ita diſtinguendo allegat tenuiſſe Io.de Mon-
se Sperello.in dic.auth.ſimiliter.& ita ſæpius inquit
per doctiſſimos viros vidiſſe conſultum: Conclu-
ſio eſt igitur in caſu noſtro, quòd Dom. Malateſta
trebellianicam tantum nomine ſui fratris abſq; fi-
lijs præmortui detrahere poteſt,& ſi caſus eueniret
ꝙ etiam ipſe ſine filijs decederet, abſq; dubio cùm
dicti teſtatoris hæreditas ad Monaſteriũ conſtruen
dum & ad Moniales iuxta eius diſpoſitionem de ve
nire debet,non poterit ſtante ſupradicta diſtinctio
ne trebellianicam de eius portione reſtituenda de
trahere: Idem etiam dicendum eſt ſi cum filio dece
deret,quia iſto caſu nulla debetur trebellianica, ex
quo diceretur conditionem in teſtamento appoſi-
tam defeciſſe, & propterea dubitatio iſta ceſſaret,
cum per filij exiſtentiam poſt mortem Dom. Ma-
lateſtæ grauati expiraſſet ſubſtitutio, l. ex facto. §.
pen.vbi not.Doct.ff.ad Treb.l.1. vbi ſcribentes. C.
de cond.inſ.& l.non eſt ſine liberis.ff.de verb. ſign.
cum vulg.qua conditione igitur defecta & ſubſtitu
tione expirata inſtitutus hæres abſq; ullo remanet
onere.& de hæreditate tota ad eius libitum diſpo-
nere poteſt,vt determinat Dec.d.conſil. 291.in vlti.
colum. verſi. Capio vltimam ſubſtitutionem. & in
fi.verſi.Poſtremò conſiderandum eſt. Et quamuis
per ſupradicta videatur nõ eſſe ſuper octaua dubita
10 tione neceſſarium vlterius inſiſtere, nihilominus
concludendo,vt per Dominum Subſcribentem al
legatum fuit,teneo in iure veriſſimum eſſe,(quam
uis inter Doctor. maxima ſit altercatio, vt patet ex
allegatis per Senat.Pedemonta.in deciſ.147.)ꝙ tre-
bellianica per non confectionem inuentarij non
perdatur,& hæc opi.æquior eſt,benignior, & ma-
gis communis,& tenenda, vt atteſtatur Mod. Ver-
cellen.in d.l.Papinianus.§.meminiſſe.in pen. colu.
verſi.Sed contraria opi.ſub num.15.de inoffi.teſta.
hæc vti magis communis de conſuetudine magis
obſeruatur, vt refert Bal.conſi.403.In ſubſtitutione
fideicommiſſaria.verſi. Si autem eſſet minor.volu.
2.Et pro hac opi.conſuluit Ruin.conſil.112.Super
primo.colum.pen.num.16.volum.2.& conſi. 135.
Viſo themate.colum.6.in princ.ſub num. 9. verſic.
Quò vero ad trebellianicam.volumin.3, vbi refert
hanc opi.eſſe magis communem, & ab ea non eſ-
ſe recedendum in conſulendo & iudicando, vt ha-
betur in iuribus vulg.& ita latiſſimè conſuluit Ay-
mo conſil.17. Quæritur per totum.& Rol.a Valle
conſi.27.Illuſtriſſimæ dominæ.volum.1.vbi ad par
tes hanc q.examinat,& hanc opi.vti magis ęquam,
& magis communem amplectitur & eam ſequitur
Senat.Pedemonta.in dict.deciſio.147.in vltim.col.
11 maximè in liberis primi gradus. Quo ad vltimum
quamuis per Dom.Subſcribentem ſatis copioſe al-
legatum fuerit trebellianicam in legitima imputa-
ri non debere,quando ad ſemiſſem legitima aſcen-
dit contra Bal.conſi.94.volum.2.cum quo tranſire
videtur Aymo.conſi.50.& Couarru. in ca. tua. ſub
num.6.extra de teſtam.vt patet conſi.128. Super re
ſtitutione.nu.31. verſi. alia inſurgit difficultas cum
ſequen.volu.ſecundo. Ego etiam aliàs conſului tre
bellianicam detrahendam eſſe non obſtante quod
legitima per exiſtentiam quinq; filiorum hæredita
tis medietatem abſorbeat,vt in præſenti caſu, cùm
duo ſint maſculi & tres filiæ fœminæ iux. auth.no-
uiſ.C.de inoffi.teſt.& ibi ſcribentes.& vltra alia quę
ibi allegabam,eundem Bald. a nemine allegatum
adduxi conſi.101.Punctus cauſæ talis eſt. eo. lib. 2.
vbi enumerat, quot vnciæ filijs pro eorum legiti-
ma debeãtur,ſi quinq; ſunt filij, & vltra legitimam
12 quot vnciæ pro trebellianica debeantur,& conclu
dit ꝙ vnius legitima eſt quinta ſex vnciarum pars,
hæreditatem totam in 12.vncias diuidendo conſi-
derato liberorum numero,vt in d.auth.nouiſſima.
Trebellianica verò eſt quarta reſidui a dicta legiti-
ma. ſcilicet quarta habito reſpectu ad inſtitutionẽ
non ad liberorum numerũ, & ibi declarat qualiter
cõputatio poni debeat,videlicet una vncia & quin
ta pars alterius vnciæ filio Franciſco pro ſua legiti-
ma tangebat,cùm quinque eſſent filij, qui inter ſe
pro eorum legitima ſemiſſem diuidere debeant,
Pro trebellianica autẽ eidem Franciſco quarta pars
vnciarum decem contingebat,& quarta pars vnius
vnciæ diuidẽdo quod ex ea remanet:quarta autem
de decem, duo, & dimidia ſunt, quarta de qua-
tuor illius vnciæ partibus, & una eſt portiuncula
de quatuor dictis portiunculis remanentibus, &
ſic in totum Franciſcus de tribus vncijs totius aſ-
ſis, & duabus portiunculis unius vnciæ, & non de
pluris: ex quo calculo apparet quòd vnus ex quin-
que filijs ſemiſſem pro eius legitima,& quartã pro
trebellianica ultra legitimam detrahit,& ſic in tre-
bellianica, legitima non imputatur, ſed vltra legi-
timam debetur,& hanc opi.tenent Mod. Vercellẽ.
in d §.meminiſſe.colum.fin.in princ.num.19.& ita
tenendum eſt contra opin.Bald.de qua in d.conſil.
94.& contra Aymo. vt latiſſimè aliàs in dicto con-
ſilio deduxi, quæ hic breuitatis cauſa omittenda
cenſui, & hæc reſolutio reſpectu tantum portionis
Reueren.Domi.Antonij prius ſine filijs prædefun-
cti prodeſſe poteſt,ad hoc,vt certa habeatur notitia
quæ, & quanta ſit in detractione dictæ portionis,
quando caſus eueniret, ꝙ teſtatoris hæreditas eius
filiabus, & ſucceſſiuè Monaſterio, & Monialibus
iuxta eius diſpoſitionem reſtituenda foret. Et ex
his ad omnia dubia ſuperius adducta ſatis videtur
fuiſſe reſponſum, & ita de iure reſpondendum
cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen.
ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ vir-
ginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Venditor generalem bonorum emptoris hypothecam habens an pro precio rei uendita conſequenda praferatur in re ipſa creditoribus anterioribus ſimiliter bona dicti emptoris generaliter obligata habentibus?*

2 *Creditor prior generalem bonorum hypothecam habens, & poſterior ſpecialem in vna re, poſteriori in dicta re ſpecialem habenti prafertur.*

3 *Mulier in hypotheca rerum per eam marito inſolutum datarum cateris creditoribus anterioribus prafertur.*

4 *Pactum inter emptorem, & venditorem factum quòd res vendita ſit venditori ſpecialiter obligata ualet in praiudiciũ creditorum anteriorum.*

5 *Hypotheca generalis cum iuramento an pro conſequendo precio rei uendita in praiudicium anteriorum creditorum ſit ſufficiens?*

6 *Iuramentum uim ſpecialis expreſſionis habet, & quomodo hoc intelligatur. nu. 12.*

7 *Iuramentum principalem obligationem non auget, nec ampliat, ſed ſolum religionis vinculum addit, & illi dat robur.*

8 *Iuramentum ſemper illam habet tacitam conditionem quam habet actus, & promiſſio, cui adharet, & ad plus non extenditur, quàm promiſſionis extendatur.*

9 *Iuramentum in his qua ſpecificari debent, nihil operatur.*

10 *Iuramentum quamuis actum valere facit omni meliori modo quo poteſt, non tamen operatur, vt extendi poſſit ad id de quo ſpecialiter mentio fieri debeat.*

11 *Iuramentum vbi de tertij praiudicio agitur, nihil in eius praiudicium operatur, ſed ſolum in iurantis praiudicium operatur.*

13 *Iuramentum vim habet, vt ſolemnitatem ſuppleat, non autem, vt conſenſum extendat.*

14 *Iuramentum in contractibus appoſitum magis ex communi pratica, & conſuetudine notariorum praſtatur, quàm quòd contrahentes iuranda ſciant quid agant.*

15 *Hypotheca ſpecialis in initio contractus ante traditionem, vel ſaltem in ipſo actu traditionis rei vendita apponi debet, & non ſufficit quòd in fine inſtrumenti apponatur.*

CONSILIVM L.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur de tribus du-
1 bitari contingit. Primo nnnquid venditor generalem bonorum emptoris hypotheeam habens pro precio rei venditæ conſequendo, præferatur in re ipſa vendita anterioribus creditoribus habentibus ſimiliter bona dicti emptoris generaliter obligata? Secundò, eſto quòd ſpecialis hypotheca requiratur, & generalis non ſufficiat, an generalis cum iuramento ſufficiat? Tertio, & ultimo, poſito quòd generalis cum iuramento non ſufficiat, ſed ſpecialis hypotheca requiratur, an ſatis eſſe dicatur, quod hæc ſpecialis ſit in fine inſtrumenti appoſita, an vero requiratur, quod in initio contractus, vel in ipſo traditionis actu rei venditæ apponatur? Quo ad primum dicendum videbatur, quòd ſic, per ea quæ tradit Speculat. in §. primo, verſicul. Sed quid ſi primo. numero trigeſimotertio, de obliga. & ſolutio. dicens, quòd ſi primo quis mihi omnia bona ſua generaliter obligauit, poſtea a te domum emit, & pro eius precio tibi etiam omnia bona ſua hypothecauit, quòd tu potior eſſe debes, & refert ita tenere Vber. de Bobio. argumento. l. licet. C. qui potio. in pigno. habe. quem etiam refert & ſequitur Albe. de Roſa. in l. obligatione generali. ff. de pigno. & cum hac opin. tranſit Veronen. in tractat. cautelarum, cautela centeſimavigeſimaquarta. Vulgaris. numero ſecundo, verſicu. Si quis primo obligauit. & Curt. iun. in appoſtil. ad Alexand. in l. ſi cum dotem. §. final. ff. ſolut. matrimo. Contrariam opinio. quòd immo generalis hypotheca non ſufficiat, ſed ſuper re vendita ſpecialis requiratur, tenet Ioan. Fabr. in §. venditæ. verſicu. Sed an ſaltem. Inſtitu. de rerum diuiſi. idem tenet Neguſan. in tracta. de pigno. in ſecundo membro quintæ partis. in ſecunda fallen. numero decimooctauo. verſic. Et etiam facit. per textum in dicta l. licet. qui textus cùm de ſpeciali hypotheca loquatur, ad generalem non eſt extendendus: Eandem opinio. ſecutus eſt nouiſſimè Ioann. Cephal. conſilio centeſimo trigeſimoprimo, in princip. Et hæc opinio uerior, & probabilior eſt, & tenenda. Quia ſi generalis hypotheca ſufficeret, ſequeretur, quòd ultimus creditor melioris eſſet conditionis cæteris anterioribus ſimiliter generalem hypothecam habentibus contra regul. qui prior. de regul. iur. in ſexto. & l. quoties utriuſque. ff. eodem
2 titul. cum ſimilib. quæ regula procedit etiam ſi primus creditor generalem bonorum obligationem haberet, & poſterior in vna re ſpecialem, quia etiam in re illa ſpecialiter obligata primus ratione generalis hypothecæ præfertur, vt eſt textus in l. undecima. ff. qui potior. in pignor. habe. & in l. ſi generaliter. & ibi not. Bald. & Salycet. C. eodem. & Neguſan. in dicto tractat. de pignor. in dicto ſecundo membro quintæ part. in vigeſima ampliation. numero decimoquarto. Sequeretur etiam, quòd non bene dixiſſet Salycet. in l. pro debito. ſub numero tertio. C. de bon. aucto. iudic. poſſ. communiter approbatus, volens quòd inter venditorem, & emptorem expreſſe conueniri poteſt, quòd res illa vendita ſpecialiter ſit ſibi obligata, vt vltimus creditor anterioribus præferatur. quod idem firmat in propoſito noſtro Curtius iuni. in principio dictæ appoſtillæ ad Alexand. in dicta. l. ſi cum dotem. §. fina. dicens, & limita niſi pacto expreſſo ſpecialiter de hypotheca prouiderit, quia tunc omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur. l. licet. & ibi not. Ange. C. qui potio. in pignor. habean. & hoc idem tenet ibi Salycet. ſub numero quarto, ex mente Iacob. de Aret. quos referunt, & ſequuntur Mod. Anconi. in tractat. de mercatu. in titu. de Decoctori. in ultima parte ſub rubric. qui potio. in bo. decocto. habe. ſub numero quinto, verſiculo.
3 Nunc vnde diuerteram. Pro qua opinio. adduco textum in l. in rebus. C. de iure dotium. vbi. dicitur, quòd mulier in hypotheca rerum per eam marito inſolutum datarũ cæteris creditorib. etiam anteriorib. præfertur, & hoc ſpeciali fauore dotis, ſi ergo in illo caſu ſpeciale eſt, ſequitur ꝙ in cæteris ius commune eſt in cõtrarium, & ita etiam arguit Ang. ibi dicẽs, Attẽde ſingulariter ſi ſpeciale eſt in muliere, quæ dotẽ pro æſtimata dedit, ea æſtimatione, quę emptionẽ facit, ut præferatur, in cõtrariũ eſt igitur ius cõe, & ibi adducit eſſe caſum rotundum in mercatore alteri mercatori uendente multas merces, quas tradit, & de precio fidem habet, & deinde ceſſit emptor, & fugit, ꝙ etiam in illis mercib. ultimo loco uenditis in domo dicti emptoris inuẽtis creditores ipſius emptoris in tempore anteriores, & hypothecã habentes huic ultimo uenditori præferuntur, vt cõmuniter concludunt doc. in d. l. ſi cum dotem.

tem.§.fi.ſol.ma.Habita autẽ fides de precio dicitur
quando actum eſt quod precium ad certum termi
num ſoluatur.Bertachi.in trac. de Epiſco.in 4. par.
quarti lib.in 43.q.num. 134.uerſi.quando autem di
catur. & late examinat Fabia. de Monte. in trac.de
emp.& uendi.in 5.q.principali.nume.37. uerſi.Sed
circa iſtud ultimum. Concludo igitur quòd ſi de
precio fides habita fuit, & conſequenter in empto
rem dictæ rei uenditæ tranſlatum fuit dominium,
creditores anteriores præferuntur,& non uenditor
generalem hyppothecam habẽs l. procuratoris.§.
ſi plures. uer.dedi.ff. de tribu.actio.& ita communi
ter tradunt Doc. in d.l.ſi cùm dotem.§.fi. quod ſe-
cus dicendum eſt,ſi rei uenditæ dominium in em-
ptorem non fuit tranſlatum , eo enim caſu credi-
tor cæteris creditoribus anterioribus præfertur.ut
eſt tex.in d.uerſi.Sed ſi dedi.& declarat Ang. in d.l.
ſi cùm dotem.§.ſi mulier,quem referunt,& ſequũ-
tur Mod.Ancon.in d.tract.de mercatu.in tit.de De
coctori.in 3.par.ſub num.30.uer.Hinc ſubinngi po
teſt.& num.ſeq.& ita conſuluit Iaſ.conſ.111.Magni
ficus.in 4.par.& tenet Saly.in d.l. pro debito.num.
8. Confirmantur prędicta per ea quæ tradit idem
Neguſan.in d. tract.in quarta par.principali.in 4.q.
uerſi.Tamen præmiſſis non obſt.nume.34.ubi uol
uit inter emptorem,& uenditorem ualere pactum
4 quòd res ſibi uendita ſit ſpecialiter ſibi etiam in prę
iudicium anteriorum creditorum obligata. Si tale
pactũ valeat,& creditorib. anterioribus præiudica-
re poteſt,ſequitur quòd generalis hypotheca non
ſufficiat, alioquin de uento ſeruiret talis quæſtio,q
non eſt dicendum.Quoad ſecũdum concludo etiã
5 generalem cum iuramento in præiudicium ante-
riorum creditorum non ſufficere, quia quamuis
iuramentum uim ſpecialis expreſſionis habeat, ut
6 tradit Bal.in l.1.col.fi.uerſi,Secundo quęro.C.com
moda.Alex.conſi.133.Super quæſitis.num.11.uol,
4.plene per Mod. Vercellen. in l.2. nu.92. cum ſeq.
uerſi.Iuramentum enim uim habet.C.de reſcin.uẽ
di.& Soc.Iuni.conſi.50.Viſo.nu.19.uol.3.cum con
cord.ibi relatis.nihilominus in caſu noſtro iuramẽ
7 tum obligationem principalem non auget.nec am
pliat,ſed ſolum religionis uinculum addit,& illi dat
robur ſecundum Oldra.conſ.238.Cum mulier.De-
ci.conſi.180. Viſa renunciatione.in fi.conſi.408.In
præſenti.num.10.&conſi.493.Viſo tenore.colu.pe.
numer.25. cum ſeq. & Pariſi.conſi.110.Promiſſio.
8 col.5.ad fi.num.36.uol.1.Et iuramentum ſemper il
lam habet tacitam cõditionem, quam habet actus,
& promiſſio, cui adhæret, & ad plus non extendi-
tur,q̃ promiſſionis uirtus extẽdatur,ut inquit Ang.
conſi.315.Statuto cauetur,col.1.quem refert.& ſe-
quitur Dec. d.conſi. 408.colu.1.in fi.uerſi. Vltimo
non obſtaſ.& d.conſi.493. numero 26.Præterea iu
9 ramentum in his quæ ſpecificari debent, nihil ope-
ratur,ut habetur per Bal. & communiter Doc.in l.
4.§.quæſitum.in fi.ff.ſi quis cautio. Ruy.conſi.6.In
caſu.col.2. in fi.uol.2.Grat.conſ.15.Magnificus.col.
2.numero 13 uol.1.& Gramm.in deciſ.57. Iacobus
Campanatius.col.8.uerſi. Nec obſtaret ex alio iura
mentum. nume.27.dicens quòd licet iuramentum
10 faciat actum ualere omni meliori modo quo po-
teſt,non tamen operatur, ut ad id extendi poſſit,de
quo ſpecialis mentio fieri debeat ; Accedat, quòd
ubi de tertii agitur præiudicio, ut in caſu præſenti,
11 ſi prę ferreretur hic venditor in præiudicium ante-
riorum creditorum, tunc iuramentum nihil rele-
uat,& nihil in eorum prę iudicium,ſed ſolum ipſius
iurantis operatur.c. quamuis. ibi in alterius præiu-
dicium.de pact.in 6.tradit Bal.in l.titia ſcio.§. impe-
rator.de leg.2.ſequitur Alex.conſi.55.Conſideratis
uerbis.col.pe.In fi.uerſi.Nec prædictis obſtat.uol.1.
& conſi.38.Viſa petitione.col.3.ſub num.10.uol.3.
Soci.Iuni.conſi 69.Pro dilucidatione.num.40.uol.
1.dicens iuramentum in quocunque caſu prę ſtitũ,
quod in alterius q̃ iurantis præiudicium tẽdit, ſer-
uari non debere,& nihil operari, alioquin iniquita
tis vinculum diceretur,contra.c.quanto.cum ſimi
li.de iureiu.Soci.ſeni.conſi.77.In præſenti conſulta
tione.col.6.in prin.uerſi. Tertio,quod non tendat.
uol.1.Pau.de Ca.& ſcribentes in l.ſi tibi.§.filiafa.ſub
numer.4.ff.de pact.& conſi.448.Tria ſunt.uol.2.in
nouiſ.& Pariſi. conſi.72. Videtur dicendum.col.2.
num.19. uol.1. Nec refragatur, quòd iuramentum
12 uim expreſſi caſus habeat,ſecundum Bal.ubi ſupra
quia illud dictum Bal. intelligitur & procedit reſpe
ctu eius ſuper quo conſenſus præſtatur, non autẽ
in aliis, ut declarat Saly.in d.l. 1. in ulti. colu. uerſi.
Quæro quid ſi in caſu, C. commoda. quem refert
& ſequitur Alex.in appoſt.ad Bal,In d.l.1.in d.uerſi.
Secundo quæro. & Iaſ. conſi.173. Circa primum,
col.fi.uerſi.Tertio in contrarium.uol.4.Pariſi.d.cõ-
ſi.110.col.6.in prin.num.38.uerſi.Et illud.& inquit
Deci.conſi.374. In caſu propoſito. in fi.quòd iura-
13 mentum uim habet, ut ſolemnitatem ſuppleat,nõ
autem, vt conſenſum extendat, vt declarant Mod.
Vercellen.in d.l.2.nume.93. uerſi.Iuramentum ta-
men.firmat Boeri.in deciſ.3. Filia.col.2.num.8. uer
ſi. Et ad iuramentum. in 1. par. & dicit Iaſ. d.conſi,
173.col. fi.in prin.uerſi.Sed illam deciſionem.quòd
Are.in l. qui ſuperſtitis. col.4.ad fi.ff.de acqui.hære-
di.reprobat,& melius illam Bal.deciſionem,& con
tra illam multa congerit ibi Iaſ. quæ breuitatis cau
ſa non refero. Et inquit Cur.ſeni.d.conſi.75. colu.5.
in prin. uerſi. Et ſic ſimplex conſenſus, quòd illud
dictum Bal. confunditur per Doctrinam Doct. In
d.l.4. §. quæſitum. communiter approbatam. ff. ſi
quis cautio. Amplius dico quòd talia iuramenta,
14 quæ in contractibus præſtantur,magis ex commu-
ni notariorum pratica, & conſuetudine apponun-
tur,quàm quod contrahentes iurando ſciant quid
agant,ut refert Soci.Iuni. cõſi.48. Viſo puncto.col.
8.in fi,numer.38.vol.1.& conſi.144. Proſequendo.
col.1.num.37.uerſi.Attento maxime.co.li.Ex qui-
bus concludo generalem hypothecam cum iura-
mento in præiudicium anteriorum creditorum
non ſufficere.Quoad ultimum ſimiliter retẽta opi-
15 nione quod ſpecialis requiratur hypotheca,cõclu-
do quod talis hypotheca in contractus initio ante
traditionem, vel ſaltem in ipſo actu traditionis rei
venditæ apponi debet. nec ſufficit quod in fine in-
ſtrumenti apponatur,& ſic poſt traditionem,& ita
tenet Neguſan. in d. tract. de pigno. in quarta par-
te principali.in 4. q.nu.34. Sub uerſic. Tamen præ-
miſſis non obſtan.uſque ad uerſ.Vltimo dubitatur.
vbi probabilioribus rationibus , & fundamentis
probat tale pactum,& hypothecam in contractus
initio, vel ſaltem in ipſa traditione apponi debere
reſpondendo ad omnia quę in contrarium adduci
poſſent,& ad ea quæ tenent Mod. Vercellen.in l.le-
cta.in 17. not. ſub num. 105.cum pluribus.& nu.151.
152.& 153.ff.ſi cer.pet. quem ſequitur Ari.Pinel.in
repeti.l.1.in 3.par.ſub numer.54.fol.409.C.de bon.
mater.per. & hanc opi. tenent iidem Mod. in l.2.in
36.q.num.148.C.de pact.inter emp. & uendi. citan-
tes Gozadi.conſi.16.poſt Pau.de Ca.& Iaſ.in l.ſi nau
tem dominicam. ff. de pact.& Neguſan. ubi ſupra.
eandem opi.etiam firmat,& conſulendo ſequitur
Pau.de Ca.conſi.318.Conſiderandum eſt.col.fi. nu,
4.uol.1.in nouiſ.& eam late proſecutus fui in 1. q.
prin.in 2.editione.in tract.de ceſ.bono. Et ita con-
cludendum cenſeo,non obſtantibus adductis per
Mod.

Mod. Ancon. in tract. de Mercatu. in tit. de decocto
ri. in ulti. par. ſub rub. qui pono. in bon. decocto, ha
be. num. 6. uerſi. Nam tale pactum, Et ita dico, & de
iure reſpondendum arbitror ego Matthæus Bru-
nus Iuriſc. Arimi. ad laudem omnipotentis Dei, ac
glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteoſis quando recepta fuit pro ſe filijs, & nepotibus maſculis tantum, filia fœmina perpetuo cenſetur excluſa, & quomodo hoc intelligatur. num 6. & 7.*

2 *Linea ſi per obitum maſculi finita fuit, filia potius inueſtiri debet, quàm agnati.*

3 *Emphiteoſis eccleſiaſtica non tranſit niſi ad eum qui ſit de liberis, & qui ſint patris hæredes copulatiuè.*

4 *Proximior ultimo emphiteotæ defuncto excludit omnes alios agnatos.*

5 *Filia fœmina regulariter ad emphiteoſim eccleſiaſticam admittitur ſicut filius maſculus.*

7 *In feudo quando aliquid deciſum reperitur, quod ſit contra ius commune, tunc ad emphiteoſim, uel ad alios contractus, in quibus ſtandum eſt iuri communi, non extenditur.*

8 *Emphiteota infra annum petere debet ſe ad emphiteoſim admitti a die mortis inueſtiti, alioquin iure ſuo ſaltem per exceptionem priuatur.*

CONSILIVM. LI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur, nõ uidetur dubitandum partes Reuer. D. Vicarij ſore & eſſe in abſoluendo. Hyppolitam q. Martini de Nicolettis a petitis per Nicolaum eius patruum, quia quamuis in inueſtitura Martino eius patri conceſſa, fœmina non
1 comprehendatur, immo prorſus ab ea ſit excluſa,
cùm emphiteoſis pro ſe filiis, & nepotibus maſcu-
lis tantum recepta fuerit, quo caſu fœmina perpe-
tuo excluſa cenſetur. c. 1. §. Quinetiam. in tit. Epiſco.
uel Abb. c. 1. in prin. & in fi. de ſucceſ. feu. & c. 1. uer
ſi. Hoc autem notandum eſt. de his qui feu. dare
poſ. in uſib. feu. & conſuluit Iac. Aluaro. conſi. 65.
Super caſu. inter conſi. Alber. Bru. in prin. Nihilo-
2 minus dico quod cum linea dicti Martini per obi-
tum eius filii maſculi finita fuerit, potius ipſa filia
inueſtiri, & renouari debet, quàm agnati, iſta eſt doctri-
na Bal. in c. 1. quemadmo. feu. ad fœmi. pertine. quę
ſequitur Alex. cõſi. 30. Viſo. col. 4. in fi. uerſi. Et Bal.
in c. 1. uol. 1. & Iaſ. in l. 2. col. 6. in fi. uerſi. Ex hac de-
ciſione. C. de iure emphi. Et præſertim cùm Hyppoli
ta ſit hæres uniuerſalis, & in bonis ſui fratris ultimo
defuncti ſuccedat, ut voluit Bal. in l. 2. C. de ſuis, & le
3 gi. dicens quod emphiteoſis eccleſiaſtica non tran-
ſit niſi ad liberos, & qui ſint patris hæredes copula-
tiuè, quem refert, & ſequitur Pau. de Ca. conſi. 146.
Viſo puncto. col. 1. uol. 2. in nouis. Alex. conſ. 21. Vi-
ſis. col. 2. nume. 12. uol. 2. & conſi. 161. Viſis narratis.
col. 1. ſub num. 2. uerſ. Confirmatur quia uidemus.
uol. 7. Deci. late conſi. 131. Reuocatur in dubium.
col. 2. in fi. uol. 1. & Grat. conſi. 96. Viſis omnib. nu.
21. uol. 1. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opi.
& in terminis noſtris conſuluit Imo. conſi. 37. In ca
ſu præmiſſo. quod ſaltem de æquitate uidetur, cùm
eius frater ſuccedat in eius hæreditate & bonis, de-
bet illa potius inueſtiri quàm alius, Et eo maxime
4 cùm ſit etiam ultimo emphiteotæ defuncto proxi-
mior, quòd multum refert, & requiritur ad omnes
alios agnatos excludendum, ut conſuluit Roma.
conſi. 32. Pro propoſitæ. in fi. quem ſequitur Ruy.
conſi. 47. Circa dubia. colu. pe. in fi. nu. 6. uerſi. Quia
ergo. vol. 3. & conſ. 166. Proponitur. nu. 5. & conſi.
6. uerſi. Quia ergo. uol. 3. & conſ. 167. Viſo teſt. num.
7. & nume. 8. uol. 2. Soci. Iuni. conſi. 126. nu. 30. cum
plurib. ſeq. uol. 1. Corne. conſi. 22. nume. 12. uol. 2. &
Roland. conſi. 100. Quoniam. col. 4. nu. 16. in fi. nu.
17. uerſi. Quinto iſtud. uol. 1. & ideo dixit Bal. in ad-
di. ad Spec. in tit. de loca. in 6. col. in fi. uerſi. Emphi-
teoſis debet. quòd emphiteoſis debet potius eius
poſteris, qui quondam emphiteota fuit, renouari,
quam alijs, & ſi aliter fiat, iniuria committitur. l. 1.
§. permittitur. & ibi not. Bar. ff. de aqua quotidi. &
in l. 1. ff. de priuileg. credi. & appellari poſſet. ut in-
quit ibi Bart. quē communiter ſequuntur omnes.
5 & Roland. conſ. 3. Deuenio num. 40. uol. 1. Nec re-
fert quòd fœmina ſit, & non maſculus, quia in em-
phiteoſi regulariter de iure communi, tàm fœmina
quàm maſculus admittuntur, §. emphiteoſim. in auth.
de alienatio. & emphi. not. per doc. in l. etiam. ff. ſol.
mat. Ancha. conſi. 44. Primo de uiribus. in prin. A-
lex. conſi. 119. uol. 1. Corne. conſi. 234. nume. 7. uol.
4. & Iaſ. in d. l. 2. col. 61. in prin. uerſi. Et quòd de iure
communi. C. de iure emphi. Nec refragatur, quod cùm
in reuocatione Io. Anton. de Nicolettis facta, & de-
mum Martino prædicto eius nepoti ex fratre em-
phiteoſis conceſſa fuerit pro ſe, filiis, & nepotibus
maſculis tantum, & ſic dicatur filia fœmina perpe-
tuo excluſa. Quia hoc uerum eſt, & procedit extan-
6 tibus filiis maſculis deſcendentibus, illis uerò nõ ex
tantibus, & finita linea per mortem inueſtiti, iure
cautum non reperitur quòd filia fœmina inueſtiri
non poſſit, non dico quòd ipſa per conceſſionem
Martino eius patri factam ad emphiteoſim ueniat,
ſed de nouo per lineam finitam renouari debet, &
illa potius quàm agnati tranſuerſales inueſtiri de-
bet, ut dictum eſt ſupra, & ita declarat Soci. Iuni. cõ
ſi. 104. Viſo themate. col. 3. num. 12. uerſi. Non ob. d.
c. 1. uol. 2. per ea quæ tradit Fulgo. conſi. 8. Domi-
nus Petrus. & conſi. 12. Ad idem de quo quæritur,
& ita procedant iura in contrarium ſupra deducta.
Prætereà, & ſecundo dico quòd iura in contrariũ
allegata locum ſibi uendicant in feudo ob propriã
feudi naturam, in quo ex ſui natura fœmina eſt in-
capax. d. c. 1. §. fi. de ſucceſ. feu. cum alijs ſupra citatis,
non autem in Emphiteoſi, in qua regulariter fœmi
na de iure communi eſt capax, ut d. §. emphiteo-
ſim. & ita etiam reſpondet Soci. Iuni. ubi ſupra. Iu-
ra enim in feudo loquentia ex quadam ſeruantur
conſuetudine, quòd fœmina perpetuo ſit excluſa, quod
in emphiteoſi ſecus eſt, cùm de iure communi fœ-
mina in emphiteoſi non ſit excluſa ut d. §. emphi-
teoſim. Illud autem quod in feudo deciſum reperi-
tur, ad emphiteoſim non extenditur, quia quando
7 in feudo aliquid deciſum reperitur, quod contra
ius commune ſit, tunc ad emphiteoſim, uel ad ali-
os contractus, in quibus iuri communi ſtandum
eſt, non extenditur, doctrina eſt Alex. conſi. 106. Vi-
ſo. col. fi. in prin. uol. 4. & conſ. 1. Si uera ſunt. col. 3.
num. 5. uerſi. Similiter ubi aliquid. li. 1. Cùm ergo in
feudo deciſum, quod filia fœmina ad feudum nõ
admittatur, ſit contra ius commune, uolens filiam
fœminam ad emphiteoſim admitti. d. §. emphiteo-
ſim, non eſt de feudo ad emphiteoſim arguẽdum.
Remanet igitur concluſio quòd dicta Hyppolita
perpetuo excluſa non dicatur ſed extantibus tantũ
maſculis, quibus uero non extantibus, & finita li-
nea, iure cautum non reperitur quòd ad emphiteo
ſim ipſa non admittatur, præſertim cùm ipſa ſit de

deſcen-

deſcendentibus per rectam lineam, ut in inueſtitura, & conceſſione Ioanni Ant. & Martino facta requiritur, quæ omnes agnatos tranſuerſales excludit ut eſt Nicolaus aduerſarius. Et ſi ipſi, cùm de deſcendentibus per rectam lineam non ſit (ut requiritur) renouari deberet, & ad hanc emphiteoſim admitteretur, eſſet tàm contra expreſſam Eccleſiæ concedentis diſpoſitionem, quàm etiam Ioannis antonii & Martini olim renouatorum uoluntatem, & ſic ex hac cauſa excluſus. perpetuo dicitur excluſus, & ad hanc emphiteoſim admitti non poteſt, ne melioris ſit conditionis Nicolaus extraneus excluſus, quàm Hyppolita Martini filia, & Antonii fratris defuncti ſoror, etiam quòd excluſa diceretur, contra tex. in l. ſi uiua matre. C. de bonis mater. & in pari excluſione, & cauſa melior eſt poſſidentis conditio l. ſine autem. §. ſi duobus. ff de pupil. actio l. ſi duo. ff. de dolo. & regu. in pari. & ibi pulchre not. Dy. de reg. iu. in 6. Nec dictus Nicolaus conqueri poteſt,
3 quia quando Martinus fuit inueſtitus, qui non erat Io. antonij primi inueſtiti filius, tunc ipſe appellare debebat, ſi ad dictam emphiteoſim ſe admitti prætendebat, ſed cùm non appellauerit, immo dictæ renouationi in perſonam Martini factæ acquieuerit, ampliùs conqueri non poteſt, & petere ad inueſtituram per mortem Io. antonii ſe admitti, cum infra annum a die mortis illius admitti petere debe-
4 bat. Bal. conſi. 466. Andreas. uerſi. Secundo quæritur. uol. i. & Io. de Ana. conſi. 32. Vltra alia. in primo dubio. & ibi pulchre per Bologni. & non petendo ſaltem per exceptionē iure ſuo priuatur, ut ibi per Bal. & late conſuluit Deci. conſi. 389. Viſa longa. columna 2. in fi. numer. 8. & colum. ſeq. qui omnino uideatur. & idem Dec. cōſi. 328. In caſu propoſito. in prin. uerſi. Soluitur ergo. num. 2. Et ex his concludo Hyppolitā tanquā ultimo defuncto proximiorem, & eius uniuerſalē hæredē, & ex aliis ſupra deductis ad dictam emphiteoſim admittendam eſſe, & renouandam; excluſo dicto Nicolao aduerſario, non obſtantibus in contrarium ſupra allegatis, & ita de iure reſpondendum cenſeo Ego Matthęus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimę Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Tenor inueſtituræ attendendus eſt, & ad illam recurrendum eſt.*
2 *Verba contractus contra producentem illum interpretanda ſunt, & contra eum qui ſuper eis ſe fundat.*
3 *De natura copulæ eſt, vt omnia copulata verificentur, & in qualibet ſui parte adimpleantur.*
4 *Emphiteoſi noua frater non ſuccedit fratri niſi in inueſtitura fuerit dictum.*
5 *Dictio deſcendentibus, reſpicit naturam.*
6 *Coniunctus ex latere alicuius de eius linea eſſe non dicitur.*
7 *Linea propriè intelligitur quæ eſt recta ſurſum; & non quæ ex latere, & eſt perſonarum collectio ab eodem ſtipite deſcendentium, continens gradus, & diſtinguens numeros.*
Vbi fit de linea mentio, in dubio de recta, & non de inflexa, vel obliqua dicitur. ibidem.
8 *Dux copulatiue ſi in emphiteoſis conceſſione requiruntur, videlicet quòd maſculi ſint, & per rectam lineam deſcendentes, ſi unum deficit, non vocantur, ſed excluduntur agnati tranſuerſales petentes ſe ad illam admitti.*
9 *Fœmina in caſu quo non eſſet in emphiteoſi vocata ex tenore inueſtituræ, poteſt per directum dominum inueſtiri excluſis agnatis amore patris.*
10 *Emphiteoſis pro ſe filijs, & nepotibus maſculis tantum, & per rectam lineam deſcendentibus recepta, intelligitur, & interpretari debet extantibus maſculis recipientis.*
11 *Inueſtitura antiqua per Eccleſiam alterari non poteſt, nec eius natura mutari, & quomodo hoc intelligatur, ibidem, & num. 13.*
12 *Emphiteoſi ad Eccleſiam reuerſa per lineam maſculorum finitam poteſt Eccleſia filiam fœminam de gratia inueſtire.*
14 *Diſpoſitio de filijs, & nepotibus maſculis per rectam lineam deſcendentibus, locum non habet in fratre, & tranſuerſalibus, etiam quod ſimus in materia fauorabili.*

CONSILIVM LII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione eorum, quæ ad me trāſmiſſa fuerunt, Præmitto imprimis inueſtituræ tenorem attendendum eſſe,
1 & ad illam eſſe recurrendum, quia uim contractus oſtendit. cap. 1. in uerbo propter tenorem inueſtituræ. de duob. fratri. a capita. inueſti. & c. ſi qui, de quibuſdam capitu. extra ordi. in uerſi. Sermonem tamen inueſtituræ &c. in uſib. feudo. & ab ea minimè recedendum eſt. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. & l. nō aliter. de leg. 3. l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum, de uerbo. ob. l. fideiuſſores magiſtratuum. de fideiuſſo. cum aliis relatis per Deci. conſi. 328. In caſu propoſito. col. 3. in prin. Bal. in ca. §. denique. colum. 1. quæ fuit prima cau. benefi. amit. & Io. de Ana. conſi. 7. Viſis. col. 1. num. 7. uerſi. Secundum premitto. Secundo pręmitto, quòd uer-
2 ba contractus contra illum producentem, & contra eum qui ſuper illis ſe fundat, interpretanda ſunt l. ueteribus. & ibi Bar. & omnes. ff. de pact. Præmitto
3 etiam quod de natura copulę eſt, ut omnia copulata uerificentur, & in qualibet ſui parte adimpleatur l. ſi hæredi plures. ff. de inſti. & ſubſti. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem. de uerb. obl. cum concord. relatis per Pariſi. conſi. 95. Statutum numer. 7. uol. 1. & non ſufficit unum adeſſe. glo. in l. ſi. ff. de diuor. cū aliis per Gozadi. conſ. 68. Videtur prima facie. col. 3. numero 5. uerſi. Et primo moueor. Quibus ſic præmiſſis, dico quòd in caſu noſtro Nicolaus aduerſarius non eſt audiēdus. Tùm quia in Inueſtitura, & conceſſione Ioanni antonio, & deinde Martino facta nec uocatus, nec comprehenſus, fuit. Cùm
4 in noua emphiteoſi frater fratri non ſuccedat, ut etiam in feudo deciſum reperitur, niſi in inueſtitura ſit dictum, ut habetur in cap. 1. §. Item ſi fuerit. in titu. quibus mod. feu. amitta. nec etiam ex iure accreſcendi, ut communiter tradunt Doc. in l. ſi mihi & tibi. de uerbo. obli. Tùm etiam quia ipſe Nicolaus non eſt de filiis maſculis, nec de deſcendentib. per rectam lineam Io. antonii, aut Martini, ut ex tenore inueſtituræ requiritur, Quia dictio deſcenden-
5 tibus, naturam reſpicit. Dec. cōſ. 570. Caſus de quo
6 quæritur. numer. 9. Et quamuis de eadem ſit prole de Nicolettis, & coniunctus ſit ex latere dictis Io. antonio, & Martino, non tamen de illorum linea dicitur, ut uoluit Deci. conſ. 379. Requiſitus. numero
7 4. Quia linea propriè intelligitur illa, quæ eſt, recta ſurſum, & deorſum, & non quæ ex latere, ut probat ibi Deci. ſub numero 5. Et linea eſt perſonarum collectio ab eodem ſtipite deſcendentium, continens gradus, & diſtinguens numeros, ut diffinit Io. and. in arbore conſanguinitatis, in margine, quem refert Capycius in deciſ. 159. In cauſa Magnificarum. columna ſecunda. numero quinto. Et ideo dixit Bald. conſi. 321. Statuto cauetur. uolumine primo.

quem

quem refert & ſequitur Soc.ſen.conſi.33.Circa præ
ſentem.col.4.nu.9. verſic. Confirmatur principalis
concluſio.vol.3.& Ruin.conſi.149. Pro deciſione.
col.3.propè fi.ſub num.6.volu.2.ꝙ ubi ſit mentio
de linea,in dubio de recta,non de inflexa, vel obli-
qua intelligitur,vt eſt tranſuerſalium, ſequitur Ca-
8 pyci.in d.deci.159.col.2.in fi.nu.6.Et vbi duo copu
latiuè requiruntur,vt in inueſtitura allegata dedu-
citur,videlicet ꝙ maſculi ſint,& per rectam lineam
deſcendentes,ſi unum deficit,nõ uocantur,ſed ex-
cluduntur agnati tranſuerſales petentes ſe ad illam
admitti,glo.eſt in d.l.fi.de diuor.& in l. ſi is qui du-
centa.§.cum ita.de reb.dub.& tradit Gozad.conſi.
87.Prima facie.col.4.in prin.verſ. Pondero ꝙ duo.
ſub nu.15.vbi in terminis dixit,ꝙ ſi duo copulatiuè
in conceſſione facta requiruntur, uidelicet quòd
maſculi ſint,& ex linea maſculina deſcẽdentes,ꝙ ſi
vnum deficit, non vocantur,ſed excluduntur, fun-
dantes ſe in tenore conceſſionis. Pro quib. faciunt
not.per Pau.de Caſt.conſil.461. Viſis,& diligenter
examinatis.col.pen. verſi. Primo an ſub illis verbis,
vol.1.in nouis. Dicens ꝙ ſi quis emphyteoſim reci
pit pro ſe filijs,& hæredib.cum duas exprimat qua-
litates,ſcilicet ꝙ filij ſint, item & ꝙ ſint hæredes,am
bæ requiruntur,vt quis admittatur,ſecus ſi vna tan-
tum exprimatur,dicendo pro ſe,& filijs, tunc.n.ſuf
ficit ꝙ ſit filius.allegat Bar.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi li
beris.ff.de oper.liber. Cùm ergo in emphyteoſi per
Martinum recepta duæ ſint qualitates, ꝙ maſculi
& per rectam lineam deſcendentes, & in caſu pro-
poſito non ſit Nicolaus niſi maſculus,& non de de
9 ſcentib.ergo ad emphyteoſim non admittitur.Qui
nimmo cõcludit Pariſ. conſ.4.Videtur prima facie.
col.fi.in prin.ver.Pro vt etiam dicimus.ſub num.41.
& 44.vol. 1. ꝙ fœmina in caſu quo ex tenore inue-
ſtituræ in emphyteoſi vocata non eſſet, excluſis ta-
men agnatis maſculis, per directum dominum in-
ueſtiri poteſt, qui licet ex quodam priuilegio fœ-
minam a feudo excludunt, quod eſt magis ob feu-
di naturam, eidem priuilegio per directum do-
minum filiam amore patris inueſtiendo deroga-
ri poteſt, vt inquit Bal. in capitul.1. quemadm.feu.
ad fœmi.perti.quẽ ſequitur Alb.Bru.conſ.6. Quod
habilitatio.nu.4.ver. quæ licet. Tanto magis quan-
do inueſtitura pro ſe, & eius deſcendentib. recepta
fuit,quo caſu ad fratrem non tranſit, nec ad fratris
filios,vel ad alios tranſuerſales,ideo Vaſalli filia ſi-
ne filijs maſculis præmortui inueſtiri debet, vt con
cludit Cur.ſen.conſi.49.Memoriæ recolendæ. col.
8.ver.Secundus quia quoties.nu.11.& conſ.50.Præ
ſens conſultatio.in prin.nu.1.& quẽ ſequitur Pariſ.
d.conſ.4.etiam in pe.col.nu.34.ver.& in puncto no
ſtro.Conceſſio igitur facta pro filijs & nepotib. ma
ſculis tantum, & per rectam lineam deſcendentib.
intelligitur,& interpretari debet extantib. maſculis
ex Ioanne Ant.& Martino deſcẽdẽtib. ut declarat
etiam Soc.iun.conſi.104.aliàs citato.num. 10. vol.
2.& ita interpretabimur & contra Nicolaum ſuper
inueſtituræ verbis ſe fundantem interpretari debe-
11 mus,vt in ſecundo præmiſſo ſupra diximus.Nec in
dubijs allegata refragantur,ꝙ Eccleſia antiquam in
ueſtituram alterare non poteſt, nec eius naturam
mutare,iuxta not.per Bar.in auth.qui rem.nu.7.C.
de ſacroſ.eccl.Bal.in auth.ſi quas ruinas.nu.2.C.eo.
Io.de Imo.in c.ex parte.nu.35.extra de feu.Ful.con
ſi.10.D.Bonazonta.col.2.in prin.nu.2. & Alex. cõſ.
9.nu.1.vol.3.ubi de commu.opi.atteſtatur.Quia il-
la procedunt in præiudicio comprehẽſorum in in-
ueſtitura,& extãtib. maſculis & per rectam lineam
Io.Antonij,& Martini deſcendẽtib.quib.appellatio
daretur,ſi alteraretur,& inueſtituræ forma & natu-
ra mutaretur,vt concludunt omnes, & in alijs meis
dixi:illis vero non extantib. cum agnatis tranſuerſa
lib.in conceſſione, & inueſtitura non vocatis non
fiat iniuria,inueſtituræ forma & natura alterari aut
mutari non dicitur inueſtiendo filiam fœminam
12 Martini,(Quia cum linea maſculorum Martini fi-
nita fuerit,& propterea ad Eccleſiam emphyteoti-
ca res reuerſa,& deuoluta fuerit,poteſt de gratia ea
dem Eccleſia directa domina Martini filiam de di-
cta re emphyteotica inueſtire,vt patet in c.1.§.filia.
de ſucceſ.feu.& in d.c.1.quemadmo. feu. ad fœmi.
perti,tradit Euerard.in trac.de modo argumen.Lo
cus a feudo ad emphyteoſim.col.2.ſub nu.D.1.uer
ſi,Tertiò facit.poſtquam enim res ipſa emphyteoti
ca ad Eccleſiam dominam fuit per finitam lineam
aperta,& deuoluta,liberum de ea diſponendi arbi-
trium habet Eccleſia.l.in re mandata.C. manda. &
ita in feudo,quod magis eſt,arguit Iac.Alua.conſi.
63.Super caſu.inter cõſi.Alb.Bru.)vt declarat Goz.
conſi.53.Io.Turchus.col.fi.in prin.ſub num.18.vbi
13 voluit,ꝙ antiqua conceſſionis forma in præiudiciũ
tertij,cui ius quæſitum eſt,mutari non poteſt,idem
conſuluit Bal.conſi.215.Proponitur ꝙ inueſtituræ.
uol.2.quem ſequitur Dec.conſil. 263.In contractu
emphyteotico.col.2.uer.Non obſt. allegata. & latè
conſ.193.Et pro tenui. nu. 3. qui omnino vſq; ad fi.
uideatur.ex cuius dictis colligitur, Nicolao aduer-
ſario in inueſtitura non vocato,nec comprehenſo,
antiquam inueſtituram alterando nullum fieri præ
iudicium, Et quomodo inueſtituræ forma alterari
intelligatur,declarat melius quam alteri Io. Calde.
conſ.11.Epiſcopus rem Eccleſiæ.in rubr.de feudis.
qui omnino uideatur.Cùm ergo per inueſtituram
Ioãnis Antonij, & Martini nullum fuerit Nicolao
ius etiam in ſpe acquiſitum,potuit & poteſt Eccle-
ſia Hyppolitam Martini filiam inueſtire, & hoc
caſu primæ inueſtituræ forma, & natura nec altera
ri,nec mutari dicetur, cùm illa ad filios per rectam
lineam deſcendentes,& non ad inueſtiri fratrem li-
mitata fuerit,& hoc caſu non refert ſit fœmina, uel
maſculus, dummodo ex recta linea Martini deſcen
dens ſit,ut in ſimili probat Bal.d.conſ.321.in fi.quẽ
ſequitur Rui.conſ.149.Pro deciſione.col.3.in fi.nu.
9.uer.Et confirmatur.uol.2.Et diſpoſitio de filijs,&
nepotib.maſculis per rectam lineam deſcendentib.
in fratre,& tranſuerſalib.locum non habet,ut decla
rat Dec.conſ.530.nu.15.etiam ꝙ in materia ſimus
fauorabili.l.3.§.liberis.ff.de leg.præſt.ut tradit idem
Dec.conſ.222.Viſo puncto.n.11. ideo Nicolaus trã
ſuerſalis non uocatus inueſtiri non poteſt allegatis
ex aduerſo non obſtantib. & ita de iure reſponden
dum,& concludendum cenſeo Ego Matthæus Bru
nus Iuriſc.Arimin.ad laudem omnipotentis Dei,
ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ.Amen.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de feudo ad Emphytheoſim ualet quando non reperitur in feudo aliquid quod contra ius commune deciſum ſit.*
2 *Vaſallus feudum habens ſi abſque maſculis deceſſerit, iure ordinario ſecundum feudi naturam ad dominum concedentem redire debet,et in feudatarij coniunctos non tranſit. Feudum de fratre in fratrem non tranſit.eo.*
3 *Feudum nouum et feudum paternum, vel antiquum differunt inter ſe,& quomodo procedant,declaratur ibi.*
4 *Vaſallus ſi abſq; filijs maſculis deceſſerit relicta tantum filia fœmina excluſis tranſuerſalib.filia ad feudum admittitur,idem in emphyteoſi procedit,*

CONSILIVM LIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

POST redditam dubiorum reſolutionem conſiderabam arguendo de feudo ad Emphiteoſim, quod eſt in iure ualidum, quando in feudo non reperitur aliquid quod ſit contra ius commune deciſum. Bar. in l. ſi mihi, & titio. de uerbo. obli. Alex. in l. diuortio. §. fundum. ſol. mat. conſi. 5. Si uera ſunt. col. 3. uol. 5. conſi. 107. Viſo theuiate. col. fi. in prin. nume. 8. uol. 4. cum concord. traditis per Iaſ. in l. 2. C. de iure emphi. & per Euerard. in tract. de modo argum. Locus a feudo. col. 5. in fi. ſub litera C. uerſ. Et procedit hæc argumentatio. & Rolan. conſ. & alias dixi. Nam clarum eſt, quòd ſi quiſpiā feudum nouum habens ſine filiis maſculis deceſſerit, ſecundum feudorum naturam feudum iure ordinario ad dominum cōcedentem redire debet. & in feudatarii coniunctos nō tranſit, quia in eo trāſuerſalium ſucceſſio non admittitur, quamnis ſint fratres, & etiam quòd feudum pluribus fratribus inſimul datum fuerit, ut iura ſunt clariſſima in c. 1. de benefi. fratris, & qualiter fratres, &c. & in ca. 1. uerſi. quod ita intelligendum eſt: de ſucceſſione fratrū, uel de gradi. ſucce. in feudum. & in c. 1. de duo fratri de nouo benefi. inueſti. tradit Iac. de Belui. & alij in ca. 1. de eo qui ſibi & hæredi. ſuis maſcu. & fœmi. And. de Iſer. in c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſ. feu. Bal. & Ang. conſi. 110. Sanctiſſima, & Illuſtriſſima Regina. num. 4. cum ſeq. & in c. 1. an agna. uel filius. Cur. Iuni. conſ. 1. Prima amplector. col. 4. ſub nu 14. cum ſimili, ut tradit Corne. conſ. 196. Circa præſentem. col. 1. num. 4. uol. 2. & ratio eſt, quia de feudi natura eſt, ut in primi inueſtiti deſcendentes tranſmiſſibile tantum dicatur, & talis intentio feudum concedentis præſumitur, & ideo per ſaltum de fratre in fratrē non tranſit, ut Ang. inquit ubi ſupra, quem ſequitur Iaſ. conſi. 14. In cauſa feudali. colu. 2. poſt prin. uerſi. Sed planum eſt. ſub num. 1. uol. 3. & per rationem hanc inter feudum nouum differentia ponitur, ut ſcilicet ad tranſuerſales etiam fratres regulariter non tranſeat, cùm non ſint primi inueſtiti deſcendentes, & paternum uel antiquum feudum, ut ſcilicet ad tranſuerſales trāſire poſſit, ex eo quia de primi inueſtiti deſcendentibus eſſe poſſunt, & ad eos tantum ſucceſſio reſtringitur: ſi enim de eius liberis, qui primo fuit inueſtitus non eſſent, etiam in feudo paterno uel antiquo non ſuccederent, ut eſt tex. & ibi tradūt Doc. in d. c. 1. §. his uero. ibi. Si enim titii auus &c. de ſucceſ. fra. Et prædicta firmat Alex. conſi. 150. In cauſa appellationis. colu. 3. uerſi. Et in caſu noſtro. & uerſi. Rurſus etiam. uol. 6. quem refert Roland. conſi. 60. Ponderatis. col. 2. in prin. nu. 4. uol. 1. & Soci. iuni. conſi. 73. Pulchra. colu. 4. in fi. nume. 20. uerſi. Et præſuppono num. uol. 1. Niſi in inueſtitura expreſſe diceretur, quòd tranſuerſales agnati ſuccedant. & ex inueſtituræ uerbis ſpecifice conſtare debet, ut eſt tex. ad literam. in c. 1. §. cùm uerò Coradus. ibi niſi nominatim fuerit dictum. in tit. qui feu. dare poſ. cum aliis concordan. per Curt. iunio. relatis. d. conſi. 1. ſub nume. 14. & Iaſ. d. conſi. 13. col. 2. ſub nu. 1. uer. Sed planum eſt. prout plenè probat Roland. d. conſi. 60. colum. 1. num. 1. Si ergo prædicta in feudo nouo uera ſunt, quòd ex natura feudi non tranſit niſi ad filios maſculos deſcendentes, & nō ad tranſuerſales tanquā non uocatos, nec in inueſtitura compræhenſos, & nihilominus filius abſq; filiis maſculis relicta tantum filiæ fęmina deceſſerit, illa tranſuerſalibus excluſis admittitur, ut conſuluit Deci. conſi. 445. In caſu ad me tranſmiſſo & præſertim ſub num. 14. Tanto magis idem in emphiteoſi dicendum eſt, in qua etiam fœmina de iure communi admittitur. §. emphiteuſim. in auth. de aliena. & emphi. quia quamuis pro ſe filijs, & nepotibus maſculis, & per rectam lineam deſcendentib. conceſſio facta fuerit, & Martini inueſti. filius abſque maſculis relicta tantum Hyppolita eius ſorore & filia dicti Martini deceſſerit, nō tamen Nicolaus Ioannis Antonii primo inueſtiti frater, & ſic tranſuerſalis, & in conceſſione prima, aut ſecunda non compræhenſus admittitur, nec admitti debet ad excluſionem dictæ Hyppolitæ, quæ etiam ſe tueri poteſt, ex quo notoriè conſtat nedum ex uerbis, & tenore inueſtituræ, ſed etiam ex tenore, & uerbis productæ petitionis de non iure ipſius Nicolai agentis quod ad uictoriam conſequendam ſufficit, quamuis Hyppolita nihil probet. l. fi. C. de rei uendi. l. qui accuſare. C. de eden. & c. cum eccleſia. de cauſa poſ. & proprie. cum ſimili. ut tradit Corne. conſi. 76. Licet in hac. ſub numer. 13. uol. 2. & Deci. conſi. 3. Et pro tenui. col. fi. nume. 9. uſque ad fi. Et quòd Nicolaus finita maſculorum linea tanquam tranſuerſalis reuocari non debeat, ſed a dicta re emphiteotica penitus ſit per Eccleſiam excluſus, ad quam per dictam lineam finitam dicta emphiteoſis eſt deuoluta late conſuluit Iaſ. d. conſi. 24. & præſertim in fi. uerſi. Quarto, & notabilius reſpondetur. uol. 2. qui omnino uideatur, Et ita in propoſito caſu de iure concludendum cenſeo ego Mathæus Brunus Iuriſc. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimę uirginis Matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius bonorum ſibi legatorum poſſeſſionem propria auctoritate abſque pęna incurſu apprahendere non poteſt.*

2 *Subſtitutio per verbum commune facta dicitur omni tempore fideicommiſſaria, præſertim quando poſt pupillarem ætatem facta eſt.*

Verbum (ſubſtituit) iunctum cum uerbo inſtituit, fideicommiſſariam ſubſtitutionem importat. ibidem.

3 *Legatum quando filiabus vel nepotibus occaſione dotis, quibus nihil aliud relictum eſt, purum cenſetur, & ſtatim poſt mortem patris aut aui peti poteſt.*

4 *Vna pars teſtamenti dubia per alteram declaratur, & vna ſubſtitutionis pars per aliam intelligi, & declarari debet, & quomodo hoc procedat, declaratur, num. 7.*

5 *Subſtitutionis fideicommiſſariæ primus gradus quando locum habuit, alij ſequentes gradus non ſunt amplius in conſideratione.*

Teſtator vbi non expreſſit, noluiſſe fertur, & voluiſſe non præſumitur quod non dixit. ibidem.

6 *Subſtitutionem allegans comprahendere ea quæ in ſecunda ſubſtitutione dicuntur, probare debet, quia ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur.*

8 *Filius ſub conditione grauatus legitimam, & trebellianicam de fideicommiſſo reſtituendo detrahere poteſt.*

Legitima, & trebellianica filij ad hæreditatis medietatem aſcendit. ibidem.

10 *Retentio legitimæ, & trebellianicæ datur in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

CONSILIVM LIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio,amen.

PAVCIS in præſenti cauſa inſiſtendũ
puto, cùm clara habeamus teſtamenti
uerba. Inſtituit enim magnificus D. Fabius de Tybertis teſtator dominos Aurelium, & Polydorum eius filios hæredes pro uirili, & aliquo ex is decedente ſuperſtites
maſculos ſubſtituit, fœminas uero in ſcutis mille.
Vnde purificato per obitum D. Polydori grauati fideicommiſſo, ſtatim filii maſculi D. Aurelii, quoad
uniuerſale, quàm filiæ fœminæ D. Polydori quoad
particulare fideicommiſſum ueniunt, ad quod uocari fuerunt toto tit. ff. & C. ad trebel. l. centurio. & l.
cohæredi. §. cùm filiæ. de uulg. & pup. cum aliis con
cor. per Pariſ. relatis conſi. 14. n. 3. uol. 2. & ideo filiæ
fœminę uti hæredes D. Polydori earum patris inue
nientes in eius hæreditate huiuſmodi fideicommiſ
ſum, poſſunt illud retinere, & propria auctoritate il
lorum bonorum poſſeſſionem appræhendere po-
1 tuerunt, quam legatarius, abſque incurſu pœnæ. l.
non dubium. C. de leg. apprehendere non poſſet. Si
ergo filiæ ſtatim per Dom. Polydori mortem ad di
ctum particulare fideicommiſſum ſcutorum mille purificatum, ſunt admiſſæ, & in bonorum dicti
fideicommiſſi poſſeſſione reperiuntur, datur eis
quatuor filiabus illorum bonorum poſſeſſionis re
tentio, cum melioris conditionis eſſe non poſſint
filij maſculi Dom. Aurelij in eorum uniuerſali ſubſtitutione, quàm ſint hæ filiæ fœminæ in earum par
ticulari, ut in iure notiſſimum eſt, & in hoc non uidetur aliquo modo dubitandum. Nec eſt uerum,
ut ex aduerſo dici uidetur, hanc ſubſtitutionem eſſe
legatum particulare occaſione dotis dictarum filiarum relictum, ita ut non debeatur, niſi eueniente
nuptiarum caſu, cum legatum pro dote conditionale dicatur. l. in promittendo. in prin. & l. ſtipulationem. ff. de iure dot. cum vulg. Quia talis ſubſtitutio
non dicitur eſſe legatum, ſed particulare fideicommiſſum, propter illud verbum, ſubſtituit, quod eſt
commune, & ſubſtitutio per verbum commune fa
2 cta, omni tempore fideicommiſſaria ſertur, ut tenuit glo. in d. l. Centurio. & in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſt. & in c. Raynutius. in verbo, uel ſubſtituens. extr. de teſtam. & in c. ſi pater. in uerbo, abſque deductione. eod. tit. in 6. Et hanc opinionem ſequitur Innoc. & Hoſt. in d. c. Raynutius. & Archid.
in d. c. ſi pater. & ſequuntur ibi communiter Cano,
& legiſtæ in d. l. Centurio. & in d. l. precibus. Et præſertim quando facta eſt poſt pupillarem ætatem, vt
in præſenti caſu. Quinimmo uerbũ (ſubſtituit) iunctum cum uerbo (inſtituit) fideicommiſſariam ſubſtitutionem importat. Ruy. conſi. 98. nume. 13. uol.
2. Et ſi diceretur ſaltem ex tacita, & coniecturata te
3 ſtatoris mente legatum pro dotibus fuiſſe, reſpondetur quod quãdo legatum occaſione dotis factũ
eſt filiabus, uel nepotibus, quibus non eſt aliud reli
ctum, illud purum cenſetur, adeo quod ſtatim poſt
obitum patris aut aui peti poteſt, ut conſuluit Bal.
conſi. 237. titium in teſtamento ſuo, uol. 1. quem refert, & ſequitur Gramma. in deciſ. 59. Catholicus
rex. col. pe. num. 51. Idem etiam conſuluit Capra cõ
ſi. 118. Punctus quidam Raynerius. nu. 7. uerſi. Nec
ob. ſi dicatur. dicens quòd cum relictum pro dote
filiæ poſthumæ factum ſit, & nihil aliud ipſi relictũ
fuerit, talia uerba (pro dotibus) conditionem nõ in
ducunt, nec tale relictum conditionale faciunt, ſed
quandam monitionem important, ut etiam inquit
Soci. ſeni. conſi. 92. Circa primum. col. 4. in fi. uerſi.
Ex quibus ſequitur. num. 8. uol. 1. allegat Bar. in l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. & demon.
& ita refert communiter teneri, ut ibi not. & quòd
ſtatim, & in continenti debeatur tale legatum con
ſuluit Bar. conſi. 280. Quæritur de legatis. in 1. par. &
conſ. 45. nume. 4 & conſ. 50. nu. 7. in 3. par. & Anch.
conſ. 232. Subtiliſſime, & ad plenum. ubi eleganter
loquitur; Vel dicamus eſſe legatum occaſione dotis, uel fideicõmiſſum pure relictum, prout in rei
ueritate fideicommiſſum eſt pure relictum, dico illud ſtatim a morte D. Polydori earum patris, & nõ
expectatis earum nuptiis omnino deberi: Nec ob.
ſi dicatur, quòd hæc ſubſtitutio ſecundum ſequentem ſubſtitutionem declaratur, in qua dicitur, Eiſdẽ
tamen decedentibus, & eorũ filiis maſculis, ꝙ tunc
nubendę debeant habere ducatos bis mille pro
qualibet ex fructibus ſuæ hæreditatis, & ſic dictæ filiæ debent hæc mille primo relicta habere cùm nu
pſerint, & de fructibus ſuæ hæreditatis, ut in ſecunda ſubſtitutione. Cùm una pars teſtamenti dubia
4 per alteram declaretur. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de
leg. 1. l. qui filiabus. eo. tit. l. hæredes palam. uerſi. ſed
ſi notam. ff. de teſtamen. Roma. conſi. 437. In caſu.
columna fi. in prin. numero 14. Soci. Iuni. conſi.
128. Præſentis conſultationis. numer. 14. uolumine
primo. & Aymo. conſi. 62. Nobilis colum. 2. ad fi.
uerſi. Secunda coniectura. ſub nu. 10. uolu. 1. & una
pars ſubſtitutionis per aliam intelligi, & declarari debet, ut tradit Dec. conſi. 95. Et pro tenui. col. 2. ad fi.
uerſi. Secundo dicit ipſe. quem refert, & ſequitur
Aymo. d. conſ. 62. eo. uerſ. & firmat Ruy. conſi. 149.
numero 9. uol. 3. Quia reſpondetur hoc uendicare
ſibi locũ ubi ſumus in uerbis dubiis unius ſubſtitutionis, ſecus ubi uerba ſũt clara: nã ubi teſtatoris diſpoſitio in uno caſu clara redditur, nulla indiget interpretatione, cum in claris non ſit opus coniecturis. l. continuus §. cum ita. de uerb. ob. l. ille. §. cùm
in uerbis. de leg. 3. cum uulga. & ideo in re clara ceſſat interpretatio, nec gloſa indigemus, ubi tex. habemus, & ubi uerba ſunt clara, ceſſare debẽt Aduocatorum cauillationes dixit Bal. conſi. 174. Caſus eſt
talis. Quoddam fenile. ad fi. uol. 2. cum aliis per Aymo. citatis conſi. 47. Magnificus D. Carolus. num. 2.
uol. 1. Præterea quando primus fideicommiſſariæ
ſubſtitutionis gradus, in qua tàm filii maſculi Domini Aurelii, quàm filiæ fœminæ D. Polydori uocantur, locum habuit, alii ſequentes gradus nõ ſunt
amplius in conſideratione, ut habetur in l. 2. §. defertur. de ſecu. tabu. l. cùm in teſtamento. ff. de hæredi. inſti. & copioſe tangitur per omnes ſcribentes in
l. 1. de uulg. & pup. cum aliis per Pariſi. relatis conſi.
14. Cùm in facto. num. 8. uerſi. Ex quo infertur. uol.
2. Rurſus ſi teſtator uoluiſſet primam ſubſtitutionẽ
ſecundum alteram ſequentem intelligi debere, utique expreſſiſſet, ut in ſecunda expreſſit. c. ad audien
tiã. ex. de decimis. c. 2. uerſ. Vnde ſi circa. ex. de tranſ
la. Epiſc. & l. unica. §. ſinautem ad deficientis. C. de
cadu. tol. & hoc arg. utitur Soc. Iuni. d. conſi. 128. nu
me. 97. uol. 1. ad hanc obiectionem reſpondens. cũ
igitur hoc non expreſſerit, concludendum eſt primam intelligi, ut iacet. Et teſtator ubi non expreſſit, noluiſſe fertur. Panſi. Conſi. 77. Ser Petrus. colu.
2. numer. 4. uerſi. Ad quod etiam. uol. 2. & conſi. 80.
Viſis. col. 3. in fi. num. 30. uerſi. Sed ſic eſt. eo. li. & uoluiſſe non præſumitur, quod non dixit, ut per Ripam. conſi. ſecundo. de ſubſtitu. numero 2. & eſt
theorica generalis quod ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur. & qui uult dicere ſubſtitutionem hanc compræhendere ea quæ in

ſecunda ſubſtitutione dicuntur, hoc probare debet
Soc.ſen.conſi.62.Viſo capitulo.colum. 2.verſic. Et
imprimis.conſil.63. Viſis teſtamento. colum.7.in
prin.num.14.& conſi.116.colum.5.in prin.ſub nu.
6.verſi.Ad vltimum etiam.volum.3.Gozad.conſi.
21.Vincentius.nu.8.conſi.29.num 13. & conſi. 59.
in prin.& Aymo.conſil.161. Verba ſubſtitutionis.
colum.pen.in fi.num.16.ver. Vndecimo iſta actrix.
7 volum.1. Poſtremo pro reſponſione conſiderandum eſt.quòd aliquando in vna parte teſtamẽti aliquid declarauit teſtator, vt in d. l.ſi ſeruus.plurium. §.fina. de legatis primo .& iſta declaratio, quę verborum interpretationem reſpicit, ad alteram teſtamẽti partem porrigitur, & hic non eſt caſus noſter, quia non declarauit teſtator in aliqua teſtamenti parte, ꝙ filiæ Dom. Polydori, cum nupſerint, mille habere debeant, ergo &c. Aliquando, & ſecundo teſtator in vna teſtamenti parte qualitatem vnam exprimit, per quam manifeſtè teſtatoris voluntas colligitur, vt in caſu de quo per Dec. conſil. 15.Et pro tenui.colum.3.in prin.num.3.verſi, Confirmatur, hoc quando in præcedentibus & ſequentib.teſtamenti partibus de maſculis expreſſum fuit, quo caſu euidenter apparet teſtatorem habuiſſe ad agnationem reſpectum, & tali caſu etiam vna teſtamenti pars ſecundum alteram intelligitur, quia militat ratio, ob quã motus fuit teſtator, & de iſto caſu hic non agitur: Aliquando, & tertio teſtator diuerſas facit in diuerſis clauſulis diſpoſitiones, vt in hoc caſu contingit, & tunc quælibet diſpoſitio in ſuo caſu ſeruari debet, quia primam ſimpliciter fecit ſubſtitutionem, & ſecundam cum illa conditione, quando nupſerint, & nullo modo dicẽdum eſt, ꝙ illa conditio, quando nupſerint, aut nuptui tradẽtur, in ſecunda diſpoſitione, & ſubſtitutione appoſita, etiam in prima intelligatur, quia non apparet hanc eſſe teſtatoris voluntatem, & quia talis conditio voluntaria eſt, vnde potuit teſtator in vna ſubſtitutione illam apponere, & non in altera, vt verba ſonant: & ideo a verbis teſtatoris non eſt recedendum, & hæc reſponſio cũ tali diſtinctione per Dec. tradita fuit in ſubſcriptione ad conſi.Maria.Soc.Iunio.ſupradicto conſil.128. num.202.volum.1.quæ reſponſio ad caſum noſtrum optimè quadrat. & ratio eſſe poteſt, quia præcedentia magis ſequẽtia declarant quàm ècontra, ut per Bonifa.Fantu. in ſubſcriptione dicti conſi.ſub num.219. Et hæc quantũ ad ſubſtitutionem de ſcutis mille factam ſufficiant.
8 Quo vero ad legitimam, & trebellianicam Do. Polidori earum patris grauati, & dotis maternæ eiuſdem pariter earum retentio datur, cùm in iure clariſſimum ſit filium ſub conditione grauatum legitimam, & trebellianicam de fideicommiſſo reſtituendo detrahere poſſe, vt eſt tex.in ca. Raynutius. & ibi communiter Doct. ext.de teſtamen.& not. in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inof.teſt.cum concord.per Dec.relatis conſil.236. Non parua.col.3. verſi.In quarto dubio.num.4.Quæ legitima, & trebellianica communiter ad medietatem eius quod fuit ſibi relictum, aſcendit, & ſic ad totius fideicommiſſi medietatem per hæredes Dom.Polydori reſtituẽdi, vt in dictis iuribus not. & plenè per Capram conſi.78.Punctus Bucciarellus.colum. 1. nume.1. Dotes quoque maternas Dom.Polydori tanquam æs alienum imprimis eius filiæ detrahere poſſunt. d.l.Papinianus.§.quarta.& ibi doc.ff. de inoffic. te-
9 ſtamen. Et quod legitimæ & trebellianicæ in bonis fideicommiſſo ſubiectis detur retentio conſuluit Bal.conſi.472.volum.4.& Pau.de Caſt. conſil. 433. Præſuppoſito.in fi.volu.2.in nouis. Retentis igitur de toto fideicommiſſo reſtituendo quatuor mille ſcutis prò dictis quatuor filiabus fœmininis in ſubſtitutione relictis computata legitima, trebellianica, & dote materna Dom. Polydori in executione ſententiæ liquidanda iuxta teſtatoris diſpóſitionem, totius fideicommiſſi reſiduum per eaſdem filias Dom.Polidori hæredes reſtitui debet filijs maſculis Dom. Aurelij actoribus. Et ita de iure concludendum, & reſpondendum cenſeo Ego Matthęus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimę Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de filia dotata ad hoc, vt verificetur, & dotata cenſeatur, requiritur quòd appareat pro dote legatum relictum fuiſſe.*
2 *Subſtitutio alicui in certa quantitate facta, legatum non dicitur, ſed fideicommiſſaria ſubſtitutio.*
3 *Teſtator ſi in ſubſtitutione verbo communi vtatur, potius per fideicommiſſum ſubſtituere voluiſſe cenſetur, quàm directo, & de iure ſpeciali, quàm ex diſpoſitione ſtatuti.*
4 *Statutum ad bona extra territorium ſtatuentium ſita non extenditur.*
5 *Stante ſtatuto quòd filia dotata in bonis dotantis non ſuccedat, quamuis de bonis in loco ſtatuti exiſtentib. dotata fuerit, non extendetur ad bona extra territorium ſtatuentium exiſtentia.*
6 *Subſtitutio prima ſi de filijs maſculis mentionem facit, vltima vero de filijs ſimpliciter, vltima tàm de maſculis, quàm de fœminis intelligitur.*
7 *Qualitas in diuerſis orationibus & capitulis adiecta in præcedentib. repetita non intelligitur.*
8 *Repetitio legatorum, vel fideicommiſſorum quando a lege fit a ſubſtituto, vel a venientib. ab inteſtato, licet repetita conditio cenſeatur, quando tamen a teſtatore fit repetitio, conditio repetita non cenſetur.*
Conditio in teſtamento appoſita non cenſetur in codicillis repetita ibidem.
9 *Filius a patre in legitima grauari non poteſt.*
10 *Trebellianica in filijs primi gradus prohiberi non poteſt.*
11 *Filius grauatus legitimam, et trebellianicam ad eius hæredes tranſmittere poteſt.*
12 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
13 *Fructus legitimæ in bonis ſtabilibus exiſtentis debentur filijs unà cum ipſis bonis, & in legitima non imputantur.*
14 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur, niſi ſpecies ad quantitatem reducta eſſet.*
15 *Legitima iure natura debita in reb. corporalib. et non in pecunia, & fructib. rerum extrahenda eſt.*

CONSILIVM LV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione eorum quæ in dubijs ad me tranſmiſſa fuerunt, non recedendo ab alijs, quę per me ſcripta ſunt, Dico caſum noſtrum non eſſe in primo, nec in ſecundo capite ſtatuti finalis Cæſenæ cõprahenſum, cùm in primo diſponatur fœminas dotatas extantibus maſculis patri aut auo ab inteſtato decedentibus non ſuccedere, ſed earum dote cõtentas eſſe, & in ſecundo ſi dotatæ non fuerunt, ad duorum ex proximioribus conſanguineis declarationem dotentur, tempore quo nubiles fuerint ætatis: Et quòd in primo non ſit compræhenſus, patet, quia filiabus. Dom.Polydori dotes relictæ non

fuerunt

fuerunt nec in vita, nec in aliqua vltima voluntate,
nec ſubſtitutio ipſis facta de ſcutis mille poſt mor-
tem earum patris in aui teſtamento mentionem
vllam de earum dotibus facit, ideo ſuper ea funda-
mentum nullum fieri poteſt, Nec dicatur illud reli
ctum in dubio pro dote intelligi debere per not.
per Bartol. in l. quod autem. ff. de iure dot. quem ſe
1 quitur Cremen. in ſingul. tertio. Statuto cauetur.
& Ruyn. conſi. tertio. Quæritur primo. in princip.
volum. tertio. Quia ad hoc, vt ſtatutum de dota-
tata loquens verificetur, & iuxta ſtatuti diſpoſitio-
nem cenſeatur, requiritur, quòd relictum pro dote
relictum fuiſſe appareat, vt voluit glo. in l. cum plu
res. §. cum tutor. ff. de admi. tuto. Bart. in l. titio cen-
tum. §. Titio genero. de cond. & demon. & ita cõſu
luit Capra conſil. 6. Punctus. Fuit quidam Vitalis.
colum. 1. propè fi. num. 3. verſi. Nec obſtat, ꝙ con-
trarium. Et ideo ſtatutum de dotata loquẽs in filia
non verificatur, cui pater certam pecuniam ad cã
vigore ſtatuti excludendam reliquit, vt plenè tra-
dunt ſcribentes in dic. §. Titio genero. & per omnes
diffuſius in rub. ff. ſol. matrim. Iaſ. poſt alios per eũ
citatos in l. ſi extraneus. ff. de condic. ob cauſam. &
Alex. conſ. 13. Circa primum dubium. col. 3. & alijs
ſeq. volu. 3. Qui licet loquantur, quando expreſsè
pro dote relictum eſt, vt etiam loquitur Guald.
in tract. de arte teſtan. caut. 51. Si puellæ. de legat. &
Pariſ. conſi. 110. Statutum Vrbis. uolum. quarto, ni-
hilominus hoc etiam abſq; vlla difficultate proce-
dit, quando dotis ſeu matrimonij nulla eſt habita
mentio, non obſtantib. traditis per Bar. in d. l. quod
autem. & ita conſuluit Pariſi. conſil. 62. Statutum
præſens. colum. prima. num. ſeptimo, verſicu. Nec
tale ſtatutum. volum. tertio. Cùm ergo in propoſi-
to caſu facta fuerit ſimpliciter particularis ſubſtitu
tio, & non pro dote legatum, ut ex aduerſo male
præſupponitur, ſtatuti diſpoſitio in nullo capite lo-
cum ſibi uendicare poteſt, vt filiæ iſtæ per illã ſub-
2 ſtitutionẽ dotatæ dicantur, cùm ſubſtitutio alicui
de certa quantitate facta legatum non dicatur, ſed
fideicommiſſaria ſubſtitutio, & locus eſt ſucceſſio
ni fideicommiſſariæ, præſertim quando hæres poſt
pupillarem ætatem deceſſerit, vt in caſu propoſito,
& aliàs dixi, & tradit Capra conſi. 100. Punctus. Qui
3 dam nomine. num. tertio. Et teſtator ſi in ſubſtitu-
tione verbo communi vtatur, vt in præſenti caſu,
cenſetur potius filio puberi voluiſſe per fideicom-
miſſum ſubſtituere, vt de iure communi potuit,
quàm directo, & de iure ſpeciali ex ſtatuti diſpoſi-
tione. Ruin. conſi. 58. Super puncto. col. pen. in fin.
nume. 22. volum. 2. Et propterea dico filias Dom.
Polydori eius hæredes pro dicto particulari fidei-
commiſſo tot bona retinere poſſe, quæ ad quanti-
tatem quatuor mille ſcutorum aſcendant nullo
expectato nuptiarum tempore. Et quamuis forte
diceretur caſum noſtrum ſub tertio dicti ſtatuti ca
pite comprehendi, in quo pater, auus aut proauus
inſtituendo uel ſubſtituendo poteſt de quibuſcun-
que bonis ſuis inter filios, & liberos diſponere, ita
& taliter, quòd filiæ nihil vltra petere poſſint, dupli
citer tamen reſpondendo dicimus, primo ꝙ cum
iuxta ſtatuti diſpoſitionem facta fuerit ſubſtitutio,
illa ſtatim, & nõ expectato aliquo nuptiarum tem
pore executioni demandari debet, cùm in hoc ter-
tio capite nulla de nubili ætate facta fuerit mentio,
vt in ſecundo capite, quando filiæ ab inteſtato ſuc-
cederent, nec ex illius verbis hoc colligi poteſt. Qui
nimmo per illa verba in fine dicti tertij capitis, ibi
indotatæ vero &c. dici poteſt, ꝙ vltra ſubſtitutionẽ
factam iuxta ſtatuti diſpoſitionem volẽtis patrem,
& auum poſſe pro libito voluntatis diſponere inſti
tuendo, & ſubſtituendo, (vt dictum eſt) ꝙ etiam do
tari debeant, cùm in aui, patriſve vita dotatę nõ fue
rint, vt tàm prima pars quam ſecunda tertij capitis
4 verificentur, vt verificari debent: Secundo reſpon-
detur, dato quòd legatum filię ſimpliciter factum
pro dote intelligatur, ſtante ſtatuto, ꝙ filia dotata
non ſuccedat, vt voluit Bart. in d. l. quod autem. de
iure dot. nihilominus ſtatuti diſpoſitio tam in pri-
mo quàm ſecũdo, & tertio capite ad bona extra ter
ritorium ſtatuentium exiſtentia, & ad bona in ciui
tate, & territorio Rauennæ ſita eius uires, & effectũ
non porrigit, vt eſt communis Doctorum ſenten-
tia in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitat. &
& fide cathol. cum concord. relatis per Mod. Ver-
cellen. in l. fina. num. 21. verſicu. Infertur pariter. ff.
de iuriſd. omn. iud. & num. 16. cum ſeq. & latiſſimè
Alber. Brun. in tractat. quod ſtantibus maſculis. ar
ticu. octauo. quæſtio. uigeſimaquinta. nume. 119.
vſq. ad nu. 131. & latè conſuluit Alex. cõſ. 128. Cõſi-
deratis verbis. vol. 1. a qua commu. opi. nõ eſt rece-
dendum, vt in caſu noſtro per plura iura compro-
bat Rui. conſi. 48. Vt eius. volum. 3. ubi etiam Alex.
allegat conſi. 31. volum. 1. quod duplicatum reperi
tur conſ. 109. vol. 4. & per eundẽ Alex. conſ. 44. vol.
5. ubi inquit nõ referre, ꝙ ille de cuius ſucceſſione
agitur, ſit ſubditus, vel non, ex quo ille de cuius ex-
cluſione tractatur, eſt forẽſis, vt in caſu propoſito,
cum filiæ D. Polydori nõ ſint iuriſdictioni Cæſenæ
ſubditæ, ſed Rauennæ tantum, ubi natæ ſunt, & ibi
domicilium trahunt. Et in terminis terminantibus
decidit Lapus in deci. 91. Caſus eſt talis. Quidam Ni
colaus. nu. 2. & in quarto puncto. ubi quidam Se-
nenſis teſtamentum condidit Senis, & ibi plura ha
bebat bona, & multa alia in partib. Angliæ, decidit
ꝙ in alijs quàm in bonis Angliæ, ſeruari debet Ciui
tatis Senatũ conſuetudo, ſic igitur in propoſito ca
ſu municipalis Cæſenæ diſpoſitio in bonis ibi ſitis,
& vbi conditum fuit teſtamentum ſeruari de-
bet, In alijs vero Rauennæ exiſtentibus iuris com
munis diſpoſitio ſeruari debet, quæ ibi ſeruatur,
idem conſuluit Capra conſi. 42. Punctus. Fuit qui-
dam Cionus. nume. 7. & nume. octauo vbi in for-
5 tioribus terminis inquit, quòd ſi dictat Statutum,
quòd in bonis dotantis filia dotata non ſuccedat,
(quamuis de bonis in loco ſtatuti exiſtentib. dota-
ta fuerit) ad bona extra territorium ſtatuẽtium exi-
ſtentia non extendetur, & ibi allegat Bal. in d. l. cun-
ctos populos. in 18. col. ver. Quæro vtrum in ſtatu-
to. & col. 20. Sed hic quæro. Idem comprobat Pariſ.
conſ. 84. nu. 42. vol. 1. & latè Aymo. conſ. 30. In con-
tractu matrimonij. vol. 1. Et ratio eſſe poteſt, quia
ſtatuta ſtricti ſunt iuris, ideo tanquam ſtricti iuris
debet talis fœminarum excluſiua diſpoſitio reſtrin
gi in bonis defuncti ad loca, & patriam, in quibus
viget, & ad alia bona, & loca extra Ciuitatem Cæſe-
næ exiſtentia extendi non debet, Aretin. conſilio
44. In propoſita conſultatione. & conſi. 115. Clariſ-
ſimè. & Dec. conſi. 389. colum. penultim. circa fin.
Et hæc ad radicem præſentis difficultatis gladium
ponere videntur. Non obſt. modò quod ex ad-
uerſo aſſerebatur de legato filiæ relicto, quod ad
eam excludendam vigore ſtatuti interpretabatur
ex cauſa dotis, & pro dote in dubio fuiſſe relictum
per no. per Bar. in d. l. quod autem. de iure dotium.
Quia ut ſupra diximus, illud Bartoli dictum a Do-
ctoribus non tenetur, nec eſt verum, per ea quæ ſu-
pra allegaui, & Alexand. non placet in d. l. quod au-
tem. Saluando tamen Bart. diſtinguit ibi Alex. Aut
filia, cui relicta eſt in teſtamento certa quan-
titas nubilis eſt ætatis, quam tunc pater dotare tene-
tur, & procedat dictum Bar. Aut non eſt nubilis æta

tis,vt in caſu noſtro,cum tempore conditi teſtamē-
ti hæ filiæ non reperiebantnt in rerum natura,& ea-
rum nonnullæ ſunt infantes, & tunc ſecus per iura
ibi per eum allegata. Præterea ſi verum eſſet hoc di
ctum Batt. ſtatutum Cæſenæ, quod pater inter eius
filios,& liberos ad ſuæ voluntatis libitum inſtimen
do,& ſubſtituendo diſponere poteſt,fruſtratorium
eſſet,quia ſi ſubſtituendo intelligeretur pro dote re
lictum (ut ex aduerſo aſſeritur)& expectaretur nu-
ptiarum tempus,teſtatoris,& ſtatuti diſpoſitio frau
daretur,& ſic pro ſuæ uoluntatis libito plene diſpo-
nere non diceretur,quod minime dicendum eſt. c.
ſi Papa.de priuileg.in 6.cum vulg. Nec refragatur,
6 quod ex diuerſo dicebatur de conditione, & quali-
tate in ſecunda ſubſtitutione deductis,quoniam re-
ſpondetur id non eſſe verum,quia ſi in vna ſubſtitu
tione de filijs maſculis mentio facta eſt,& in vltima
de filijs ſimpliciter, quòd vltima tam de fœminis,
quàm de maſculis intelligitur, & non, vt in prima
ſubſtitutione,ita voluit Anch. conſil.centeſimo de
cimonono.Pro clariori deciſione in fi.quem ſequi
tur Ruy. conſ.centeſimo quinquageſimoſecundo.
Ponderatis.ſub numero ſexto.volum.ſecundo. Sic
ergo a contrario in præſenti caſu,cum in prima ſub
ſtitutione teſtator ſimpliciter ſubſtituerit, & in ſe-
cunda cum alijs qualitatibus. Prima ſimpliciter in-
telligitur,& non,prout in ſecunda, ſtatim ergo fidei
commiſſum particulare iuxta iuris communis di-
ſpoſitionem debetur, ut diximus ſupra, quæ in lo-
co,ubi bona petita exiſtunt,attendi debet,& non iu
xta municipalem Cæſenæ diſpoſitionem,uel reſpō-
7 detur,ut infra dicemus. Nec ex ſequentibus ſubſti-
tutionibus tanquam a prima ſeparatis argui poteſt,
cum qualitas in diuerſis orationibus, & capitulis
adiecta non intelligatur in præcedentibus repetita,
ut declarat Bar.in l.in repetendis.ff.de leg.3. & conſi
lio trigeſimonono. Cola relinquit. in prima parte.
& conſuluit Alexand.conſil.ſexageſimoſexto.Viſo
teſtamento,in prima,& ſecunda columna.uolumi-
ne tertio. Soc.ſen.conſil.nonageſimoſecundo. Cir-
ca primum.columna 6.uerſic. Quo præſuppoſito.
uolum.primo. & conſil.centeſimoquadrageſimo.
Conſiderato teſtamento. columna tertia. in princ.
8 uerſic.Prima quia uirtute. cod.lib. Dicens, quòd li-
cet quando legatorum, vel fideicommiſſorum fit
repetitio a lege a ſubſtituto,vel venientibus ab inte
ſtato, cenſeatur repetita conditio, quando tamē fit
a teſtatore repetitio,non cenſetur repetita dicta cō-
ditio,caſus eſt,& ibi not.Bart.& omnes in l.ſi cui. la
ſeconda.§.primo.de legatis primo.& not.glo.Bart.
Bald.& omnes in l.cum pater. §. ab inteſtato. de le-
gatis ſecundo. Faciunt dicta per Ang.conſilio 294.
Quoniam in vltimis voluntatibus.columna penul-
tima.in fi.verſic. Venio ad ſecundum. vbi determi-
nat quod conditio in teſtamento appoſita non cen
ſetur in codicillis repetita, idem firmat Dec.conſil.
centeſimo nonageſimo. Circa primum. columna
tertia.in fin.uerſi.Venio ad ſecundum dubium.Re-
ſponſio quoque ad legitimam, & trebellianicam
tradita uera non uidetur, quia nulla in hoc fideicō-
miſſo abſurditas conſiderari poteſt, cum minime
conſtet,nec probatum fuerit,ut ex aduerſo præſup-
ponitur,in proceſſu de hæreditatis teſtatoris valore,
immo opulentiſſima præſumitur hæreditas,quæ ad
ducentorum mille ducatorum ualorem aſcendat,
ſi teſtatoris uoluntatem in ſecunda ſubſtitutione at
tendimus,uolentis quòd decedentibus ipſis hæredi
bus, & eorum filijs maſculis, fœminæ ducatos bis
mille habere debeant pro qualibet de ſuæ hæredita-
tis fructibus, ſi nunc hæ quatuor filiæ nubilis eſſent
ætatis nullis exiſtētibus maſculis,& de fructibus hu-
iuſmodi hæreditatis octo mille ducati detraheren-
tur, vtique hæreditas ducentorum mille ducatoru
valoris eſſet,alioquin quantitas octo mille ducato-
rum a teſtatore relictorum de fructibus detrahi nō
poſſet,& ſic eluſoria remaneret teſtatoris diſpoſitio
& non modo quo ex aduerſo aſſeritur. Præterea cō
ſideratio fieri non debet, an fideicommiſſarijs ali-
quid remaneat,ſed ſolum,& dumtaxat,quid de fidei
commiſſo detrahi debet. Si de fideicommiſſo igi-
tur æs alienum,& legitima,& trebellianica cum fu-
neralibus expenſis teſtatoris detrahi debet, & illis de
tractis nihil remaneat, haud curandum eſt, an fru-
ſtratorium remaneat fideicommiſſum,& ex hoc te
ſtatoris uoluntas eluſoria non redditur,quia ipſe di
ſponere non poteſt, quod de fideicommiſſo non
detrahatur, quod de iure detrahendum uenit. Po-
ſtremo uerum non uidetur, quod ex aduerſo aſſeri
tur,teſtatoris uoluntatem eſſe,quod filiæ Dom.Po-
lydori legitimam, & trebellianicam attenta muni-
cipali diſpoſitione detrahere non ualeant,quia vt di
ximus, ſtatutum eius uires ad bona Rauennæ exi-
ſtentia non ſe extendit, ideo Do. Polydori legitima
per eius filias hæredes de fideicommiſſo ſibi facto
detrahi poteſt,nec de filiarum Dom.Polydori legi-
tima in bonis teſtatoris loquimur, ſed de ipſius Do
9 min.Polydori teſtatoris filij legitima,in qua ipſe ab
eius patre grauari non potuit. l.quoniam in priori-
bus.& l.omnimodo.C.de inoſ.teſtam.Similiter tre-
bellianicam detrahere poſſunt, cum in teſtamento
prohibita non fuerit, quamuis etiam in filijs primi
10 gradus prohiberi nequeat, ut in Delphinali parla-
mento deciſum fuit,ut per Guid.Pap.in deciſ.51.Se
cundum ſtilum.& in deciſ.537.Dixi ſupra.& eſt ma
gis communis opi,ut atteſtatur Dec.conſi.octuage
ſimoprimo.columna ſecunda.uerſicul.Similiter in
quarto dubio. Boeri. in deciſione quadrageſima-
quarta.Pariſi.conſil.quadrageſimotertio. in huiuſ-
modi.columna tertia.numero vigeſimoſexto.volu
mine tertio.Soc.iun.conſil.centeſimo trigeſimoſe-
cundo.in princ.& conſil.centeſimo trigeſimoſepti
mo.numero ſeptimo.volum.primo.& Cur.iuniore
conſil.70.ante fi. & dixi ſupra conſil.49. in præſenti
conſultatione.num.8.verſic. Quinimmo ſi in per-
11 ſonam. Et ideo illas idem Dom.Polydorus ad eius fi
lias hæredes tranſmittere potuit.Pariſi.conſi.30. Vi-
ſo teſtamento.nu.8.& nu.13.uolu.3.cum concord.
de quibus ibi per eum.& conſi.36.cod.lib.& Anch.
conſi.232.Subtiliſſime.vbi pulchre, & eleganter lo-
quitur,& in fideicommiſſi reſtitutione per eas reti-
neri poſſunt,ut aliàs dixi. Vlterius ſi teſtator fideicō
miſſum particulare prædictis filiabus relictum in
bonis earum patris computari noluit, & Do. Poly-
dori legitima,& trebellianica per onus ei impoſitū,
& dotes maternæ ſtatim poſt obitum grauati de fi-
deicommiſſo reſtituendo per eius hæredes detrahū
tur,conſequens eſt,ut illud quoq; ſtatim debeatur,
& non tempore quo nuptui tradentur dictæ filiæ,
cum ipſæ deterioris conditionis eſſe non debeant,
quàm eſſet extraneus hæres a Do. Polydoro inſtitu
tus,qui ſtatim defuncto grauato eius legitimam,tre
bellianicam,dotes maternas,& funeralia de dicto fi
deicommiſſo detraheret, alioquin duo ſequerētur
abſurda,vnum ꝙ D.Polydorus in eius legitima gra
uaretur,quod fieri non poteſt.d.l.quoniam in prio
rib.& d.omnimodo.Alterum,cum ſub conditione
grauatus fuerit,& trebellianica non fuerit per teſta-
torem prohibita,per eius hæredem illa detrahi non
poſſet,quod eſt contra tex.in d.c.Raynutius.& cap.
Raynaldus.Si ergo Dom. Polydorus ſtatim defun-
cto Domino Fabio eius patre teſtatore,potuit eius
legitimam de fideicommiſſo ſibi relicto detra-

here

here,& eueniēte conditione, & trebellianicam,ac
etiam dotes maternas,& funeralia,potuerunt quo
que eius filiæ hęredes adita hęreditate incontinenti
legitimam,trebellianicam,dotes maternas ac fune
ralia ad eas tranſmiſſa defuncto ipſo grauato de-
trahere,non obſtante ſtatuto Cæſenæ,quod hoc ca
ſu dictis hæredibus in bonis extra Cæſenæ territo-
rium exiſtentibus præiudicare non poteſt, vt dixi-
mus ſupra, nec teſtator potuiſſet hanc dilationem
vſq; ad nuptias harum filiarum ſuper legitima.Do.
Polydori,& dotibus maternis, & ſuper trebelliani-
ca imponere,quā(vt dictū eſt)prohibere nequiuiſ-
ſet, & diſponendo, q̄ illa mille in bonis earum pa-
tris,& ſic in eius legitima trebellianica,dotib.mater
nis, & funeralibus imputentur, quæ ſtatim, & in
continenti mortuo Domino Polydoro detrahi de
bent, perinde eſt, ac ſi idem teſtator dictis filiabus
legitimam, trebellianicam, dotes maternas, & fu-
neralia reliquiſſet, illa igitur mille in locum legiti-
mæ,trebellianicæ,dotium maternarum ac funera-
12 lium ſubrogata ſtatim detrahi debent,cum ſubro-
gatum ſapiat naturam eius in cuius locum ſubro-
gatur.l.ſi eum.§.iniuriarum.& ibi gloſſ. & Docto.
ff.ſi quis cautio.& capitu.eccleſia. & ibi Abb. extra
vt lite pendent. cum vulgar. Et ſi filiæ illæ mille re-
licta dumtaxat ex fructibus hæreditatis teſtatoris
haberent, dici non poſſet. quòd ſaperent naturā
eius in cuius locum ſurrogantur, cùm legitima,
trebellianica, dotes maternæ, ac funeralia in pro-
prietate debeantur, tanquam Domi. Polydori bo-
na propria, & non in fructibus. Immo fructus le-
13 gitimæ in bonis ſtabilibus exiſtentis debentur filijs
vnà cum ipſis bonis, & non in legitima imputan-
tur,vt tradit Pariſius conſilio trigeſimo. Viſo teſta-
mento.numero ſexto, verſicu. Et in iſta legitima.
volum.tertio. Quia ſicut filio legitima debetur,ita
& legitimæ fructus, Alexand.conſil.ſexageſimono.
Super primo.colum. prima. verſic. Super ſecundo
dubio. volum. primo. & probat Soc. iun. conſilio
centeſimo ſeptuageſimo. Circa primum dubium.
14 colum.ſecunda in princip.volum.ſecundo.Et com
penſatio de proprietate ad fructus legitima non
dicitur nec iuridica,cum compenſatio de ſpecie ad
quantitatem non admittatur, vt per Ruyn. conſi.
centeſimo trigeſimoſeptimo. Viſo proceſſu. co-
lum.ſecunda in fin. nume. octauo verſicu. Et hac
ratione.volum.quinto,niſi ſpecies ad quantitatem
reducta eſſet.gloſſ. Barto. Bald. Salyc. & alii in l.fin.
C.de compenſatio.& Iaſ.la:ē in §. in bonæfidei. co-
lum.nona.& ſequen.num.66.cum ſequent. Inſtitu.
de act.quæ in præſenti caſu fieri non poteſt,ex quo
15 legitima iure naturæ debita in reb.corporalibus,&
non in pecunia & in rerum fructib.extrahenda eſt.
vt per Boer.in deciſio.ducenſimaquarta. Quæritur
vtrum.nume.decimotertio,verſicu.Ideo filij Ioan.
Dilec.in tracta. de arte teſtand.caut.12.de lib.inſtit.
in princip.& Pariſ. conſi.28. Simon. nume. quinto
cum concord.ibi relatis. vol.tertio. & ſic inter ſe di-
uerſa ſunt, ex illis ergo tanquam diuerſis argui non
poteſt.l.fi.ff.de calumniato.& l.Papinianus exul.in
prin.ff.de minori.cum vulg. Et ex his ſublata viden
tur omnia ex aduerſo deducta, & allegata,& conſe
quenter concludo filias Do. Polydori illa quatuor
millia eis relicta computata D. Polydori earum pa
tris legitima,trebellianica,dotibus maternis, & fu-
nerabilib. in executione ſententiæ liquidandis iuxta
teſtatoris diſpoſitionem retinere poſſe, & ſi quid
plus, vltra dicts quatuor millia. in legitima, trebel
lianica,dotibus maternis, & funeralibus reperitur,
illud plus per dictas filias tanquam eis debitum, re-
ſtituendum eſt. Et ita de iure reſpondendum cenſeo
ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad lau
dem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virginis
matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Caſenæ ad bona in territorio Rauennæ ſita non tra
hitur.& nu. 9.*
2 *Legatum per auum eius neptibus factum viuente earum
patre non intelligitur pro dote, nec ex cauſa dotis fa-
ctum.*
3 *Auus non tenetur dotare eius neptes quando pater eas dota
re poteſt.& nu. 8.*
4 *Legatum neptibus naſcituris ab auo relictum non cenſetur
animo compenſandi tum cauſa dotis relictum, præſertim
quando neptes ſunt in ætate non nubili.*
5 *Legatum filiæ ſimpliciter factum extante ſtatuto quòd filia
dotata non ſuccedat,intelligitur pro dote factum.*
6 *Auus nepti aliquid relinquens an contemplatione patris reli
quiſſe præſumatur?*
7 *Legatum nepti relictum quo caſu in legitima patris & filia-
rum imputari debeat in bonis paternis.*
8 *Dos nepti data filio in legitima non imputatur,quando filius
tempore datæ dotis diues erat,quia auus neptis, & non fi-
lij contemplatione dediſſe videtur.*
10 *Debitor in actione perſonali, & reali, quo in loco conueniri
poſſit?*
11 *Conditio in una ſubſtitutione appoſita non intelligitur in alte
ra facta in diuerſa oratione repetita.*
12 *Conditio ſeu qualitas in ſecunda ſubſtitutione appoſita, ad
primam ſubſtitutionem non trahitur.*
*Conditio in ſequenti legato appoſita non intelligitur in lega-
to præcedenti, ibidem.*

CONSILIVM LVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra- gio, amen.

PRO eorum reſolutione quæ contra fi-
lias. Do. Polydori Tyberti tradita mihi
fuerunt, Præſuppoſita prius communi o-
3 pinione pro vera, quòd Cæſenæ ſtatutū
ad bona in territorio Rauennæ ſita nō
trahatur, vt tradunt Mod.Vercel.in l.fi.ff.de iuriſdi.
om.iud.& latiſſimè Brun.in tract. ſtant. maſc. in 8.
articulo.quæſtio.vigeſimaquinta. num.centeſimo
decimono. vſque ad num.centeſimū trigeſimūpri
mū.fol. 61. vbi atteſtatur hanc opin. in huiuſmodi
2 caſu magis communem, ut aliàs dixi, Dico reli-
ctum de mille neptibus ab auo factum viuente pa
tre non poſſe pro dote,nec ex cauſa dotis intelligi,
Tum quia de dote nulla eſt facta mentio, ut aliàs
dixi per not. per gloſſ.in l.cum plures.§.cum tutor.
ff.de adminiſtratio. tutor. per Capram conſi. ſexto,
colum.prima.propè fin.num.tertio,& Pariſi. con-
ſexageſimoſecundo. Statutum.colum.prima. nu-
mero ſeptimo, verſicu. Nec tale ſtatutum. uo-
3 lum. tertio. Tùm quia auus eius neptes dotare
non tenebatur,cùm adueniente ſubſtitutionis tem
pore earum pater poterat de eius bonis illas dota-
re,cum legitimam,trebellianicam,& eius bona ma
terna in eius hæreditate relinqueret, quæ ad illas
dotandas ſuppetebant iuxta ſingular. doctrinam
Bald.in authentica,res quæ.columna prima.in fin
verſicu. Quæro an teneor.C.communia de legat.
quam ſequitur Alexand. in l. dedit dotem. ff. d.

collatio. boooorum. & conſil. ducenteſimo primo.
Perſpectis. columna fin prope fin. uerſic. Huic con-
ſonant. numero uigeſimoſecundo. uolumine ſex-
to. & communiter ſequuntur doct. ut atteſtatur So
cyn. iun. conſil. 79. uiſo puncto. col. 3. in princip. ſub
nume. 15. uolumine tertio. Tùm etiam quia huiuſ-
4 modi relictũ neptibus naſcituris, & ſic in ætate nõ
nubili ſactum, non cenſetur auus animo compen-
ſandi cum cauſa dotis relinquere, quia tunc etiam
quòd pater eſſet, ad eas dotandas cogi non poterat,
l. quod pupillæ. ff. quando dies legati cedat. ceſſat e-
nim tunc illa legalis neceſſitas, ob quam pro dote
legari præſumitur, ut uoluit Alexand. in l. quòd au-
tem. ff. de iure dot. & in l. huiuſmodi. §. cum pater.
columna tertia. in princip. uerſicul. Tertio poteſt li-
mitari. de legatis primo. quod idem firmat Campe-
gi. in tract. de dote. in quadrageſimaquarta quæſtio-
ne primæ partis. & Mod. in addi. ad Cremen. in ſing.
5 tertio. Nec obſt. doctrina Bartol. in d. l. quod autem,
quia ad illam ſuit aliàs reſponſum, & iterum reſpon
deo quòd in caſu noſtro non procedit, tum quia lo
quitur in patre legante filiæ, nos autem in auo lo-
quimur, qui non tenebatur neptes viuente earum
patre dotare, vt ſupra & aliàs diximus: tum quia in-
telligitur, & procedit quando pater filiæ nubili ſim-
pliciter legaret, ut ſupra, & aliàs dictum eſt ſecun-
dum Alexand. in d. l. quod autem. Vel dato quòd
doctrina Bartol. uera ſit, prout eam ſingulariſſimã,
& in practica ſeruari inquit Aret. in §. ſuerat. colum
na decimaſeptima. ſub numero vigeſimo tertio. uer
ſicul. Quinimmo fortius dico. Inſti. de actio. & eam
ſequitur Brun. in d. tract. ſtanti. maſc. in ſexto artic.
quæſtio. ſeptima. numero ducenteſimo uigeſimo-
quinto. uerſic. Quid autẽ ſi relicta ſint. In caſu tñ no
ſtro non uẽdicat ſibi locum, quia ſtatutum de quo
per Bartol. ibi non extenditur ad bona in alieno ter
ritorio ſita, ut ſupra præſuppoſuimus, & ſic in diſpo
ſitione iuris communis remanet, quòd ſi ſimplici-
ter aliquid filiæ per patrem relinquatur, nulla de do
te expreſſa mentione, uel pro ea maritanda, ut di-
ſtinguit Campeg. in d. tract. de dote. in uigeſimano-
na quæſt. primæ par. in ultima columna. uerſic. Aut
legatur filiæ legitimæ, & naturali. relictum illud pu-
rum dicitur, & nõ pro dote, nec ex cauſa dotis. Nec
6 refragatur quòd in dubiis aſſeritur, quòd ſi pater eſt
ſoluendo, ſi auus aliquid nepti relinquit, patris con-
templatione relinquere præſumitur, & perinde eſt,
ac ſi pater dotem dediſſet. l. dedit dotem. de collati.
bono. & traduot doct. in dubiis allegat. quia reſpon
detur hoc non eſſe verum, quia d. l. dedit dotem. &
doct. allegati in auo relinquente nepti exiſtente fi-
lio, & nihil in bonis habente loquuntur, & non in
eo, qui eſſet ſoluendo ſi bene ponderentur tex. in d.
l. dedit dotem. & in l. auus. ff. de iure dot. & doct. alle
gati. & ita illum tex. in d. l. dedit. ponderat Bald. in d.
auth. res quæ. in prima columna. in fi uerſi. Quæro,
7 an teneor. C. communia de legatis. Præterea ibi lo-
quuntur docto. quando relictum factum eſt nepti,
aut filij contemplatione factum eſt, & tunc illud re-
lictum in legitima patris, & in legitima filiarum in
bonis paternis computari debet, & in hoc commu
nis eſt opin. ut in dubiis fertur, & non aliter. aut ne-
ptis contemplatione factum eſt, ut quando pauper
eſſet pater, & non ſoluendo, & eo caſu non imputa
tur, ut tradit Dec. conſi. octuageſimoprimo. In caſu
propoſito. columna tertia. in princip. numero quin
to. uerſicul. Succeſſiue ſextum dubium. ibi & hoc
ſanè intelligitur. non autem dicunt docto. ibi, quod
ſi filij contemplatione factum eſt, qui ſoluendo ſit,
tanquàm ab ipſo factum dicatur, ita ut pro dote, &
ex cauſa dotis factum intelligatur, ſed loquuntur

an in legitima relictum illud imputari debeat, aut
non, quod in caſu propoſito nihil ad rhombum.
8 Quinimmo inquit Ripa in l. in quartam. numero
ducenteſimo quarto. ad legem Falcidiam. quòd ſi
tempore datæ dotis filius eſſet ſoluendo, tunc ne-
ptis contemplatione cenſeretur relictum, & non
contemplatione filij, quia auus neptem pro filio di
uite dotare non tenetur, ſecundum Bald. in d. auth.
res quæ. columna prima. in fin. uerſicul. Quæro, an
teneor. C. communia de legatis. Et ſi eo caſu dos
nepti per auum tradita non fuiſſet, de aui hæredi-
tate uti æs alienum detrahenda foret, ut in caſu no-
ſtro ſecundum Bald. in l. final. C. de dot. promiſ. &
Dec. in allegato conſilio octuageſimoprimo. Ac-
cedat quod datum neptibus ab auo, quibus aliquid
dare non tenebatur, aduentitium, & non profecti-
tium dicitur, ideo patri non quæritur, ſecundum
gloſſ. communiter approbatam in l. qui aliena. §.
interdum. & ibi Alexand. ff. de acquirenda hæredi-
tate. cum alijs ibi per Ripam allegatis. Concludo
igitur, quod relictum illud neptibus ab auo non
obligato quicquam eis relinquere, factum in ca-
ſu mortis Domini Polydori, abſque filijs maſcu-
lis decedenti, contemplatione filij factum non di-
catur, qui eo tempore ſoluendo erat, & propte-
rea non dicitur ullo pacto pro dote relictum, ſed
ſimpliciter, & pure, & ſic ſtatim a morte Domi-
ni Polydori debetur, vt concludit Campeg. in d.
vigeſimanona quæſtione. in vltima columna. ver-
ſicul. Aut apparet, quod voluit eſſe purum. in pri-
ma parte. Nec refragatur, quod contra Bald. con-
ſilio ducenteſimo trigeſimoſeptimo. Titius in te-
ſtamento. in primo volumine. & Capram conſi-
lio centeſimo decimooctauo. pro reſponſione ad-
duci videtur, quia in caſu noſtro non diſceptamus,
an relictum loco legitimæ filiarum Domini Poly-
dori ſubrogetur, ſed loco legitimæ ipſius Domini
Polydorii, ideo dici non poteſt ad dotandas ne-
ptes auum non teneri, cum ut dictum eſt, Dominus
Polydorus earum pater in eius obitu bona ad do-
tes ſufficientia poſſideret, & propterea ſicut auus
eo tempore neptibus naſcituris legitimam relin-
quere non tenebatur, ita ſimiliter, nec eas dotare,
cum per earum patrem dotari debebant, & pote-
rant. Nec ullo etiam pacto de Cæſenæ ſtatuto ar-
guendum eſt, cum illud in caſu noſtro allegari non
mereatur, per ea, quæ ſupra dicta ſunt in princi-
pio, quo ceſſante, ceſſat quoque, quod relictum
conditionale dicatur. Ad id, quod fertur teſta-
toris diſpoſitionem uires ſuas, ubique locorum
extendere, hoc etiam ego fateor iuxta iuris com-
munis diſpoſitionem, non autem iuxta diſpoſitio-
nem municipalem, cum in bonis in territorio Ra-
uennæ ſitis. (ut ſupra diximus) ceſſet Cæſenæ ſtatu-
tum, & ſic habetur in caſu noſtro, perinde ac ſi
in rerum natura non reperiretur. Et quod teſta-
9 toris uoluntas ad bona in territorio Rauennæ ſi-
ta iuxta Cæſenę ſtatutum minime extendatur, con-
ſuluit late Anchara. conſilio centeſimo ſexageſi-
motertio. Viſis, & diligenter inſpectis. columna fi-
nal. in princip. verſicul. His non obſtantibus. vſ-
que ad finem. Et quamuis Lapus in deciſione no-
nageſimaprima. Caſus eſt talis. Quidam Nico-
laus. in allegato verſicul. dicat creditum Floren-
tiæ exiſtens vigore conſuetudinis Senarum exigi
poſſe, ex quo teſtamentum ibi conditum erat,
& teſtator Senenſis erat, hoc difficultatem non
tollit, quia creditum, quod in perſonali erat a-
10 ctione, cum a bonis ſtabilibus in Angliæ parti-
tibus diuerſum eſſet, ubique locorum exigi po-
terat, iuxta nota. per Dec. in l. ſi conuenerit,

ff.de iuriſdictio.omnium iudic. Secus eſſet in bonis ſtabilibus, quia ſi bona immobilia in aliena iuriſdictione ſunt ſita, non poſſet debitor in loco repertus, ubi bona non extant, cõueniri. Quinimmo realiter conueniri deberet, ubi bona extarent, ut eſt text. in l. forma. §. ſi uero. & ibi gloſ. in uerbis leuari. ff. de cenſib. Accedat quòd ſi quis in ciuitate aliqua teſtamentum condidit, uel idem inſtituatur hæres, & hæreditatem adiuit, huiuſmodi teſtamentum, & talis aditio non porrigitur circa ſolemnitatem ad bona in alieno territorio ſita. doctrina eſt Bar. communiter approbata in l.1.col.13. ſub num.40. uerſi. Sed inſurgit forte dubium. C. de ſumma trin. & fide catho. quem ſequitur Aymo. conſil. 30. In contractu. num.1. vol.1. Concludo igitur teſtatoris diſpoſitionem in caſu propoſito ad bona Rauennæ iuxta iuris communis diſpoſitionem trahi, & non aliter. Si ergo teſtatoris diſpoſitio in illo relicto nullam de dote mentionem facit, nec ex cauſa dotis, nec quando neptes naſcituræ nubent, dicendum eſt relictum pure iuxta iuris communis diſpoſitionem deberi ſecundum Bald. d. conſi. 237. nu.5. verſic. in propoſito autem. cum voluntas, & mens teſtatoris ceſſante ſtatuto legis voluntati cõformis eſſe præſumatur. l. ſi dno. vbi Bald. not. ff. de acq. hæred. Concluſio autem illa quòd teſtatoris diſpoſitio præſumatur ſe cum diſpoſitione municipali conformare, & quòd regulari debet, & eſt interpretanda iuxta ſtatuta ſuæ patriæ, & loci conditi teſtamenti, eſt uera, & procedit in bonis ſitis in loco ſtatuti, nõ autem in bonis in alieno territorio ſitis, per ea quæ ſupra dicta ſunt; & eleganter conſuluit Alex. conſil. 128. Cõſideratis. col.1. cum ſeq. uol.1. Quò ad aliud dum dicitur, quòd nedum ex tacita, ſed ex expreſſa mente teſtatoris apparet relictum eſſe condinonale rationibus ibi deductis, reſponderi poſſe uidetur, illa procedere, ubi in diuerſis orationibus eſſet perſonarum, & rerum identitas, ſecus dicendum eſt, ubi eſt perſonarum identitas, & rerum diuerſitas, quia
11 tunc conditio in una ſubſtitutione appoſita non intelligitur repetita in altera in diuerſa oratione facta ſecundum Bar. in l. in repetendis. de leg.3. per text. tũ in l. ſi fundum. ff. de contrahen. emptio. & idem uelle uidetur Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uerb. obl. & aliàs dixi. & tradit Bal. conſ. 153. Quidam teſtator. uol.5. ubi pulchre, quem refert, & ſequitur Gualden. in tract. de arte teſtã. caut. 58. Si uxori. in prin. de leg. & tradit Capra conſil 70. Punctus. Quidam Catinus. nu.8. cum ſeq. Cum igitur ſimus in diuerſis quantitatibus, & diuerſo modo relictis, bona illatio fieri nõ poteſt de vna ſubſtitutione ad alteram vulg. l. fi. de calum. cum ſim. In prima enim ſubſtitutione relictum ſit ſimpliciter, & computatis bonis paternis, quæ ſtatim a morte teſtatoris debentur. In ſecundo autem fit de hæreditatis uſuſfructu, qui non ſtatim, ſed adueniente nuptiarum tempore debetur iuxta teſtatoris diſpoſitionẽ, & in ſecunda ſubſtitutione paterna bona non computantur, ergo a prima ſubſtitutione diuerſa, de una igitur ad alteram inferri non poteſt. Præterea iure cautum
12 non reperitur, quod qualitas, ſeu conditio in ſecunda ſubſtitutione appoſita ad primam trahatur ſubſtitutionem, ut eſt in præſenti caſu, cum in diuerſa ſimus oratione, ut expreſſe declarat Capra conſi. 128. Punctus. Quidam Nicola. num.4. & Dec. in ſubſcriptione ad Soc. iun. conſi. 128. Præſentis conſultationis. num. 202. lib.1. & Cuma. conſil. 47. Teſtator legauit. dicens conditionem ſequentem non intelligi in legato præcedenti. Ad aliud ſequens de maioritate rationis reſponderi etiam poſſe uidetur, quod immo in prima ſubſtitutione minus grauati dicuntur filij, quàm in ſecunda extranei, cùm in prima paterna computentur bona, in ſecunda uero nõ. Et quãuis in ſecunda grauentur in bis mille extranei, & in prima filij in mille; releuantur tamen extranei in hoc, quòd de hæreditatis uſuſfructu illa ſoluere tenentur, filii verò in prima, in proprietate, & ſic omnes tam filij, quàm extranei ſi in uno grauantur, in alio releuantur, & ideo talis argumentatio de vna ſubſtitutione ad alteram non eſt licita, nec fieri poteſt, cum inter ſe ſatis differant, & diuerſæ ſint. Nec allegata ratio, quòd fœminæ per agnationem, & non propter dotem ſint excluſæ, procedit in terminis noſtris, quia in propoſito noſtro iuris communis diſpoſitio attenditur, in caſu uero in dubijs expreſſe ſtatutaria, quæ ad bona, de quibus in præſenti caſu, non extenditur, ut abunde ſupra dictum eſt, ideo reſtat quod in dubijs aſſeritur. Vltimum, etiam non refragatur, quia illa mille, quamuis ſub hac cõditione relicta fuerint, ut in bonis paternis imputentur, non tamen relicta fuerunt, ut adueniente aliqua conditione (puta) nuptiarum debeantur, ſed ſimpliciter, ut ſæpiſſime dixi, per ea quæ declarat etiam Dec. in d. ſubſcriptione ad Maria. Soc. iunio. d. conſilio centeſimo uigeſimooctauo: numero ducenteſimoſecundo. uolumine primo. & Cuman. d. conſilio quadrageſimoſeptimo. Acceptando igitur illa cum dicta imputatione bonorum paternorum, quæ ſtatim, & incontinenti a morte Domini Polydori debentur, nullum dicitur dictis filiabus inferri præiudicium, quin ſtatim; & non expectatis nuptiis illa debeantur, cum ſapiant eorum naturam, in quorum locum ſubrogantur. Et ex his ſublata videntur omnia quæ in dubijs mihi tradita fuerunt, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium remedium, ſiue condictio. l. fi. C. de acq. poſſeſſio. vbi virtute conſtituti intentatur, ad bonorum poſſeſſionem, non ad bona relaxanda agi debet.*
Excuſſio quo caſu non requiratur. ibi.
2 *Excuſſionis exceptio quando ordinem, & iudicij præpoſterationem reſpicit, opponi non poteſt, quando verò partis intereſſe reſpicit, opponi poteſt, vt principalis debitor prius quàm tertius poſſeſſor excutiatur.*
3 *Saluianum interdictum eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, & alienam, & non ſuam poſſeſſionem auocat.*
Conſtitutum vbi in inſtrumento interuenit, Saluianum interdictum locum habere non poteſt, ex quo per conſtitutum tranſlata eſt in creditorem poſſeſſio ibid.
4 *Hæreditas quo caſu non ſoluendo dicatur.*
5 *Conſtitutum vltra mortem nihil operatur, & per mortem extinctum eſt.*
6 *Clauſula, petens ius, & iuſtitiam miniſtrari. ſi fuit in libello appoſita, quid intentatum videatur.*
7 *Excuſſio, vt legitime facta fuerit, iudicis declaratio requiritur.*
8 *Mixtum ſub ſimplici præſertim in contractibus non comprehenditur.*
9 *Actio perſonalis, contra tertium poſſeſſorem non competit.*

CONSILIVM LVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa contra Vincentium Griffonum
mota pro reſolutione eorum quæ contra
ipſum adducuntur, quò ad primum
dico, quod quamuis Dom. Robertus de
Monaldis ſe nomine Dom. Pompei Mil
gij conſtituerit bona de quibus controuertitur poſ
ſidere, nihilominus poſſeſſorium remedium per
Dom. Lauram actricem minime intentatum fuit,
ſed hypothecaria tantum, cùm bona illa ſibi relaxa
ri petierit, ut declarat Fed. de Sen. conſil. 203. Conſi-
lium latum. in princ. Dec. conſil. 62. col. 2. in princ.
uerſicu. Primo illa verba. vbi proprie, & in terminis
noſtris loquitur, & tradit Ruyn. conſil. 164. Domi-
1 nus oſtendat. col. 3. num. 6. & 7. lib. 5. Et ubi virtute
conſtituti poſſeſſorium remedium intentatur, ſiné
conditio. l. fi. C. de acq. poſ. ad bonorum poſſeſſionẽ
non autem ad bona relaxanda agi debet, vt elegan-
ter conſuluit Alex. conſil. 70. Videretur. nu. 3. verſic.
Circa ſecundum dubium. uol. 5. & conſil. 96. eo. vo-
lum. & diſpoſitio. d. l. fi. ad caſum noſtrum non ex-
tenditur, ut conſuluit Grat. conſil. 36. Viſo proceſſu.
in fi. & conſil. 69. Cùm ſermones. col. 1. num. 2. vol.
primo. & conſil. 110. Thema. col. pen. in prin. nu. 24.
uerſic. Vltimo dico. vol. 2. Et hoc caſu excuſſio non
requiritur, vt ibi, & per Alex. conſil. 83. Viſo proceſ-
ſu. col. 1. num. 2. uol. 6. & Mod. Fanen. in tract. de pi-
gno. in primo memb. ſextæ par. nu. 36. uerſi. In præ-
dictis tamen. & in primo memb. octauæ par. nu. 17.
uerſ. Quarto fallit regula, & Roland. conſil. 79. Viſo
proceſſu. col. 6. in fi. nu. 33. uolu. 1. cum multis con-
cord. ibi per eum congeſtis. Secus eſt, ubi hypothe-
caria. & ſic petitorio ageretur, vt in caſu propoſito,
quia hoc caſu excuſſio præcedere debet, auth. hoc
ſi debitor. C. de pigno. & tradit Roland. d. conſil. 79.
num. 24. quod in dotis repetitione procedit, ut hic,
vt eſt magis communis opin. de qua per Mod. Fan.
in dicto primo membro octauæ par. in nona fallen.
ſub num. 23. etiam ſi cauſa commiſſa foret ſola fa-
cti ueritate inſpecta, ut conſuluit Aymo. conſi. 263.
ſub num. 3. in fin. uolu. 2. Quo ad ſecundum dico, q.
quamuis cauſa de ſui natura ſit ſummaria, ac etiam
per reſcriptum cum clauſula ſummarie, ſimpliciter
2 &c. Nihilominus dico, quod quando excuſſionis ex
ceptio ordinem, & iudicij præpoſterationem reſpi-
cit, tunc opponi non poteſt, quando uero partis in-
tereſſe denotat, ut in caſu noſtro, tunc opponi po-
teſt, & æquum eſt, ut principalis debitor prius quàm
tertius poſſeſſor excutiatur, ita declarant Mod. præ-
fati in d. primo membro octauæ par. ſub nume. 31.
verſic. Et ideo per prædicta. Sed hic Vincentij inter-
eſſe vertitur, vt debitoris hæreditas excutiatur, ergo
3 &c. Ad tertium quoque reſpondetur, Saluianum
interdictum non fuiſſe ex libelli concluſione inten
tatum. Quinimmo illud in caſu propoſito non cõ-
petit, cum illud adipiſcendæ ſit poſſeſſionis, & alie-
nam poſſeſſionem, & non ſuam auocet, vt vbi in
inſtrumento adeſt conſtitutum, Saluianum interdi
ctum locum habere non poteſt, cum per conſtitu-
tum in creditorem translata ſit poſſeſſio, ut decla-
rat Salyc. in l. 1. in 6. q. C. de Saluia. interd. Abb. in ca.
paſtoralis. col. 3. poſt princ. uerſic. Tertium interdi-
ctum. extra. de cauſa poſ. & propric. ſequitur Maran
ta in ſuo Spec. in 7. principali diſtinct. numero deci-
mo. uerſic. Tertio poteſt exemplificari. fol. 26. in pri
mis. & Bellon. conſil. 34. Viſis fundamentis. colum.
octaua. & ideo dixit Roland. d. conſil. 79. nume. 38
quòd actio hypothecaria debitoris poſſeſſionem
auocat, conſtitutum autem, ſeu condictio ex. l. fin.
C. de acquiren. poſ. propriam ipſius creditoris poſ-
ſeſſionem auocat. Ad quartum dico, etiam ut ſupra
in principio dixi, quòd remedium. d. l. fi. non fuerit
in præſenti caſu intentatum, non repeto. Ad quintũ
dico, quòd quamuis Dom. Pompeo, & eius hæredi
bus data fuerit poteſtas propria auctoritate ingre-
diendi bona de quibus agitur, non fuerunt tamen
tradita dicta bona non ſecuta per agrimenſores æſti
matione, nec ex hoc ſequitur excuſſionem fieri nõ
debere, illud enim pactum iuxta iuris diſpoſitionẽ
locum ſibi uendicat, ut facta principalis debitoris
excuſſione, contra tertios poſſeſſores, & non omiſ-
ſa, & poſtpoſita excuſſione, agatur. Nec eſt uerum,
quòd uirtute talis pacti dicatur ſpeciei debitor, cum
obligatio generalis, & non ſpecialis facta ſit. Nec do
cto. in dubio allegati hoc inquiunt, immo contra-
rium ex eorum dictis colligitur, ſi recte conſideran
4 tur. Sextum quoque non obſtat, quia recte inueniti
hæreditas Dom. Roberti ſoluendo dicitur, nec dici
poteſt notorium eſſe eam non eſſe ſoluẽdo, ex quo
in illa, domus, & apotheca ualoris ſcutorum mille,
& quingentorum inueniuntur; illa enim notorie non
ſoluendo dicitur, ubi nihil in hæreditate penitus re-
manſit, ut de aliquo, qui notorie non ſit ſoluendo,
fertur, quod per æſtimi librum optime probatur,
in quo nulla illius bona deſcripta reperiuntur, uel
quando ille bonis ceſſit, ita ut unus denarius ſibi
non remanſerit iuxta gloſ. in l. po. ff. de ceſſio. bon.
uel ſi hoſtiatim mendicando uadit, uel pro delicto
condemnatus fuit, & eius bona confiſcata fuerunt,
ſiue conſtaret debitorem in carceribus deceſſiſſe, vt
tradunt Mod. Fanen. in d. primo membro. in 1. fal-
len. num. 14. in octaua parte. & aliàs dixi in tract. de
ceſſio. bono. in 26. quæſt. princ. numero 10. verſicu.
Vel dicetur etiam. Et qualiter dicatur quem non eſ
ſe ſoluendo tradit Aymo. conſil. 199. Ad ſubtilia. nu
me. 7. verſicu. Quinto adduco. uolum. 1. & Roland.
conſil. 92. Magni. numero 22. volumine ſecundo. Et
eſto millies, quod talis domus, & apotheca non eſ-
ſet tanti ualoris, ſufficit tamen, ad tollendum, quòd
hæreditas ſoluendo non ſit, aliquid in hæreditate re
manſiſſe, & hoc ſtante id ceſſabit, quod ex aduerſo
excuſſionem non requiri dicebatur. Nec hæredita-
tis repudiatio per Dom. Lauram facta deſignat hæ-
reditatem non eſſe ſoluendo, & in contrarium alle-
gata procedunt, vbi in debitoris bonis remanſiſſet
nihil. Nec eſt uerum Vincentium in eius exceptio-
nibus negaſſe Dominum Robertum, Dominę Lau
ræ debitorem eſſe, quia quamuis narrata negauerit,
prout narrantur, & petita, prout petuntur, talis op-
poſitio ſimplicem negationem non importat, &
per illam excuſſionis beneficium non perdit, vt a-
liàs dixi in eodem tract. in 20. quæſt. princip. ſub nu-
mero decimoquinto. Quo ad ſeptimum dico con-
trarium in libello apparere, quia bona relaxari fuit
petitum, non autem poſſeſſionem, ergo remediu,
d. l. fin. minime intentatum fuit, quod etiam ex uer-
bis in ſententia prolatis apparet, in qua Vincentius
ſuper tot bonis per eum tentis ad quantitatem ſcu-
torum mille, & ducentorum ſoluendam condem-
natur, ut etiam a Decio conſideratum fuit. conſilio
ſexageſimoſecundo. ſupra allegato. & in actione ta-
men perſonali condemnari non poterat, cum ſin-
gularis eſſet ſucceſſor, & non uniuerſalis. Ad octa-
uum reſpondetur, conſtitutum ultra mortem non
operari, & per mortem extinctum fuiſſe, ut conſu-
luit Roma. conſi. centeſimo octuageſimonono. ad
fi. Corn. conſi. 190. in 1. uol. & firmant Mod. Fanen.
in pri-

in primo membro ſextæ par.nu.36.verſic.in prædi-
ctis tamen. Quò ad nonum,de clauſula, petẽs ius,&
6 iuſtitiam miniſtrari &c. per quam videatur in-
tentatum illud remedium,quod agenti magis expe
dit,reſpondetur hoc vendicare ſibi locum,ſi ſimpli
citer ſuper poſſeſſorio petitum fuiſſet,at quia ſuper
petitorio actum eſt,illud attendi debet, vt dictum
eſt ſupra,& vbi libellus eſt generalis,& ſequitur poſt
modum clauſula,petens ius,& iuſtitiam miniſtrari,
& ex aduerſo oppoſitum fuit talem libellum non
procedere,non procedit,vt declarat Alex.conſ.121.
Viſo proceſſu.col.pen.in prin.num.11.verſicu.Non
obſt.illud.vol.1.Non inſiſto ſuper decimo de notto-
7 rietate hæreditatis non ſoluendo,cum ſupra ſatis re
ſponſum fuerit,ſolum dico quòd immo iudicis de-
claratio requiritur excuſſionem fuiſſe legitime ge-
ſtam, vt eſt magis communis opi. per Mod. Fanen.
relata in d.primo membr. octauæ par.ſub num.11.
in prima ampliatione, & eam ſequitur Dec. in l.fin.
col.5.ff.ſi cer.pet.& Bellon.d.conſil.34.ſub num.4.
Vndecimum quoque non obſtat, quia ſi donatio-
nis inſtrumentum inſpiciatur, apparebit ea bona
ſimpliciter titulo lucratiuo Vincentio tradita non
fuiſſe,ſed partim ex cauſa lucratiua,& partim onero
8 ſa,ergo ſub ſimplici mixtum non comprehenditur
præſertim in contractibus. Roma.in l.2.in princ. de
uerb.obl.& Ruy.conſil.187.habita.col.pen.num.7.
uerſic.& ideo hunc caſum.uol.1.ad ultimum,quòd
iudicis partes debeant eſſe in pronunciando bene
ſententiatum,& male appellatum,reſpondetur con
trarium pronunciari debere, cum appareat ſenten-
9 tia nulla,& actionem nedum perſonalem reſpiciẽs,
quæ contra tertium poſſeſſorem non competit, ut
pulchre declarat gl.in l.forma. ff. de cenſi. & lippis
ac tonſoribus notiſſimum eſt, verumetiam realem
actionem,& ſic ſuper petitorio, & non poſſeſſorio,
ideo ad fauorem Vincentij cum expenſarum victo
ria pronunciari debet.iux.tex. in l.eum quem teme
re.ff.de iud.& glo.in reg.iuris ignorantia.de reg.iu-
ris.in 6.cum uulg. Et ex his puto ſatis reſpõſum fuiſ-
ſe ad omnia quæ ex aduerſo deducta fuerunt. Et ita
de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Bru-
nus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis
Dei ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi centum filiabus legat, omnes inſimul centum habere debent, non autem earum quælibet.*
Prolatio indefinita æquipollet vniuerſali collectiuæ. ibidem. & num. 6.
2 *Indefinita in materia fauorabili vniuerſali diſtributiuæ æquipollet,non autem collectiuæ. & num.6.*
3 *Legitima, & trebellianica ſub generali diſpoſitione non veniunt, niſi de eis ſpecialiter diſponatur.*
4 *Statutum Caſenæ quamuis ſit in perſona, cum tamen odioſum ſit, ad bona in territorio Rauennæ ſita non ſe extendit.*
5 *Plures quando vocati ſunt ſub nomine collectiuo, & nati, & editi ſunt, quamuis ſimul ad legatum illud taptum admittantur, ſecus eſt quando in rerum natura non exiſtunt, quia tunc vnuſquiſque eorum conſequitur totum.*
7 *Legatum ab auo neptibus ſimpliciter relictum, an pro dote videatur fuiſſe relictum?*

CONSILIVM LVIII.

In Dei nomine, amen.

IN cauſa de Tybertis in qua teſtator inſti
tuit eius hæredes vniuerſales Aurelium
& Polydorum eius filios, & aliquo ex
præmiſſis eius hæredibus decedente,ſu-
perſtites maſculos ſubſtituit, fœminas
vero in ſcutis mille, & non vltra etiam computatis
bonis earum patris.vt latius in teſtamento. Accidit
quòd alter eorum.ſ.Polydorus deceſſit abſque filijs
maſculis,relictis tamen quatuor filiabus, dubitatur
modo, & primo in quo ſuccedere debuerint dictæ
quatuor filiæ Polydori.Secundo an illud in præſen-
tiarum debuerint percipere tanquam pure datum,
an uero cum nupſerint tãquam pro dote, & ſic ſub
conditione relictum.Circa primum uidetur primo
aſpectu,quòd illis pro omnibus mille tantum ęquis
portionibus inter eos diuidenda fuerunt relicta,
quæ ſimul debuerint percipere,ut in terminis uide-
tur uoluiſſe Imo.in l.ſi ita ſcriptum ſit filiabus. in fi.
prin.de leg.2.vbi in indiuiduo uoluit, quòd ſi teſta-
1 tor leget centum filiabus, quòd omnes ſimul tan-
tum debeant habere centum, non autem quælibet
earum.Nam cum prolatio indefinita quod volue-
rit fœminas habere mille, fuerit apta æquipollere
uniuerſali diſtributiuæ, in dubio intelligitur colle-
ctiuæ,ut minus grauentur hæredes,& illum ſequun
tur Alex.Iaſ.& alij in l.qui filiabus.§.1.de leg.1.mul-
to magis ergo hoc erit dicẽdum in caſu iſto, in quo
teſtator adiecit illa uerba,& non ultra, ex quibus ui
detur manifeſte colligi, quòd teſtator voluerit eas
omnes mille tantum ſimul habere.Breuiter præmiſ
ſis in occurrenti caſu non obſtantibus,dicendũ eſt
de iure contrarium eſſe verius,ſ. quòd immo cuili-
bet filię debeantur mille,&hoc ex coniectura ta mẽ
te teſtatoris ſecundum quam illa prolatio indefini-
ta, fęminas vero mille &c. in caſu iſto æquipolleat
uniuerſali diſtributiuæ, non autem uniuerſali colle
ctiuæ,ut præſupponitur ex aduerſo, ita ut ſenſus ſit
quòd cuique ipſarum debeantur mille. Et primo,
2 quia in materia fauorabili indefinita ęquipollet uni
uerſali diſtributiuæ,non autem collectiuæ, ut præ-
ſupponitur,ut ita per Bar.quem ſequitur Raph.in l.
ſi pluribus.in princ.uerſic. Si uero cadit inter perſo-
nas.de leg.2.allegat text. in l.ſi quis ita.ff.de teſtam.
tuto.& in l.qui filiabus.in princ.de leg.1. Sed ſic eſt
quòd ſumus in ultima voluntate quæ fauorabilis
eſt,ut in l.in teſtamentis.& ibi gloſ.ff.de reg.iur.in c.
cum dilecti. extra. de donatio. ergo dicta indefinita
æquipollet uniuerſali diſtributiuę, ut cuilibet filiæ
debeantur mille, & ita proprie loquitur Bart. loco
præallegato,qui allegat tex. in d.l.qui filiabus.de le-
gatis primo,quæ loquitur in legatis. Secundo teſta-
tor voluit illas habere mille computatis bonis pa-
ternis, & ſic voluit illas percipere bona paterna, &
in illis ſuccedere,quæ erant exceſſura,aut parum mi
nus mille futura,pro qualibet earum, ſi ergo voluit
eas habere mille computatis bonis paternis,neceſſa
rio ſequitur dicendum,quòd intellexerit pro quali-
bet earum, aliàs vt patet non fuiſſet locus compen-
ſationi, nec potuiſſet locum habere, habiturus.n.
erat earum pater bona materna pro ſua portione,
ſibi quoque in bonis patris debita erat legitima, &
trebellianica,quæ aſcendebant ad dimidiam bono
rum, quæ fuiſſent tempore mortis teſtatoris, vt
in c.Raynutius.in ca.Raynaldus. extr. de teſtam. &
per Alex.in conſi.ſuo 65.Circa præmiſſam,vol.4.&

per Dec.conſi.ſuo.299.In cauſa mihi tranſmiſſa.in
quibus bonis earum pater non fuerat a dicto teſta-
tore granatus. Et licet ſtatutum Cæſenæ permittat,
& det arbitrium patri,ut pro libito voluntatis poſ-
ſit inter filios de bonis diſponere, etiam grauando
eos per fideicommiſſum ab eo filijs iniunctum nõ
3 includit legitimam.nec trebellianicam,cùm nõ ve
niant ſub generali diſpoſitione niſi quoque de eis
ſpecialiter diſponatur,vt in l.ſi quando.§.generali-
ter.& ibi latè per ſcribentes.C.de inoffic.teſtamen.
Nam cum de iure communi non poſſit in illis bo-
nis a patre onus imponi, vt in l.quoniam in priori-
bus.C.eod.titu.& in l.cohæredi.§.cùm filiæ,de vul-
ga.& pup.Roma.conſi.ſuo 185.Pro deciſione.& in
conſi.239.In re hac breuis ero.ſequitur, quòd licet
ſtatutum ſibi permittat, intelligatur tamen ſi ſpe-
4 cialiter diſponat.Et dictum ſtatutum Cæſenæ licet
ſit in perſonam,nihilominus cùm ſit odioſum, ſe-
quitur ſecundum magis communem opin. quòd
non ſe extendat ad bona in territorio Rauennæ ſi-
ta,vt per Barto.quem ſequuntur communiter ſcri-
bentes in l.cunctos populos. in ſexta quæſtio. prin-
cipali in fin. C. de ſumma trinitat. & fide catholic.
& Pet.de Ancharan.in ſua repetitio.cap.canonum
ſtatuta. in quinquageſimaſecunda columna, verſi-
culo. Quero iuxta prædicta.extra de conſtitutio-
nib. qui atteſtatur hanc eſſe communem opinio.
de qua latè per Brun. in ſuo tractat. de ſtatu. exclu-
den.fœmi.in octauo artic. in vigeſimaquinta quæ-
ſtio.nume.centeſimo decimono. Et licet Georg.
Natta in eodem ſuo tractat.in nona quæſtio.quar-
tæ quæſtio. principal. copioſè examinando hanc
quæſtio.affirmet alteram partem veriorem,non ta
men negat hanc eſſe magis communem, vt eam
magis communem atteſtatur Ancharan. vt refert
Brun.in loco præallegato, & habetur per ſcriben-
tes in d.l.cunctos populos. a qua opin. nullo mo-
do in iudicando eſt recedendum.Tertio principa-
liter quòd ex coniecturata mente ipſius teſtatoris
cuique filiarum mille cenſeantur fuiſſe relicta, pro
batur, nam cùm ipſe eſſet perſona illuſtris, & cla-
rus iuriſconſultus ac Comes Equeſtri dignitate de
coratus,vt atteſtatur notarius in teſtamento,qui ita
eum pro tali nũcupauit,& appellauit, & vt in facto
præſupponitur,eſſet quoque perſona ditiſſima, ac
facultatibus ſatis copioſa, veriſimiliter ſequitur di-
cendum, quod ipſe cẽſeatur pro qualibet ipſarum
reliquiſſe mille, non autem omnib. tantum ſimul
dediſſe dicta mille.argument.textus & eorum quæ
ibi notantur per ſcribentes in l. ſi filiæ, la prima.
vbi pulchre. ff. de legatis tertio, pro vt etiam ſenſit
Alexand.in dicta l.qui filiabus.§.primo, in verſicu.
In textu, ibi contraria ſententia teſtatoris. de lega-
tis primo. & Iaſon in quarto notab. vbi voluerunt,
ꝙ quando quantitas patrimonij eſt modica,ꝙ cen
tum quæ legauerat teſtator filiabus, intelligantur
ſimul omnibus fuiſſe relicta, ergo a contrario,
quando quantitas patrimonij ſufficit, dicendum
eſt, quòd vnicuique illarum centum dicantur fuiſ-
ſe legata, & hoc magis erit dicendum in præſenti
caſu,in quo concurrit etiam ipſius teſtatoris digni
tas. Quarto, & vltimo conſiderandum eſt,quod
iſtæ fœminæ adhuc non fuerant natæ tempore te-
ſtamenti, & mortis ipſius teſtatoris, vnde non po-
tuit teſtator cogitare quot eſſent naſcituræ, & pro-
pterea ſequitur, quòd cuilibet earum dicatur le-
gaſſe mille, quia licet quando plures vocati ſub
5 nomine collectiuo, vt iſto caſu ſunt nati, & in re-
rum natura editi omnes ſimul ad illud tantum ad-
mittantur,ſecus tamen eſt quando tales qui ita ſub
nomine collectiuo vocantur adhuc in rerum na-
tura non exiſtunt, quia tunc vnuſquiſque eorum
conſequitur totum,quia cuilibet eorum cenſetur
factum fuiſſe relictum, ita formaliter Paul.de Ca-
ſtro in l.interdum. in fin princ.ff.de hæredibus in-
ſtituen. & voluit Barto. & ſequuntur alij in l. qui-
dam.§.fina.ff.de rebus dubijs. & ita ex his puto ſal-
tem ex coniecturata mente teſtatoris quòd vnicui-
que dictarum filiarum dicta mille fuerint relicta.
6 Non obſtant ſuperius adducta in contrarium,
quòd prolatio indefinita, ſcilicet, quòd voluerit
fœminas habere mille, æquipolleat vniuerſali col-
lectiuæ quod omnes ſimul tantum debeant illa
mille habere. Quia reſpondetur primo, quòd
id ex coniecturata mente teſtatoris non habet
locum in præſenti caſu, in quo ex coniectura-
ta mente teſtatoris, de qua ſupra, dicta indefini-
ta æquipollet vniuerſali diſtributiuæ, non autem
collectiuæ, ita quòd ſenſus eſt, quòd cuilibet ea-
rum debeantur mille; Secundo reſpondetur,
quòd id non habet locum in materia fauorabi-
li, quia tunc indefinita æquipollet vniuerſali di-
ſtributiuæ, vt in vltima voluntate, vt iſto caſu,
vt ita voluit Paulus de Caſtro in dicta l. interdum,
de hæredibus inſtituen. & Bartol. in dicta l.ſi pluri-
7 bus. de legatis ſecundo, vt dictum fuit ſupra. Cir-
ca ſecundum,an iſta mille dictis filiabus debean-
tur in præſentiarum, an vero cùm nupſerint?
Prima conſideratione videretur forte dicendum,
quòd ſolum debeantur cum nupſerint. Primo
quia cùm ſimpliciter relicta fuerint ab earum a-
uo videntur pro dote fuiſſe relicta textus eſt in l.
quòd autem. ff. de iure dotium Cremen. ſingul.
ſuo tertio.& Bald.nouel.in ſexta part.priuileg.deci-
moquarto Nam cùm mulier debet dotari, ſi ei ali-
quid ſimpliciter traditur, intelligitur pro dote, ita
textus in dicta l. quod autem. Sed pater auus, &
alij excludendo fœminas illis ex forma ſtatuti
Cæſenæ dos debetur, ergo ſi aliquid illis relin-
quatur, intelligitur pro dote, ſed dos debetur ſub
conditione ſi nuptiæ ſequantur, cum non poſſet
eſſe ſine matrimonio in l. tertia. ff. de iure dotium.
ergo tale relictum intelligitur eſſe conditionale:an
tequàm ergo ſequatur matrimonium, & ſic pu-
rificetur dicta conditio, non debetur legatum,
ita Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de
cond.& demonſtrat.Nec iſto caſu poteſt dici,quòd
dos ipſa ſuccedat loco legitimæ, quæ debetur pu-
re, cùm illi aliquod onus adijci non poſſit, l.quo-
niam in prioribus,cum vulgar.C. de inoffi. teſtam.
quia ſtatutum Cæſenæ excludit fœminas etiam a
legitima, vt nec illius ſupplementum petere poſ-
ſint, vt latius in dicto ſtatuto, ergo non poteſt di-
ci, quod debeatur legitima, & quod dos ſuccedat
loco legitimæ, vt latius per Barto. in dicto §. Titio
genero. Secundo vna pars teſtamenti declaratur
per aliam vt in dict.l.qui filiabus. in princip. in l. ſi
ſeruus plurium.§.fin.de lega.1.cum vulg.Sed teſta-
tor in ſequenti caſu quando omnes filij moriãtur,
quo caſu voluit dictas fœminas habere bis mille
ſcutos, voluit tamen illos habere cùm nupſerint,
vt in dicto teſtamento, ergo pari modo in primo
caſu altero hærede tantum decedente, quo caſu vo
luit dictas fœminas habere tantum ſcutos mille di-
cendum eſt, ꝙ voluerit illos tantum habere cum
nupſerint,nam ſi quando omnes moriantur, quo
caſu magis credendum erat, vt voluiſſet illas purè,
& ſtatim habere dictos bis mille ſcutos,& tamen vi
demus,quod ſolùm voluit illas eos habere in tẽpus
nuptiarum, quanto magis ergo in caſu quo non
omnes moriantur, ſed altero tantum, quo caſu
voluit illas habere tantum mille, erit dicendum,

quòd uoluerit illas tantum habere dicta mille cum nupſerint. Præmiſſis non obſtantibus dicendum eſt contrarium, ſcilicet quòd in præſentiarum cuilibet iſtarum filiarum debeantur dicta mille non expectato tempore nuptiarum, primo quia teſtator pure, & ſimpliciter illa reliquit, nec appoſuit diem, ergo præſenti die quo mortuus eſt teſtator, dicuntur fuiſſe debita, ut eſt tex. in l. ſi dies. ff. quando dies leg. ced. not. in l. cedere diem. de uerb. ſigni. facit tex. in l. cum qui calendis. §. cum qui. ff. de uer. ob. in l. in omnibus obligationibus ff. de reg. iu. Nec dicatur, quòd tacite inerat dies nuptiarum, quia intelligebatur fuiſſe relicta pro dote. d. l. quod autem, ubi Bar. de iure dot. quia illud procedit in eo qui ex ſtatuti, uel legis diſpoſitione, tenebatur mulierem dotare, quia tunc tanquam eſſet debitor neceſſarius ſi ſimpliciter ei relinquat, intelligitur animo compẽſandi, & ſic pro dote, ſed in præſenti caſu auus non tenebatur illas dotare, cùm adhuc non fuiſſent editę, & pater cuius officium paternum erat illas dotare, præcedebat auum, ut ita late per Are. conſi. ſuo. 17. Conſideratis diligentiſſime. in quarto dubio. & Pariſi. conſi. 52. num. 34. & 35. & conſi. 63. num. 46. & 47. uol. 2. Nec illud dictum Bar. paſſim eſt receptum. Et propterea Alex. ibi, & in l. huiuſmodi. §. cum pater. in 2. colu. uerſi. Tertio limita. de leg. 1. illud reſtringit ad legatum factum mulieribus illis, quæ eſſent nubilis ætatis, ſecus uero ſi factum ſit illis, quæ adhuc non ſint nubilis ætatis, ut in caſu iſto in quo non fuerant adhuc procreatæ, tunc ſtatim & pure debetur, & nõ in diem nuptiarum, ut latius ibi per Alex. Secundo retorquendo ſecundum fundamentum in contrarium, dicitur quod ſi teſtator ita ſenſiſſet dicta mille pro dote relinquere, profecto expreſſiſſet, prout fecit in ſecundo caſu, quãdo omnes maſculi fuiſſent mortui, in quo uoluit illas habere bis mille ſcutos, nam expreſſit, quod nubentibus illa legabat, ex quo ergo non expreſſit, cõcludendum eſt, quod in primo caſu quando legauit dicta mille, non intellexerit pro dote arg. not. in l. labeo. §. id tubero. ff. de ſuppel. lega. Tertio, & ultimo teſtator legauit illis mille computatis bonis paternis, ſed bona paterna erant ſibi pure, & de præſenti debita, quia propria, ergo, & iſta. Nam iſtę mulieres earum patri extiterunt hæredes, in cuius hæreditate reperierunt patris legitimam, ac trebellianicam, quib. ut dictum fuit, nullum in ſpecie fuerat onus a teſtatore appoſitum, & licet forte ex forma ſtatuti Cæſenæ teſtator potuiſſet, etiam in legitima illum grauare ſi uoluiſſet, ex quo tamen in ſpecie id non diſpoſuit, non compræhenditur ſub generali fideicommiſſo illi iniuncto. d. l. ſi quando. §. generaliter de inoffi. teſta. maxime cùm de iure communi in illis onus filio iniungi non poſſit, & propterea in d. ſtatuto ſtricta ſit facienda interpretatio, ut minus offendatur ius commune quàm ſit poſſibile. l. ſerui ueſtri. C. de noxali. & eo magis cùm tale ſtatutum non excludat filium, ſed ſolum patri ſi uelit, det diſponendi arbitrium pro libito uoluntatis, ex quo ergo teſtator non diſpoſuit, noluit illum grauare, aut a legitima excludere, ſed quòd immo libere, & pure uoluit illam habere, prout diſponitur a iure, item, &, ut dictum extitit, ſtatutum illud non habuit porrigere uires ad bona ſita in territorio Rauennæ, quo minus in illis debita fuerit legitima, prout diſponitur de iure communi, cui in loco illo nõ potuit derogare ſtatutum Cæſenæ, ut dictum fuit ſupra etiam per Ruy. d. ſuo conſi. 48. uol. 3. Et ita ex his, & aliis copioſe, & ſubtiliter in medium adductis per Magnificum, & eximium D. Matthęum Brunum uti fratrem honorandum, quibus parum addi poterat, intrepide credo iſtas filias iuſtiſſimam ſouere cauſam, & ideo abſoluendas, & partem aduerſam in expenſis condemnandam: Non obſtant in contrarium adducta, quia ex ſuperius deductis patet reſponſio. Nam ad primum quòd tale relictum præſumatur pro dote d. l. quòd autem. ff. de iure dot. fuit reſponſum in primo fundamẽto, quòd loquitur in eo qui tenebatur ad dotem, nam tunc ſi ſimpliciter tradat, præſumitur ex cauſa dotis, at in caſu iſto teſtator non tenebatur ad dotem dictarũ mulierum, nec de iure communi, nec ex forma ſtatuti, tum quia adhuc in vita illius non fuerant natæ nec conceptæ, tùm etiam quia pater cuius paternũ officium erat eas dotare, illas præcedebat: Non obſtat ſecundum, quòd una pars teſtamenti declaret aliam, unde cùm in ſecundo caſu legauerit nubentibus, & ſic ex cauſa dotis, ita intelligi debeat, & in primo caſu, ut ex cauſa dotis uoluerit relinquere. Quia negatur, quòd hoc credatur fuiſſe mentem teſtatoris, quia dicitur, quod ſicut expreſſit in ſecundo caſu, ſi id uoluiſſet in primo, pariter ſciuiſſet illud exprimere, quod ſi non fecit, datur intelligi, q noluit, fuiſſet enim ſibi facile hoc dicere, quòd illæ mille haberent, cùm nuberent, ſi uoluiſſet, ut ita dicit tex. in l. unica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & ibi Bal. & tex. & ibi not. in d. l. labeo. §. id tubero. ff. de ſuppel. lega. maxime cùm tempore quo condidit teſtamentum eſſet ſanus non ſolum mente, & intellectu, ſed etiam, & corpore, ut in teſtamento habetur, ita quòd non poſſit dici, quòd morbo, & ægritudine, ac mortis cogitatione turbatus id non expreſſerit iuxta tradita in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. face. poſ. Et ita, ut ſupra concluſum, & reſponſum fuit, iuris eſſe arbitror, & intrepide conſulo, & dico ego Antonius Galeaz Maluaticens Iuriſc. Aduoc. & Eques Bononien. ſaniori iudicio ſemper ſaluo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legatum per patrem filiæ ſimpliciter factum cenſetur in dubio pro dote, vel ex cauſa dotis factum, ſecus ſi per aliam perſonam relictum fuiſſet.*

2 *Auus neptem dotare non tenetur, quando pater eſt ſoluendo vt eſt communis opi.*

3 *Teſtator quando dicatur, ſe conformare cum diſpoſitione municipali vnius loci, & quando cum diſpoſitione ſtatuti alterius loci.*

4 *Filius grauatus de reſtituendo quod ſibi legatum fuerat cum onere, quòd ſi nollet illud onus acceptare, eum in legitima tantum inſtituebat, acceptando legatum, intelligitur legitima renunciaſſe.*

5 *Reſtitutio uerbalis ſi per grauatum aut eius hæredem facta non fuit, fideicommiſſario non competit remedium. l. ſi. C. de edic. diui adri. tol.*

6 *Remedium poſſeſſorium. l. ſi. C. de edic. diui adri. tol. infra annum a tempore mortis defuncti computandum intentari debet.*

7 *Remedium poſſeſſorium. l. ſi. C. de edic. diui adri. tol. abſque verbali reſtitutione intentari non poteſt, etiam, quòd in petitione poſita fuerit clauſula, deducens &c.*

Actiones nulla in fideicommiſſarium tranſeunt, niſi facta prius verbali reſtitutione. ibidem.

CONSILIVM LIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

QVONIAM diffusè alliàs ad fauorem fi
liarum quond. Domi. Polydori de Ty-
bertis per Dom. Conſultorem Maluari
ceum, & per me ſcriptum extitit, in præ-
ſentiarum breuis eſſe laborabo, reſpon-
dendo ad ea quæ nouiſſimè per Dom. ex aduerſo
Aduocatū allegata fuerunt. & ab alijs non receden
do dico ſubſtitutionem de mille pro dote, ex
cauſa dotis factam non cēſeri vt ex aduerſo præſup
1 ponitur. Nam in contrarium allegata procedunt,
ubi pater filiæ ſimpliciter legat, cùm eam pater do
tare teneatur. l. qui liberos. ff. de ritu nup. quæ ratio
in alia perſona non militat, ut reſpondet Rui. conſ.
3. Quæritur primo. poſt princ. vol. 3. Nec eſt uerum
2 quòd auus neptem dotare teneatur, quando filius
eſt ſoluendo, ut ſingulariter dixit Bal. in authen. res
quæ. col. 1. in fi. uerſi. Quarto an teneor. C. commu
nia de leg & in l. fi. C. de dotis promiſ. quem ſequi-
tur Rui. conſ. 30. Circa primum. num. 10. uolum. 2.
& eſt communis opin. ut atteſtatur Soc. ſen. conſi.
93. Circa præſentem. col. 6. ſub num. 16. uolum. 3.
& Soc. iun. conſi. 79. Viſo puncto. colum. 3. in prin.
ſub num. 15. uol. 3. in caſu autem noſtro cùm ſub-
ſtitutio ſit per teſtatorem facta in caſu mortis. Do.
Polydori poſt eius reſtitutionem ad gratiam, eius
filiabus naſcituris, computatis bonis earum patris,
dicitur relictum tanquam ab extranea perſona fa-
ctum, & ſic, ut ſimplex relictum, & non ex cau-
ſa dotis, Si enim uoluit teſtator mille neptibus
relicta in paternis bonis computari, ſequitur di-
cendum, quòd uoluerit neptes habere poſt mor-
tem patris illa mille relicta, dummodo in eis pa-
terna bona computentur, & ſic illud relictum
in bonis paternis ſubrogatum cenſetur, ut alias
dixi, quæ ſtatim, & purè debebantur, & non ex
cauſa dotis, nec pro dote: Quòd autem poſt obitū
Dom. Polydori paterna bona eius filiabus remane
rent, patet, quia de teſtatoris hæreditate legiti-
ma, trebellianica, & bona materna detraheban-
tur, in quibus ipſe nec grauatus fuit, nec grauari
poterat, iuribus uulga. ergo &c. Nec dicatur, tem-
pore conditi teſtamenti cum Do. Polydorus ban-
nitus eſſet, nulla habebat bona, ergo eius filiæ
de paternis bonis dotari non poterant, & con-
ſequenter dicendum eſt, relictum eis factum eſſe
de aui bonis, & pro dote, cùm earum pater ſol-
uendo non eſſet, & ſic ſuccedit, quod de neceſ-
ſitate auus illas dotare tenebatur, ut eas in mille
relictis dotauit, Quoniam reſpondetur, quòd
in caſu propoſito non attenditur teſtamenti tem-
pus, cum illa mille, tempore quo Dom. Polydo-
rus bannitus erat, relicta non fuerint, ſed obtentæ
gratiæ, & reſtitutionis ad Ciuitatem, & bona, tem-
pus attenditur, quo tempore Dom. Polydorus pro
æquali portione cum Dom. Aurelio eius fratre hæ
rede inſtituto hæres erat. Quinimmo mortis. Do-
mi. Polydoris tempus attenditur, quo illa mille reli
cta fuerūt, quo tēpore. D. Polydorus per reſtōnem
ad ciuitatem iam dominus, & bonorum ſuorū poſ
ſeſſor effectus erat, ideſt ſuæ legitimæ, bonorum ma
ternorum, & trebellianicæ detrahendæ, & ſic illa
mille relicta non cenſentur eo tempore quo. D. Po
lydorus ſoluēdo nō eſſet, ſed tēpore quo facultates
ſibi ſuppetebant, neptib. igitur mille relinquēdo eo
tēpore, cùm illas auus dotare nō teneretur ob facul
tates patris exiſtentes, illa pro dote reliquiſſe non
cenſetur, ut ſingulariter dixit Bald. in dict. authenti.
res quæ. Nec curandum arbitror, quòd relictum
illud forte maſculorum contemplatione factum
cenſeatur, quia in caſu noſtro non releuat, cum uo-
luerit teſtator bona paterna in illis mille relictis
computari, filium igitur a nulla obligatione li-
berabat. Conſtat etiam, quòd illa mille non fuerūt
pro dote relicta ex illis uerbis, uidelicet computa-
tis bonis earum patris, quæ eius filiabus uti patrib.
ab inteſtato hæredibus abſque aui prouiſione debe
bantur, nam ſi illa mille relicta non fuiſſent, filiæ
tamen bona paterna habebant, & ſic dici non po-
teſt illa mille pro dote relicta fuiſſe, Et quamuis
Domin. ex aduerſo aduocatus dicat in caſu noſtro
diſputationem illam non cadere, an ſtatutum ad
bona extra territorium ſita trahatur, cùm in caſu ſi
mus, in quo teſtatoris intentio ad bona illa traha-
tur, conformando ſe cum diſpoſitione ſtatuaria,
nihilominus dico in caſu noſtro cadere, vt aliàs di
xi per ea quæ tradit Lapus in deciſio. 91. quæ breui-
tatis cauſa non repeto, cum illa deciſio ad radicem
præſentis difficultatis gladium ponat, & teſtator
3 dicitur in bonis ſitis in territorio ſtatuti cum diſpo-
ſitione municipali Cæſenæ ſe conformare, in alijs
uero in territorio Rauennæ poſitis dicitur, ſe cum
diſpoſitione ſtatuti Rauennæ conformare, ut
decidit Lap. ubi ſupra, & non aliter, & ita con-
cordantur iura, & ita conſuluit Alesan. conſi. cen-
teſimo vigeſimooctauo. Conſideratis verbis. vo-
lum. 1. vbi allegat Lapum, vbi ſupra. alioquin ma-
lè locutus fuiſſet Lap. quod minimè dicendum eſt.
cùm magnæ auctoritatis ſit, vt inquit Roma. in ſin-
gu. 40. An habens. Et dum ex aduerſo fertur, ſecun
dum eius conſcientiam pro firmo tenere teſtato-
ris intentionem fuiſſe, neptes mille non habere, niſi
tempore quo nupſerit, Ego autem dico teſtatoris
intentionem fuiſſe neptes relictum habere ſtatim
defuncto earum patre ob computationem pater-
norum bonorum faciendam, quæ ſtatim debeban
tur, ſi enim paterna bona ex aui diſpoſitione in re-
licto computanda non fuiſſent, fortaſſe procedere
poſſet contraria opinio, vt relictum, niſi nuptia-
rum tempore, conſequi non poſſent, computatio
igitur paternorum bonorum operatur, vt ſicut il-
la ſtatim mortuo Domino Polydoro eius filiabus
debebantur, ita ſtatim, & incontinenti relictum
vel eorum loco ſubrogatum debetur eis: Ad id
quod contra Alexand. de limitatione ad regulam
tradita fertur non procedere quando filia nubilis
eſſet ætatis, reſpondetur hoc idem affirmare eun-
dem Alexand. in dicta l. quòd autem. de iure do-
tium, & ſequuntur Mod. in additio. ad Cremen. in
ſingula. tertio, & Campegi. ſibi contrarius in tracta.
de dote. i. 144. q. primæ part. Nec eſt verum, ꝙ con-
trarium ipſe dicat, & alij in l. qui filiabus. de legat. 1.
Quia ibi Alex. & Paul. de Caſtr. loquuntur quando
de dote expreſsè facta fuit mentio, & tunc non eſt
dubium, ꝙ legatum filiab. ēt nubilis ætatis factam
conditionale cenſetur, & non debetur niſi ſecutis
nuptijs, vbi vero legatum ſimpliciter factum fuiſ-
ſet nulla de dote facta mentione, vt loquitur Ale-
xan. in d. l. huiuſmodi. §. cum pater. colum. tertia. in
prin. in 3. limit. de leg. 1. tunc limitatio illa procedit,
nec poſthuma comprehenditur, vt volunt ſcriben
tes in dicta. l. qui filiabus. de legat. primo. & ſic ſibi
ipſi non contradicit, nec alij aliter dicunt. Et cōcor
dia per D. Aduocatum aduerſarium in ſecunda re-
ſponſione ad limitationem Alexandri tradita non
placet, nec eam tollit, quia dato, & non conceſ-
ſo, quòd ad filias non natas teſtator affectionem
habere non potuerit, & legatum patris contem-
platione

platione factum cenſeretur, prout factum non cenſetur, ut aliàs dictum eſt, non tamen eſt uerum, quod ab onere dotandi liberaret ipſum, ut dixi ſupra: Nã ſi mille relicta erant in bonis patris computanda, non ſequitur patrem ab onere dotandi liberatum eſſe, liberatus enim ab illo onere fuiſſet, ſi ultra mille alia bona non habuiſſet pater, uel ſi teſtator de bonis ſuis mille reliquiſſet ea conditione quòd de paternis bonis nihil habere poſſet. Reſponſio quoque ad l. filiam legatorum. C. de lega. tradita, nõ eſt uera per ea quæ ſupra in princ. dicta ſunt, cum auus neptem dotare non teneatur exiſtente filio in medio, cuius facultates ſuppetant, prout ipſe poſt patris obitum eius filias de proprijs bonis dotare potuiſſet, ſi uoluiſſet. cùm legitimam, trebellianicam, & bona materna in hæreditate patris haberet, ut dictum eſt ſupra. Reſponſio quoque ad conſi. Bal. 237. uol. 1. ſi uera ſit, uel ne, ex dictis Bal. colligi poteſt, quę tranſcribenda non putaui, præſertim quia in caſu noſtro nõ fuit factum pro dote legatum, ſed ſimpliciter relictum, quod pro dote non intelligitur, ut dictum eſt ſupra, & aliàs dixi, quod non repeto. Reſponſio ſimiliter ad tertiam limitationem traditã allegando Bar. in conſi. 131. in 1. par. non facit ad propoſitum noſtrum, quia legatum ab auo nepti factum, pro dote relictum fuit, & ſic de dote expreſſa mentio facta fuit, & ideo nulli dubium eſt, quòd legatum illud ſecutis nuptiis debetur, quod in caſu noſtro ſecus eſt in quo nulla de dote facta fuit mentio, ſed ſimpliciter mille relicta fuerunt, quæ quamuis forte filii contemplatione relicta fuerint, non tamen, ut eum a dote tradenda liberaret, ut dixi ſupr.

4 Ad ea quæ ex aduerſo de legati acceptatione cum onere iniuncto dicuntur, reſpondetur Curt. iuniorem in allegato conſi. 159. loqui in grauato de reſtituendo quod ſibi cum onere legatum fuerat, quòd ſi onus illud acceptare nollet, cum in legitima tantum inſtituebat, legatum igitur huiuſmodi acceptãdo legitimæ renunciaſſe uidetur, & ſic onus quoque legitimam reſtituendi, quod idem conſuluit Soci. iuni. conſi. 122. Perſpectis his. nume. 8. uerſi. Et pro demonſtratione. cum ſeq. uol. 1. & comprobat Gualden. in tract. de arte teſtan. caut. 31. Hæres rogatus. num. 6. de ſubſtitu. ſecus dicendum eſt, ſi de reſtituendo grauatus non fuiſſet, quod ſibi cum onere illo legatum fuerat, ut conſuluit Deci. conſi. 688. Ad confirmationem. quem allegat idem Gualden. ubi ſupra. In caſu autem propoſito quamuis filiæ mille relicta acceptaſſent, nullum tamen eis infertur præiudicium, etiam quòd in relicto bona paterna imputari debeant. Quia cum per teſtatorem nulla fuerit facta prohibitio, nec aliquod onus eis impoſitum de aliquid ulterius non petendo in bonis ſuis, & in paternis bonis, non fit eis præiudiciũ, quin ſtatim acceptatis mille relictis loco paternorũ bonorum ſubrogatis, ualeant etiam ultra illa relicta alia paterna bona conſequi, ut in caſu conſilii Decii & Gualden. ubi ſupra. Ad ea quæ ex traditis per Rip. adducuntur in l. centurio. num. centeſimo trigeſimo. de uulg. & pup. reſpondetur illa non mereri ad caſum noſtrum allegari, quia illa teſtatoris prohibitio filiabus D. Polydori facta fuit, non autẽ D. Polydoro, ideo ad trebellianicam per D. Polydorum detrahendam non extenditur, cùm diuerſæ ſint perſonæ, & ex diuerſis non fit bona illatio, iuribus uulg. Ad reſponſionẽ ſecundo dubio de indefinita traditam, quia ſatis enucleauit Mag. Conſultor Matuaticeus in eius conſilio per not. per Pau. de Ca. in l. interdum. de hæredi. inſti. per tex. in l. utrum. de reb. dub. & per not. per Bar. in l. quidam. §.

5 fi. eo. tit. non repetam. Quoad ultimam reſponſionem de remedio. l. fi. intentato. Prima declaratio ex aduerſo deducta ad propoſitum noſtrum adaptari non poteſt, quia, ut dictum eſt ſupra, prohibitio de trebellianica D. Polydoro facta nõ fuit, ideo eius filiæ tanquam hæredes illa detrahere poſſunt, & ſic earũ intereſt opponere uerbalem reſtitutionem non fuiſſe factam, qua minime facta ceſſat. d. remedium, ut conſuluit Bar. conſi. 91. In quęſtione. in 1. par. & declarat Gualden. in d. trac. de arte teſtan. caut. 20. Licet omnia iura. ſub num. 5. de acqui. hæredi. Secunda quoque declaratio per Boeri. repræ-

6 henditur in d. deciſ. 156. cùm tale remediũ de æquitate canonica intentari nequeat, ſed hæreditatis petitio, & tanto magis in caſu noſtro, cum poſt annos duos a morte D. Polydori intentatum fuerit tale remedium, quòd minime potuit, cum poſſeſſoria remedia ſint annalia, & infra annum a tempore mortis defuncti computandum fideicommiſſarius uenire debeat. l. 1. in fi. ff. de interdic. ut firmat Boeri. ibi ſub nume. 9. cum ibi per eum allegati. Nec eſt uerũ

7 quod clauſula deducens &c. cum aliis clauſulis in petitione deducta opereretur quòd tale remedium abſque uerbali reſtitutione facienda intentari ualeat, ut declarat Diploataci. in additio. ad Bar. in dicto conſi. 91. ex quo nullæ actiones in fideicommiſſarium tranſeunt, niſi facta prius uerbali reſtitutione. l. reſtitutia. & l. facta. ff. ad treb. ubi Pau. de Ca. quamplures proceſſus annullari feciſſe refert per talis reſtitutionis omiſſionem: Et ex his ſublata uidentur omnia quæ contra dictas filias ex aduerſo deducta fuerunt, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SUMMARIUM.

1 *Promittens aliquem indemnem tam per ſe quàm per ſuos hæredes conſeruare, tenetur ad omne damnum, & intereſſe quod patitur cui facta eſt promiſſio.*

2 *Hæres contra factum defuncti uenire non poteſt.*

3 *Donans de euictione donatario tenetur, quando donatio eſt remuneratoria, & quo alio caſu teneatur.*

4 *Donatarius quo caſu de euictione donatorem conuenire queat.*

5 *Donatarius abſque denunciatione poteſt de euictione agere quando notorium eſſet non poſſe donatarium ſe defendere, & quòd litem iniquam proſequeretur.*

6 *Denunciatio non requiritur quando notorie conſtat de ueritate, & iuſtitia euincentis, & in donationis inſtrumento iuramentum interuenit. & num. 8.*

7 *Emptor ſi contra uenditorem de euictione agit, & uenditor excipit litem ſibi non fuiſſe denunciatam, non ſufficit.*

9 *Poſſeſſio rei donatæ, & non proprietas ſi euicta fuit, de euictione non tenetur donans, ſed ad precium rei euictæ tantum.*

CONSILIUM LX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur concluſiue procedendo, dico quod promittens aliquẽ tàm per ſe quàm per ſuos hæredes indemnem conſeruare, ad omne damnum, & intereſſe, quod patitur ille, cui facta eſt promiſſio, tenetur, glo. Bar. & Alex. in l. quarto. in prin. uerſi. Quarto nota. ff. loca. Bar. in l. pater. colum. 2.

lum.2.verſi.Oppo.ad verſi.& col.1.verſic.Opponb per ordinem.ff.de dote præleg tradit Iaſ.in l.frater à fratre.in 14.not.in lect.& in quarto not.in repet.ff. de condi.indeb.Dec.conſil.551. Plenè.col.2.ad fin. ver.Circa ſecũdum dubium.vbi pulchrè.cum alijs per Pariſi.citatis conſi.76. Ser Georgius. colum. fi. num.21.ver.Promittendo enim.volum.3. Et ſicut promittens potuit ſe ad prædicta efficaciter obligare,& dictam promiſſionem ſeruare,& exequi tenetur.pariter,& eius hæredes illam adimplere tenen-
2 tur,cùm contra defuncti factum venire nequeant, l. cum a matre.C. de rei vend.l. more. vbi Bar.& alij ff.de aeq.hær.Cur.ſen.conſi.1.in fin.& per Soc.ſen. conſi.79.Si eſſemus. num. trigeſimoquarto. verſicu.Quarto quia. volum. quarto. Et in præſenti ca-
3 ſu etiam,quòd Do. Robertus donatarium indemnem conſeruare non ſpopondiſſet, cùm huiuſmodi donatio remuneratoria ſit,de euictione tamẽ tenetur,vt voluit Bar.Iaſ.& alij in l.Iulianus.§.qui fundum.col.5 verſ. Idem not.Dom.Abb.de verb.obl. Aymo conſi.64 In contractu.num.3.verſi. Poſtremo conſidero.volum.1.& idem Iaſ.conſil. 34. Ad motiua.colum.fi.ver.Et primo non eſt verum.vol. 2.vbi inquit, quod quamuis donator de euictione non teneatur, vbi a traditione donatio incœpit.l. Ariſto.§.fi.& ibi glo.Bar.& Docto.ff.de donatio.& in l.2.C.de euictio.& per gloſſ & Imol.in cap. inter cætera. extra de præbend. Hoc tamen locum ſibi non vendicat in donatione,quæ fit propter merita. Quia etiam poſt factam traditionem donator de
4 euictione tenetur, Et nedum hoc caſu de euictione tenetur, verum etiam quando tempore factæ donationis donans, omne ius ſibi competens, vel competiturum in re, vel eius occaſione donatario ceſſit,cum in rem ſuam procuratorem faciens, vt inſtrumentis communiter fieri conſueuit,& tũc donatarius immediate donatori denũciare poteſt, vt ad eum defendendum veniat,& in denunciatione exprimat,quòd tanquam in rem ſuam procurator hoc agit,ſeu ex iure ſibi ceſſo, & non tanquam ſimplex donatarius,& tunc re euicta contra donatorem,ac etiam contra donatoris auctorem de euictione agere poteſt,quam cautelam valdè commẽdat Bald.in l.prima.in fin. C. de iure dotium.quem refert, & ſequitur Fabia.de monte in tracta. de emptio.& vendit.in quinta quæſtio.principal. in tertia parte.de for. & ſolemni. contrac.num. 82. verſicu. Eſt tamen vtilis illa clauſula. & firmat Iaſ. in dicto §.qui fundum.in quinta.colum. verſicu. Secundo
5 limitat prædictam concluſionem. Quinimmo etiam abſque denunciatione de euictione agere poſſet, vbi notorium eſſet non poſſe donatarium ſe defendere, & quod litem iniquam proſequeretur, nam bonam fidem agnoſcere poſſet, & rem abſque ſententia reſtituere. l.emptorem. in princip. ff. de actio. empti. & not. gloſſa.& Baldus in l.ſi cum quæſtio. verſiculo. Et hinc ſumitur. numero tertio. C. de euictio.
6. Nec eiuſmodi denunciatio requiritur, vbi notoriè de euincentis veritate, & iuſtitia conſtat, eo enim caſu donatario imputari non debet, ſi litem ſibi motam fuiſſe non denunciauit, vt eleganter probat Alexand.conſi.67.Portificatur.verſ. Fortius dico.volum.tertio.& conſil.63.Diligenter. colum. fina.verſicu. Et quod not.Barto.volum.6.per not. per Imo.in cap.fi.colum.fi.ext.de emp. & vend.firmat Roma. & poſt eum Alexand. in l. non ſolum. §.morte.colum.fi.num. 46. de nou.oper. nunciat. Aymo.conſi.83.Petrus.num. ſexto. verſic. Quarto reſpondeo.& conſi.179. In cauſa appellationis.co-
7 lum. ſecunda. nume.ſexto, vbi voluit quod ſi emptor de euictione contra venditorem agit, & venditor excipit,quòd ſibi lis denunciata non fuit,non ſufficit hoc venditori,niſi doceat, quòd ſi lis denũciata fuiſſet,emptorem defendiſſet. Aretin. §.actionum.colum.decimatertia,in fin. verſicu. Et aduertas ibi. Inſtitut. de action. vbi addit, quòd defendere non cogitur, ſed bonam fidem agnoſcere poteſt, ſequitur Capyci, in deciſion. centeſima ſexta. In cauſa Diomedis. colum.prima, poſt numerum ſecundum ibi.Vnde licet in caſu. & Euſre. in additio.ad deciſio. Tholoſa. in deciſio, quadringenteſimaſeptima. Item fuit quæſitum. Mouetur quæſtio emptori. verſicul. Sexto niſi eſſet notorium.Socin.in ſuis fallent.in verbo, Emptor in euictionis cauſa.in quarta fallent, Afflict. in deciſion. 49. Conuenitur. ad fin. & Hyppo. in rubric.C. de probatio colum.octuageſimaoctaua.nu. 207. ver-
8 ſicu. Et dixit Imol. Et aliqua quoque denunciatio ſtante iuramento appoſito in donationis inſtrumẽto non requirebatur,vt eſt communis opin.de qua per Alexan.in l.2.§.voluntatem.ff.ſolu.matrim. & tenet Gozad.conſi.57.Multa.colum.3.num.11.verſicu.Secundo fortius.& conſi.31. In hac cauſa. colum.1.in fi.ſub num. 7. verſicu. Item propter iuramentum.latè probat Anchar.in 36.q. Scæuola.nu. 6.verſ.Accedebat quoq; in lib.1.q & Couarru.in 3. lib.var.reſol.c.17.num.5.uerſ.Quinto ſufficiens eſt.
9 Aduertendum eſt,q̃ ſi rei donatæ poſſeſſio, & non proprietas euicta fuiſſet Dom. Roberti hæres de euictione non teneretur,ut tradit Aret. in §. actionum.col.15.propè fi.verſ.Et etiam prædicta procedunt.Inſt.de act.Barb.in c.fi.col.pen.uerſic.Quid ſi euincatur poſſeſſio.de empt.& uend. Alexan.conſi.117.Viſo.colum.1. uerſic. Requiritur etiam.uol. 7.& Cepo.caute.97.Tria faciunt.uerſicu. Alia cautela.Sed tantũ ad rei euictæ precium,ut tradit Dec. conſil. 102. Præſtantiſſimè.in fin.& Anton.Rube. conſil. 152. Videretur primo aſpectu. per totum. Et ita de iure concludẽdum cenſeo Ego Matthęus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimę Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Tortura duplex eſt, vna in delinquentem, altera in teſtem, prima ad veritatem eruendam, altera ad indicium, & probationem contra delinquentem faciendum.*

2 *Teſtis examinatus vel tortus parte non citata, vel non præſente non probat, nec indicium ad torturam facit, quod etiam in aſſaſſinij cauſa procedit.*

3 *Teſtis quando contra alium torquetur, vt indicium ad torturam faciat, torqueri debet præcedentibus indicijs, aliàs contra ipſum nihil probat, nec indicium facit.*

4 *Mandatarius, vt teſtis examinatus contra mandantem homicidium, non probat mandatum, de quo depoſuit, vt plenè probet, nec indicium facit, niſi concurrentib. alijs indicijs ſeu coniecturis contra mandantem.*

5 *Criminis particeps, & de delicto infamis, vt ex eius dicto indicium ad torturam reſultet, requiritur, vt prius torqueatur.*

Infamis vt quis ob delictum dicatur, ſufficit eius confeſſio in iudicio. ibidem.

6 *Eleuatus a terra, non dicitur tortus, ſed territus.*

7 *Tortura leuis, & modica non dicitur tortura, & leuiter tortus non dicitur propriè tortus, vt indicium ad torturam faciat.*

8 *Tortus abſque legitimis indicijs nullum contra ſe, nec aduerſus alium facit indicium.*

9 Captus,

9 *Captus, & carceratus non præcedentibus legitimis indicijs impune aufugere poteſt.*

10 *Indicia ad torturam ſufficientia per probationem bonæ vitæ & famæ tolluntur, & in totum extinguuntur.*

11 *Socio criminis, ut credatur, requiruntur ultra alia adminicula, & coniecturas, quòd ex numero teſtium, vel qualitate deponentium, uériſimile ſit ipſum non mentiri.*

12 *Teſtis allegans aliquem conteſtem in actu in quo ille conteſtis interfuiſſe negauit, dicitur ſuſpectiſſimus, & ei non creditur.*

Teſtis in uno falſus in omnibus alijs eius dictis dicitur falſus & periurus. ibidem.

13 *Indicium vnum ſi contra aliquem ad torturam ſufficiens extat, & inquiſitus eſt bonæ famæ, ex ſolo indicio torqueri non poterit, ſed in totum extinguitur indicium.*

14 *Infamatus de aliquo delicto, ut torqueri poſſit, requiritur quòd delictorum diffamatio ſit de eodem genere mali, & non de diuerſis criminibus.*

15 *Captura alicuius ſi nulliter facta fuit, & poſt eam indicia ſuperueniant, ad quæſtionem deueniri non poteſt.*

16 *Confeſſio inquiſiti abſque præcedentibus legitimis indicijs extorta non præiudicat etiam quòd poſt eam ſuperueniant indicia.*

CONSILIVM LXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione eorum quæ aduerſus
1 D. Vincentium Pontelongum mihi tradita fuerunt. Præmittendum eſt duplicē
eſſe torturam, unam in delinquentem,
alteram in teſtem, prima ad eruendam
veritatem datur, altera ad indicium, & probationē
contra delinquentem faciendum, & ubi datur in teſtem, & ſuſpicatur ipſum ueritatem ſcire, & illam
propalare nolle, tunc abſque aliis datur indiciis, ut
veritatem dicat, ita inquit Bal. in l. milites, C. de quęſtio. & in l. 3. C. de adulte. ubi uero datur, ut contra
alium indicium, & probationem faciat, quia rigoroſum dicitur examen, parte citata, uel præſente dari debet, cùm in unoquoque actu pręiudiciali pars
citari debeat. l. de unoquoque. ff. de re iudi. cum
uulg. & ubi teſtis in cauſa ciuili ſiue criminali examinatur, ut fidem faciat, pars citari debet, uel iuramento teſtis eſſe præſens. c. 2. ex. de teſti. cum ſimili. alioquin examinatus uel tortus, quod idem eſt,
2 parte non citata uel non pręſente, non probat, nec
ad torturam indicium facit. Bar. in l. fi. & in l. maritus. ff. de quęſtio. Hyp. in l. 1. in prin. ff. eo. tit. & conſi. 8. In cauſa magiſtri Io. numer. 21. & conſi. 1. Mag.
ac generoſe. num. 14. uerſicu. Nam teſtes. cum aliis
relatis per Gram. uoto 30. Illuſt. Prorex. numer. 7. &
uoto 12. In cauſa uenerabilis. num. 16. quod procedit etiam in crimine aſſaſſinii, ut probat Fely. in c. in
nomine domini. in quinta limit. ex. de teſti. Præmitto
3 etiam quòd quando teſtis contra alium torquetur
ut indicium ad torturam faciat, præcedentibus torqueri debet indiciis, alioquin abſque legitimis tortus indiciis nihil in eo quod depoſuit probat, nec
contra eum aduerſus quem depoſuit, indicium facit. Bar. in l. pe. ff. de quæſtio. Bal. in l. fi. C. de accuſa.
Iac. de Belui. in ſua pract. crimi. ſub rub. de quæſtio.
& quali. tormen. col. 10. Alex. conſi. 5. In caſu inquiſitionis. col. 1. li. 1. conſi. 180. In cauſa Angelorum,
num. 7. uerſi. Alia ratione. uol. 2. & Deci. conſi. 189.
Lætatus ſum. col. pe. ſub numer. 15. uerſi. Poſtremo
pro uirtute. Quibus ſic præmiſſis infertur Bellum,
4 ut teſtem contra D. Vincentium examinatum non
probare mandatum, de quo depoſuit, ut plene probat Gram. conſi. 21. In cauſa Mag. Bartholomęi. numer. 10. uerſi. Et quòd quando nulla concurrit. &
uerſi. Secunda ratio eſt. & uerſi. ſeq. & ante eum cōſuluit Bal. conſ. 429. An mandatarius. uol. 3. & Hyp.
in ſua pract. crimi. §. diligenter. numero 40. cum
aliis in dubio citatis. ubi concludunt quod non cōcurrentibus ultra mandatarii depoſitionem aliis indiciis, præſumptionibus, ſeu coniecturis aduerſus
mandantem, non reſultat ex eo ad torturam indicium, & ibi ſubdit Hyp. hoc eſſe menti tenendum,
5 quia in facto ſæpe cōtingit. Et ut criminis particeps
& de delicto infamis (ut eſt Bellus) fidem faciat, & ex
eius depoſitione ad torturam reſultet indicium,
cùm ut quis ob delictum dicatur infamis, eius confeſſio in iudicio ſufficiat, ut uoluit Gram. uoto. 30.
Illuſt. num. 27. & nu. 30. requiritur, ut prius torqueatur. glo. in c. cum P. extra de accuſa. & uoluit Hyp.
conſi. 78. Lecta, & oportune. col. 6. in fi. nu. 15. uerſi. Nam ſocio criminis. & nu. 16. in 2. par. cum aliis
plene relatis per Gram. conſi. 35. In cauſa Mag. Ant.
col. pe. num. 58. in caſu autem noſtro ad probationem, ſeu indicium faciendum non fuit tortus, ſed
ad ueritatem eruendam tantum, ut in proceſſu patet. ergo nullam fidem facit, nec ad torturam indicium; Quinimmo dicimus ipſum non fuiſſe tortū,
ſed ligatum tantum, & a ſolo paulitper eleuatum,
ut in proceſſu conſtat, quo caſu tortus eſſe non dici
6 tur. Quia ex tali eleuatione, tortura nō reſultat, ſed
terriuo, ut tradit Bart. in trac. de quæſt. Et ſi tortura
7 dici poſſet, modica diceretur. Et tortura leuis, &
modica, tortura non aſſeritur, nec tortus proprie
dici ad iudicium faciendum poteſt, ut inquit Bal.
in l. obſeruare. col. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. conſuluit Hyp. conſi. 80. In hac cauſa inquiſitionis. num. 27. uerſi. Facit etiam. in 2. par. & conſi. 103.
In præſenti caſu. nume. 28. ea. par. cum multis concord. per Gram. relatis conſi. 40. In cauſa Mag. Triſtani. nu. 16. cum ſeq. Et quamuis dici poſſet ipſum
8 fuiſſe tortum, quod tamen negatur, dico eum abſque legitimis indiciis tortum fuiſſe, quò caſu nullum contra ſe, nec contra alium facit iudicium, ut
dictum eſt ſupra per ea quæ tradit Deci. d. cōſi. 189.
& Gram. conſi. 21. In cauſa Mag. Bartholomęi. nu.
19. & ſeq. & uoto 6. In cauſa Excellentis Comitis. numero 10. Et dato etiam, & non conceſſo quòd cum
legitimis indicijs tortus fuiſſet, dico eiuſmodi torturam nullum contra D. Vincentium facere indicium, cùm ipſo non citato, nec præſente facta fuerit, ut de iure requirebatur, ut dictum eſt, per ea quę
tradit Gram. d. uoto. 11. nume. 16. & uoto. 30. Illuſt.
Pro rex. nume. 7. Ex quibus conſtat Belli depoſitionem, & conſequenter dubium traditum ſublatum
fuiſſe, & eo ſublato omnia quoque corruunt adminicula, corruitq; fuga allegata, quę per compoſitionem, & gratiam a Reuer. Doria tunc Præſide obtētam ſublata fuit, per quam etiam ſublata fuit Belli
depoſitio, cùm in dicta gratia de fuga illa ac imputatione ſibi tradita, & de proceſſu contra ipſum fabricato facta fuerit mentio, & talis imputatio per
quandam Belli depoſitionem ante dictam gratiam
per tres annos penes curiam generalem repertam
orta fuit, quo caſu ſequitur quod amplius de eodē
delicto quæri non debebat, nec ipſe Pontelongus
moleſtari poterat non ſuperuenientibus nouis indiciis, quæ nunquam ſuperuenerunt, niſi ſola Belli
depoſitione, ſicuti poſt prædictam gratiam ab anterioribus Præſidibus per tres annos minime moleſtatus fuit. Aliud quoque de carceris fractura adminiculum refragari non poteſt, tùm quia aſſerti teſtes parte non citata depoſuerunt. tùm quia mini-
me

me probatur carceres fuiſſe per D. Vincentium fra
ctos, cùm nullus ex teſtibus deponat illum uidiſſe
frangere carceres, tùm etiam quia teſtes illi impoſ-
ſibilia deponunt, cùm talis locus, in quo aſſeritur
factam fuiſſe fracturam, obſcurus ſit, & impoſſibi-
le, at contra naturam ſit, ut quis in obſcuro loco
abſque luminis artificio uidere poſſit, ut in teſte de
pnncute fertur aliquid noctis tempore factum fuiſ
ſe, & de noctis lumine non deponat, quinimmo
deponit teſtis unus, quòd quando carcerem intra-
bat, & ex illo exibat, circum circa cum lucerna re-
ſpiciebat, & nihil amotū aut fractum uidit, ſi enim
fracturam, & ferramentorum amotionem non vi-
dit tempore quo a carcere exiuit, ſed tantum poſt-
quam ad horam cenæ reuerſus eſt, impoſſibile eſt
quod illo iàm paruo tempore fractura illa fieri poſ
ſet, & cipporum ferramenta remoueri, cùm ipſe
nulla ferramenta ſeu forcipes ad illa extrahenda ha
beret, quæ nec dentibus nec manibus abſque forci
pibus extrahi non poterant. Quinimmo cùm inde-
9 bite, & non præcedentibus legitimis indicijs captus
& carceratus fuiſſet, impune aufugere poterat. A-
lex. conſ. 144. Poſt reditum. colu. 2. uolu. 2. cum aliis
per Gram. citatis. uoto. 11. in cauſa Inquiſitionis. nu.
8. 9. & 2. nec aufugiſſe diceretur dum iniuſte detine
tur, ita dixit Barto. in l. uerius. de probatio. & Alex.
d. conſi. 144. & ſequitur Gram. ibi num. 2. ergo etiã
carceres frangendo non dicitur in aliquam incur-
rere pęnam. Præterea teſtes illi (ut dicitur) examina
ti non citata parte nec præſente depoſuerunt, & cõ
ſequenter indicium nullum agunt, ut dictum eſt;
Nec uerisimile eſt illam fracturam a D. Vincentio
proceſſiſſe, quia cùm ipſe innocentem ſe eſſe non
ignoraret, nec per Belli depoſitionem aliqua pęna
puniri poſſe attenta gratia per eum obtenta, & ſem
per ad aſſertum homicidium committendum mã
datum dediſſe negauerit, uerisimile non eſt, quòd
de dicto carcere aufugere, ſeu aſſertam carcerum
fracturã feciſſe uoluerit: Et poſito quòd huiuſmo-
di fractura ab ipſo proceſſiſſet, quòd tamen nega-
tur, dico nullum indicium aut ſuſpicionem ad tor-
turam facere, quia fractura talis cùm punibilis mi-
nime ſit, non interueniente conſpiratione, nec cu-
ſtodum uiolentia, ut de iure requiritur, nullum in-
ducere poteſt aduerſus D. Vincentium indicium,
hoc ſolum operaretur, quòd ſi cum conſpiratione
facta fuiſſet, & alia indicia urgentia in proceſſu ad
torturam ſufficientia apparerent, contra ipſum ad
quæſtionem deueniri poſſet, ut declarat Gram. uo-
to. 37. Contingit. prope fi. ſub num. 9. Sed in proceſ
ſu nulla ultra Belli depoſitionem extant indicia, ne-
dum non urgentia, ſed nec leuia, ergo ad quæſtio-
nem deueniri non poteſt, immo ſi aliqua extarent,
10 quæ eſſent ad torturam ſufficientia, illa per bonæ
uitę, & famæ. D. Vincentii probationem tolluntur,
& in totum extinguuntur, ut plenè probat Gram.
uoto. 3. In cauſa inquiſitionis. col. 9. nume. 27. cum
ſeq. & conſi. 35. In cauſa mag. col. 13. nume. 46. cum
pluribus ſeq. & conſi. 38. Formata inquiſitione. col.
5. num. 16. cum ſeq. Vbi ſubdit, quòd ad hoc ut cri-
11 minis ſocio credatur, (ut Bellum fuiſſe aſſeritur) ul-
tra alia adminicula, & coniecturas, quæ concurre-
re debent, requiritur, quod uel ex teſtium numero
uel deponentium qualitate, uel eorum perſona, cõ
tra quos talis ſocius deponit, uerisimile ſit ipſum
non mentiri, at in caſu noſtro nec ex teſtium num:
nec ex qualitate Belli deponentis, nec ex perſona
D. Vincentii uerisimile eſt Bellum non mentiri, nã
ſolus eſt, & ſic non extat teſtium numerus, itẽ eiuſ-
dem Belli conditio, & qualitas miſera, & infamiæ
plena per eiuſmet confeſſionem probata, dum aſ-
ſerit aſſerto interfuiſſe homicidio, & de uulneribus
cuidam per ipſum illatis fuiſſe condemnatum, ideo
eius confeſſioni, & depoſitioni contra D. Vincen-
tium nullatenus credendum eſt. Et tanto minus
quia in eius depoſitione deprehenditur in menda-
cio, dum deponit Philippum aſſertæ reconciliatio
ni per Bellum factæ cum Pontelongo interfuiſſe,
qui tamen Philippus examinatus, & cum Bello cõ
frontatus interueniſſe, & in eius præſentia aſſertam
reconciliationem factam fuiſſe negauit, quò fit, ut
Bellus ſuſpectiſſimus dicatur, & ei non credatur. Et
12 ubi teſtis aliquem conteſtem allegat in actu, in quo
ille conteſtis interfuiſſe negat, tunc eius depoſitio
ſuſpectiſſima remanet, ita dixit Bal. in c. cùm cauſã
quæ inter Archiepiſcopum. ext. de teſti. & probat
Gram. conſi. 26. In cauſa matrimoniali. nume. 20. &
conſi. 38. Formata. col. fi. ſub nume. 27. & 28. & tan-
quam periurus, & falſus repellendus eſt l. 3. ff. de te-
ſti. & c. forus. ex. de uerbo. ſigni. cum aliis relatis per
eundem Gram. conſi. 44. In cauſa Martini. col. pe. in
prin. num. 11. & ſi in uno periurus, & mendax repe-
ritur, in omnibus aliis ſuis dictis mendax, & periu-
rus eſt, ut probat Alex. conſi. 45. Viſis. num. 6. uol.
2. & conſi. 93. In cauſa, & lite. col. fi. in prin. nume. 9.
uerſi. Sed ita eſt. uol. 5. quia iuramentum tanquam
indiuiduum pro parte approbari nõ poteſt, & pro
parte reprobari, ut declarat Bal. conſi 96. Decreto
13 cauetur. num. 3. uol. 1. Præterea quando unum ex-
tat ad torturam indicium contra aliquem ſufficiẽs,
ſi ille talis inquiſitus eſt bonæ famę, ut eſt D. Vincẽ-
tius, prout in proceſſu probatum eſt, ex uno ſolo in
dicio quamuis ſufficienti torqueri non poterit, im
mo ob illam bonam famam in totum extingitur
Gram. conſi. 35. In cauſa mag. Ant. col. 13. num. 47.
& 48. Nec ultimum de aſſerta ſubornatione refra-
gatur. tùm quia unicus eſt teſtis, & parte non citata
examinatus, & poſt publicatum proceſſum reper-
tus extra copiam proceſſus, qui, ut ſupra non pro-
bat, tum etiã quia adminicula, & coniecturæ adiun
ctæ cum aſſerto depoſitionis Belli indicio, ut faciãt
ſuper prætenſo mandato ad torturam indicium, re
quiritur quòd de eodem ſint genere, & non diuer
ſo. Quia quando quis de aliquo infamatur delicto,
14 adeo, ut torqueri poſſit, requiritur, quod huiuſmo-
di delictorum diffamatio fuerit in eodem genere
mali, nec ſufficit, ſi de aliis diuerſis criminibus diffa
maretur, ad hoc ut ad quæſtionem deueniri queat.
Bar. in l. Caſſius. ff. de ſenatori. Bal. in l. fi. ff. de hæred.
inſti. & Alex. conſi. 5. In caſu inquiſitionis. ſub nu.
2. vol. 1. cum aliis relatis per Gram. conſi. 45. In cauſa
Santilli. col. 9. in fi. num. 31. & uoto. 30. illuſtriſſ. Pro
rex. col. 7. in fi. num. 28. uerſi. Item ad hoc. & in de-
ciſ. 25. Magnificus Pyrrhus. col. 2. num. 7. Subiungo
quoque quod captura in perſona Dom. Vincentii
15 fuit nulliter & nullis præcedentibus indicijs facta,
cùm omnia contra ipſum extantia iam erant per
gratiam obtentam ſublata, & ſtante capturæ nulli-
tate ad nullum examen contra ipſum deueniri po
terat, & minus ad quæſtionem, etiam ſi poſtmodũ
noua ſuperueniſſent indicia, ut late probat Hyp. cõ
ſi. 12. & conſi. 29. & in l. 1. in prin. ff. de quæſtio. & in
§. 1. in pract. crimi. ut etiam de confeſſione abſque
præcedentibus legitimis indiciis extorta dicitur,
quæ non tenet, nec præiudicat, etiam quòd poſt ip
ſam ſuperueniſſent indicia, ut late probat Gram. vo
to. 6. In caſu excellentis. col. 3. in prin. poſt num. 11.
cum duobus ſeq. & Hyp. ut ſupra. Et ex his omnib.
concludo D. Vincentium abſoluendum, & liberan
dum fore ab omnibus imputationibus contra ip-
ſum propoſitis. Et ita de iure reſpondendum cen-
ſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Arimin. ad lau
dem

dem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ amen. & ita abſolutus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis poſt publicationem teſtium examinatus præſumitur ſubornatus.*

2 *Dictum teſtis primum attenditur, & illi ſtandum eſt, & non ſecundo. & num. 16.*

Teſtis contrarium teſtimonium deponens ſubornatus depoſuiſſe videtur, & ob illam contrarietatem incidis in falſum ibidem.

3 *Teſtis ubi de ſe, & de alio interrogatus fuit præſertim in caſu in quo interrogari non poteſt, tunc primo dicto plus ſine tormentis creditur quàm cum tormentis.*

4 *Socius criminis indicium ad inquiſitionem formandam non facit.*

5 *Teſtis deponens ſe falſum dixiſſe precibus, & conſilio inquiſiti in præiudicium inquiſiti non probat, nec ei credendum eſt, & num. 15.*

6 *Bona fama, & qualitas inquiſiti ſi probata eſt, falſorum teſtium depoſitio indicium non facit, etiam ad inquiſitionem faciendam.*

Bona fama tollit omne indicium & ſuſpicionem contra inculpatos. ibidem.

7 *Qualitas alicuius probi uiri ad remouendā falſitatis præſumptionem multum operatur.*

8 *Subornatio teſtium dicitur crimen ſimile crimini falſi.*

Teſti dicenti ſe ab inquiſito corruptum, vel falſum in prima depoſitione depoſuiſſe, non eſt credendum. ibidem.

9 *Teſtis in vno falſus in tota eius depoſitione falſus dicitur, & in aliquo ei non creditur, & contra ipſum præſumptio eſt; Quod procedit etiam ſi falſitas eſſet circa aliqua acceſſoria.*

10 *Teſtis non veriſimilia deponens nullam fidem facit, ſed de falſo ſuſpectus videtur.*

11 *Dicto teſtis in tortura quòd credatur, in ciuilibus procedit, in quibus teſtis infamia per torturam purgatur, ſecus in criminalibus.*

12 *Periurus licet emendatus ſit, non tamen idoneus eſt teſtis.*

13 *Teſti periuro ſiue in tortura, ſeu abſque tortura teſtificetur, non eſt credendum etiam quoad faciendum indicium, nec ad inquiſitionem formandam.*

14 *Periurium ſicut teſtem a teſtificando repellit, ita, & corruptio.*

15 *Teſtis ſi vnum in iudicio, & aliud extra iudicium deponit; primæ depoſitioni tanquam iuratæ, & ſolemni ſtandum eſt, & de falſo puniri non poteſt, ſecus ſi depoſitio ſecunda in iudicio facta eſſet, & prima extra iudicium.*

16 *Dictio, aliquatenus, iuncta cum negatiua idem ſignificat, quod verbum, nullo modo.*

Dictio, nullatenus, idem importat, quod nullo modo. ibid.

17 *Depoſitio teſtis poſterior cum iuramento per torturam validari non poteſt.*

18 *Particeps criminis quamuis ad inquiſitionem formandam admittatur, & indicium ad torturam faciat in criminibus exceptis, non tamen locum ſibi vendicat in participe periuro etiam quòd tortus ſit.*

19 *Tortus ſi eſt in ſe, & in alios ſimul, & ſemel, debilior eſt confeſſio in tormentis facta, quàm ſine tortura.*

20 *Indicia ad torturam certa, probabilia, & veriſimilia eſſe debent, non autem leuia, nec perfunctoria, ſed tanquam luce clariora in ſua indiciorum ſpecie.*

21 *Teſti contrarium eius quod per notarium ſcriptum reperitur, deponenti, minime credendum eſt.*

22 *Teſtis unus ad hoc, vt indicium ad torturam faciat, duo requiruntur, ſcilicet quòd de ipſo maleficio directe, & immediate per ſenſum ſuum deponat, & ſit integer, & omni exceptione maior, & contra ipſum nulla opponi poſſit exceptio, & inuulnerabilis, ac indubitatus eſſe debet.*

23 *Qualitas omnis minima, & defectus impedit, vt teſtis de viſu indicium ad torturam non faciat.*

CONSILIVM LXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa ſer Iulij a Fonte, & magiſtri
Ioannis de Tauzano linaroli de Arimi
no in carceribus detentorum, concluſi
ue procedendo arbitror partes Mag. D.
Auditoris fore, & eſſe in abſoluendo
prædictos ab Imputationibus ſubornationum &
falſitatis aduerſus ipſos propoſitis ex ſequentibus
fundamentis: Conſtat enim teſtes ad inſtantiam fi-
ſci examinatos, fuiſſe ac eſſe ſubornatos, falſos, &
periuros. ut ex eorum depoſitionibus liquido ap-
paret. Et ad hoc demonſtrandum capio Franciſcū
de Aciola primo in iudicio cum iureiurando exa-
minatum ad prædicti magiſtri Ioannis inſtantiam
in cauſa ciuili, contra Antoniam Matthæi Barilarii
filiam, deponit ipſe Matthæum prædictum tempo
re conditi teſtamenti mentis compotem, non fuiſ-
ſe, & ad propoſitum uſque ad eius ultimum uitæ
ſpiritum non reſpondentem, ut in eius prima depo
ſitione lauſſime conſtat, cum quo concordat Io.
Baptiſta de Peciis, & Paſquinus de Scorticata teſta-
mentarii teſtes, & duo extra teſtamentum, uideli-
cet Ceeconus Ricii & Nicolaus Paſquæ aliàs il Ca-
pello, qui in ſpecie de extra iudiciali ſer Gaſparis cō
feſſione deponit, dicentis, a dire il uero il Zio Mat-
teo, quando fece queſto teſtamento, era fuora di
1 queſto mondo: Et quamuis idem Franciſcus con-
trarium in eius reuelatione, ut teſtis, poſt publica-
tum cauſæ ciuilis proceſſum, & poſt latam ſenten-
tiam coram D. Vicario Epiſcopi Ariminen. & co-
ram præfato Magnifico D. Auditore cum iuramē-
to depoſuerit, & idem ſæpe in eius conſtitutis affir-
mauerit, ſubornatus tamen depoſuiſſe præſumitur
glo. eſt in c. præterea. ex. de teſti. cogen. §. quia uero.
in auth. de teſti. & tradit Bal. conſi. 101. Quidam te-
ſtis, num. 6. uol. 1. Ideo illi teſti in eius ſecundo di-
cto non eſt credendum, cùm primo dicto ſtandum
2 ſit, illudq́; præualeat, & attendatur. c. ſicut nobis. de
teſti. Innoc. in c. præterea. de teſti. cogen. Bal. conſi.
384. Punctus quæſtionis. in fi. uol. 2. Vbi inquit ꝙ ſi
teſtis ſæpius teſtificatur, priori dicto creditur, uel ſal
tem poſteriori non creditur, quia ante periurium
conſtat, ideo priori dicto ſtatur, & contrarium te-
ſtimonium deponens ſubornatus poſtea depoſuiſ-
ſe uidetur, ut tradit Aymo. conſi. 6. Plura. col. 1. nu.
5. uol. 1. & ob illam contrarietatem in falſum inci-
dit. l. qui falſa. ff. de teſti. & l. eos. de falſis. ideo primæ
depoſitioni ſtandum eſt d. c. ſicut nobis. & cap. per
tuas. ex. de probatio. tradit Franc. Marc. in parlam.
Delphi. in deciſ. 178. Quæritur an ſit ſtandum primo
dicto. in princ. & Pariſi. conſ. 104. In præſenti cauſa.
col. antepe. in fi. num. 158. uol. 1. firmat Abb. in cap.
cùm in tua. de teſti. & ibi Fely. & ita tenent commu
niter Doc. ut refert Corne. conſi. 27. In prima con-
ſultatione. col. pe. uolu. 3. Alex. conſi. 93. In cauſa, &
lite. colu. pe. uol. 5. & conſi. 124. Quoniam abunde.
num. 6. uerſ. Circa ſecundum teſtem. uol. 5. ubi pul
chre loquitur, & Ruy. conſi. 15. De duobus. num. 7.
& num. 12. uol. 5. cum multis concord. per Dec. cō
geſtis. cōſi. 189. Lætatus ſum. col. 5. in fi. uerſi. Secun
do principaliter. Non ob. ꝙ ſecundum dictum fue
rit in tormentis confirmatum, Quia quando teſtis
3 de ſe, & de alio interrogatus fuit, præſertim in caſu
in

in quo interrogari non poteſt, ut in propoſito no-
ſtro, tunc primo dicto plus ſine tormentis, quàm
cum tormentis creditur, ut not. inquit Bar. in l. 1. §.
quæſtioni. ff. de quęſtioni. ſequitur Are. conſi. 61. In
cauſa iſtorum. col. 1. Deci. d. conſi. 189. colu. 5. in fi.
uerſi. Non ob. quòd ſecundum dictum idem Deci.
conſi. 175. In cauſa falſitatis. col. pe. poſt prin. uerſi.
Secundo reſpondetur. cum aliis per Gram. relatis
conſi. 59. Viſo præſenti. col. 3. in fi. ſub num. 6. uerſi.
Præterea nam cùm quis interrogatur. Non ob. quod
idem Fran. in eius conſtitutis cùm iuramento dixe
rit, id quod in prima eius depoſitione in domo ſer
Iulii præfati depoſuit, non eſſe ueritatem, ſed men-
dacium dixiſſe, inquiens, me lo fece dire maſtro gio
uanni, perche mi haueua promeſſo le ſcarpe, perche
diceſſi a ſuo modo, quoniam dupliciter reſponde-
tur, primo quia ſibi ipſi contrarius eſt, cum in illa
depoſitione in fine dicat nihil fuiſſe ſibi pro illo te-
ſtificatu datum, nec promiſſum, in ſecunda referat
calceos ſibi promiſſos fuiſſe, & in hoc quoque alia
apparet contrarietas, cum interdum dicat magi-
ſtrum Ioannem illos ſibi promiſiſſe, interdũ a ma-
giſtro Ioanne, & a ſer Vincentio Paſſaro fuiſſe pro-
miſſos, ut de tali contrarietate in proceſſu patet ſub
fol. 58. & fol. 75. & 79. Secundo quia ſe participem
& ſocium criminis facit, deponens ſe per unum par
calceorum corruptum l. fi. C. de accuſa. c. 1. de con-
feſ. de teſte. col. 10. uerſi. Item quòd eſt ſocius. cum
aliis concord. per Hyp. relatis in §. Diligẽter. ſub nu.
59. in ſua prati. crimi. Et ubi ſe participem, & crimi-
4 nis ſocium facit, ei non creditur, nec ad inquiſitio-
nem formandam indicium facit, ut pulchre conſul
uit Alex. d. conſi. 124. col. fi. nume. 14. uerſi. Accedit
ultimo. uol. 6. & plene ſcribit Deci. d. conſi. 189. co-
lu. 4. uerſi. Tertio hoc idem. num. 9. cum plurib. con
cord. ibi per eum relatis, ubi etiam hanc eſſe com-
munem opi. atteſtatur: Nec refragatur, dum extare
generalem totius Italiæ conſuetudinem aſſeri-
tur, quòd inter crimina excepta, & non exce-
pta non ſit hodie differentia, & ſic quòd crimi-
5 nis ſocius contra alium ſocium faciat indicium, &
pro hoc allegatur Gandi. in ti. de quæſtio. & tormẽ.
uerſi. Nunc autem reſtat formare. & uerſ. ſeq. incip.
Sed quid de quæſtione quæ tota die. Quia Gandi.
ibi hoc non aſſerit, ſed ſolum inquit quòd in exce-
ptis, de conſuetudine, non autem de iure indicium
facit aduerſus malæ famæ, conditionis, ac ſuſpicio-
nis ſocium, & illud de generali Italiæ conſuetudine
refert furem de aliis furtis de quibus indicia non ex
tarent, interrogari poſſe, & de criminis ſocio ibi nõ
loquitur, quamuis Blan. in repeti. l. fi. num. 374. ff.
de quæſtio. dicat in tota Italia conſuetudinem exta
re, quod de quocunque delicto iudices inquirere
poſſunt, & inquirunt: Deponit etiam idem Franc.
ſe falſum dixiſſe ad inſtantiam & perſuaſionem di-
cti magiſtri Ioannis. Et ubi teſtis ſe precibus, & con
ſilio inquiſiti falſum dixiſſe deponit, in præiudiciũ
dicti inquiſiti non probat, nec ei credendum eſt, ita
in terminis decidit Anch. conſi. 23. Viſa inquiſitio-
ne. col. 1. Fulgo. conſi. 171. In cauſa inquiſitionis. cũ
aliis relatis per Deci. d. conſi. 189. col. 3. uerſi. Simili-
ter non obſtat. ſequitur Hyp. conſ. 78. Salus omniũ.
col. 6. ad fi. numer. 15. uerſi. Nam ſocio criminis, &
conſ. 102. Pauci ſunt. col. 3. num. 7. cum ſeq. & Grã.
6 conſi. 46. In cauſa Mag. Triſtani. col. 3. in prin. num.
10. cum ſeq. ubi addit, quod concurrente bona fa-
ma, & qualitate inquiſiti, ut in propoſito caſu con
currit, talis falſorum teſtium depoſitio etiam ad in-
quiſitionem formandam indicium non facit. Quę
bona fama omne indicium, & ſuſpicionem contra
inculpatos tollit. Cuma. conſ. 135. Ad primum. col.
2. Bar. in l. 3. §. ex improuiſo. ff. de re mili. Alex. Blãc.
& alii in d. l. fi. de quæſt. Hyp. conſi. 117. Illumina
quæſo. num. 47. & 48. & conſi. 220. Splendore. colu.
pe. in prin. uerſi. Alia etiam ratione, & tradit Aymo
conſi. 99. Ioannes filius. in fi. conſi. 145. Viſo proceſ
ſu. col. fi. in fi. & conſi. 151. Neminem. col. 5. nu. 21.
uerſi. Videmus in ſimili. cum concord. ibi per eum
7 relatis. Et propterea dixit Bal. in l. 2. C. de falſ. & in l.
quotiens. §. ſed in corpore. ff. de hæredi. inſti. quòd
alicuius probi uiri qualitas ad remouendum falſita
tis præſumptionem multũ operatur, ſequitur Are.
in c. cùm P. Manconella. de accuſa. Deci. d. conſi.
175. colu. 4. in fi. uerſi. Et prædicta uidentur. Cepol.
conſi. 21. colu. fi. & Gram. d. conſi. 46. in fi. Cùm te-
ſtium ſubornatio dicatur crimen ſimile crimini fal
8 ſi, ut tradit Berous in q. 58. Fuit quæſtionis. in prin.
ubi in terminis noſtris ad fauorem prædictorum
ſer Iulii, & magiſtri Ioannis ſatis diffuſe loquitur,
dicens quòd teſti ſe ab inquiſito corruptum dicen-
ti, uel in prima depoſitione falſum dixiſſe, nullo pa
cto credendum eſt. Et ſic iſte Franc. nedum ob cõ-
trarietatem prędictam, uerũetiam per criminis par
ticipationem nullam fidem, nec etiam (ut dictum
eſt) indicium ad inquiſitionem facit. Et ultra prædi
ctam contrarietatem alia quoque depræhenditur,
dum in fol. 60. inquit in domo ſer Iulii circa horã
noctis tertiam examinatum fuiſſe, & tamen in eo-
dem primo tomo fol. 104. dixit, quando in d. do-
mo examinatus fuit, erat intra unam aut duas no-
ctis horas: Similiter in eodem tomo ſub fol. 58.
dixit ſe non recordari quòd depoſuiſſet. & fol. 71. in
fi. dixit ſe bene ac optime recordari de eo quod in
duabus præteritis uicibus teſtificatus fuerat. Iterũ
ſub eodem fol. 58. dixit quòd ſer Vincentius Paſſa-
rus illam chartam legebat, quam in manibus habe
bat, idemq; folio 60. & fol. 121. repetit, & nihilomi-
nus poſt torturam fol. 166. dixit quòd ſer Vincen-
tius chartam in manibus non habebat, nec chartã
legebat, & in ſecũdo tomo ſub fol. 19. in princ. poſt
torturam dixit. Et ſer Vicenzo ſtaua alla tauola, &
haueua in mano della charta da ſcriuere. & fol. 35.
in fi. in tortura dixit, ilqual ſer Vicenzo haueua
una charta piegata in mano, & ſer Iulio me interro
gaua, & mi diceua, ſta lla coſi? ſta ella coſi? Poſtremo
in primo tomo ſub fol. 61. in princ. dixit quòd ſer
Vincentius poſtea aiebat ipſi teſti hæc uerba, la dice
coſi, li altri teſtimonii dicono coſi anchora, & eſſo
teſtimonio confirmaua, & tamen ſub fol. 121. in eo
dem tomo dixit hæc uerba, ſer Vicenzo diceua
ſta ella coſi? ſta ella coſi? & ſic interrogatiue, non
autem affirmatiue, & io diceua de ſi, & fol. 125. di-
xit M. Vicenzo con una ſcrittura in mano diceua,
li altri teſtimonij hanno detto coſi, & me doman-
daua ſe ſtaua coſi? & io diceua de ſi. Iterum ſuper in
terrogatoriis magiſtri Ioannis in ſecundo tomo
repetitus dixit ſub fol. 71. & ſic poſt torturam, men
tre che fui eſſaminato da ſer Iulio, & da M. Vicen-
zo, io diceua ogni coſa de ſi, perche ui erano due
donne preſenti, mentre che io me eſſaminauo, che
mi dauano la baia. Et tamen in aliis ſuis depoſitio-
nibus ſub fol. 78. in primo thomo dixit, quel che io
diſſi nel primo eſſamine, lo diſſi perche ſer Vicenzo
& ſer Iulio mi diceuano che li altri teſtimonii haue
uano detto coſi; Ex quibus contrarietatibus ipſe te
9 ſtis in falſum incidit, & tanquam falſus reiicitur, &
ei non eſt in aliquo credendum, cùm falſus in uno
falſus in tota eius depoſitione dicatur, & in aliquo
ei non credatur. c. teſtimonium. ex. de teſti. & in to
tum eſt contra eum præſumptio. c. ſi ad ſacras. 9. di-
ſtin. c. puta. 9. q. & eſt bonus tex. in c. quanto. de his
quæ fiunt a præla. not. Inno. in c. fraternitatis. ex. de
hæreti.

hæreti.& alij in cap.In noſtra.de teſtib.Spec.in titul.
de inſtru.edi. §.inſtrumentum. uerſicul. Quid ſi ali-
quid.& Docto.maxime Bald.& Salycet.in l.ſi ex fal-
ſis.C. de tranſac. & ita communiter tenent Doctor.
vt atteſtatus Alexand. conſilio quinquageſimoter-
tio. In cauſa. columna tertia. numero duodecimo.
volumine ſeptimo.& Ruyn.conſilio decimoquin-
to.numero quinto.volumine quinto. Et hoc pro-
cedit etiam ſi circa aliqua acceſſoria falſitas eſſet,vt
tradit Aymo conſilio ſexto. Plura videnda. colum-
na tertia.numero decimoquarto.volumine primo.
Præterea de mendacio, & ſic de falſo conuincitur,
dum ſub folio centeſimo vigeſimoquarto. in pri-
mo tomo dixit. Et io li diſſi nello eſſamine di ſer Iu
lio,che Matteo haueua laſciato la robba ad Arcan-
gelo Barilaro, ſin che la ſua figliuola fuſſe da mari-
to, Et nihilominus in dicta depoſitione de hoc ni-
hil deponit. Ruſſus ſub folio centeſimo ſexageſi-
moprimo. in princip. eodem tomo poſt torturam
dixit. Et quando ſui eſſaminato, ſon certo, che la
Franceſca,già di Matteo barilaro era eſſaminata, &
nihilominus contrarium in proceſſu conſtat, cùm
ipſe primo examinatus fuerit, & poſt ipſum exami-
nata fuit Franciſa, nec ſaluari poteſt ex reuelatione
coram Vicario per eam facta, quia coram Vicario
examinata non dicitur,ſed reuelationem feciſſe, a-
liud eſt enim reuelare,& aliud examinare,cum pri-
mum, abſque iuramento, & extra iudicium, & ſe-
cundum cum iuramento,& in iudicio: ideo ſucce-
dit,quod ſupra proxime dictum eſt. Deponit quo-
que non veriſimilia, dum ſub folio centeſimo uige
ſimoquinto. in princip.in primo tomo. ante tortu-
ram dixit. Et loro mi diceuano, che li altri teſtimo-
nij haueuano detto in quel modo, & io diceua de
sì. Et in folio centeſimo trigeſimoſecundo. in fin.
eodem tomo in tortura dixit, ſer Iulio mi diſſe, che
voleſſi dire la uerità come haueuano fatto li altri,
che haueua eſſaminati, & folio centeſimo vigeſi-
moſexto.ante torturam dixit,& ch'io ancora doueſ
ſi dire come faceuano li altri,& la maſſara. Et nihi-
lominus,nec ancilla, nec alij fuerant examinati, &
& ſer Iulius neminem examinauerat, ergo non eſt
veriſimile,quod ita dixerit ſer Iulius,nec ſer Vincen
10 tius. Et teſtis non veriſimilia deponens nullam fidẽ
facit.Grammatic.voto decimoquarto.In cauſa Re-
gij.numero octauo. immo de falſo ſuſpectus uide-
tur.Abb.in capit.quia ueriſimile.in fi. per illum tex.
extra de præſump. Aymo conſilio centeſimo deci-
moquinto.Nobilis.columna fin. in princip. nume-
ro duodecimo. uerſicul.Ruſſus cum loquantur.uo
lumine primo.& ei minime credendum eſt.Innoc.
in cap.auditis.de præſcrip.& idem uoluit Felyn.in c.
licet cauſam.uerſic.Not.decimo.extra de probatio.
cum alijs per Hyp.relatis in l.prima. in princ. nu.65.
uerſi.Et dixit Innocen. ff. de quæſtio.Cùm ergo iſte
Franciſcus ſit uarius, criminis particeps,contrarius,
falſus, mendax, ueriſimilia non deponens, ſingula-
ris,& periurus,nedum non probat,ſed nec ad captu
ram, nec ad inquiſitionem formandam indicium
facit. d.c. ſicut nobis. & c.teſtimonium.extra.de te-
ſti.Alcia.in tract. de præſump. reg. 2. in decima præ-
ſump.quia propter periurium a teſtimonio repelli-
tur, & in periuro aliquod teſtimonium deficiente
fundamento non cadit,quod eſt iuſiurandum.Nec
dicatur hoc non procedere vbi quis in quęſtione te
ſtificatur,cùm depoſitioni in tortura factę ſtandum
videatur, quoniam reſpondetur, quod illa conclu-
11 ſio, quòd dicto teſtis in tortura ſtetur, in ciuilibus
procedit,in quibus teſtis infamia per torturam pur
garetur, in criminalibus ſecus: ita limitat Dec. poſt
Bartol.per eum relatum.d.conſil.189.columna 6.in
princ.numero ſecundo.verſic.Nec obſt.quòd infa-
mia.quam ſequitur Aymo Crauet.d.conſi.6.nume
ro 16.& numero 47.ſub verſic.Et ſi dicatur. Secun-
12 do reſpondetur.quòd hoc in periuro fallit, ut nota.
probatur ex dictis per gl in c.per tuas in uer.adulte-
rij.ext.de ſimo.quæ uult, quòd quamuis aliàs crimi
noſus de crimine emendatus idoneus ſit teſtis,ſecus
tamen eſt in periuro emendato.quia adhuc contra
ipſum laborat ſuſpicio, quòd ex quo ſemel deiera-
uit,adhuc iterum deierare credatur,quam glo.ſum
me no.ibi Abb. dicens, nota per illam gl.quòd ſub
generali diſpoſitione,qua criminoſi habilitantur te
ſtes, non uidetur habilitatus periurus, quod idem
firmat,& ſequitur Ruyn.conſi.146. Mag.ac clariſſi-
me.num.4.& conſi.147.Mag.domine.nu.4.uolu.5.
13 & pulchre Aymo.d.conſ.6.nu.16. Et doct.dicentes
non eſſe teſti periuro credendum,etiam quò ad in-
dicium,ſimpliciter,& generaliter loquuntur,ſiue in
tortura, ſiue abſque tortura teſtificetur, ergo gene-
raliter intelligi debẽt.l.de precio.ff.de publicia.& ſtã
te periurio eadem ratio uidetur, ſiue cum tortura,
ſiue abſque tortura deponat,vbi enim eſt periurus,
nulla iuramenti religio in eo conſiderari poteſt,
ideo ſine iuramento deponere videtur,& ſic talis te
ſtis periurus indicium non facit, nec ad quæſtionẽ,
nec ad informandam inquiſitionem,vt copioſe per
Ruy.d.conſi.146.cum ſeq.Alc.& Aymo.vbi ſup. Et
in hac ſubornationis materia late ſcripſit Bero. in
præalleg.q.58. vbi decidit, quòd aduerſus inquiſitũ
de teſtium ſubornatione,illi teſti deponenti ſe ab in
quiſito corruptum in ciuili cauſa depoſuiſſe,uel fal
ſum dixiſſe,ut deponit iſte Fran. nullo modo credẽ-
dum eſt,tum quia ſe criminis ſocium facit, tũ quia
teſtis corruptus falſum deponens non poteſt in cã
criminali teſtificari, quia corruptio fidẽ teſtiũ uul-
nerat,ſicut periurium,& ſicut periurium teſtem a te
14 ſtificãdo repellit,ita & corruptio. Are.in c.licet cau
ſam.in 22.uo.de prob. Et non ſolum non facit indi-
cium ut ſup. ſed nec ei in aliquo contra ſer Iulium,
ſer Vincentium,& magiſt.Io.credendum eſt, cũ ip-
ſe Franc. in reuelatione det in conteſtibus ſer Iuliũ,
& ſer Vincentium, ut in 1.tom.patet ſub fol.61.Qui
tamen ſub fol.99.& fol.105.eo.tom.& fol.27.in ult.
tom.contrarium deponunt, ideo eius dictum ſuſpe
ctiſſimum, & inualidum redditur. ut tradit Gram.
conſi.26.in cauſa matrimoniali. nu.20. & conſil.38.
Formata inquiſitione.nu.27.& 28.Poſtremo de mẽ
dacio conſtat,& de uarietate d.Fran.teſtis in ult. de-
poſi.in q.facta dicentis ſub fol.46.me lo fecero di-
re maſtro Giouanni Tauzano,ſer Vicenzo Paſſaro,
& ſer Giulio dalla fonte, quando m'eſſaminaua ſu
la corda, & fuori della corda, & nihilominus nulli-
bi apparet eos aliquid dixiſſe, dum ipſe in tortura
fuiſſet,in mendacio igitur deprehenditur, & ſic tan
quam mendax,periurus,varius,criminis particeps,
& infamis nullum facit indicium.Quò ad Franciſcę
mulieris depoſitionem ſimiliter cõcludo ipſam fuiſ
ſe a ſer Gaſpare Offreo, ab Antonio Camerano, &
ab Amatore ſubornatam. Conſtat enim tam in re-
uelatione per eam facta coram Reuerendo D.Vica
rio Ariminenſi,quàm uti teſtem per ſer Iulium Do
mini Gouernatoris actuarium examinatã, Matthæ
um barilarium in eius ultimo uitę ſpiritu nunquam
reſpondiſſe, quia uocem, & loquelam perdiderat,
& non loquebatur niſi per unicam extremam que-
relam,dicendo oi,oi,oi,& dictum ſer Gaſparem nõ
cognoſcebat, ex quo magis mortuus quàm uiuus
erat,& nunquam cognitũ fuit eundẽ Mat. in bono
ſenſu,ac intellectu fuiſſe, nec aliquem cognoſcere
tẽpore quo ſer Gaſpar in domo teſtamẽtũ cõdendi
cauſa reperiebatur, & concludentem reddit ratio-

nem, quia ſi d. Matthæus in bono fuiſſet intellectu,
& aliquem allocutus fuiſſet, ipſa ſciret, quia prope
d.Matthæi cubile manebat. Et quamuis cõtrarium
in ſecunda reuelatione coram præfato Do. Vicario
per eam facta poſt primam reuelationem, & poſt
eius iuratam, & publicatam depoſitionem, & poſt
latam ſuper d.teſtamento ſententiam dixerit, nihilo
minus a ſuprad. ſubornata dicitur, vt eſt gloſ.in d.c.
præterea.de teſti.cogẽ.cum alijs ſup.relatis. Et ſuper
15 hoc aduertẽdum cenſeo, ꝙ ſi quis vnum in iudicio
depoſuit, & deinde aliud cõtrarium extra iudicium
deponat, primæ depoſitioni tanquam iuratæ, & ſo-
lemni ſtandum eſt.l.generaliter.C.de non nume.pe
cu.& c.ſicut nobis.ext.de teſti.& hoc caſu talis teſtis
de falſo puniri non poteſt, cum vltima depoſitio ex
tra iudicium iurata non ſit, nec nocere poſſit. Si ve-
ro poſterior eſſet in iudicio cum iureiurãdo facta,
vt primę contraria, de falſo tanquam varius, & ſibi-
ipſi contrarius, & periurus puniri poſſet. l.eos. ff. de
fal. & ei nullatenus credendum eſſet, vt eſt caſus in
d.c.ſicut nobis. vbi dicitur, ꝙ teſtibus dicentibus ſe
corruptos falſum depoſuiſſe, (vt hæc mulier in eius
depoſitione fatetur) quia periuri ſunt. non eſt eis ali
quatenus credendum, pondero dictionem aliquate
16 nus cum negatiua iunctam, quæ idem, ꝙ verbũ (nul
lo modo) ſignificat, prout idem de dictione (nullate
nus) fertur, ut no. Arch. in c.ſtatutum.de reſer.in 6.
in c.quoniam.de immu.eccl. & in c.2.de decim.eo.
lib.6. Si ergo nullo modo tali teſtimonio credendũ
eſt, ergo nec etiam quo ad aliquam præſumptionẽ
ad inquiſitionem ſufficientem. Quòd etiã hæc mu-
lier periura ſit, ex proprio eius ore elicitur ſub fol.
85.in 1.tom.dicens, & nõ diſſi la verità alhora quan-
do la prima uolta io diſſi, che maſtro Matteo nõ par
lana quando fece il teſtamento. Cùm ergo hæc Frã-
ciſca, & ſuprad. Franciſcus contra teſtamentum in
iudicio iurati depoſuerint, vt dictum eſt, & corã D.
Vicario extra iudicium, & poſt proceſſus, & teſtium
publicationem, & poſt latam ſententiam, contrariũ
eius, quod primo depoſuerant in iudicio, non po-
tuerunt in aliquo ſer Iulio, & magiſtro Ioanni præ-
iudicium inferre, cum primo dicto ſolemni, & vali-
do ſtetur, & non poſteriori non iurato, & inuali-
do, vt dictum eſt, cum poſterius nullam fidem fa-
ciat. Et quamuis poſtea in iudicio iurati idem quod
extra iudicium depoſuerint, nihilominus hoc caſu
cum ſint ſibijpſi contrarij, & periuri, de falſo puniri
debent.d.l.eos. & ſic eis nullatenus credendum eſt.
d.c.ſicut nobis. & a teſtimonio penitus repelluntur.
c.teſtimonium.extr.de teſti. Nec dictum hoc poſte-
17 rius cum iuramento per torturam ualidari poteſt,
quia tortura eo magis habiles non reddit, quàm an
te torturam eſſent, ſicut nõ habilitantur magis poſt
18 emendationem, quàm prius habiles eſſent. Et per
hoc infertur, quòd quamuis criminis particeps ad-
mittatur, uel ad inquiſitionem formandam, uel ẽt
in criminibus exceptis ad torturã indicium faciat,
hoc tamen locum ſibi non uendicat in periuro, ut
probatur ex no. per gl. in c.per tuas.in uerbo adulte
rij.ext.de ſymo.& firmat Ruy. d. conſi.146. col.2. in
19 prin.nu.4.etiam quod tortus eſſet, immo cum in ſe
& in alios ſimul, & ſemel torti fuerint, debilior eſt
confeſſio in tormentis facta, quàm ſine tortura, ſe-
cundum Bart.in l.1.§.quæſtioni.in 3.memb.ſuæ di-
ſtinct.ff.de quæſt.quem ſequitur Ruyn.d.conſi.147.
Mag.domini.in vlt.col.num.5.uol.5. Et vltra, ꝙ hæc
mulier in d. eius depoſitione periura ſit, contraria
quoq; & periura eſt in alio. Nam in prima depoſitio
ne iurata in iudicio fatetur nihil fuiſſe pro eius de-
poſitione ſibi datũ, nec promiſſum, vt in primo to-
mo fol.41.patet. idemq; in vltima reuelatione corã
præfato Vicario facta ſub fol.48.fatetur dicens, non
li fu promeſſo niente. & tamẽ eo.fol.depoſuit a ma-
giſt.Ioanne linarolo fuiſſe perſuaſam, ut litem con-
tra d. magiſt. Matthæi hæredes minime proſequere-
tur, pollicendo ei de proprijs pecunijs d.10. libr. per
ſoluere. ſicq; patet in d.depoſitione ſibijpſi contra-
riam eſſe. Iterum in alio ſibiipſi contraria apparet,
ſub fol.49.dũ inquit, ꝙ mediante d.magiſt. Matthæi
ſorores.d.10.libras habuit. deinde refert magiſt.Io.
illas de proprijs pecunijs ſoluere promiſiſſe, ſi.n.il-
las habuit, ueriſimile non eſt, magiſt.Io.illas ſibi ſpo
pondiſſe: apparet quoq; in repetitione ſuper interro
gatorijs eiuſdem magiſt.Io.ſub fol.29. in 2.tomo fa
cta, ꝙ ipſa libras illas 10. ab Antonio Camerano ha-
buiſſe fatetur. Et quamuis aſſerat, Antonio predet-
to, mi diede dieci libre, che mi haueua a dare in per-
sẽza di M.Ceſaro. nihilominus ex quo illas prius ha
buerat, ut ſub d.fol.49.fatetur. illas modo per ſubor
nationem, & non ex debito habuiſſe pręſumitur. cũ
debitum illud per ſolutionem primam extinctũ fue
rit. Inſt.quib.mod.toll.oblig.in prin.cum vulg. Rur-
ſus alia deprehenditur in ipſa muliere contrarietas,
cum coram præfato D. Vicario in vlt. reuelatione
ſub fol.42.in 1.tom. dixerit, volẽs dicto monitorio
ſatisfacere, eiuſq; conſcientiam exonerare: & nihilo
minus in repetitione ſuper dictis interrogatorijs fa-
cta dixit de dicto monitorio nullam habuiſſe noti-
tiam, niſi per reuelationem d.ſer Gaſparis Antonini
Camerani, & Amadoris, & idem firmat Franciſcus
ſub fol.52.in eo.tom. Iterum ambo concordes dixe
runt, ꝙ ſacerdotem non reperiebant, qui eorum cõ
feſſionem audire, & abſoluere uellet, ut patet ſub fo
lio 123.& 133.eo.to.& tamen in d.repetitione ſuper
d.interrogatorijs Franciſca fatetur, ꝙ poſtquam a
ſer Iulio examinata fuit, una uice confeſſa, & com-
municata fuit, & d.Franciſcus duabus uicibus con-
feſſus fuit, ergo ſibiipſis contrarij ſunt, ſi.n.ſacerdo-
tem poſt depoſitionem coram ſer Iulio factam nõ
reperiebant, quomodo eorum peccata cõfiteri po-
tuerunt, ut dixerunt. Stantibus ergo præd. contrarie
tatibus Franciſci, & Franciſcæ, concludo eorum de-
poſitiones magiſt.Io.& ſer Iulio præiudiciũ aliqđ in
ferre non poſſe, nec aliquod aduerſus illos indiciũ
agere, cum ad quæſtionem indicia debeant eſſe cer
20 ta, probabilia, & ueriſimilia. l. milites. §.oportet. C.
de quæſt.non autẽ leuia, nec perfunctoria, quæ plu-
ribus modis interpretari valeant, & tanquam luce
clariora in ſua indiciorum ſpecie eſſe debent. Bald.
conſi.256. Verba inquiſitionis.col.1.ad fi.volu.1. Et
ideo idem Bal. alibi dixit conſi.77. Ad euidentiã prę
mitto.col.1.vol.3. ꝙ ad torturam indicia probabi-
lia, & veriſimilia eſſe debẽt, ſed talia indicia per præ
fatos teſtes nullo pacto contra d.magiſt.Io.& ſer Iu
lium probant, vt ex ſuprad. liquido cõſtat, ergo &c.
Et præſertim ſtante bona fama, & conditione ipſo-
rum inquiſitorum probata, quæ omne indicium
eneruat, & penitus tollit, ut dictũ eſt ſup. Nec Franci
ſcæ depoſitio ſub fol.87.in 1.tomo. dũ aſſerit, ma io
non diſſi tante coſe, come uoi mi hauete detto eſſer
ſcritto lì, aliquid contra ſer Iulium probat, tũ quia
unica, & ſingularis eſt, tũ quia infamis, periura, & ſibi
ipſi contraria, ut ſup. probatum fuit, tũ ẽt quia teſti
21 deponenti contrariũ eius, quod per notariũ ſcriptũ
reperitur, minime creditur, ut late tradit Alex. conſ.
70. Viſo proceſſu. col.1. uerſi.2. reſpondeo. uol.1. cũ
multis conc. de quib. ibi per eum relatis. & commu
nis eſt opinio, ut Ferratius atteſtatur. caut. uigeſima-
22 ſexta. Licet condecens. Præterea ad hoc, ut unus te
ſtis ad torturam indicium faciat, ſi per unicum im
teſtem de probando ad quæſtionem indicium agi
tur, duo copulatiue requiruntur. Primo quòd de ip
ſo ma-

ſo maleficio directe,&Immediate per ſenſum ſuum deponat.Bar.in l.maritus.& in l.fi.ff.de quæſtio.Bal. conſil.429.An mandatarius. uolumine tertio. Corne.conſil.101. In cauſa vertente. columna ſecunda. in fin.volumine ſecundo.& Brun.in tract.de indi.& tor.in 1.par.col.1.Secundum requiſitum eſt, quia operepretium eſt,quòd talis teſtis integer ſit, omnique exceptione maior, ideſt talis aduerſus quem nulla opponi poſſit exceptio iuxta no.per glo.in §. item verborum,ſuper verbo idoneos. Inſti.de inutili.ſtipul.per Bar.in l.1.§.item Cornelio. de quæſtio. & communis eſt opi.ut atteſtatur Ruy.d.conſi.147. ſub num.3.uerſic.Nam ad hoc.uolu.5. Et ait Bald. conſil.259.Verba inquiſitionis.col.1.in fin.uol.1.quod inuulnerabilis eſſe debet, ideſt cuius perſona nullo defectu uulnerari poſſit.& idem Bald.conſil.41.Præſuppoſito ſtatuto.in fi. uol.5. quòd talis teſtis indubitatus eſſe debet, ideſt de cuius fide, & integritate nullo pacto dubitari queat, & cui nulla coniectura reſiſtat,ut pulchre tradit Aymo.d.conſil.6. col.3. in princ.& conſil.99.Ioannes filius.col.1.num.4.uerſ. Solum ſupereſt.uolu.1.Et omnis minima qualitas,
23 & defectus impedit,ut teſtis de uiſu indicium ad torturam non faciat,ut plene comprobat Plot.in repeti.l.ſi quando. num.879. uerſic. Primum ergo indicium. C. unde ui. Et hoc modo conſiderando nullus ex dictis teſtibus cõtra prædictos inculpatos examinatus legitur,quod ſit omni exceptione maior, nam ambo viles ſunt,pauperes, infames, contrarij, ſingulares, non veriſimilia deponentes, & periuri, prout ex eorum depoſitionibus liquido apparet. Et propterea concludo dictos inculpatos fore, & eſſe ab aſſertis imputationibus abſoluendos,& a carceribus relaxari cum condemnatione inſtigatorum in expenſis. Et ita de iure concludendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſconſultus Ariminenſ. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen. & ita abſoluti fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium agitari poteſt cum procuratore, quem dominus cum clauſula de ipſum releuando ab onere ſatiſdandi conſtituit.*

2 *Procurator abſens, qui habita ſcientia, mandatum, abſque alia proteſtatione acceptauit, domini defenſionem recuſare non poteſt, immo ad illum defendendum compelli poteſt.*

3 *Procurator generale mandatum habens appellare tenetur, & interpoſitam appellationem proſequi debet.*

4 *Procurator poſtquam litem conteſtatus eſt, in actis ſucceſſiuis citari debet, & non dominus cauſæ, alioquin non valet proceſſus.*

CONSILIVM LXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

DVBITANDVM non uidetur iudicium agitari poſſe cum procuratore, quem conſentientem dominus cũ clauſula de ipſum releuando ab onere ſatiſdandi conſtituit,quæ in inſtrumentis apponi conſueuit,vt eſt text.in l.filiuſfam. §.procuratorem.& l.ſi defunctus.ff.de procura.& eſt quoque ad illud ſuſcipiendum compellendus, vt ibi dicitur.
2 Idem etiam dicendum eſt, quando abſens conſtitutus fuiſſet, & habita ſcientia mandatum abſque vlla proteſtatione acceptauit,nam eo caſu domini defenſionem recuſare non poteſt. Quinimmo ipſum in omnibus cauſis, & negocijs ad quæ ſe extendit mandatum defendere compelli poteſt,vt eſt tex.rotundus in clem.1.de procurato. Et in tantum prædi
3 cta ſunt uera, quòd etiam ſi mandatum eſt generale,appellare tenetur a ſententia contra dominum lata, & interpoſita appellatione eam proſequi tenetur. d.clem. prima. & declarant Domini de Rota in deciſ.146.Si procurator.in nouiſ.Cur.iun. in l.inuitus.numero trigeſimoprimo.C.de procura. & non ſolum primam appellationem, uerumetiam ſecundam interponere, & proſequi tenetur ſecundum Pet.& Bald.in d.l.inuitus.in fi.quos ſequitur Iafre. Balb.in deciſ.483.Procurator.in 5.centuria.Nec dominus attenta eius promiſſione in his,quæ per procuratorem geſta ſunt,contradicere poteſt. Quinimmo ſi cum procuratore iudicium, uſq; ad litis conteſtationem incluſiue agitatum fuiſſet,& deinde in actis citaretur dominus,& non procurator, proceſ-
4 ſus,& iudicium non valebit, quia poſtquam procurator litem conteſtatus eſt,ipſe in actis ſucceſſiuis citari debet,quia effectus eſt litis dominus, & non dominus cauſæ,& ſi aliter fit, non valet proceſſus, ita tenet Bart.in l.procuratoribus. C.de procurat.& ibi Cur.iun.poſt alios.in prin.num.2. vbi inquit, quòd vbi procurator dominus litis factus eſt, non poteſt poſtea contra dominũ procedi,nec dominus quoque procedere poteſt: quamuis litis effectus ſit ipſius domini,procedere tamen eſt ipſius procuratoris,niſi procurator ius inſtantiæ domino cederet,& idem Bar.tenet in l.mutari.ff.eo.& in l.furioſo.ff.de re iud.Bald.in l.ſi quando.in 7.q. C.de teſti. & Abb. in c.2.col.pen.uer.Quæro de not.q.nu.17.cum ſeq. extr.eo.tit.& ſing.tradit Cepol.in caut.119. Si tu Aduocatus. Et ita de iure concludendum cenſeo, ego Matthæus Brun.Iuriſc.Arimin. ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſ.Virg.matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus de viſu ſufficit ad faciendum indicium ad torturam in probando ipſum maleficium.*

2 *Teſtis de nocturno tempore, abſque luminis artificio, vel lumine Lunæ deponens de falſo puniri poteſt.*

3 *Fama cum teſte de viſu ad torturam indicium facit, & quomodo probet, & ſic ad torturam ſufficiens. numero trigeſimoprima.*

4 *Teſtis laycus contra clericum, quamuis ad plenam probationem non admittatur, indicium tamen ad quæſtionem facit.*

5 *Contumacia inquiſiti eſt ad torturam indicium ſufficiens, & quando contumax dicatur. & nu.33.*

6 *Mala vita, & conditio inquiſiti quamuis de per ſe ſola ad torturam non ſufficiat, iuncta tamen cum teſte de auditu indicium ad quæſtionem facit. vide tamen numero trigeſimoſeptimo.*

7 *Delinquendi conſuetudo, præſumi facit contra inquiſitum.*

8 *Clericus quamdiu aſſumptis armis dimiſſo habitu, & tonſura ſe enormitatibus immiſcet, priuilegium canonis, ſi quis ſuadente Diabolo. decimaſeptima quæſtione quarta. perdit, ſi verò in illis inueteratus eſſet, forum quoque eccleſiaſticum perdit. vide tamen nu.38.*

Clericus inueteratus in enormitatibus per ſecularem iudicem etiam puniri poteſt tanquàm ipſo iure degradatus, ibidem.

9 *Delictorum frequentia operatur, quòd ſi pro eiſdem pecuniaria pœna imponi deberet, mortis naturalis pœna ueniret imponenda.*

Iudex capitaliter delinquentem ob delicti reiterationem puniens in ſindicatu non tenetur. ibidem.

10 *Conuerſatio cum bannitis, & facinoroſis an indicium ad torturam faciat? & nu. 39.*

11 *Homicidium per pecuniam commiſſum aſſaſſinium dicitur fuiſſe patratum.*

12 *Aſſertio vulnerati in mortis articulo conſtituti an indicium ad torturam faciat? & nu. 45.*

Moriens mentiri non præſumitur, nec eſſe æternæ ſalutis immemor. ibidem.

13 *Teſtes duo de alieno auditu requiruntur ad faciendum indicium ad torturam.*

Teſtis de auditu alieno quamuis regulariter non probet, nec ad torturam indicium faciat, indicium tamen in cauſa aſſaſſinij facit. ibidem. & an hoc verum ſit vide num. 46.

14 *Iudex laycus in clericũ iuriſdictionẽ non habet. et ſub nu. 38.*

Citatio, & ſententia a non iudice lata nulla eſt. ibidem.

Clericus a iudice layco citatus non tenetur ad allegandum ſuum priuilegium comparere, eoq; in contumacia bannito bannum eſt nullum. ibidem. & nu. 34.

15 *Exceptio defectus iuriſdictionis quandocunq; etiam poſt ſententiam opponi poteſt.*

16 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis pro inſanabili defectu reputatur.*

17 *Reſcriptum, omnes, & quaſcunq; ſolemnitates ſanans: ſub illa verborum generalitate non comprehendit iuriſdictionis defectus.*

Clerici fori priuilegium habent a Deo vt coram laicis non conueniantur ibidem.

18 *Teſtis vilis, & infamis in grauibus delictis Indicium ad torturam non facit.*

19 *Teſtis de viſu, vt indicium ad quæſtionem faciat, requiritur, quòd integer ſit, ac omni exceptione maior. & nu. 21.*

20 *Qualitas qualibet minima, & defectus impedit, vt teſtis de viſu indicium ad torturam non faciat.*

21 *Teſtis, vt indicium ad torturam faciat, debet eſſe integer omni exceptione maior, inuulnerabilis indubitatus, ideſt de cuius integritate nullo pacto dubitari poſſit, & cui nulla coniectura reſiſtat.*

Teſtis perſona turpis, vbi in teſtem admittitur, cum tormentis admittitur, & non aliàs, ibidem.

22 *Indicium remotũ per duos teſtes & non omni exceptione maiores probari poteſt, & etiam infames, cum tortura tamen.*

23 *Teſtis iudicare non dẽt, ſed teſtificari, et de eo deponere quod aliquo ex quinq; corporis ſenſib. percipit, aliàs non probat.*

24 *Teſtis de auditu quamuis contra alium non probet, præſumptiuè tamen probat aduerſus illum, pro quo examinatus fuit, vel ſaltem aduerſus eum onus probandi contrarium transfert.*

25 *Teſtis de actu facto ad lunæ lumen deponens facile decipitur.*

Vox vnius nullius eſſe dicitur ibidem.

26 *Probatio per vnum teſtem tantum probat, quantum probatio per mille teſtes ſingulares facta.*

27 *Fama, vt indicium ad torturam faciat, a perſonis fidedignis, et honeſtis ortum habere debet, non autem a maliuolis, & ſuſpectis.*

28 *Opinio communis plurium vilium perſonarum nullius eſt effectus.*

29 *Fama, vt plenam probationem faciat, neceſſe eſt, vt teſtes deponant hoc audiuiſſe publicè dici a maiori parte hominum alienius loci, vbi homicidium factum eſſe aſſeritur.*

30 *Teſtes ſuper fama deponentes debent non interrogati reſpondere a quib. audiuerint, alioquin non probant.*

31 *Fama quamuis probata ſit, non tamen eſt ſufficiens ad torturam indicium, niſi cum alijs adminiculis, & inditijs probatis concurrat.*

Fama ſolum ad inquirendum, aut ad carceres ſufficit, & ſic circa præparatoria, & introductoriu indicij, non autem circa deciſoria ibidem.

32 *Iudex contra contumacem ad ſententiam procedens illam proferre non poteſt, niſi primo per ſuam interlocutoriam illum fore, & eſſe contumacem pronũciet, alioquin bannum, & ſententia erit nulla.*

33 *Contumax, vt quis reputari poſſit, citius contumacia accuſari debet, & iuris ordo ſeruari, alioquin ordine non ſeruato contumax reputari non poteſt.*

35 *Citationis executio, & relatio qua die facta fuerit, in actis apparere, & ſcribi debet, alioquin omnia inde ſecuta ſunt nulla.*

36 *Delictum in aliena iuriſdictione commiſſum per iudicem alterius iuriſdictionis cognoſci, aut puniri non poteſt.*

37 *Mala vita, & conditio alicuius, & delinquere conſuetus indicium ad torturam non facit.*

38 *Clericus, vt fori priuilegium perdat, ſex requiruntur.*

40 *Teſtes quamuis regulariter in cauſa criminali ad iudicem repræſentandi ſint, et eorum examen committi non poſſit, hoc tamen non procedit, quando teſtes in longinquis partib. habitarent, et ad delicti improbationem examinari deberent.*

41 *Aſſaſſinium qualiter contrahi dicatur.*

42 *Latrocinium qualiter, et quomodo committi dicatur.*

43 *Latrocinium committens de latrocinio puniri non poteſt, niſi aſſiduè latrocinari conſueuerit.*

44 *Aſſaſſinij qualitas probari debet, vt layco contra clericum iuriſdictionem deferat.*

47 *Præſumptio minus eſt quàm indicium.*

48 *Præſumptiones ad puniendum aliquem ad torturam non ſufficiunt. ſed indicia de neceſſitate requiruntur.*

49 *Præſumptiones, et ſuſpiciones ad capturam ſufficiunt, non autem ad alias.*

50 *Tractatus de homicidio committendo nullo effectu ſecuto, an, et quo caſu puniri poſſit?*

Tractatus ſeu ordinatio etiam in atrociorib. immo atrociſſimis non punitur ibidem.

51 *Conatus hodie per contrariam conſuetudinem derogatam non punitur.*

CONSILIVM LXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

CAVSAM præſentem libentiſſimè nõ ſolum reſpectu nominis, & cognominis presbyteri Matthæi Negrini, quæ nomini ac cognomini noſtro parificari videntur, verum etiam reſpectu Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, quam aliàs ſæpiſſimè amplexandam, fouendamque curaui, ſumma ope, ſummiſque viribus tueri conabor. Capio igitur prætenſi homicidij materiam, (vt aſſeritur) per dictum præſbiterum Matthæum perpetrati. Et prima fronte dicendum videbatur nedum ex proceſſu indicia ad torturam ſufficienter probata fuiſſe, ſed ad cõdemnationem plenam apparere probationem.

1 Ad faciendum enim ad torturam indicium vnicus teſtis de viſu ſufficit, quando ſumus in probando ipſum maleficium, Cyn. in l. tertia, in fin. C. ad l. iul. maieſtat. Bartol. in l. fina. in antepenultim. quæſtio. C. famili. hereiſcun. Bald. in l. obſeruare. columm. 1. in fin. verſicu. Et no. quòd ad hoc. C. quorum appel. non recipi. & in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. cum alijs traditis per Brun. in tract. de indi. & tor. in prima par. colum. 2. in prin. verſic. Circa ſecundum. & Veronen. conſi. 39. Lucius ciuis. colum. 7. in prin. num. 39. ver. Immo plus licet. & Careri. in repe. d. l. obſeruare. quæ præt. crimi. nuncupatur. in prin. nu. 110. verſ. Primo maius indiciũ. Sed in propoſito caſu nedũ teſtẽ vnũ hẽmus de viſu, qui Garauinus appellatur, ſed multos alios de publica voce, & fama: Deponit. n. Garauinus ſe præſentem fuiſſe quando presbyter Matthæus Negrinus birruarios aggreſſus fuit, & Sanctem de Marada birruarium interficit, & repetitus idem Garaui

nus

nũs in præſentia dicti presbyteri Matthæi idem con
firmauit, & ſic iſte ſolus ad ipſum torquendum ſuffi
cit. Nec obſtat ſi diceretur, quòd ipſum agnoſcere
non potuit, ex quo talis aggreſſura circa duas, aut
tres noctis horas interuenit, vt Franciſcus Angelus
Locumtenens Baroncelli generalis, & alij depo-
nunt, & ſic impoſſibilia deponere videtur, cum con
2 tra naturam ſit, quòd quis, abſque aliquo luminis ar
tificio, vel lumine lunæ valeat alium tempore no-
cturno cognoſcere, & tali caſu deponens tanquam
de falſo ſuſpectus puniri debet, vt voluit Bal. in l. Are
thuſa. columna prima, verſic. Et not. quòd Oldra. ff.
de ſtatu hom. & Ang. conſilio centeſimo nonageſi
moquarto. Viſis proceſſibus. columna ſecunda. cũ
multis concordantiis per Gramma. relatis conſilio
quinquageſimooctauo. In cauſa Ioannis domini-
ci. in princ. & Plot. in repet. l. ſi quando. nume. octua
geſimoquarto. uerſic. Quadrageſimo limita. C. un-
de vi. & contra tales ſic deponentes ualde exclamãt
Mod. Bono. in l. prima. in princ. colum. 26. in fi. uer.
Et ſcias, quòd nedum. num. 63. ff. de quæſt. Quia rẽ-
ſponderi poſſe uidetur, quod immo eo tẽpore Lu-
na lucebat. & nix albeſcebat, ita & taliter quòd uide
batur perinde, ac ſi dies fuiſſet, ut Garauinus prædi-
ctus in ſua reperita depoſitione deponit ſol. 354. er-
3 go &c. Fama quoque per quàmplures teſtes proba
tur deponentes publice audiuiſſe in ciuitate Imolæ
Sanctem prædictum ab Octauiano, & presbytero
Negrino ea nocte interfectum fuiſſe, quæ quidem
fama cum teſte ſupradicto de uiſu ad torturam facit
indicium, ut dixit Cy. in l. fi. col. 1. n. 2. C. de quæſt. &
Blanc. in l. fi. num. 311. & omnes alij ſcribentes. ff. eo.
tit. Bar. conſi. 99. Domino Burg. & Bald. in c. 1. de pa-
ce iuran. firman. cum infinitis iuribus, quæ ad hoc
4 propoſitum allegari poſſent, vt tradit Careri. vbi ſu-
pra nu. 11. verſic. Secundum indicium eſt. Et quam-
uis laycus teſtis contra clericum ad plenam proba-
tionem non admittatur, indicium tamen facit ad
torturam, vt decidit Abb. in c. de cætero. in 3. limita.
extr. de teſti. & Hyp. in ſing. 98. Laycus contra cleri-
cum. cum aliis ibi per eum citatis. Ex alio etiam cõ-
tra ipſum presbyterum Matthæum ad torturam de-
ueniri poſſe videtur, qui cũ citatus fuiſſet ad reſpon-
dendum inquiſitioni contra ipſum de tali homici-
dio formatæ, nunquam comparuit, & ideo in ban-
no poſitus fuit, & deinde ad pœnam capitis, & bo-
5 norum confiſcationem condemnatus &c. Quod
quidem bannum, & contumacia dumtaxat circũ-
ſcriptis alijs indicijs eſt ad torturam ſufficiens indi-
cium, ut uoluit Nico. de Mattarel. & poſt ipſum Bal.
in l. 1. C. de hęred. inſt. Ang. in l. iniuriam. §. ſi quis de
cretis. ff. de iniur. Amad. Iuſt. in tract. Sind. in ult. fol.
Brun. in tract. de indi. & tor. in 2. par. in materia quæ-
ſtionum. colum. 9. ad fin. uerſic. Adde alium notabi
lem caſum. Blanc. in d. l. fi. nu. 272. & num. 293. ff. de
quæſt. Gram. conſil. 32. In cauſa mota ad querelam.
col. 3. nu. 8. conſil. 34. Quod Panarollo. col. 4. in fin.
num. 14. conſi. 45. In cauſa Sanchilli. nu. 25. & conſi.
57. in cauſa tranſmiſſa. num. 5. cum infinitis concor
dan. per eundem Gramma. relatis in deciſ. 11. Dum
in noua. col. pen. in fin. ſub nume. 14. cum ſeq. & in
deciſ. 34. In præſenti deciſione. col. 17. in fi. nume. 5.
verſic. Præterea vltra præallegata. & tradit Careri. in
d. ſua pract. crim. in prin. num. 70. verſic. Quod ban-
6 num etiam fol. 13. Accedat mala vita, & conditio di
cti presbyteri Matthæi in proceſſu probata, ex qua
qualequale ad torturam oritur indicium. l. de mino
re. §. pen. ff. de quæſtio. Et quamuis de per ſe ſola ad
torturam minime ſufficiat, cum alijs tamen iuncta
& præſertim cum teſte de auditu ſufficiens ad tor-
turam indicium facit, ita inquit Saly. in l. fi. colum-
na tertia. uerſic. Quæro an ſufficiat. C. de quæſtio. &
Blanc. in d. l. fin. numero quadrageſimotertio. cum
7 ſequen. ff. eod. Corroborantur prędicta ex eo etiam
quod ipſe delinquere conſuetus eſt, & homicidium
etiam aliud, (ut ipſe confeſſus eſt) in perſonam Goe
delchi patrauit, ut patet in proceſſu folio ducenteſi
mo ſeptuageſimooctauo. & ducenteſimo octuage-
ſimonono. aliumque birruarium vulnerauit, (ut ſi
militer ipſe fatetur folio ducenteſimo ſexageſimo-
tertio.) ex qua delinquendi conſuetudine contra ip
ſum per legem præſumitur. l. ſi cui. §. 1. ff. de accuſat.
l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. & ex præte-
rito præſumitur in præſens. l. iubemus. & ibi nota. C.
de probatio. & Gandi. in tract. malefi. in rubr. de præ
ſumptio. columna prima. uerſic. Aliquando. & uer
ſicu. fin. Et geminatum delictum determinatam ad
malum agendum voluntatem oſtendit, cum per a-
ctuum geminationem aperta voluntas demonſtre-
tur. l. Baliſta. & ibi no. Bartol. ff. ad Trebellia. & idem
Bartol. in l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſi. libro de
cimo. cum ſimilib. Et talis delictorum frequentia il
8 lius incorregibilitatem denotat. Vnde dixit Io. And.
In c. perpendimus. quem ibi ſequitur Abb. in ſecun
da columna. in princ. extra de ſenten. excommu. &
Soc. ſen. conſil. duodecimo. Quoniam in præſentia-
rum. columna quinta. in fin. ſub numero decimo-
nono. verſic. Nec etiam obſtat. volumine primo. ꝙ
quamdiu clericus aſſumptis armis dimiſſo habitu,
& tonſura ſe enormitatibus immiſceat, perdit priui
legium canonis, ſi quis ſuadente Diabolo. decima-
ſeptima quæſtione quarta. non tamen fori priuile-
gium, ſed eius eccleſiaſtico iudici reſtituendus eſt,
niſi in huiuſmodi aggreſſuris, & enormitatibus in-
ueteratus fuiſſet, hoc enim caſu forum quoque ec-
cleſiaſticum perdit, hoc idem firmat Veronen. con-
ſilio undecimo. Caſus talis eſt. Aloyſius. ubi ſex re-
quiſita ponit ad hoc, ut clericus fori priuilegiũ per-
dat. ſequitur Grammatic. uoto trigeſimooctauo. in
cauſa clerici. numero decimoquinto. cum alijs ibi
per eum relatis, & Roland. conſi. 4. in cauſa inquiſi-
tionis. col. 5. num. 28. uerſic. Secundo reſpondetur.
uolum. 1. cum plurib. ſeq. unde iſte talis per ſecularẽ
iudicem etiam puniri poteſt tanquam ipſo iure de-
gradatus. c. pro humani. de homic. in 6. tenet Eufre.
in repet. clem. 1. in 1. reg. num. 26. uerſic. Decimoo-
ctauo fallit in clerico aſſaſſino. de offic. ord. Capyc.
in deciſ. 155. Notarius Marcus. in pen. colum. ad fin.
nu. 26. Gram. uoto 8. in cauſa Reuerendi. col. 2. nu-
me. 4. & uoto 9. Nicolaus Ancilus. col. 3. in fi. nu. 18.
verſi. Et hinc eſt. Et propterea merito fuit presbyter
Matthæus Negrinus per D. Locumtenentem Vice-
legati ad mortem naturalem per homicidium, & aſ
ſaſſinium, (vt fertur) per ipſum in perſonam dicti Sã
ctes patratum condemnatus. Et talis delictorum fre
9 quentia operatur, quod ſi pro eiſdem pœna pecu-
niaria imponi deberet, mortis naturalis pœna veni
ret imponenda, ita inquit Ang. in l. 1. C. de ſuperexa-
ctori. lib. 10. idem decidit Imperator in l. omnes. §.
delatores. C. de colla. eo. lib. ubi patet, quòd iura nõ
punienda capitaliter crimina, locum ſibi non uen-
dicant, ubi crimina fuiſſent per eundem crimino-
ſum reiterata, & ſic delictum illud quod aliàs capita
le nõ erat ex reiteratione capitale efficitur, unde iu-
dex ſi eo caſu capitaliter ob reiterationem, & delin
quendi conſuetudinem puniret, in ſyndicatu non
tenebitur. Paris de Put. in tractat. de ſynd. in uerbo,
paupertas. capitul. Quia multa poſſunt. circa finem.
uerſicul. Iudex poteſt crimino ſum. numero deci-
10 motertio. Subiungitur quoque eiuſdem presbyte-
ri Matthæi conuerſatio cum bãnitis, & facinoroſis,
vt depõnit Dom. Vincentius Gattus fol. 387. & An-

dreas Zaccarellus fol.403.& ſequen. Quæ conuer-
ſatio indicium facit ad torturam, vt copioſè tradit
Blanc.in dicta l.fina.nume.centeſimoquinquage-
ſimo tertio, verſicu. Conuerſatio malorum. Et
hæc quo ad homicidium ſufficiant. Quo verò
ad aſſaſſinium prætenſum per eundem preſbite-
rum Matthæum in perſonam dicti Sanctis per-
petratum, dicendum quoque videtur indicia ad
torturam ſufficienter apparere. Deponit enim
Perinus Marci Florentinus birruarius folio deci-
moquarto, ex dicti Sanctis relatione, quòd pecu-
niæ ſibi deficiebant, quas aggreſſores ſibi abſtule-
runt, & poſtea' ab eius vxore audiuit ſcuta ſex
fuiſſe, quæ ſibi ablata fuerant, quo caſu aſſaſſi-
11 nium commiſſum fuiſſe fertur: Nam vbi homici-
dium per pecuniam committitur, aſſaſſinium dici-
tur Capyci.in dicta deciſio. 155. Notarius Marcus,
num.duodecimo. Et propterea inquit Barto. in l.
non ſolum.§.ſi mandato. ff. de iniuri. quod ſi qui-
ſpiam facit, vel fieri facit homicidium mediante
pecunia aſſaſſinus dicitur, ſequitur Gramma. dicto
12 voto nono. colum. prima. nume. 1. cum pluribus
ſequent. Et illa vulnerati aſſertio facit ad torturam
indicium præſertim quando eſt in mortis articulo
conſtitutus, vt eo tempore erat dictus Sanctes,
vt deponit idem teſtis, Franciſcus Angelus Lo-
cumtenens Baroncelli generalis, & Polinus birrua-
rius: & patet, quia nocte ſequenti deceſſit ipſe San-
ctes, vt deponunt omnes, ita tenet expreſſè Iacob.
de Belui.in ſua pratic. indiciali ſub rubric. de quæ-
ſtio. in quinta colum. quam opin.tanquam magis
æquam, & rationi ac iuri naturali conſonam ſequi-
tur Hyppol.in ſua pratic. criminal.in §. Diligenter.
ſub nume.centeſimo vigeſimo primo. Quia mo-
riens mentiri non præſumitur, nec æternæ ſalutis
immemor. capitu. ſancimus.prima quæſtio. ſepti-
ma.c.literas.vbi gl.ext. de præſum. & l.ſi.C.ad l.Iul.
repetū. Et quamuis tex. in l.ſi quis in graui.§.ſi quis
moriens.ff.ad Syllania.dicat non eſſe huic tali in ar-
ticulo mortis conſtituto credendum, niſi aliter cō-
probetur, illud eſt verum, & procedit quo ad ple-
nam probationem, non autem ad faciendum in-
dicium ad torturam: ita dixit Hyppo.in dicto §.Di-
ligenter. ſub eo. num. centeſimo vigeſimoprimo,
verſicu. Et primo in quantum omnes doctores. &
Egidi.Boſſi.in ſuo tractat. de varijs delic. in titul. de
indi.ante tort.nu. centeſimo octuageſimoquinto,
& centeſimo octuageſimoſexto. Nec refragari vi-
detur, quòd hic teſtis de viſu nō deponat, ſed ex di-
cti Sanctis relatione, & ſic de auditu alieno, quo
13 caſu duo teſtes ad probandum huiuſmodi indi-
cium requiri videntur, vt voluit gloſſ. ſingular. &
communiter approbata in l.fina.& ibi doc.omnes.
C.fam.herc.tradit Brun.in trac.de indi.& tor.in pri-
ma part. colum. 2. poſt princip. verſicu. Probatur
etiam indicium. Amade.de caſtel.in tracta.Sindi.in
gloſſ.Coram nobis Quiriaco. ſub num. 226. verſi-
cu.Qualiter autem probetur indicium. Blanc. poſt
alios in d.l.fin.in 7.præmiſſo.num.46.ff.de quæſtio.
& Careri.vbi ſupra.ſub nu.106.ver. Videamus quali
ter. fol. 20. ad fin. Quia reſponderi poſſe uidetur,
quòd quamuis teſtis de alieno auditu regulariter
non probet, vt habetur in l.teſtium.C.de teſtib.cap.
teſtes.3.quæſtio.nona.& c.licet ex quadam.in prin.
eod.titu.cum concord. nec indicium ad torturam
faciat, vt uoluit Hypp.conſi.20.Digueris quæſo cle-
mentiſſimè.colum.2.in fi.num.ſeptimo. Nihilomi-
nus in cauſa aſſaſſinij facit ad torturam indicium,
vt tenet idem Hyppo. in §. Examinanda.ſub nume.
vigeſimooctauo in ſua pratic. crimina. Poſtremò
materiam tractatus occiſionis in Prouincia Romā

diolæ, & præſertim in Ciuitate Forliuij (vt fer-
tur) per dictum preſbyterum Matthæum commit-
tendi aggredior. Qui cum de dicto tractatu noti-
tiam haberet, vt deponit Domin.Iacobus Torſius
fol.centeſimunonageſimoquinto, dicens, Io penſo
che li compagni fuſſero conſapeuoli di queſto trat
tato, che andando coſi lo doueuano ſapere, & Do.
Vincentius Perinus fol.200.dicens, credo che li al-
tri fuſſero conſapeuoli di queſto delitto, perche
hauendo meſſer Alberto parlato con me, deue ha-
uer parlato ancora con loro, altrimente non ſeria-
no venuti quà, & fol. 238. Alberto mi diſſe ancora
quando haremo ammazzati coſtoro, andaremo a
caſa di certi noſtri amici, che adeſſo è il tempo di
far qualche ſeruitio per eſſer di carneuale, che ſi
fanno delle maſcherate.& ſequenti folio, diſſe ſola
mente, andaremo da qualchi noſtri amici della fat
tione,& come haremmo fatto li fatti ſuoi, ci fare-
mo dare delli huomini, & tornaremocene a caſa,
& fol.ducenteſimoquadrageſimoquarto. Signore
io mi ricordo veramente che noi haueuamo a fare
vna fattione in Lugo, & credo anco a Forlì, mi ri-
cordo preciſamente che noi hauemmo a fare vna
fattione in due, o tre luoghi di Romagna.& folio
246. Matteo compagno di Alberto ſolecitaua piu
che Alberto, & in fine eiuſdem folij reſpondit, Si-
gnor ſi che qualche vn meſe, & mezo in circa in-
nanzi me ne moſtrò vn'altra, & mi diſſe ecco che
mi ſcriue il Caualliere Luſſo, ch'io gli mandi otto,
o dieci huomini.& fol. 247. Signor ſi che gliè vero
che Alberto mi moſtrò vna lettera aperta, che l'ha-
ueua letta allhora al porto Gruario, & mi diſſe, que
ſta è vna lettera del Caualiere Luſſo, mi ſcriue ch'io
gli mandi da diciotto, o dieci huomini per un me-
ſe, o due, che gli uuol tenere in caſa, che n'ha biſo-
gno.& fol. 331. credo che ſi haueſſe a fare fattione
altroue, & credo che Mattheo Negrino veniua a
queſto medeſmo effetto, & fol.335. Alberto parla-
ua in viaggio piu con meſſer Ioſeffo, & con Mat-
theo, che con neſſun'altro.& Do. Curius Regellus
fol. 203. dicens, Alberto diſſe a me, & a vn'altro di
noi compagni, noi andaremo alla volta di Lugo;
doue che faremo fatto d'arme.& fol. 208. mi ricor-
do bene hauer ſentito nominar queſti Serughi, &
nominarli per nemici di Margotti, & eſſendo io in
compagnia loro, ſentì meſſer Alberto cominciò a
ragionar di queſta andata di Lugo di queſti Mar-
gotti, & nel ragionar nominò queſti di Serughi, di-
cendo ch'erano nemici di Margotti, & che voleua-
no fare a Lugo, & diſſero anchora che la uoleua-
no fare a queſti Serughi.& fol. 209. Io ſo che dice-
ua Alberto a Ioſeffo, che voleuano dare vna ſtret-
ta, & far del male a Lugo, & diſſero ancora di voler
far del male alli Serughi.& D. Franciſcus Hercula-
nus fol. 213. dicens che erano per fare una fattione,
& ammazzare dieci, o dodici huomini, è ben ve-
ro che Mattheo mi diſſe, mi contentaro d'ammaz-
zare vn paro de buoni, & fol. 317. & ſeq.& fol. 372.
repetit idem.& interrogatus fol.ducenteſimodeci-
moquinto, ſi ſermonē habuit cum ſocijs de factio-
ne prædicta? Reſpōdit, ſignor ſi, ſiamo ſtato a ragio
namento inſieme, & meſſer Ioſeffo ſapeua il tutto,
perche haueua ordine da meſſer Alberto di quel
che ſi haueua a fare a Forlì, & lì doueuano pigliar
ordine circa queſta fattione.& fol.trecenteſimode
cimooctauo. Io non poſſo ſe non ſuſpicare, che'l
prete Negrino ſapeſſe, che per loro ſi doueua fare
fattione.& fol.trecenteſimovigeſimoſecundo Al
berto mi diſſe che haueua dato, o darebbe vna lette
ra a meſſer Ioſeffo Bonicco, ch andaſſe a trouar cō
eſſa in Forlì vn Caualliere, ilquale haurebbe fatto

anda-

andare a caſa ſua, & che da lui s'intẽderebbe ql che
ſi haueſſe a fare, & v'inſtruirebbe di quello che ha-
remmo a fare. & Do. Ioſeph fol. 159. dicens, & li diſ-
ſi in l'orecchio che M. Alberto deſideraua di parlar
li, & fol. 230. Io parlai piano al Caualliere Luffo, che
niſſuno intendeſſe, hauendoli a parlare de banditi,
& diſſi che M. Alberto, & M. Matteo vi ſi raccoman
dano, & l'aſpettauano, ò ſu la ſtrada, ò à Caſtrocaro.
& fol. 307. & è venuto il Prete Negrino à queſto me
deſmo effetto. & fol. 311. Io credo bene che'l Prete
Negrino ſapeſſe, che Alberto mi mandaua à Forlì,
perche erano inſieme. & fol. 381. Io haueuo da an-
dare in Forli, & dire al Caualliere faceſſe intendere
a colui, che andaſſe a trouar Alberto a Caſtrocaro,
& io feci l'imbaſciata al Caualliere, & gli diſſi da par
te d'Alberto, che doueſſe far intendere a quel tale,
che doueſſe andar a parlarli a Caſtrocaro. & Petrus
Philippus de Capitchiſtriæ fol. 344. dicens, quando
noi arriuammo a Portogruario, Matteo Negrino
mi diſſe, che ſe Dio uoleſſe, lui ſi ſeria ſcaricato d'un
peſo più grande, che non peſaua una Chieſa, inten-
dendo di uendicarſi con li ſuoi nemici, o ammaz-
zarli. Qui eius inimici ſunt in Romandiola, ut ipſe
fatetur in ſuis conſtitutis ſub fol. 262. & 373. & idem
Presbyter Matthæus fol. 371. dixit. Alberto è ſtato
primo inuentore di queſta materia, & io ſò in quan
to a me, che non ſi veniua quì per dire de i Pater. &
fol. 375. idem repetit. dicens. la verità è, che noi ha-
ueuamo a venire in queſte parti, & così ci ſiamo ve
nuti per far vna queſtione, & ammazzare certi ne-
mici d'Alberto, & di Margotti. Et v'hò detto, & di-
co, che s'haueua a venire di quì a Lugo, non per di-
re de i Pater, ma per far male, & ammazzar de gli
huomini ſe occorreua. & ſeq. fol. Alberto mi diſſe,
in caſa di Perini, che haueua veduto vna lettera del
detto Polo Andrea, mãdatali dal detto Giouanfran
ceſco, ſecondo che detto Polo Andrea diceua, per
laqual lettera Giouanfranceſco mandana a chia-
mar noi, che andaſſemo a Lugo. & fol. 391. dixit. an-
dai a Portogruario, & ci venne ancora Alberto Tri
ſico, con quelli giouani da Vdene, che ſono prigio-
ni, & li innanzi che parteſſuno, ci ſtrengeſſimo inſie
me, & gli dimandai, che coſa ſi hà da fare Alberto?
& egli mi diſſe, Giouanfranceſco Margotti m'hà
ſcritto, che noi andiamo in Romagna, & io li riſpo-
ſi, a che fare? & Alberto mi riſpoſe, che non lo ſape
ua, ma che Giouanfranceſco li haueua dato ordine
quando fù un'altra uolta in Romagna, che come
mandaua per noi, che noi andaſſemo. & fol. 394. di-
xit. Io dico, che ſi ueniua in Romagna per far qual-
ſa examinare, quàm etiam in cauſa appellationis, vt
determinat ibi Fel. quod ſecus eſt quando facta eſt
publicatio, & didicita ſunt teſtificata, quia poſt cō-
cluſum in cauſa ſeu in cauſa appellationis durante
ſubornationis timore teſtes examinari nequeunt,
etiam, quod ſint de nouo reperti. d. c. fraternitatis.
& clem. 2. de teſti. & ibi Doct. Allegat etiam Hypp.
vbi ſupra Abb. in d. c. fraternitatis. colum. 4. vbi ni-
hil de hoc dicit, vnum refert in 6. colum. ſub num.
6. quando dicatur partem productioni teſtium re-
nunciaſſe, & teſtificata non didiciſſe; inquit enim,
fateor tamen, quòd vbi cauſa veriſimiliter non co-
gnita renunciationis tempore ſuperueniſſet, quod
petendo nouam dilationem admitti poteſt, ſicut
ex cauſa poſt dilationem admitteretur, & allegat.
d. l. oratione. & l. fi. ff. de ferijs. & argum. c. licet. ext.
de probat. dicens nec de ſubornatione timendum
erit, ex quo certum eſt teſtificata non didiciſſe, iſta
ſunt quæ per Abb. ibi dicuntur, quæ inter renuncia
tionem, & publicationem differentiam conſtituūt,
ut etiam firmat Fely. vbi ſupra. quia probationibus
renunciando, & aliam dilationem ad nouos teſtes
examinandum petendo, admittetur, ex quo de ſu-
bornatione non timetur, quod ſecus eſſet, ſi publi-
cata, & didicita eſſent teſtificata, quia hoc caſu ſtan
te ſubornationis timore non admitteretur ad teſtes
etiam de nouo repertos examinandum: Allegat
etiam Hippo. Baldum in l. 1. colum. 3. in quarta. q.
C. de cond. inde. Sed ibi Bal. non loquitur in teſtib.
de nouo repertis, ſed in inſtrumētis, quod ſecus eſt,
vt dictum eſt ſupra: Allegat etiam Bal. in alijs locis
& alios Doct. quod longum, & potius laborioſum
quàm ſubtile foret omnia recenſere, & ad omnia
reſpondere, cùm omnes in inſtrumentis de non re
pertis loquantur, non autem in teſtibus, in quibus
maior eſt ratio, quòd per publicationem admittan
tur, ex quo in eis non ſubeſt ſubornationis timor,
vt eſt in teſtibus poſt publicata, & didicita teſtifica-
ta, vt dictum eſt. Concluſio igitur per Hypp. facta,
quòd teſtes de nouo reperti non obſtante publica
tione poſt concluſum in cauſa admitti debeant, nō
probatur per doctores per eum allegatos, quinim-
mo contrarium probatur, vt ſuperius demonſtra-
tum eſt. Et pro opinione noſtra adduco Bart. in d. l.
admonendi. in vltima q. vbi quærit, an ſicut ſenten-
tia per inſtrumenta de nouo reperta retractari po-
teſt, per nouos quoque teſtes retractari poſſit? di-
ſtinguendo dicit, quòd quædam ſunt cauſæ, in qui-
bus per teſtes reprobatio non admittitur, vt l. gene-
raliter. C. de non nume. pecu. & in iſtis non eſt du-
bium, quòd per nouos teſtes retractari non po-
teſt, quædam ſunt cauſæ, in quibus per teſtes ad-
mittitur reprobatio, & tunc ſi quidem fuerunt in
prima cauſa examinati, & teſtes publicati, non po-
terunt poſtea impediente publicatione produci, ſi
vero examinati non fuerunt, eadem ratione qua
produci poſſunt inſtrumenta poterunt de nouo
produci, quia inſtrumentorum appellatione con-
tinentur teſtes, l. prima. ff. de fide inſtrument. & in l.
exercendis. C. eo. titu. & latè congerit Fely. in rubr.
extr. eod. titu. in ſecunda concluſione. cum ſimilib.
Ex quibus apparet, quòd quando teſtes publicati
fuerunt, & didicita ſunt teſtificata, non poſſunt etiā
de nouo reperti teſtes impediēte publicatione exa
minari, & ſic in claris ſumus, quòd poſt concluſio-
nem in cauſa durante ſubornationis timore ob te-
ſtium publicationem, teſtes de nouo reperti produ
ci non poſſunt. Vlimum quoque motiuum non
refragatur, tum quia Fely. in d. c. cum dilectus. in 2.
colum. ſub num. 9. verſi. Sed poteſt ſaluari iſta limi-
tatio. ext. de fide inſtrumen. loquitur in inſtrumen-
tis de nouo repertis, non autem in teſtibus, vt di-
ctum eſt ſupra, Tum etiam quia eſto, quòd in teſti-
bus loqueretur. vt loquitur Hyppo. in d. §. ſi quis vl
tro. nu. 57. allegata procedunt, vt ēt fatetur D. Ad-
uocatus aduerſarius in renūciatione productioni
teſtium, non autem poſt teſtium publicationem,
vt loquitur Inno. in d. c. cum ueniſſent. ex. de teſtib.
per Hyppo. ibi allegatus. inter quæ magna eſt diffe
rentia, vt dictum eſt ſupra. quo ſtante aliqua in inte
grum reſtitutio caſu propoſito concedi nō debet,
cùm concedatur in caſu renuntiationis productio
nis teſtium, non autem poſt publicationem teſtiū,
vt loquitur Inn. vbi ſupra. Quibus aperte patet om-
nia in motiuis aducta fuiſſe penitus ſublata, & ideo
firma remanet concluſio partem aduerſam nullū
fouere ius in petendo aſſertos teſtes recipi ad con-
comitantiā aſſertarum literarum poſt publicatio-
nem teſtium & concluſionem in cauſa, nec in pe
tendo aſſertos teſtes vti de nouo repertos poſt cō-
cluſionem in cauſa obſtante teſtium publicatione
admitti: Et ita de iure concludendum, & reſpondē-
dum cenſeo ego Matthæus Brun. Iuriſc. Arimin. ad
laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virgi-
nis matris Mariæ, amen.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Fructus,& prouentus beneficiorum vacantium pro neceſſarijs ſumptibus, & oneribus Eccleſiæ quoquo anno incumbentib. reſeruari dicuntur niſi Papa eos ſibi reſeruaſſet,*

CONSILIVM LXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 QVAMVIS fructus,redditus,& beneficiorum vacantium prouentus pro neceſſarijs ſumptibus, & onerib. quoquo anno Eccleſiæ incumbentibus deputati, & reſeruati cenſeantur, vt eſt text. & ibi eleganter tradũt Gemi.& Phi.Franc.in c.in præſenti.§.porro.de offi.ordi.in 6.& habetur per Gigã. in tract.de pẽſio.in 72.poſt prin.Nihilominus procedit hoc vbi ſummus Pontifex nullam de eis ſibi reſeruationem feciſſet, cùm igitur per apoſtolicas literas conſtet Papam omnia ſpolia, & fructus beneficiorũ vacantium ſibi reſeruaſſe,ſequitur ꝙ pro ſumptibus prædictis reſeruati non dicuntur. Et quãuis in fine dictarum literarum determinet ſummus Pontifex,quòd ex fructibus,& prouentibus per D. Theſaurarium, ac etiam deputatos pro huiuſmodi rata percipiendis onera quæcunq; dictis beneficijs incumbentia ſimiliter pro tẽporis rata ſupportari debeant,& ſic fructus,& redditus Eccleſiæ Sancti Arduini de Petra rubea in expenſis neceſſarijs pro eiuſdẽ Eccleſiæ reparatione conuerti debeant, Nihilominus quia in facto mihi præſupponitur, fructus, & redditus(vt aſſeritur)ſequeſtratos in notabili quantitate ſumptus pro dicta reparatione neceſſarios excedere,dicimus ſpoliorum Collectores quantitatem dictos ſumptus excedentem conſequi debere,& ad eos ſpectare,& pertinere,cùm non intendat ſummus Pontifex vltra onera Eccleſijs incumbentia fructus, & redditus beneficiorum ad alium vſum deuenire. Nec obſtat ſi dicatur, quòd tales fructus extantes in apoſtolica reſeruatione comprehendi non poſſunt, cùm per nouiſſimas apoſtolicas literas decretum fuerit fructus beneficiorum vacantium valorem communis æſtimationis triginta ducatorum auri de Camera non excedentiũ ſub ſpoliorum appellatione non cõprehẽdi, Quoniã reſpondetur,(vt in facto mihi ſupponitur) fructus,& redditus d.Eccleſiæ ſingulo anno valorẽ cõis æſtimationis quadraginta ducatorum auri de Camera,& vlterius,excedere. Idcirco cùm extra caſum dictarum literarum ſimus,ſpolia vere, & ad dictos Collectores ſpectare dicuntur. Nec refragatur quod ex aduerſo dicebatur ex veriſimili mente Põtificis fructus ante editas nouiſſimas literas recollectos intelligi debere etiam de extantibus, & conſequenter ſub ſpolijs non comprehẽdi, Quia ſtãte ſupradicta reſpõſione, ꝙ fructus præfatæ Eccleſiæ ſingulo anno ſummam, & quantitatem quadraginta ducatorum auri de Camera tranſcẽdant,concludẽdum eſt,illos ſub ſpolijs comprehendi, & ſic obiectio tolli videtur: Ex quib.omnib.cõcludo ꝙ ad prædictos Collectores apoſtolicos fructus & redditus præfatæ Eccleſiæ(detractis expenſis pro dicta reparatione ſibi neceſſarijs)extantes, tanquàm ad Sedẽ apoſtolicam pertinentes virtute dictarum apoſtolicarum literarum ſuper ſpoliorũ reſeruatione loquẽtium relaxari debent,& illos conſequi poſſe, & de iure debere: Et ita perſtrictis verbis de iure reſpõdendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Arimin. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ virginis matris Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quando ex inſtrumenti inſpectione colligi poteſt,& euidenter apparet,etiam ad impediendam executionem opponi poterit,etiam quòd in contractu interuenerit iuramentum,& excipiens effectus fuerit periurus.*

2 *Exceptio quæ ex inſtrumenti inſpectione, vel ex actis colligi poteſt,& euidenter apparet, notoria eſſe dicitur.*

3 *Pactum in contractu appoſitum, quòd durante ſolutionis termino ſoluatur certum quid nomine affictus,& penſionis rei venditæ donec illius precium ſolutum fuerit non reſeruato venditori dominio,vti ſimulatum,& in fraudem vſurarum factum, non valet.*

4 *Exceptio ſimulationis contractus non dicitur propriè contra inſtrumentum opponi.*

CONSILIVM LXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

QVAMVIS ſtatuto prouideatur contra inſtrumentum paratam executionem habens nullam opponi poſſe exceptio-
1 nem, Nihilominus quando ex inſtrumenti inſpectione aliqua colligi poteſt exceptio, aut euidenter apparet,illa etiam ad executionẽ impediendum opponi poterit. Bal.in l.ex prædiis.C.de euictio.latè Roma.conſil.42. Viſis quæ egregiè.& conſi.51.Attentis his.propè fin.Soc. ſen. conſi. 27. Viſis inſtrumentis.colum.6.num.30.verſic.Secundus ſcrupulus.volum.4.Tiraq. in tract. de utroque retrac.in rub.il Sera receu. Ad probandum.nu.40. verſi.Nec omiſerim fol.145.Canari.in tract. de executio.inſtru.q.11.& Galleſi.in trac.de obliga.in for. Cameræ.3.quæſt.primæ part.num.3.4. & 5. & in 1. quæſt.ſecundæ par.ad quartam particu. obliga. came.num.6.ver.Opponitur etiam. & in terminis noſtris de ſimulationis exceptione voluit Soc.d.conſi.27. etiam quòd in contractu appoſitum fuerit iuramentum,& effectus fuerit periurus ſimulationẽ opponens,quem ſequitur Galleſi.in eodem trac.in 2.q.ſecundæ par.ad quartam particu.obliga.came. nu.5.verſi.Hæc tamen intelligenda ſunt. Et ratio eſ-
2 ſe poteſt,quia exceptio quæ ex inſtrumenti inſpectione, vel ex actis colligitur, aut euidenter apparet,notoria eſſe dicitur. Bald.in l.eos.ſub num. ſeptimo.C.de appella.Fely.in c. ex parte ſcilicet. colum. 5.ſub num.11.ext.de reſcript.Cagnol. in l. 2.q. 206. ſub nume.279.C.de pact.inter emptio. & venditio. & Mod.Arimi.in tract.de nulli.proceſ.in tit. primo Quid ſit nullitas.num.21.verſi. Quandocunque igitur. Et cum in terminis deciſionem habeamus, nõ uidetur ulterius inſiſtendum. Quod autem ex producti inſtrumẽti inſpectione de ſimulatione cõtra-
3 ctus appareat,demonſtratur. Nam in iure clarum eſt, quod ubi pactum eſt in contractu appoſitum, ꝙ durante termino ſolutionis precij rei vẽditę quid certum ratione affictus, & penſionis rei uenditæ ſoluatur,donec illius precium ſolutum fuerit non reſeruato uenditori dominio, tale pactum uti ſimulatum,& in fraudem uſurarium factum non valet,quia eſſet de re propria emptoris affictum,& pẽſionem ſoluere,quod non licet,vt declarat Bar. Veronen.in trac.cautelarum.caute.125.Qui uult uendere.quem ſequitur Iaſ. conſil. 117. in quæſtione. col.peu.

colum.pen.in fi.ſub num.3.volum. 1. & ita conſu-
luit Abb.cõſi.76.In præſenti cõſultatione.in 2.dub.
in 1.par.& Soc.ſen.conſil.88.Abunde.voln.4.Cùm
igitur talis contractus ſit ſimulatus, & in fraudem
vſurarum conceptus, non dicitur eſſe contractus.
quia veritate caret, & illud quod caret effectu, ca-
4 ret nomine.Et ideo dixit Bald.in l.cum precibus.in
1.notab.C.de probat.ꝙ ſimulationis exceptio non
dicitur proprie contra inſtrumẽtum opponi, quia
non eſt inſtrumentum,quamuis.n.habeat figuram
eſſe,non tamẽ habet eſſe, & propterea inquit Soc.
d.conſi.27.ſub d.num.30. allegando Bald. in dict.l.
cùm precib. quòd vbi de inſtrumenti ſimulatione
conſtat,conſequenter conſtat inſtrumentum non
eſſe,& plura ad propoſitum congerit Tiraq. in dic.
tract.de vtroque retrac.in rub.Vendidit glo. 2. nu-
me.12.ver.Quibus adde.cum tribus ſeq.fol. 15. Ex
quib. liquido apparet exceptionem de contractus
ſimulatione oppoſitam eiuſdem inſtrumenti exe-
cutionem petitam impedire, vt concludit etiam in
ſimili Dec.conſi.119.Et pro tenui.col. pen. in prin.
verſi.Negari non poteſt. Et ita de iure concluden-
dum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Arimin.
ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimæ Vir
ginis matris Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata a partib. & curatorib.ſubſcripta, & ap-
probata tanquam publicum inſtrumentum valet.*
2 *Aeſtimatio rei dotalis attenditur tempore quo dos conſtitu-
ta fuit,non autem tempore mortis mariti quo res precioſior
effecta fuit.*
3 *Tempus contractus quo quis lędi videtur attendi debet, non
autem quod poſt ipſum contractum,vel actum accidit.*
4 *Appellatione hæreditatis omnia bona hæreditaria veniunt.
Qui omne dicit,nihil excludere videtur: ibidem.*
5 *Hæreditas paterna per filium adita quamuis efficiatur pro-
prium filij patrimonium, nihilominus ſi filius fuit de ea re-
ſtituenda grauatus,paterna durat.*

CONSILIVM LXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

IN caſu de quo quæritur,videbatur pri-
ma facie dicendum bona nedum ſtabi-
lia ſecundum liſtam approbatam ma-
nu Vincentij Catanei, de qua in ſcriptu
ra priuata manu.q.D.Alexãdri Catanei
fit mentio,pro dote D.Prudẽtiæ Cataneæ in inſtru
mẽto dotali inter dictas partes celebrãdo contineri
dẽre,uerum etiam totam illam bonorum mobiliũ
portionem d.D.Prudentiæ competentẽ vigore pa-
terni teſtamenti,nec non creditorum,pecuniarum
animalium cuiuſcunq; generis, & actionum vigo-
re hæreditatis paternæ ſibi pro mediate competen-
tium iuxta promiſſionem per præfatum Vincen-
tium factam,de qua in dicta apoca manu pręfati q.
1 D.Alexandri,cui tanquam publico inſtrumẽto ſtã
dũ eſt,cùm a partib.& ab omnib.curatorib. ſubſcri
pta fuerit.l.ſcripturas.& ibi not. omnes. C.qui pot.
in pign. hab.& copioſe per Aymo.in trac.de antiq.
tempo.in 1.par.ſectione.Quæritur,vbi ad ſaturitatẽ
ſcribit. & ideo a tali ſcriptura non eſt vſquequaque
recedendum. Nec dicatur, bona ſtabilia in teſta-
mẽto paterno Carolo eius fratri relicta,per eius obi
tum D.Prudentiæ vigore dicti teſtamenti obuenta,
per præfatum Vincentium nomine dotis eidem
Dom. Prudentiæ in dicto dotis inſtrumento conſi-
gnari debere:Quia cum tempore prædictæ promiſ
ſionis viueret Carolus, dici non poteſt in portio-
ne Domin. Prudentiæ compræhenſa fuiſſe, vt ex
dictæ apocæ lectura cognoſcitur, nec ad præſens
compræhendi poteſt,quia dotis conſtitutę tempus
attenditur,& non tempus præſens poſt obitum Ca
roli argum.eorum quæ tradit Soc.ſen.conſi.60. In
2 cauſa Domin.Lauræ.volum.tertio.Vbi voluit æſti-
mationem rei dotalis, tempore quo dos conſtitu-
ta fuit,attendi debere,non autem mortis mariti tẽ-
pore,quo res pręcioſior effecta fuit,& faciunt tradi
ta per Aymo conſi.11.Tria principaliter.colum.fi.
num.17.vſque ad fi.volum.1.& conſil. 114.Ioanna
filia.colum.fina.num.16.verſi.Quarto reſpondeo.
3 eod.lib. Vbi voluit,quòd tempus contractus quo
quis lædi videtur,attenditur,non autem,quod poſt
ipſum contractum, vel actum accidit. Quibus ta-
men non obſtantibus, contrarium de iure verius
in præſenti caſu puto verius. Nam quamuis dos
tradi deberet ſecundum, quòd a principio promiſ
ſa fuerat iuxta dictam apocam, & prout Dominæ
Prudentiæ pro medietate hæreditatis paternæ ſibi
competebat,nihilominus quia ab illa promiſſione
per compromiſſum factum in Reuerendiſſimum
Dom.Præſidem receſſum fuit,& ſubſecutum dein-
de laudum per partes iureiurando emologatum,&
approbatum,dos in eo declarata tanquã poſterior
conſignari debet,cum poſteriora prioribus dero-
gent.capitu.cæterum. extra de reſcrip.& tradit Spe-
cula.in §.primo.colum.23.num.71.verſi.Quid ſi di
xit.in tit.de teſti.In laudo enim declaratur D. Vgo-
linum de Riccardelis debere pro portione Dom.
Prudentiæ ſuæ nurus pro dote,& dotis nomine me
dietatem totius hæreditatis Ioannisfranciſci ſui pa-
tris tàm de bonis mobilibus,ſtabilibus,pecunijs,&
animalib.quàm de omni alia re in inuentario facto
contenta, & quàm etiam de omnib.alijs reb. quæ
in eodẽ inuentario deſcriptæ non reperiuntur,con
4 ſequi.Appellatione.n.hæreditatis omnia hæredita-
ria bona ueniunt.l.bonorũ appellatione.ff.de verb.
ſigni.præſertim quia in laudo de tota hæreditate fit
mentio,& qui omne dicit, nihil excludere videtur.
l.Iulianus.in prin.de leg.3.& d.c.ſi romanorum. 19.
diſtin.cum vulga.Nec dicatur,bona Carolo relicta
poſt adeptam illorum poſſeſſionem adita prius per
eũ hęreditate pro portione ſibi relicta effectũ fuiſſe
eius patrimonium,& amplius de hæreditate Ioan-
nisfranciſci ſui patris dici non poſſe.l. 1.§. ueteres.
& ibi communiter doc.ff.de acq.poſſ. & propterea
non poſſe bona illa ſub verbis laudi videlicet totius
hæreditatis Ioannisfranciſci cõprehendi,ſed ex illis
verbis portionẽ tantum,& medietatem Ioannisfrã
ciſci,& non Caroli portionẽ cõprehendi, quæ tan-
quam eius proprium patrimoniũ ab hæreditate ſui
5 patris ſeparari,& excludi debet:Quoniã reſpõdetur
prædicta procedere ubi Carolus ſimpliciter fuiſſet
in illa portione hæres inſtitutus.Vbi uero grauatus
fuiſſet de eius portionẽ reſtituendo ſi abſq; filijs de-
cederet, prout grauatus fuit,vt ex verbis paterni te-
ſtamenti legitur,& talẽ adit hæreditatẽ, pro vt eam
adiuit,adhuc ob fideicommiſſi grauamẽ hæreditas
durat,& propriũ illius patrimoniũ nõ efficitur,toto
ti.& C.ad treb. & ita declarat Iaſ.in d.§. veteres.in 2.
lec.col.10.ver. Ego reſpondeo ad illũ tex. Præterea
bona illa nedum ſub illis uerbis totius hæreditatis
Ioannisfranciſci comprahenſa fuerunt,verum etiã
ſub illis verbis,quàm de omni alia re in Inuentario
facto contenta,ideo pro dote Dominæ Prudentiæ

nedum medietas totius hæreditatis Ioannisfranciſci ſui patris, ſed etiam portionis bonorum Caroli medietas conſignari debet. Et ita de iure reſpondēdum cenſeo ego Matthęus Brunus Iuriſc. Arimi. ad laudē omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Conſulens pro deciſione alicuius cauſa ſibi commiſſæ motiua animi, idest iura, & rationes allegare non debet, ſed exprimere tantum ſufficit quid de iure ſentiat.*

Conſulens a iudice requiſitus, non a parte cauſam in conſilio exprimere non tenetur.

Falſa cauſa ſi in conſilio deciſiua eſſet, vt contra ius commune, et ſententia ſecundum illud proferretur, eſſet nulla eo.

2 *Tenor facultatis legitimandi diligenter conſiderandus eſt.*

Legitimādi poteſtatem eatenus quis habere præſumitur, quatenus in priuilegio reperitur. ibidem.

3 *Legitimandi poteſtas de reſeruatis Principi eſſe dicitur.*

4 *Princeps legitimādo ſi vult ius parti quæſitū auferre poteſt.*

Princeps in præiudicium filiorum legitimorum nunquam legitimare videtur. ibidem.

5 *Comes Palatinus legitimandi poteſtatem habens a Principe in dubio intelligitur eam habere eo modo quo ex ordinaria, non ex ſuprema poteſtate Princeps legitimaturus eſſet, niſi plenaria facultas fuiſſet ſibi conceſſa. & nu. 37.*

Comes Palatinus baſtardum legitimare nō poteſt viuente patre et ad inſtantiam ipſius legitimos filios habentis. ibidem.

6 *Comes Palatinus in præiudicium filiorum legitimare non poteſt, niſi in eius priuilegio dicatur, quòd extantib. legitimis legitimare valeat.*

Priuilegium in dubio intelligitur abſque tertij præiudicio conceſſum. ibidem.

7 *Clauſula (abſque præiudicio legitimorum) ſemper appoſita in legitimatione cenſetur, & interpretatur ac intelligi debet ſemper ſecundum ius commune.*

8 *Legitimatio limitata abſque præiudicio venientium ab inteſtato illis minimè nocet.*

9 *Comes Palatinus quamuis extantibus filijs legitimis de iure communi legitimare non poſſit etiam citra eorum præiudicium, poteſt tamen ex ſpeciali conceſſione Principis legitimare etiam extātib. legitimis ſine tamen eorum præiudicio.*

10 *Spurius legitimationem impetrans, dicens ſe ſpurium, ſi ſit tamen duplicatus ſpurius, & inceſtuoſus, & particulariter nō expreſſerit, legitimatio tanquam ſubreptitia non valet. & ſub num. 15. & ſub num. 19. & non ſufficit clauſula generalis non obſtante, vt eo. num. 15.*

11 *Cauſa laudabilis, & iuſta requiritur, et inſeri debet per Comitem Palatinum in legitimatione, præſertim in diſpenſatione, aliàs legitimatio non valet, quod eſt in Principe ſecus, et ſub num. 12. & vide num. 57.*

12 *Legitimatio de ſpurio ex coniugata nato facta, diſpenſatio dicitur.*

13 *Mors mariti per certū nunciū conſtare debet, vt eius uxor ad ſecunda vota conuolare poſſit. ſed vide num. 52. 53. & 54.*

14 *Diſputare de Pōtificis poteſtate eſt ſacrilegium committere.*

15 *Diſpenſandi poteſtas ſi inferiori conceditur, diſpenſatio non valet, ſi ſine cauſa fiat.*

16 *Clauſula generalis (non obſtāte) nō ſufficit quādo plures obſtātia concurrūt, ſed opus eſt, quod de ſingulis defectib. fiat mētio.*

17 *Citatio filiorū legitimorū in legitimatione facta viuēte patre non requiritur, in diſpēſatione vera ſic. & nu. 59. & 61.*

18 *Qualitas matris legitimati exprimi debet legitimanti, alias legitimatio tanquam ſubreptitia non valet, ſed vide nu. 62.*

19 *Cancellarius principis dicitur in dignitate conſtitutus.*

Vincula duo magis ſtringunt quam vnum. ibidem.

20 *Legitimatio quāuis facta mētione de filijs lgitimis præiudicet illis ſi a Principe fiat, vel ab habēte poteſtatem ab eo, non tamē præiudicat quando legitimatio maſculi fieret habita filiarū legitimarū mētione, in qua expreſſum nō fuerat, quod fœminæ a maſculis ex forma decreti excluduntur. ſed contra nu. 64.*

21 *Statutum, quòd ſtantib. maſculis fœminæ nō ſuccedāt in filijs maſculis legitimatis locum non habet. ſed vide nu. 68.*

22 *Princeps in dubio non præſumitur velle tollere ſtatuta particularia.*

23 *Clauſula, abſque præiudicio venientium ab inteſtato, in priuilegio inſerta operatur tantum quando filia legitima, & legitimatus ab inteſtato patri ſuccedunt, ſecus ſi ex teſtamento ſuccederent. quia illa clauſula nihil operatur.*

24 *Filia legitima ab inteſtato venientes conqueri non poſſunt de legitimatione facta cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato cùm ipſę bona paterna conſequi non valeant, niſi ex tacita patris volūtate, de cuius ſucceſſione tractatur, & ſub nu. 50.*

25 *Pater ſi filium baſtardum legitimari fecit, & eum tanquam legitimum heredem inſtituit, cùm legitimatio inualida eſſet, talis inſtitutio non valet, & hæreditas ad venientes ab inteſtato excluſa fiſco pertinet.*

Legitimatio ſecunda quo caſu valere non poteſt. ibidem.

26 *Teſtamentum a ſubſtitutione vires aſſumit, quando inſtitutio corruit & non valet.*

27 *Clauſula codicillaris operatur, quòd ab inteſtato venientes cenſentur de fideicommiſſo reſtituendo hæredib. ſcriptis in teſtamento grauati, ob hæredis vero ſcripti incapacitatē nihil operatur, nec ei prodeſt.*

28 *Spurij tàm per ſe, quàm per aliam perſonam in odium patris, ac eius incōtinentię, et libidinis, patri ſuccedere prohibētur.*

29 *Subſtitutio vulgaris in compendioſa comprehenditur.*

30 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio cum in vulgari non comprehendatur, clauſula codicillaris ad eam non trahitur.*

31 *Legitimato plus relinqui non poteſt, quàm relinquatur filio legitimo, et naturali, cui minus per patrem relictum fuit. ſed vide num. 71. 72. 73. 74. & 75.*

32 *Filius naturalis per oblationem Curię extantibus filijs legitimè natis legitimari poteſt, ſi per reſcriptum legitimatur, eo enim caſu extantibus filijs legitimè natis legitimari non poteſt.*

33 *Tex. in §. Et quoniam varie. in auth. quib. mod. natur. eff. ſui, quomodo procedat. & nu. 71. & 73.*

34 *Marito ſecundo plus relinqui non poteſt, quàm vni ex filijs primi matrimonij relinquatur, cui minus relictum ſit, & illud plus ſecundo viro relictum filijs primi matrimonij applicatur.*

35 *Clauſula (plenariam legitimandi, & diſpenſandi poteſtatem concedendo) in priuilegio Comiti per Pontificem inſerta importat, quòd Comes in legitimatione poteſt id, quod Pontifex facere potuiſſet.*

36 *Paria ſunt plenū, vel liberum habere mādatū, vel in mādatis hēre, quòd facere poſſit id quod dominus facere poteſt, & ſic apponere manū ad ea quæ ſpeciale mādatum requirunt.*

37 *Comes Palatinus quamuis ex generali, & ſimplici conceſſione legitimare non valeat extātibus filijs legitimè natis, ſed ſpecialis, et expreſſa requiratur conceſſio, ex plenaria tamē facultate ſibi conceſſa poterit.*

Verbum (plena) ſignificat abſque vllu diminutione. ibidem.

38 *Procurator cum libera facere poteſt ea quæ ſpeciale mandatum requirunt.*

39 *Comes notitiam filiarum legitimarum habens, non obſtante exiſtentia legitimarum filiarum filium naturalem legitimare poteſt.*

40 *Clauſula (motu proprio) idem operatur quod clauſula, nō obſtante, & vbi in priuilegio adeſt illa clauſula, non eſt neceſſaria alia clauſula derogatoria.*

41 *Clauſula (ex certa ſcientia) vim clauſulæ, de plenitudine poteſtatis, & vim ſpecialis derogationis habet.*

42 *Princeps legitimans ex certa ſcientia natum ex damnato coitu, perinde eſt, ac ſi in ſpecie derogaret textui in §. fi. in auth. quib. mod. natu. effic. ſui. & cenſetur omne obſtaculum tollere.*

43 *Clauſula (ex certa ſcientia) cum clauſula, de plenitudine poteſtatis: idem operatur quod clauſula non obſtante, & operatur, quòd Princeps aliquid contra legem faciens*

ciens præſumatur, ita velle quamuis non dicatur non obſtante tali lege.

44 *Clauſula (non obſtantibus quibuſcunque contrarijs in priuilegio legitimationis inſerta) operatur idem quod clauſula ex plenitudine poteſtatis, & iuncta cum ſupradictis duabus clauſulis operatur, etiam in notabile tertij præiudicium.*

45 *Clauſula non obſtantibus contrarijs quibuſcunque, operatur, quòd Comes quoſcunque illegitimos extantibus filijs legitime natis etiam in eorum præiudiciũ legitimare poteſt, vt Pontifex poteſt.*

46 *Clauſula generalis non obſtantibus legibus imperialibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis ſufficit in legitimatione Comitis.*

Clauſula generalis idem operatur quò ad omnia, ſub genere comprehenſa, quod operatur ſpecialis quò ad ſpeciem, ibidem.

47 *Clauſula generalis, videlicet, necnon, cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, ac inſolitis clauſulis &c. quibus omnibus, & eorum ſingulis etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, & ſpecifica, plena, indiuidua, & expreſſa mentio &c. ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo &c. præſentibus pro expreſſis ſufficienter habentes &c. in legitimatione Comitis concepta, & inſerta operatur, ac ſi ſpecialiter, & nominatim derogatum fuiſſet his, quæ obſtant, & tollit omnem ſubreptionis defectum, & nu.66.*

48 *Verbum quodlibet minimum, & quælibet dictio, vel ſyllaba in quauis diſpoſitione non debet eſſe fruſtra appoſita, ſed cum miniſteria operandi.*

49 *Princeps quamuis de ordinaria poteſtate extantibus filijs legitime natis in eorum præiudiciũ non legitimet naturales, & alios illegitimos, poteſt tamen Comiti poteſtatem legitimandi concedere extantibus filijs legitimis etiam in eorum præiudicium.*

Princeps de plenitudine poteſtatis, vel cum clauſula non obſtante legitimare poteſt. eo.

50 *Legitimandi poteſtas Comiti conceſſa, vt extantibus filijs legitimis legitimare valeat, intelligitur, vt legitimatus, abſque præiudicio venientium ab inteſtato ſuccedere poſſit, etiam quòd in priuilegio inſerta non eſſet dicta clauſula, ſecus tamen eſt condito teſtamento, quia in eorum præiudicium legitimare poterit.*

Clauſula (abſq; præiudicio venientium ab inteſtato) nihil operatur quando pater teſtamentum condidit, & legitimatum ex teſtamento venientem non excludit. ibidem. & vide num.76.77.& 79. quomodo declaretur procedere talis clauſula.

51 *Virtus clauſulæ, abſque præiudicio venientium ab inteſtato; eſt alijs ius quæſitum, vel ex cauſa de præterito quærendum reſeruare, non autem ius ex noua, & futura cauſa obuenturum.*

52 *Mors mariti per publicam famam, & habitum vxoris lugubrem probatur, & ex hoc ab adulterio excuſatur vxor.*

Adulterium abſque dolo, & per ignorantiam non committitur. ibidem.

53 *Mulier credens eius virum eſſe mortuum ſi alteri nubit, adultera non dicitur.*

54 *Matrimonium ſi publice contractum fuit cum muliere notitiam non habente de prima vxore dicti eius mariti, filij nati ex tali matrimonio cenſentur legitimi, etiam quòd maritus notitiam habuerit eius primam vxorem viuere.*

Filius natus ex concubina in domo, vt concubina retenta, naturalis, & non ſpurius dicitur. ibid.

55 *Spurius in dubio quis non præſumitur, ſed naturalis, vt delicti ſuſpicio euitetur.*

Quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos. ibid. ſed an hoc ſit verum, vide, & declara, vt inf. ſub eod. nu.55.

56 *Teſtimonium de auditu onus probandi contrarium transfert in aduerſarium.*

57 *Patris præſentia, & voluntas petentis filium illegitimum legitimari dicitur eſſe iuſta, & rationabilis cauſa, nec alia in legitimatione requiritur.*

58 *Legitimanti creditur fuiſſe omnem iuris, & facti debitam ſolemnitatem ſeruatam, cum pro iudice præſumitur, etiam quo ad actum per modum voluntariæ iuriſdictionis geſtum.*

Tex. in l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. locum non habet in iudice, pro quo præſumitur, ſed in priuato. ibid.

Aſſertioni iudicis delegati de impedimento propter quod vult cauſam de ſui natura indelegabilem delegare, ſtatur. ibidem.

Literis officialis creditur. eod.

60 *Hæreditas filijs non debetur viuente patre, cum eis non ſit delata.*

61 *Citatio non eſt neceſſaria in diſpoſitione in qua legitimans præiudicare poteſt, & conſtat, quod vult præiudicium inferre.*

62 *Qualitas matris in legitimatione filij non eſt exprimenda, niſi quando mater eſſet illuſtris.*

63 *Matrimonia de iure ciuili prohibita, hodie quo caſu de iure canonico valeant.*

65 *Generalia derogatoria in priuilegio poſita, per quæ ſpecialibus priuilegijs quantumcunque habentibus ſpeciales clauſulas derogatorias derogatur, ſufficiunt.*

67 *Princeps conſuetudines, & ſtatuta multum vulgaria ſcire præſumitur.*

69 *Legitimatus per reſcriptum nihil a legitime natis differt, & in omnibus, & per omnia ad inſtar eorum ſuccedit.*

70 *Dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua, & vniuerſaliter operari debet.*

Legitimati perinde habentur, ac ſi legitime concepti fuiſſent, vt vere, & non ficte legitimi dicuntur. ibid.

72 *Differentia inter legitimatum per oblationem Curiæ, & legitimatum per reſcriptum.*

73 *Pater poteſt ad eius libitum plus vni quàm alijs filijs relinquere, dummodo alijs eorum legitimam relinquat.*

74 *Vxori ſecundæ quamuis plus relinqui non poſſit, quàm vni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum ſit, ſi tamen filia dotata à ſucceſſione patris per ſtatutum excluditur, ſi plus ſecundæ coniugi relinquatur, in illo pluri non irritatur relictum.*

78 *Clauſula (ſine præiudicio venientium ab inteſtato) non ſolum inteſtati, ſed teſtati ſucceſſionem qualificat.*

80 *Emphiteoſis eccleſiaſtica pro ſe, & filijs conceſſa non intelligitur pro filijs legitimatis conceſſa ob dignitatem eccleſiæ, quæ de talibus ſentire non videtur.*

81 *Legitimari quis ad feuda non poteſt niſi ex ſpeciali priuilegio, ita etiam ad bona emphiteotica ſine ſpeciali conceſſione, etiam quod emphiteoſis pro ſe, & hæredibus quibuſcunque conceſſa fuiſſet.*

Argumentum de emphiteoſi ad feudum valet. ibid.

82 *Baſtardi apud eccleſiam ſunt infames.*

83 *Limitata cauſa, limitatum parit effectum.*

84 *Legitimatio facta etiam ad bona emphiteotica in præiudiciũ filiarum legitimarum non valet eis non citatis.*

85 *Actio competit vxori, vel eius hæredibus ad dotem petendam per eius patrem marito promiſſam contra eius maritum, vel eius hæredes.*

CONSILIVM LXX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER puncto ampliſſimæ legitimationis materiæ per Illuſtriſſimum, ac Excellentiſſimum D. D. Vrbini Ducem ad me tranſmiſſo, ut deciſiuum exponere, ac

1 reddere uellem conſilium. Quamuis raro conſueuerint maiores noſtri motiua animi, id eſt iura, & rationes allegare, ubi conſilium pro deciſione cauſæ requiritur, cum tantummodo ex-

K 2 prime-

primere ſufficiat, quid conſultus de iure ſentiat, ut
tradūt Io. And. Ant. de Bui. Imo. & Cardi. in c. ſicut.
ybi Fely. in 7. colum. verſi. Prima declaratio. extr. de
re iudi. refert communiter obſeruari conſulentem
à iudice non à parte requiſitum non teneri cauſam
in conſilio explicare, quia ſi in eo falſa eſſet appoſi-
ta cauſa, vel contra ius commune, & ſententia ſecū
dum illud proferreretur, eſſet nulla, vt de iudice fer
tur, vt eſt glo. in d. c. ſicut. & tenet Ancha. conſ. 108.
De iure. & ita dixit Corne. conſil. 80. In deciſiuis.
in prin. volum. 1. conſi. 297. In conſilijs. in prin. vo-
lum. 3. & conſi. 313. Animaduertens. in prin. volu. 4.
& Soc. iun. conſi. 134. Circa præſentem. in prin. vo-
lum. 1. & conſi. 137. Viſo proceſſu. col. pen. nu. 8. eo.
volum. Nihilominus, vt prouinciam hanc humeris
meis licet onероſam & imparem effugere velle nō
videar, quid in hac re ſentiam, iura, & rationes alle-
gando in medium explicare conabor: Viſo igitur
puncto, legitimatione, ac toto proceſſu fabricato
matureq; conſideratis omnib. quæ in præſenti ma-
teria conſiderari poſſunt, tota vis, & difficultas
conſiſtere videtur, nunquid legitimatio de Hiero-
nymo Nerco per Reuerendiſſimum Domin. Feli-
cem Tirannum Epiſcopum Vrbinatenſem Cōcla-
uiſtam & Comitē Palatinum facta valeat, & teneatū
Et prima facie dicendum videbatur eā ex ſequenti-
bus non valere fundamentis. Primo ex legitiman-
tis defectu, ſi enim eius inſpiciatur priuilegium, nō
reperitur ſibi facultas conceſſa, quòd extantibus fi
lijs legitimis, & naturalib. ſpurios legitimare valeat,
2 cuius tenor diligenter conſiderandus eſt. c. porro.
extr. de priuileg. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro
aurelio. ibi lecta ſubſcriptione. ff. de fideiuſſo. & l. ſi
quis ſtipulatus ſit ſtichum aut pamphilum. ibi inſpi-
ciendus erit ſermo ſtipulationis. ff. de ver. ob. & c. 1.
de duo. frat. a Capita. inueſt. in vſi. feu. quia eatenus
legitimandi poteſtatem habere cenſetur, quatenus
in priuilegio reperitur. arg. l. non diſtinguemus. §.
de officio arbitri. ff. de arb. tradit Soc. ſen. conſ. 212.
Prima conſultatione. col. 2. in prin. ver. Secūdo præ-
3 mitto. vol. 2. Cum talis poteſtas ſecundum Paul. de
Caſt. conſ. 34. Super primo dubio videtur dicēdum.
in prin. vol. 2. in nouis. ſit de reſeruatis Principi. §. ſi
quis ergo filios legitimos non habet. in auth. quib.
mod. natur. effic. ſui. Et propterea idem Caſtren. in
l. gallus. §. & quid ſi tantum. in fi. ff. de liber. & poſt-
4 hum. inquit, quòd quamuis Princeps legitimando,
ſi velit ius parti quæſitum auferre poſſit. iuxta ple-
nè not. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. publi. & in l. re-
ſcripta. C. de preci. imper. offer. & capitu. quæ in ec-
cleſiarum. extra. de conſtitu. & nunquam in filio-
rum legitimorum præiudicium legitimare videa-
tur. §. generaliter. in fi. in auth. quib. mod. natu. effi.
ſui. & §. illud ibi ſi quis uero legitimos non habēs.
eo. titu. cum alijs concord. per Corne. citatis conſi.
3. Dominus Baldus. colum. 2. poſt princ. verſicu. Se-
5 cundo quia Princeps. uol. 1. Aliud tamen eſt in Co
mite Palatino habente a Principe legitimandi po-
teſtatem, quia poteſtas ſibi data inſpici debet, &
in dubio legitimandi poteſtas ſibi data non intelli-
gitur, niſi eo modo quo ex ordinaria, non ea ſupre
ma poteſtate Princeps legitimaturus eſſet. argum. l.
in teſtamento. in fi. C. de mili. teſtam. & in l. fina. in
fin. ff. de offi. præſid. Vnde ſi pater filios legitimos,
& naturales haberet, etiam ad eius inſtantiam, &
eo uiuente non poterit Comes baſtardum legiti-
mare, quem ipſe Princeps ex ordinaria poteſtate
non legitimaret, ut in dicto §. generaliter. quamuis
ex poteſtatis plenitudine hoc facere poſſet, de eo
mentionem faciendo, ſed dictus Comes nullo pa-
cto poteſt, ex quo ſimpliciter ſecundum eum legi-

timandi poteſtas eſt ſibi attributa, & ita conſuluit
idem Pau. de Caſt. conſil. centeſimooctuageſimo.
Super eo quod primo loco quæritur. volum. 1. in
nouis, & facit quod not. Bald. in authent. præterea.
C. de natura. liber. & latiſſimè Ruy. conſil. 88. Circa
legitimationem. uolum. tertio. & ita conſuluit So
cin. iun. conſil. 93. Perſpectis. colum. prima. uerſic.
Et primo quia. vol. tertio. Quinimmo Comes Pa-
latinus legitimare non poteſt, niſi ſuper hoc ſpe-
cialem habeat a Principe poteſtatem, ex eo, quòd
generalis conceſſio poteſtatis non extenditur ad
ea quæ ſupremæ inhærent Principis poteſtati. l. pri-
ma. in princ. ff. de offic. eius. cap. quod ad conſulta-
tionem. extra de offic. delegat. ita concludit Bal. in l.
ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. & in l.
ſecunda. C. de ſerui. & aqua. Pau. de Caſt. dicto con-
ſi. 34. poſt princi. verſicu. Conſtat autem, quod ea
quæ ſunt. Cur. ſen. conſi. 35. Statuto colum. ſeptima
in fi. uerſi. Et plus quia Comes. num. vigeſimooctа-
uo, vbi plenè cum alijs per Soc. ſen. relatis conſil.
246. Elegante. colum. ſexta, in princ. verſicu. Sed re-
ſtat nunc videre. volu. 2. & conſil. 95. Nulli dubium.
colum. 3. uerſicu. Sed præmiſſis. volum. quarto. Vn-
de cum ex priuilegij verbis colligatur, quòd tan-
tum legitimare poſſit, vt legitimatus in bonis pa-
tris, & agnatorum ſuccedere valeat, nec in eo expri-
matur, quòd legitimare poſſit eo caſu quo filij le-
6 gitimi extarent, ſequitur quòd ad hunc caſum ex-
tendi non debet priuilegium, quia vbi in priuile-
gio minimè dictum eſt, quòd extantibus legiti-
mis legitimare valeat, Comes Palatinus in eorum
priuilegio hoc facere non poterit. Bald. in l. cum fi-
liusfam. per illum text. ff. de teſtament. militar. & in
d. l. ſecunda. colum. octaua. & ſeq. de ſerui. & aqua.
in cap. domino guerram. in pen. colum. in titul. hic
finitur lex. Corra. & in ca. fi. colum. 2. extra de tran-
ſla. prælato. cum alijs per Iaſ. relatis. in d. §. & quid ſi
tantum. colum. 20. verſic. Quinto nota. limita. Boe-
rii. in deciſio. 240. nume. decimonono. & Alexand.
conſi. 60. Viſa legitimatione. colum. 4. in fi. verſ. Se-
cunda ratio. volum. 2. & copioſè conſi. 94. Titius ſo-
lutus. volum. primo. Cùm filijs legitimis non extan
tibus etiam indultum operari poſſit quo ad dignita
tes, honores, & alia inde ſequentia, vt voluit Pau. de
Caſt. d. conſi. 180. quem refert Alexand. conſil. 188.
Perſpectis. colum. 2. in princ. verſicu. Sexta videtur.
volum. 5. & tenet Ruy. in d. conſi. 88. colum 4. verſi-
cu. Secundo principaliter. nu. decimoquinto. & 16.
Quinimmo totum contrarium in priuilegio expri
mitur, quòd ipſe Comes ſine præiudicio uenientiū ab
inteſtato legitimare valeat, ipſis igitur extantib. in
eorum præiuditiū legitimare non poteſt. Alexand.
dict. conſi. 188 colum. ſecunda in prin. verſi. Sed in
propoſito noſtro. Quę clauſula quamuis in priuile
gio minimè fuiſſet appoſita, idem dicēdum foret,
cùm in dubio priuilegium abſque tertij præiudi-
cio conceſſum intelligatur. l. 2. §. merito. & §. ſi quis
a Principe. ff. ne quid in loco public. & eſt text. in
capitu. ex tuarum. extra de aucto. & vſu pal. & mul-
tas deciſiones pro exornatione huius regulæ con-
gerit Felyn. in capit. cauſam quæ. colum. 5. in verbo
Interpretatio, num. 30. extra de reſcrip. & in c. cùm
7 olim. in ſecunda. & 3. colum. extra de re iud. Et talis
clauſula in legitimatione ſemper appoſita præſumi
tur Gozadi. conſi. 6. Prima facie. colum. quarta. in
princ. num. 23. & Alexand. d. conſi. 188. colum. 2. in
princ. & colum. 3. in prin. ſub num. 15. Et interpreta
tur ac intelligi debet ſecundum ius commune. Go
za. conſi. 48. In cauſa Florentina. colum. 3. poſt prin.
nume. 17. fortius ergo ſi clauſula illa appoſita fuit,
quæ omnem tollit dubietatem. l. quæ dubitat.
ff. d.;

ff.de leg.iur.& l.pediculis.§. argento. ff.de auro, &
8 argen.legat.Cùm legitimatio expreſſe limitata,abſ
que præiudicio uenientium ab inteſtato non no-
ceat illis,ut in terminis concludit Ancha. conſilio
ducenteſimo quadrageſimoprimo. Ex tenore pri-
uilegij.columna ſecunda.& uoluit Bald.conſil. du-
centeſimo ſexageſimoquinto. Verba autem ſucce-
dere,quod reperitur inter conſil. Ang.Pau.de Caſt,
conſil.centeſimoſecundo.Videndum eſt primo, co
lumna fin.verſic. Quarto videndum eſt. volum,ſe-
cundo.in nouiſ.& Soc.d.conſil.ducenteſimo duo-
decimo.columna ſecunda.in fi.& ſeq. Et quamuis
per illa verba in priuilegio legitimantis inſerta, ibi,
dum dicitur, etiam ſuper naturalibus, & baſtardis
non legitimandis,niſi de conſenſu legitimorum, &
naturalium editis ſtatutis, & conſuetudinibus &c,
conceſſa videatur legitimandi facultas etiam extan
tibus legitimis, nihilominus in præiudicium dicto-
rum filiorum legitimorum legitimare non potuit,
quia talis facultas conceſſa intelligitur, & intelligi
debet, quòd ſine præiudicio legitimorum filiorum
legitimare ualeat, attenta etiam clauſula illa de qua
9 ſupra, quia quamuis de iure communi filijs legiti-
mis extantibus legitimare non poſſit Comes Pala-
tinus etiam citra ipſorum præiudicium: Princeps ta
men ex ſpeciali prærogatiua,& poteſtatis plenitudi-
ne concedit,quod etiam extantibus legitimis, abſ-
que tamen eorum præiudicio legitimare poſſit, ſe-
cundum Corne.d. conſil.tertio, columna ſecunda,
uerſicul. Et licet Princeps. uolum.primo. Secundo
talis legitimatio inualida eſſe uidetur, ex eo quia in
ſupplicatione per patrem porrecta minime narra-
tum fuit Hieronymum ex muliere coniugata na-
tum,& ſic ſpurium,cùm donna Vincentia dicti Hie
ronymi mater, tunc temporis maritum nomine
Mauritium haberet, quinimmo nedum in ſupplica
tione non narratur,ſed tanquam filius naturalis na-
tus ex ſoluto,& ſoluta legitimatur, tanquam igitur
ſubreptitia non valet,vt no.per Anto.de Butr.& a-
lios in cap.per venerabilem. extra.qui filij ſint legit.
10 Vbi uoluit, quòd ſi aliquis ſpurius legitimationem
impetrat, dicens ſe ſpurium, ſi tamen ſit duplicatus
ſpurius,non facta particulari expreſſione, legitima-
tio non valet. allegat text. in capitul. non poteſt. de
præben.in ſexto.Roſel.in tract.legitimatio.in mate-
ria cauſæ formalis. & in terminis noſtris adduco A-
lexand. conſil.ſexageſimo. Viſa legitimatione.co-
lumna penultima. ad fin.verſicul, Quarta,& vltima
ratio.volumine ſecundo. ubi concludit, quod ſi fi-
lium eſſe naturalem narratum ſit, cum ſit ſpurius,
propter obreptionis uitium legitimatio redditur
nulla.l.ſed ſi hac.§.patronum.ff.de in ius uocand.&
probatur in l.prima. ff. de natali,reſti. ubi per illum
text. in terminis refert Bened. de Plumb. dixiſſe, ꝙ
filiorum legitimatio non ualeret, ſi in impetratio-
ne,& legitimationis indulto tacitum, vel omiſſum
eſſet,quod filius qui legitimabitur,eſſet ex coniuga-
to natus. idem tradit Oldrad. conſil. ducenteſimo
quadrageſimoſeptimo. Factum tale eſt, Quidam
rex.& Ioan.Andr. in addit.ad Specul, in titul.qui fi-
lij ſint legit.in rubric. & Anto.de Butr. in d.capitul.
per uenerabilem.in ſecunda columna.uerſic.Nunc
deſcendo ad ſecundum, ubi inquit, quod in legiti-
matione oportet legitimantem illius qualitatem ex
primere, qui legitimari debet, uidelicet an ſit ſpu-
rius,vel inceſtuoſus, quia difficilius cum inceſtuo-
ſo, vel cum ſpurio diſpenſatur, quàm cum eo, qui
tantum naturalis eſt,vt patet in d.cap.per venerabi-
lem.In fin.& cap.in talibus.& cap.tacendum eſt. vi-
geſimaſexta diſtinct.per l.vniuerſa.C. de diuer.reſcr.
& idem ſequitur Ruyn. conſil. centeſimo quarto.
Non videtur.columna prima. in princ. & columna
ſecunda.in fin.verſicul.Nec obſtant,quæ contra.vo
lum. 3. & conſil. centeſimo quinquageſimooctauo.Primo videndum. columna tertia, numero no-
no.volum.primo. Tertio videtur eſſe nulla talis le-
11 gitimatio, quia in legitimatione Comes Palatinus
cauſam non inſerint laudabilem, & iuſtam ipſum
monentem ad legitimandum dictum Hieronymū,
quæ de neceſſitate requirebatur,vt eſt text.in d.cap.
per venerabilem.& ibi no.omnes ſcribentes. Roſel.
in tract.legitimatio. in ſecundo libro. ſub rubric. de
cauſa materia.uel ſubiecti. verſicul. Sed hic dubita-
tur. Curt.ſen.conſil.ſeptuageſimotertio. Super me-
morata.columna uigeſimaquarta.ad fin.uerſic. Ve
niamus ad quartam dubitationem. Alexand.d.con
ſil.60.columna quarta.uerſic. Rationes ergo. Socy.
ſen.conſil.16.Clarus vir Iacobus.columna ſeptima.
in princ.uerſic.Tertio mouet me. inter conſil.Cur.
ſenio.& Dom. Vincen.Paleot. conſil.17. Viſo pun-
cto.columna ſecunda. verſic. Tertio non obſt.Go-
zadi.d.conſil.ſexto.Prima facie.in princ.& d.conſil.
quadrageſimooctauo.In cauſa Florentina. colum-
12 na prima. uerſicul. Quarto ex alio non ualet. Nam
quamuis Princeps ex certa ſcientia poſſit ſine cauſæ
cognitione pro nutu uoluntatis in omnibus caſi-
bus diſponere,in quibus inferior præmiſſa cauſæ co
gnitione poſſet,ſecundum Bald Paul.de Caſt.Alex.
& Iaſ.in l.ſi teſtamentum. C.de teſtam. quia ſatis eſt
in Principe,quod putet cauſam ſubſiſtere.& ex opi-
nione ſua ſtatuere, & mandare, non ſufficit tamen
in inferioribus,apud quos probabilis, & condigna
13 cauſa debet, quæ in Principe ſatis erat, adeſſe cau-
ſam motiuam,& putatiuam, & ſic limitantur dicta
per Innocen.in cap.veniens.extra. de filijs preſbyte.
& glo.& Io.And.in cap.primo.de æta. & qualita. li-
bro ſexto,declarat Bald. in d.l.reſcripta. in 3. quæſt.
C.de preci.impe.offe.dicens, quòd in inferiore pro
babilis,& condigna ineſſe debet:& tamen in Impe-
ratore ſufficit eſſe cauſa motiua. Et propterea Co-
mes Palatinus quamuis amplam habeat legitiman
di poteſtatem, non tamen poteſt, abſque legitima,
& rationabili cauſa legitimare, quam in legitima-
tione inſerere debet, ut conſuluit Paul. de Caſtr. d.
conſil.180.columna 3. in princ.uerſic. Secunda ra-
tio.uolum.1.in nouiſ.Curt.ſen.d.conſil.73.d.uerſic.
Veniamus ad quartam. & Dec. d.conſil. trigenteſi-
mo ſeptimo.Viſo puncto.columna ſecunda. uerſi.
Tertio non obſt.& præſertim in hac legitimatione,
quæ potius diſpenſatio, quàm legitimatio ob ſpu-
rietatem dicti Hieronymi eſſe dicitur,quæ diſpenſa-
tio cum odioſa ſit,& legitimatio fauorabilis,vt con
cludit Anch.d.conſil.ducenteſimo quadrageſimo-
primo.Ex tenore priuilegij.& alij ſupra allegati. ta-
lis legitimatio, abſque inſertione cauſæ non valet.
c. requiritis. §.niſi rigor. prima quæſtione ſeptima.
not.in cap.ſecundo.& in capitali coniugio.extra.de
ſciſma.& in c.diuerſis fallacijs.extra.de cleric.coniu
ga.cum alijs per Ruyn.relatis conſil.centeſimo no-
no.Circa caſum.colum.6.in fin. verſicu. Et propte-
rea dicta diſpenſatio. num.19.volu.3. & Dec.d.con-
ſil.393.Conſului.colum.fin.in princ.verſic.Et in ta-
14 li legitimatione. nu.11. Quando enim legitimatio,
de ſpurio ex coniugata nato facta fuit,vt in præſen-
ti caſu, tunc diſpenſatio dicitur, quia inter illos ma-
trimonium eſſe non poterat, vt not.Ant.de Butr.in
d.c.per venerabilem. & ibi communiter doctor. Et
cum ſit diſpenſatio,cauſa requiritur, vt not.Paul.de
Caſt.conſil.30.Super puncto iſto.col.3. in prin.uer.
Item certum eſt.& conſi.348. Notandum ꝙ adulte
rium.col.2.uer.Præterea diſpenſatio.vol.1.in nouiſ.
cū alijs plene ſup.citatis.& præcipuè qn̄ pater,qui le-

gitimationem fieri petit, alios haberet filios legiti-
mos: nam ſi tunc ad legitimationis validitatem re-
quiritur, quòd de prole legitima facta ſit mentio,
alioquin legitimatio eſſet ſubreptitia, ut tradit Pau.
de Caſt. d. conſi. 180. dicto uerſicu. Secunda ratio. &
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fi. de libe. & poſth.
Anto. de But. in d. c. per venerabilem. columna 16.
verſi. Credo tamen, quòd filij ſint legitimi. Alexan.
conſi. 26. Circa prin. um dubium. columna penul.
volum. primo. conſi. 67. Conſideratis his. columna
penul. eod. volum primo. Aret. conſi. 167. Magnifi-
ci, & excelſi domini columna fin. & Dec. conſi. 698.
In cauſa legitimationis. columna prima. uerſicu. Et
ex his videtur. Ita pariter in tali caſu requiritur q ſal
tem ab inferiore à Principe cauſa inſeratur: quia de
præiudicio legitimorum agitur, & quia ex ordina-
ria poteſtate legitimatio fieri non poteſt, vt per Ale
xand. d. conſil. 67. in penult. columna. merito cauſa
in comite Palatino requiritur, vt not. Alex. d. conſi.
60. columna quarta. Pro cauſæ autem cognitione
Comes de natalium ipſius Hieronymi defectu in
quirere debet, & ſic vtrum Do. Gregorius, vel don-
na Vincentia, coniugatus, vel coniugata foret, &
vtrum donna Vincētia vilis, vel inhoneſtæ vitæ mu-
lier eſſet, ſecundum Alb. de Roſa in rub. C. de natu.
libe. & cum ſine cauſa Comes hoc facere nequeat,
eius aſſertioni non ſtatur, quod cauſa interuenerit
per ea, quæ not. Bal. in l. ſi forte. ff. de caſtr. pecu. per
glo. & doct. in l. ſi donatione. C. de collatio. & tradit
Dec. d. conſi. 293. columna fin. verſic. Et diſcurren-
do. Quod autem de his Comes informatus non fue
rit ab his, qui veriſimiliter ignorare non potuerūt,
ex temporis breuitate probatur, quia porrectas pre
cibus illico, & immediate ad legitimationem, ſeu di
ſpenſationem proceſſit, arg. not. per Bar. in l. prola-
tam. C. de ſent. & interlo. om. iud. & clarius per An
cha. conſi. 84. Viſa quadam petitione. & conſ. 82. Vi
ſis diligenter. Nec ſat eſt, quòd ex generalibus ver-
bis conſtet Comitem de quolibet defectu cogitaſ-
ſe, de quo notitiam non habebat. iuxt. l. qui iure mi
litari. ff. de teſtam. mili. quia cauſæ cognitio, quæ ad
actum requiritur, eſt de forma. l. cum hi. §. ſi prætor.
ff. de tranſact. ideo operæprecium eſt per cognitio-
nem, & inquiſitionem in ſpecie formam illā adim-
plere, & in genere cogitatio non ſufficit, vt oo. colli
gitur ex dictis per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres.
io quinta quæſt. ff. de verborum obl. vbi concludit,
quod renunciatio, de qua in teſtamento in genere
fit mentio, ad fideicommiſſum non trahitur, quia
ex quo pro forma, & in ſpecie teſtamenti verba in-
ſpici, & cognoſci debent. l. de his. ff. de tranſac. de te
ſtamento in genere mentionem fieri non ſufficit.
Et quamuis Ange. ibi contra Bartol. alleget. d. l. qui
iure militari. Imol. tamen, & Alexand. reſpondent,
quòd illa locum non habet, quando aliquid pro
forma requiritur, quia tunc in genere cogitatio
non ſufficit, bene facit l. quarta. §. quæſitum. ff. ſi
quis cautio. vbi in prætorijs ſtipulationibus gene-
ralis renunciatio non ſufficit, & hoc ſecundum do-
ctor. ibi, quia non vult Prætor, quòd ſub verborum
inuolucro decipiatur. Ad idem bene facit text.
in l. generaliter. C. de inofficioſo teſtamento. vbi fi-
lius bonis paternis generaliter renunciando, legiti-
mæ renunciare non intelligitur, niſi in ſpecie renun
ciauerit. Quæ ratio etiam in præſenti caſu militat,
quia ſi Comes in ſpecie donnam Vincennam tunc
coniugatam fuiſſe, & adhuc maritū viuere cogno-
uiſſet, cum per certum nuncium de eius morte nō
13 conſtiterit, vt requirebatur per text. in c. In præſen-
pore pater uiuebat , quo tempore nullum ius ipſis
quæſitum erat,quia uiuentis nulla eſt hæreditas.l.1.
ff.de hæredi.uel actio.uendi.Cùm ergo Comes præ
dictus legitimādi facultatem in ampliſſima forma
per clauſulas,& derogationes prædictas etiā in præ-
iudicium dictarum filiarum legitimarum,& neptis
habuerit,firma remanet concluſio,quòd legitima-
tio per ipſum facta ualeat,& teneat, & conſequen-
ter uirtute dicti teſtamenti per Do. Gregorium cō
diti Hieronymus legitimatus , & uniuerſalis hæres
Inſtitutus ad hæreditatem paternam admittatur,&
ſuccedat,ut in eo uocatus fuit, prout conſuluit Be-
ned.Capra conſi.147.Et ſi de pluribus.in ulti.col.in
fi.& Anch.d.conſi.335.in fi.Et per prædicta quāuis
efficaciter reſponſio fere ad omnia ſupra in con-
trarium deducta colligi poſſit,nihilominus,ut ueri
tas magis eluceſcat,& ad maiorem declarationem
ſpecialius rēſpondetur;Et primo fundamētum pri-
mum de facultate Comiti non conceſſa legitiman
di ſpurios extantibus filiis legitimis nō refragatur:
quia ex plenaria facultate in priuilegio ſibi conceſ
ſa cum derogationibus in eo inſertis , ut in primo
fundamento cum quatuor ſequentibus pro parte
Hieronymi probatum eſt, apertiſſime conſtat præ-
fatum Reuerendiſſ.Do.Legitimātem potuiſſe Hie
ronymum legitimare etiam extantibus filiabus,&
nepte legitimis.Non obſtat ſecundum quòd in pe-
52 titione per patrem Do. Gregorium facta non fue-
rit expreſſum Hieronymum ſpurium,& ex muliere
coniungata natum. Quia reſpondetur, quòd cùm
ex teſtium depoſitionib. appareat, prius quā Don-
na Vincentia in domo per Do.Gregorium retenta
fuiſſet, per duos annos ante defunctum fuiſſe eius
maritum,dici non poteſt Hieronymum eſſe ſpuriū
nec ex muliere coniugata natum , immo attenta
publica fama,& habitu donnæ Vincentiæ lugubri,
quæ ſimul iuncta eius obitum probāt,ut Alex.pro
bat conſi.27.Conſideratis his.in 1.& 2.colu.uolu.7.
& conſi.172.In cauſa,& lite.columna.2.in prin.uer
ſi.Quòd autem ſit probatum.uolu.6.ipſa ab adulte-
rio excuſatur, ut not.in auth. hodie. C.de repudi.&
in c.in præſentia.extra.de ſponſali. quia adulterium
abſque dolo non committitur, ut eſt tex.in l. ſi ex
lege.ff.de adulte.cùm ignorans adulterium nō cō-
mittat.ca.in lectum.34. q.2.& eſt glo.1.in c.1.extra.
de eo qui dux.in matri.quam pol. per adulte. Ideo
mulier credens eius uirum defunctum eſſe, ſi alte-
53 ri nubit,adultera non dicitur.tex.eſt in ca.cum per
bellicam.34.q.2.& eſt glo. fi.in ca.2. extra de ſecun.
nup.& tradit Boniſa.de Vitali.in trac.maleſi.in rub.
de adulteri. ſub nume.7. uerſi.Item ſi credit uirum
mortuum.Et præſertim cùm eo tempore Do.Gre-
gorius tanquam aduena eam maritum habuiſſe
ignorauerit, quæ ignorantia eum excuſat , ut tradit
Pariſi.d.conſi.15.Circa præſentem.num.55.uolu.2.
& dictus Hieronymus naturalis, & non ſpurius ob
ignorantiam Do.Gregorij præſumitur, qui proba-
biliter ipſum mortuum credere poterat ob ueſtes,
lugubres,quas ipſa geſtabat, & ob eius luctū,& pu-
blicam famam de eius morte.ut not. Bar.in l.gene-
ro.in fi.ff.de his qui not.Infa.Ideo inquit Dec.con-
ſi.154.Caſus. quòd matrimonium contrahentes ſi
matrimonium tenere credebant , & impedimen-
tum ignorabant,filij ſunt legitimi , allegat Capram
conſi.116.Punctus. fuit quidam Chriſtoforus. colū-
54 na 1.in fi.numer.5. Vbi concludit quòd ſi matrimo
nium publice cōtractum fuit cū muliere de prima
uxore dicti eius mariti notitiam non habente , filij
ex tali matrimonio nati cenſentur legitimi,ut eſt ex
preſſum in c.ex tenore.extr.qui filij ſint legi & not.
in d.c.1.de eo qui dux.in matrimon.quam pol. per
adul. & nedum quò ad ipſam ignorantem ob eius
bonam fidem,ut not.glo.1.ibi in uerbo inſciam.ue
rumetiam quò ad ipſum maritum , quantumcun-
que ſciuerit,& notitiam habuerit primam eius uxo
rem uiuere,ut uoluit glo.in c.cum inhibitio. in uer
bo ſi ambo parentes.extra.de clandeſt.deſpon.& ita
communiter teneri refert Capra ibi,& ita conſuluit
Ruy.conſil.108. Viſo quodam. uolum.3. Amplius
dixit idem Capra conſil.129.Punctus.Quædam do-
mina Fauia.colum.1.in fi.uerſic. Nihilominus non
dicitur.quòd etiam ſi poſt luctum,& famam de pri
mi uiri morte mulieri primum eius uirum uiuere
notificatum fuiſſet,minime ſufficit, ad hoc vt adul-
tera cenſeatur,niſi pro certo de primi viri morte in-
tellexiſſet,vt voluit glo.in c.dominus.extr.de ſecun.
nup.& not. in d.cap.cum per bellicam. Cùm ergo
in caſu noſtro donna Vincentia, & Do. Gregorius
con-

concubinatus tẽpore de vita Mauritij mariti don-
næ Vincentiæ certitudinarie non intellexerint, nec
perfectam de eius vita notitiam habnerint, adulteri
non cenſentur, & conſequenter Hieronymus ex ip-
ſis natus non dicitur ſpurius, ſed naturalis, cùm ex
concubina natus fuerit in domo, ut concubina re-
tenta ſecundum Oldrad.conſi.196. Factum tale eſt.
Quidam nobilis.probatur in §.ſi quis autem defun-
ctus.in auth.quib.mod.nat.eff.ſui.& in l.3.ff.de cõ-
cub.Spec.in §.1.verſic.Nunc de naturalium.in titu.
de ſucceſ.ab inteſt.Io.And.in rubr.qui filij ſint legit.
in addit.ad Spec. Signorel.conſil.321. Factum ſic ſe
habet. Abb.in c.innotuit.extr.de elect.per Alexand.
in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.columna 14. ad Treb.
cum concordan.per Arelata.relatis in addit.ad Alc.
in tract.de præſump.in ſecunda reg.in 5.præſumpt.
55 numero quarto.& tanto magis.quia dominæ actri-
ces earum intentionem ſuper Hieronymi ſpurieta-
te fundantes, & quòd ipſe ex damnato coitu natus
fuerit, ipſam ſpurietatem, & damnatum coitum pro
bare debebant, cùm in dubio quis non præſumatur
ſpurius, ſed naturalis, ut delicti ſuſpicio euitetur, quia
quis damnatum coitum commiſerit. arg. l.marito,
ff.pro ſoc.l.quoties.§.qui dolo.ff.de dolo.c.fi.extra.
de præſumpt.& in terminis his de ſpurietate ita tra-
dit Bald.conſil.448.Quæritur imprimis, columna ſe
cunda.in 3.dub.volum.1. quem ſequitur Aymo cõ-
ſil.138.Deceſſit Martinus.in prin.columna 1.& con
ſil.166.Licet plurima. in princ.volu.1. Cùm ergo ex
damnato coitu natum fuiſſe non probauerint, im-
mo ex teſtium depoſitionibus ex ſoluto, & ſoluta
natum fuiſſe conſtat, & ita præſumitur, vt dictum
eſt, qui coitus regulariter de iure ciuili non damna-
tur, neque punitur, quando ſoluta nobilis, aut aliàs
honeſtioris conditionis eſſe non reperitur. Soc.ſen.
a contrario ſenſu conſil.222. Prima conſultatione,
columna 1. in fi.uerſic. ſed præmiſſis non obſtanti-
bus.uolum.ſecundo.naturalis igitur, & non ſpurius
cenſetur Hieronymus, & propterea legitimatio de
eo tanquam de naturali filio facta ualet: nec obſt.
ſi diceretur, Hieronymum ſpurium, & ex damnato
coitu natum iuris præſumptione fuiſſe probatum,
ex quo eius mater tempore quo fuit a Dom.Grego
rio cognita, & in domo retenta coniugata fuiſſe
præſumitur, cum ex teſtium depoſitionibus donnã
Vincentiam maritum Mauritium nomine habuiſ-
ſe conſtat, qui eam dereliquit, & amplius de eo noti
tia habita non fuit, quo caſu eo tempore, & impre-
ſentiarum viuere præſumitur, cùm quis, uſque ad
centum annos uiuere præſumatur.l.fi.& ibi glo.C.
de ſacroſan.eccleſ.l.an uſufructus.ff.de uſufru.gloſſ.
Bart.& doct.in l.2.§.ſi dubitetur. ff.quemadmo. te-
ſta.aper.& de morte certus nuncius apparere debet,
vt eſt tex.in d.c.in præſentia.de ſponſal.& ibi docto.
Quoniam reſpondetur, quòd quãuis donnam Vin-
centiam maritum olim habuiſſe cõſtet, probatum
tamen fuit publicam vocem extitiſſe, antequàm a
Dom.Gregorio cognita fuiſſet, ipſum deceſſiſſe, &
ita etiam præſumitur, vt ſuperius deductum eſt, & ad
euitandum adulterium, & dicti Hieronymi ſpurieta
tem ſatis eſt, quod ipſum uiuere ignorauerit, & ut
potius naturalis, quàm ſpurius eſſe cenſeatur, ut a-
ctus magis ualeat, quàm pereat. l.quoties. ff.de reb.
dub.cum uulg. Cum ſpurij odioſi ſint, naturales au-
tem fauorabiles, ut habetur in authẽ. ex complexu.
C.de inceſt.nup.& in auth.licet.& auth.item ſi quis
liberos.C.de natu.libe. Item reſpondetur illud uul-
garum ne ... uerum, quod uſque ad centum an-
nos quis uiu... præſumatur, quia in d.l.fi.ſolum di-
citur, quod longiſſima hominis uita centum anno
rum eſt, non tamen per hoc ſequitur, quod tantum
uiuere præſumatur.ut declarat Aret. in l.ſed & ſi ex
ſua.columna quarta.in princ.uerſicu. Non obſtant
iura.ff.de aeq.hæred. & idem concludit Corn.conſ.
340.Quòd dicta dos. columna ſecunda. ſub nume-
ro ſecundo.verſic.Et ſic non præſumitur. uolum.1.
& conſil.181. Viſis nonnullis. columna ſeptima. in
fi.numero 22.verſic.Et licet ſoleat.volum.ſecundo.
dicens hoc iure non probari, immo contrarium
probatur, vt eſt text.ſing. in l.hæreditatem.ff.ad leg.
Falc. & idem firmat, & ſequitur Dec.in l.fi.colum-
na nona.numero 28.verſic. Secundo reſpondetur.
C.de edic.Diui Adr.tol.Immo Card.Zab. in clem.1.
in princ.in 3.not.de reb.eccleſ non alienan. inquit,
quòd plures hodie intra quinquageſimum moriun
tur annum, quàm vltra viuãt: allegat.l.3.C. qui ætia.
vel profeſ.ſe excuſ.li.10. Sed illud vulgatum dictum
ſaluando, dicere potes illud procedere, quando de
morte aliter non appareret, ſecus ſi per publicam fa
mam de morte, ut in caſu noſtro probaretur, tunc
enim uiuere non præſumitur, niſi contrarium. ſcili
cet de eius uita probaretur. Vel dicas, quòd aut ui-
ta eſt intentionis agentis. fundamentum, ut eſt in
præſenti caſu, & illi probandi onus incumbit, l.ſpa-
donem.§.qui abſolutus.ff.de excuſa.tut.tradit Mon
teſer.in repet.c.Raynutius.columna 13.uerſic. Ali-
quando quis fundat ſe ſuper vita.ſub uerſic.Secun-
dus caſus eſt.extr.de teſtam. Aut non eſt intentionis
fundamentum, & procedit glo.in d.l.fi. quæ tamen
ueram iuris præſumptionem minime inducit, ſed
quandam potius ſuſpicionem, quæ per contrariam
ſuſpicionem ex unius teſtis depoſitione, uel ex fa-
ma publica orientem tollitur, ut in caſu noſtro, iux.
not.per Bar.in d.l.2.§.ſi dubitetur.& per Bald. in c.1.
§.fi.qui feu.dare poſ.& ita reſpondet Alc. in tracta.
56 de præſump.in reg.1.in 44.præſump.in fi. Quinim-
mo talis probatio per publicam famam geſta onus
probandi contrarium in aduerſarium transfert, ut
in teſtimonio de auditu uoluit Archid. in c. hoc vi-
detur.22.quæſt.5.quod dictum pro mirabili, & lite
ris aureis ſcribendum refert Curt.ſen.conſil.69.Cir-
ca primum.columna ſecunda.verſic. Prima concl.
vbi quamplures docto.allegat hoc idem ſequentes,
& ſequitur Soc.iun.conſil.69.Pro dilucidatione. co
lumna quarta.numero 17.uolum.1. vbi allegat Ro
57 ma.ſing.345.Teſtimoniũ de auditu, & ibi no. Mod.
Non obſt. tertium fundamentum, dum dicebatur
legitimationem non interueniente cauſæ cognitio
ne factam fuiſſe, quoniam reſpondetur ſatis de cau-
ſæ cognitione conſtare, cum de præſentia, & patris
voluntate petentis Hieronymum legitimari facta
fuerit legitimatio, & ubi adeſt præſentia, & uoluntas
patris petentis eum legitimari, illa dicitur eſſe iuſta,
& rationabilis cauſa, non alia requiritur, ita no.Bar.
in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.columna fi.de lib.&
poſth. Alex.d.conſil.188.Perſpectis.columna fi.uer
ſic.Non obſtat ſeptimum.volum.5. quem ſequitur
Dec.conſil.695.In cauſa legitimationis. in princ.&
ita concludit Gozad.d.conſi.6. Prima facie.colum-
na 5.numero 37.verſic. Quarto quando adeſt.con-
ſil.29.Videtur prima.columna ſexta.in princ.nume
ro 27.verſicul. Non obſtant allegata.d.conſil.48.In
cauſa Florentina.columna ſecunda.verſi. Secundo
moueor.& conſi.92.Breuiter.columna penultima.
ad finem.numero 20.verſicul.Non dicendo etiam.
Et eo ipſo, quòd legitimans ex certa ſcientia legiti-
mat, & in legitimatione exprimitur, informatus de
facto eſſe videtur, & illud minime ignorare, ideo a-
lia non requiritur cauſæ cognitio, ad quam legiti-
mans non aſtringitur, cùm ex certa ſcientia, ſeu de
poteſtatis plenitudine facit, ita Staphil.in tract.de li-
te.gratiæ, & iuſti.fol.84.verſic. Verius tamen, in pri-

tius

58 nis impreſſionibus. Quinimmo cauſæ cognitio, & neceſſaria ac diligens inueſtigatio, & plena informatio interuenit, & omnis debita iuris, & facti ſolēnitas ſeruata fuit, ut præfatus Reu. D. legitimans in ipſa legitimatione atteſtatur, cui ī hoc creditur ſm Pau. de Ca. in l. cum habetur. §. ſi prætor. ff. de tranſac. Pro iudice enim præſumitur. l. 2. C. de offi. ciui. iudi. & c. ad audientiam. & c. accepimus. de præſcrip. etiam quoad actum per mudum uoluntariæ iuriſdictionis geſtū. l. manumiſſio per lictores. ff. de manu. uindic. & l. ab ea parte. in fi. de probatio. & per Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & ita in ſpecie tenet Alex. in l. ſciendum. col. 6. ſub num. 26. & 27. uerſi. Sed ita eſt. de uerbo. obli. ubi reſpondet ad l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. quòd ille tex. locum non habet in iudice, pro quo præſumitur, ſed in priuato. Et idem probatur ex not. per Guil. de Cun. & Alberi. de roſa. in l. 1. ff. de offi. eius, ubi inquiunt quòd aſſertioni iudicis delegati de impedimento ſtatur, propter quod uult cauſam de ſui natura indelegabilē delegare, quia literis officialis creditur. l. diuus. ff. de offi. præſi. & hoc idem latius probat Alex. conſi. 34. Conſultus. num. 6. uerſi. Quia ſtatur dicto officialis. uol. 4. & idem not. Bal. in rub. de offi. delega. col. fi. uerſi. Sed ego ſtatim quæro. quem refer, & ſequitur Deci. in c. quoniam contra. col. 21. uerſi. Non ob. q̄ non uidetur. ſub num. 55. extra de probatio. & idem in caſu noſtro uoluit Soc. Iuni. conſi. 93. Perſpectis. col. pe. num. 61. uerſi. Poſſet etiam. uol. 3. & ita conſuluit Ruy. conſ. 87. Quia Matthæus. col. pe. in prin. uerſi. Nec ob. dum dicebatur. uol. 3. Quartum argumentum non obſtat, dum dicebatur, q̄ in diſpenſa-
59 tione filiarum legitimarum, & nepris citatio non interuenit, ut de neceſſitate requirebatur. Quoniā reſpondetur nos in ſpurii legitimatione non eſſe, ſed in mera legitimatione, ut in ſecundo huius partis fundamento ſupra probatum eſt. Et ideo quando pater eo tempore, quo filius legitimis præiudicium inferre poteſt, & de propriis bonis diſponere, filii legitimationi conſenſum præſtat, non eſt neceſſe filios legitimos uocari, quibus ius minime quæſitum eſt, per id quod uoluit Bar. & communiter Docto. in d. l. gallus. §. & quid ſi tantum. col. fi. de liber. & poſth. Et propterea dixit Pau. de Ca. d. conſi. 180. Super eo quod primo loco quæritur. colu. 1. uerſi. De ſororibus etiam. uol. 1. in nouis. quòd in legitimatione filias legitimas citari, uel uocari nō requirebatur, quia cùm earum pater uiueret, eis hæredi-
60 tas non debetur. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bono. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſta. & l. fi. ff. de libe. agno. nec eis delata erat. l. 1. ff. de hære. inſti. & ſic ius aliquod in eſſe formatum non prætendebant, cuius ratione conſentire deberent, uel requiri, alioquin de uiuentis hæreditate ſolicitæ fuiſſe uiderentur, quod a iure reprobatur. l. 2. §. interdū ff. de uulg. & pup. l. poſt emancipationem. cum ibi not. ff. de libe. lega. & not. per glo. in l. 1. ff. de hære. uel actio. uendi. Quamuis enim earum patris ſucceſſionem ſperare poſſent, illa tamen ſpes in conſideratione non erat, tùm quia in alterius morte, & ſic in triſti euentu fundata erat. l. fi. C. de pact. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerbo. ob. Tum etiā quia illa ſpes incerta, & infallibilis erat, cùm ipſæ filiæ earum patri præmori potuiſſent, iuxta l. nam, & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. & ſic euaniſſet, ergo &c. naturalem. §. 1. ff. de acqui. rerum domi. Accedat
61 quòd in qualibet diſpoſitione, in qua legitimatus præiudicare poteſt, & conſtat præiudicium inferre uelle, ut poterit, & uoluit in caſu noſtro, ut ſupra in primo, & quatuor ſequentibus fundamentis huius partis oſtenſum fuit, neceſſaria nō eſt citatio. Abb. in c. inter quatuor, extra de maiori. & obedi. & in c. cùm olim. extra de re iudi. & probatur ex regula. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur. Et in ſpecie quando uiuente patre fit talis legitimatio, de cuius hæreditate agitur, quòd filii citandi non ſint, dūmodo de illis legitimans per patris petitionem notitiam habuerit, uel in dicta legitimatione mentio facta fuerit, uoluit Alex. d. conſi. 188. Perſpectis. columna 3. uerſi. Quia uidemus quod ad legitimationem. nu. 36. ubi de communi opinione atteſtatur. & colu. fi. circa fi. uerſi. Non obſtat ſeptimo, uolu. 5. & ita concludit Soci. Iuni. d. conſi. 93. col. 4. numer. 35. uerſi. Non obſtat modo. uol. 3. ubi refert communem eſſe concluſionem, quòd filii legitimi citandi nō ſunt quando ad patris petitionem fit baſtardi legitimatio, attento quòd pater ſalua filiorum legitima de bonis ſuis libere in quemcunque extraneum diſponere poteſt, & ita firmat Ruy. d. conſi. 87. Quia Matthæus. col. 8. in fi. num. 17. uerſi. Tertio non ob. uol. 3. Soci. ſeni. conſi. 47. In præſenti conſultatione. col. 8. num. 41. uerſi. Secundam rationem. uol. 4. ubi hāc eſſe communem concluſionem atteſtatur, quòd quando patre uiuente, & petente fit legitimatio, nedum agnatorum ſed aliorum filiorum non eſt facienda citatio. idem firmat Deci. conſi. 698. In cauſa legitimationis. col. 1. poſt prin. uerſi. Et ex his uidetur, & in fine primæ col. uerſi. Non obſtat clauſula. Gozad. d. conſi. 6. col. 1. num. 4. & 5. & col. 10, num. 68. Pariſi. conſi. 7. De poteſtate. col. 8. in prin. nume. 48. uerſi. Et ex his tolluntur, uol. 2. & Tiraquel. in repeti. l. ſi unquam. in uerbo ſuſceperit liberos. num. 65. uerſi. Quòd ſi quiſpiā. C. de reuoc. donatio. Præterea ubi legitimans ex certa ſcientia, uel de poteſtatis plenitudine procedit, ut in præſenti legitimatione, iuxta ea quæ in tertio huius partis fundamento, ſuperius dicta ſunt, non eſt neceſſe ad legitimationis ualiditatem illos uocari, quibus ex ea præiudicium inferri poteſt, ſecus quādo de ordinaria poteſtate procedit, ut late probat Roma. cōſi. 369. Circa primum. in 1. col. in fi. ſub num. 5. cum ſeq. uerſi. Secundo quidem, & col. 5. ſub nume. 29. uerſi. Hoc ſecūdo manifeſtat. quem refert, & ſequitur Staphil. in tract. de lite. gratiæ, & iuſti. fol. 84. uerſi. Verius tamen uidetur. not. Hoſti. Io. and. Ant. de But. & Imo. in c. in noſtra. extra. de procura. & Deci. conſi. 269. Conſultus. col. 3. in fi. uerſi. Et de plenitudine poteſtatis. Nec refragatur quintum fundamentum de qualitate matris Hieronymi, & dignitate Do. Gre-
62 gorii patris in legitimatione non expreſſa, quia triplici modo reſponderi poteſt. Primo de ſubſtantia non eſſe, in legitimatione patris aut matris qualitates exprimere, niſi quando mater illuſtris eſſet, ex qua filius legitimandus natus eſſet, tūc enim de nobilitate, ſeu qualitate ipſius in ſupplicatione, ſeu legitimatione mentio faciēda eſt, quia talis coitus in illa muliere magis deteſtabilis eſt. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. ita uoluit Alex. conſi. 108. Viſa copia. ad fi. uerſi. Quod optime. uol. 7. Secundo reſpondetur, quòd Hieronymi mater non eſt de illis perſonis, quę a lege prohibentur, de quibus in d. l. 1. C. de natu. libe. Ibi enim prohibetur, natos ex concubinis ancillis, uel libertis, uel ſcenicis, uel tabernariis, uel abiectis, uel humilibus perſonis, & ex patribus in dignitate conſtitutis tanquam ſpurios, & incapaces eſſe, & ad bona paterna non ſuccedere, ſed hic Hieronymus talis non probatur, & quamuis dici poſſet eius matrem uilis ac humilis fuiſſe conditionis, non propterea eiuſmodi qualitas a lege reprobatur, ut eſt tex. in l. humilem, in prin, & §. 1. C. de inceſt. nup. ubi uoluit in dignitate conſtitutum poſſe matrimonium cum abiecta, uel humili fœmina, dum-

dummodo ex parentibus ingenuis nata ſit, contra-
here, & ſic eorum filij in eorum bonis ſuccedere
63 poſſunt. Tertio reſpondetur oppoſita de iure ciuili,
non autem de iure canonico procedere poſſe. Ho-
die.n.talia matrimonia, de quibus in d.l.1. ualent, &
tenent.c.propoſuit.& c.fi.extr.de coniug.ſeruo.& c.
inter opera charitatis.ext.de ſponſal. cum alijs con-
cord.traditis per Nic.de Vbal.in tracta.de ſucceſ. ab
inteſt. in 1.par. in 6.ſpecie filiorum. nu.61.cum ſeq.
& num.72.verſic. Secundus modus legitimandi fi-
lium naturalem. Quinimmo ſi in legitimatione ap-
poſita eſt clauſula, non obſtante aliqua lege, vt ſu-
pra in tertio, quarto, & quinto huius partis funda-
mento, in priuilegio inſertam eſſe oſtenſum fuit,
matrimonium inter prædictas perſonas, de quibus
in d.l.1.contractum valebit, & tenebit, vt voluit glo.
ibi in verbo reſcripti.ideo qualitas prædicta in legi-
64 timatione exprimenda non erat. Sextum ſimiliter
de non facta in legitimatione ſpeciali decreti Illu-
ſtriſſimi Ducis expreſſione fœminas dotatas exclu-
dentis, minime refragatur, quia cum in priuilegio
Reuerend. Dom. legitimanti conceſſo inſerta fue-
rit clauſula derogatoria generalis, non obſtantibus
legibus imperialibus, ordinationibus, & conſtitutio
nibus apoſtolicis generalibus, uel ſpecialibus, ac in
prouincialibus, & ſynodalibus concilijs æditis, &
alijs etiam municipalibus Vrbis, & quarumcunque
aliarum ciuitatum, & locorum, etiam in quibus di-
cti legitimandi cõmorantur, ut in tertio, & ſequen-
ti huius partis fundamento ſupra dictum eſt, neceſ-
ſe non fuit in dicta legitimatione aliquam de dicto
decreto expreſſionem fieri, quia per tales clauſulas
exprimi ſufficit. Quinimmo ſi huiuſmodi decreti
65 ſaltem in genere mentio facta fuiſſet, ad excluden-
dum dictas filias, & neptem dotatas ſufficit, ut uo-
luit Abb.in c.cùm inſtantia.extr.de cenſib. Fede.de
Senis conſil.47.Habita ſuper caſu.vbi voluit genera-
lia derogatoria in priuilegio appoſita, per quę dero
gatur ſpecialibus priuilegijs quantumcunque ſpe-
ciales clauſulas derogatorias habentibus, ſufficere,
vt eſt tex.in c.quia ſæpe.extr.de elect. & c.vt officiũ,
extr.de hæret.alioquin inquit, quòd ſi talis genera-
lis derogatio non ſufficeret, Papæ poteſtas tollendi,
& derogandi priuilegijs derogatorijs auferreretur,
quod nephas eſt hoc dicere. Sequitur Cur.ſen. con-
ſil.35.Statuto.columna fi.verſi. Ergo non compre-
henditur. & Gozad.d.conſil.6.Prima facie.colum-
na 10.uerſic. Ad quartum dum dicebatur. numero
70.Idem firmat Iaſo.conſil.110.Contra legitimatio-
nem.columna 5.in fi.uerſicu. Accedat, quod in iſta
clauſula.uolum.quarto.Soc.ien.conſi.120. Circa pri
mum.columna quarta.in fi.uerſicul.Quoniam per
dictam clauſulam.uolum.quarto. & Aymo conſil.
126.Inter alia.colum.pen.uerſic. Sed tamen contra
rium.uſque ad fi.uolum.1. ubi alios infinitos docto.
ad hoc propoſitum allegat. Nec obſtãt allegata per
Ruy.d.conſi.103.colum.5.uerſicul. Nec obſt.quod
Comes.uolum.3. Quia ibi derogatio ſtatutorum le
gitimati facta non fuit, ut in caſu noſtro, & ſup.oſtẽ
66 ſum fuit, ideo &c. Quinimmo ſtante illa clauſula de
qua ſupra in fine quarti fundamenti, uidelicet etiam
ſi de illis, & eorum totis tenoribus ſpecialis, ſpecifi-
ca, plena, indiuidua, & expreſſa habenda foret men
tio &c. Quæ operatur perinde, ac ſi ſpecialiter, & no
minatim derogatum fuiſſet his quæ obſtant, ut late
probat Iaſ.in d.verſ.Accedat quod in iſta clauſula.&
Aymo. vbi ſup.d.decreto Illuſt.Ducis in ſpecie dero
gatum fuiſſe dicitur. Et ideo inquit Cur.d.conſi.35.
in vlt.col.in princ.verſ. Et iſtud procedit, quòd con-
traria procedunt, niſi Princeps leges particulares ex
tendat, quia vbi de Principis voluntate conſtaret,
clauſulas derogatorias in ſpecie, vel in genere adij-
cientis. puta quia diceret non obſtantibus ſtatutis,
& conſuetudinibus, vt in caſu noſtro, clauſula gene
ralis ſufficeret.allegat Io. And.in c.1.de exceſ.præla-
to.in 6.q.cum multis alijs concord. Plus inquit Go-
zad.d.conſil.6.colum.11.num.71.uerſ. Quarta con-
cluſio. quòd quoties expreſſa, & particularis ſtatu-
torum mentio requiritur, & generalis non ſufficiat,
tunc ſi de ſtatutis in genere cum clauſula non ob-
ſtante &c. fiat mentio, quòd perinde habeatur, ac ſi
ſpecialis, & indiuidua omnium mentio facta eſſet,
tunc ſufficit, & ſtatutum fœminas excludens verifi-
catur.allegat Soc.ſen.conſi.63.Viſis teſtamento. co
lumna 3.& 4.uol.3. Sed in priuilegio præfati Reue-
rendiſſimi Comitis de ſtatutis ciuitatis Hieronymi
legitimati mentio expreſſa facta fuit, ibi, & quarum
cunque aliarum ciuitatum, & locorum &c. vt ſupr.
dictum eſt, ergo &c. Accedat, quòd Princeps con-
67 ſuetudines, & ſtatuta multum vulgaria ſcire præſu-
mitur. vt not.in c.1.de conſt.in 6.Fely.in c.fi. extr.de
iud.& in c.fi.de re iud. Sed ſtatutum, quòd extantib.
maſculis fœminæ dotatæ non ſuccedant, ſatis in Ita
lia vulgatum eſt, & præſertim in patria, quæ eſt Re-
uerendiſ.Dom.legitimantis, & legitimati: Papa igi-
tur in priuilegio mentionẽ faciens, & præfatus Re-
uerend. legitimans de quarumcunque ciuitatum,
& locorum ſtatutis per dictam generalem clauſulã
etiam de dicto Illuſtr. Ducis decreto in eadem ciui-
tate Callien. obſeruato cogitaſſe præſumitur. Et ſic
ſatis conſtat, quòd ſpecialiter, & expreſſe de dicto de
creto mentio facta fuit, quo ſtante d. filiæ legitimæ,
& neptis a bonorum ſucceſſione Dom. Gregorij
earum patris, & aui reſpectiue dicuntur excluſæ. Et
68 quamuis quamplures doct. ſupr. in contraria parte
relati teneant, quòd aliud decretum in legitimato
per reſcriptum locum ſibi non uendicet, magis ta-
men communis opinio eſt, quòd legitimatus uigo-
re dicti decreti filias legitimas excludat: quia ſtatu-
tum filiam extantibus maſculis excludens, etiam in
legitimato locum habet, quia legitimatio ad ſtatu-
tum ſe extendit, ut concludit Bald.in l.cum acutiſſi-
mi.colum.2.uerſic.Et idem dico.C.de fideicomm.
cum alijs per Dec.relatis conſil.365. Viſo conſilio.
colum.2.num.7.uerſ.Secundo hoc in ſimili.& late
hanc quæſtionem examinat Albert. Brun. conſan-
guineus noſter in tracta.ſtat.ub.maſcu. in 12.art. q.
quarta, num.62, ubi in 70. num, tenet hanc partem
affirmatiuam, & eam tanquam magis communem
ſequitur Cur.iun.præceptor meus conſi.153. Circa
controuerſiam.col.3.numer.10.& nouiſſime hanc
opinionem ſequitur Tiraq.in repet.l.ſi vnquam. in
uerbo, ſuſceperit liberos.nu. 82.uerſi. Hinc quoque
fit.C.de reuoc.dona. Ad ea quæ contra inſtitutionẽ
allegari uidentur ex eo, quòd teſtatoris errore nul-
la dicatur, & conſequenter legitimatio etiam inua-
lida reddatur, & ſic ab inteſtato, ſiue ut ſubſtitutę ue
niant filiæ Dom.Gregorij, & eius neptis ad eius hæ-
reditatem, per not.per Pau.de Caſt. in l.eam quam.
C.de fideicom. Breuiter reſponderi poteſt, quod ſtã
tibus ſupra in primo, & ſequentibus fundamentis
pro hac parte deductis, & plene probatis, apertiſſime
conſtat, quòd legitimatio ualet, & tenet, & ex con-
ſequenti inſtitutio inde ſecuta: & ideo illa obiectio
de codicillari clauſula ceſſat. Non obſt. etiam dum
dicebatur, quod quamuis dicta legitimatio ualeat,
& legitimatus ad bona paterna ſibi in teſtamento
relicta admittatur, non tamen illi plus relinqui po-
tuit, quàm uni ex filiabus legitimis cui minus reli-
ctum fuit per §.& quoniam uaria. in authen. quib.
mod.nat.effic.ſui.& l.communium.§.fi.C.de natu.
libe.cum alijs allegatis. Quoniam dupliciter reſpon
detur.

69 detur. Primo quia per reſcriptum legitimatus nihil
a legitimè natis differt, & in omnibus, & per omnia
ad inſtar eorum ſuccedit, ut eſt text. ita loquens per
illam uniuerſalem dictionem. nihil. in §. ſit igitur li-
centia. ibi nihil a legitimis filiis differentes. in auth.
quib. mod. nat. effic. legit. & in d. §. & quoniam ua-
rie. ibi. nihil diſſimilis a legitimis. & in §. ſi quis ergo
filios legitimos non habet. in uerſic. Sit igitur licen-
tia. ibi nihil a legitimis filiis differentes. in auth. quib.
70 mod. nat. effic. ſui. Ponderanda eſt enim ea dictio, ni
hil, quæ eſt uniuerſalis negatiua, & quæ uniuerſali-
ter operari debet. l. fi. de lib. & poſth. l. ſi is qui ducen
ta. §. vtrum. ff. de reb. dub. c. Deus omnipotens. 2. q.
x. & not. glo. in verbo parum. in auth. de hęred. & fal
cid. in princ. & ſic illa iura nullam prorſus inter legi
timatos, & legitimè natos differentiam eſſe deno-
tant, pro quibus tex. adduco in l. qui in prouincia.
in fi. ff. de ritu nup. vbi legitimati perinde habentur
ac ſi legitimè concepti fuiſſent, & ita tenet Paul. de
Caſt. conſil. 27. Dicendum eſt dictam hæreditatem.
in princ. uolum. ſecundo. in nouiſ. Et ſic apparet, quod
omnia iura de legitimis filijs loquentia, in filijs legi-
timatis regulariter locum habent, ex regula quę de
æquiperatis traditur, ut per Bar. & doct. in l. 1. de le-
gatis primo. & eo maxime quia legitimatus uerè, &
& non ficte legitimus dicitur, vt per Bar. in l. ſi is qui
pro emptore. in 3. q. prin. ff. de uſucap. cum aliis per
Tiraquel. copioſe relatis in repeti. d. l. ſi vnquam. in
verbo, ſuſceperit liberos. numero ſeptuageſimoſe-
ptimo. uerſic. hæc poſterior ſententia. C. de reuoc.
dona. & dictum eſt ſupra. Secundo, quia illa iura in
71 d. § & quoniam uarie. & in d. l. communium. § fin.
procedunt, & locum ſibi vendicãt in filio per obla
tionem Curiæ, & non per reſcriptum legitimato ſe-
cundum Ang. qui ita tenet in conſil. 17. Comes Brã
diſius ubi allegat Azo. ad hoc in §. in ſucceſſionib.
autem. in auth. quib. mod. natu. effic. ſui. ubi aperte
inquit, quòd per omnia omnes legitimati, præter-
quam per oblationem Curiæ, ut legitimi ſuccedũt,
& idem tenet Are. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
in ult. col. in princ. & in l. neceſſarijs. ff. de acq. hæred.
ubi allegat tex. in §. Si vero. in auth. quib. mod. natu.
effic. ſui. dum text. dicit, quòd poſtquam per reſcri-
ptum legitimati, ut legitimi ſuccedunt, nõ eſt ſuper
eorum ſucceſſionibus aliquid cauẽdum &c. quod
præſertim uerum eſt, quando legitimatus antiquæ
naturæ plene reſtituitur, ut ſup. in primo huius par
tis fundamento per clauſulas, & derogationes in pri
uilegio inſertas plene demonſtratum fuit, & ut pro
bat Roſel. in tract. legitimatio. in pen. colum. in qui-
bus locis prædicti in hoc differentiam conſtituunt
inter legitimatum per oblationem Curię, de quo iu
ra prædicta loquuntur, & per reſcriptum legitima-
tum per iura ſuperius allegata, quæ dicunt, quòd le-
gitimati nihil a legitime natis differunt, & quod nul
la eſt inter hunc per reſcriptum legitimatum, & ex
legitimis nuptiis natum, differentia. ut in d. §. ſit igi-
tur licentia. in auth. quib. mod. nat. effic. legi. & in d.
§. ſi quis ergo filios legitimos non habet. in authen.
quib. mod. nat. effi. ſui. Nec mirum eſt, quòd in hoc
72 legitimatus iſto modo a legitimato per oblationẽ
Curiæ differat. quia & in alijs quoque differunt. Nã
per oblationem Curiæ legitimatus ſoli patri offerẽ
ti, & non alijs agnatis agnaſcitur. §. filium. in auth.
quib. mod. nat. effic. ſui. ſed per reſcriptum legitima-
tus, & patri, & cæteris agnatis agnaſcitur perinde,
ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſſet, & om-
nibus illis iure agnationis actiuè, & paſſiuè ſucce-
dit, ſecundum Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in ti
tul. de ſucceſſ. ab inteſta. in ultim. addit. Anto. de Bu
trij. in d. capitul. per uenerabilem. in penul. char. ext.
qui filij ſint legit. Angel. dicto conſil. decimoſepti-
mo. & Alexand. conſil. centeſimo trigeſimonono.
Eleganter. columna fin. uerſic. Tamen hoc non ob
ſtante. uolum. primo. ubi hanc eſſe magis commu-
nem opinionem refert. Et inter hos diuerſitatis ra-
tio aſſignatur, quia filii per oblationem Curiæ legi-
timati de iure communi extantibus etiam filiis legi
timè natis legitimari poſſunt. d. l. communium. §. fi.
& §. ſi quis igitur. in auth. quib. mod. natu. effic. ſui.
ſed per reſcriptum legitimati illis extantibus de or-
dinaria poteſtate legitimari non poſſunt. §. ſi quis
ergo. eodem titul. & §. ſi quis igitur. in authent. qui-
bus mod. natur. effic. legitim. Quia ergo per obla-
tionem Curiæ legitimatis in hoc plus conceditur,
in alio magis grauantur, ut ſcilicet ab hæreditate pa
tris ſe abſtinere nequeant, & plus ei relinqui nõ poſ
ſit, quàm filio legitimo, & naturali, cui minus reli-
ctum ſit. Præterea in caſu noſtro Reuerendiſſ. Dom.
legitimanti plenaria legitimandi poteſtas conceſſa
fuit cum poteſtate ad paterna, & materna bona ſuc
cedendi, ac ſi legitimati de legitimo matrimonio
nati eſſent, non obſtantibus legibus imperialibus,
& conſtitutionibus Apoſtolicis, cum derogatorijs,
de quibus ſupra in primo fundamento cum ſequẽ-
tibus pro hac parte deductis, & demum ſubſecuta
fuit Hieronymi legitimatio, cui facultas ſucceden-
di, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento conceſſa
fuit, ac ſi de legitimis nuptiis natus eſſet, ut in dictæ
legitimationis inſtrumento patet in penult. fol. cen
teſimo ſexageſimoprimo. Chriſti nomine inuoca-
to &c. cum derogatione omnium legum Imperia-
lium, & cum clauſula, quibuſcunque contrariis nõ
obſtantibus in dicto priuilegio inſertis, ut in prædi
ctis fundamentis ſatis probatum fuit. ſi ergo ſucce-
dendi facultas conceſſa eſt, ac ſi ex legitimo matri-
monio natus eſſet, cum derogatione omnium le-
gum imperialium: Hieronymo igitur legitimato
plus relinqui potuit, quàm Dom. Hieronymæ filiæ
legitimæ, cui minus relictum fuit, ſicut ei plus relin-
qui potuiſſet, ſi de legitimo matrimonio natus eſ-
73 ſet. Cùm pater uni plus, quàm aliis filiis ad eius arbi
trium relinquere poſſit, dummodo aliis eorum le-
gitimam relinquat. l. patentibus. ubi Bar. & Iaſ. in pri
mo notab. C. de inoffic. teſtam. l. hac edictali. § pri-
mo. C. de ſecund. nup. l. Papinianus. §. quoniam au-
tem quarta. ff. de inoffic. teſtam. Bald. conſil. 24. Sta-
tuto ciuitatis cauetur. conſil. 161. Quædam nobilis
domina Agneſina. uolumine primo. Ioan. de Ana.
conſil. 29. Viſa Imperiali. in quarto dubio. columna
ſecunda. uerſicul. Sed his non obſtantibus. ubi pul-
chre, & in terminis noſtris loquitur, cum aliis plene
congeſtis per Aymo. conſi. 142. Claudius de Coſtis.
col. 1. uer. Circa primum dubium. uol. 1. Et ideo di-
xit Paul. de Caſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col.
pen. in fi. uerſ. Si autem fuit facta mentio. ſub nu. 16.
de lib. & poſth. & Alex. conſil. 187. Videretur. col. 5.
uer. Tamen præmiſſis non obſt. & col. 5. uerſi. Si au-
tem ſuperuenirent. & eadem col. in fi. uerſicul. Non
obſtat dictum conſilium Bald. uol. 5. quòd ſi in legi
timatione facta eſt mentio, quòd legitimi extant fi-
lii, & in legitimatione clauſula ſine præiudicio ue-
nientium ab inteſtato appoſita fuerit, uel dicatur,
quod filiis legitimis, & naturalibus ab inteſtato præ
iudicium non fiat, legitimatus cum filiis legitimè
natis ab inteſtato ſuccedere non poterit, ſed con-
dendo pater teſtamentum, legitimato relinquere
poſſet, dummodo legitimam filiis legitimis debi-
tam non minueret. idem tenet Io. de Ana. d. conſi.
29. in d. quarto dubio. & idem Paul. de Caſt. conſi-
lio 429. Præſuppoſito quòd iſte pater. in fi. uol. 2. in
noui. quem ſequitur Cur. ſen. conſil. 73. Super me-

morata.colum.8, verſicu. Et etiam videtur eſſe de
mente Pau.& ſic non obſtare patet.d.§. Et quoniã
variè.& d.l.communium.§.ſi ẽt ſi iura illa in legiti-
mato per reſcriptum locum haberent, quia præfa-
tus Reuerendiſſimus Comes plenariam habuit a
ſummo Pontifice poteſtatem, ꝙ cum facultate ſuc
cedendi legitimare poſſet cum clauſulis derogato-
rijs in ampliſſima forma, & cum clauſula pro ex-
preſſis habentes, quæ vim ſpecialis derogationis ha-
bet, vt dictum eſt ſupra, & ſic etiam diſpoſitioni d.§.
Et quoniam variè, & d.§.ſi.l.communium.derogaſſe
intelligitur, quatenus illa iura obſtarẽt, perinde, ac ſi
nominatim iurib.illis derogatũ fuiſſet, vt probatur
c.1.ext.de tranſ.& declarat in ſpecie Ant.de But.con
ſi. 2. Viſis literis. Et prædicta uera ſunt præcipuè in
in caſu noſtro. Et hac ratione etiam dictæ filiæ, &
& neptis a Hieronymo inſtituto per reſcriptum le-
gitimato petere non poſſunt, niſi quæ eis in patris
teſtamento relicta fuerunt, quamuis etiam Hiero-
nymo de iure plus relinqui non poſſet, quàm Do.
Hieronymæ relictum fuerit, Quia illud locũ haber,
quando nullum eſſet factum per eius patrem teſta
mẽtum, & ipſæ filiæ, & neptis legitimæ per Illuſtriſſi
mi Ducis decretum ab inteſtato excluſæ non eſsẽt,
ſed quia in caſu noſtro conditum fuit teſtamentũ,
& Hieronymus hæres vniuerſalis inſtitutus fuit, &
filiæ fœminæ ab inteſtato excluduntur, per ea quæ
ad ſextum argumentum contrariæ partis reſpon-
74 dendo diximus. Quod etiam probatur ex not. per
Angel.in §. optimè.in authenti. de nupt.vbi voluit,
quod quamuis ſecundæ coniugi plus relinqui non
valeat, quàm vni ex filijs primi matrimonij, cui mi-
nus relictum ſit, vt ibi, & in l. hac edictali. C. de ſe-
cund.nup.ſi tamen filia dotata a ſucceſſione patris
per ſtatutum excluditur, tunc ſi plus ſecundæ con-
iugi relinquatur, in illo pluri relictum non irrita-
tur. Quia ſicut filius ingratus non irritat, quia pa-
tri inuito ſuccedere non poteſt, vt ibidem in textu
cum gloſſ.eodem modo nec filia, quæ patre inui-
to non ſuccedit, pari ergo ratione potuit Hierony-
mo filio legitimato plus relinqui, quàm D.Hiero-
nymæ filiæ legitimæ a decreto Illuſtriſſimi Ducis ex
cluſæ, quæ patre inuito vltra id, quod ſibi relinqui-
tur, conſequi non poteſt, cum pater ex teſtamento
meliorẽ legitimati conditionẽ facere potuerit, tùm
quia omnẽ illegitimationis, & geniuræ maculã ab
ipſo defectu natalium abſtulit, & ipſum ad primæ-
ua ac legitimæ naturæ iura reſtituit etiam in præiu-
dicium dictarum filiarum legitimarum, & neptis,
vt in primo & ſequentibus fundamentis huius par
tis ſupra demõſtrauimus, tùm quia ẽt ex teſtamẽto
voluit præfatus Reuerendiſſimus Comes legitima
tum ſuccedere poſſe, ac ſi de legitimis nuptijs pro-
creatus fuiſſet, non obſtantibus quibuſcunque
legibus imperialibus in contrarium diſponenti-
bus, quibus nedum generaliter, ſed ſpecialiter quo-
que derogatum fuit, vt plenè tertio, & quarto fun-
damento ſupra oſtenſum fuit: Si ergo a legitimè
nato etiam conditio teſtamento non differt, vt dixi
mus ſupra, & pater filio legitimo præiudicare po-
tuit, dummodo legitimam non minuat, Hiero-
nymus ergo uniuerſaliter hæres inſtitui potuit, &
ſic plus ei, quàm filiabus, & nepti ex legiti-
mo matrimonio natis relinqui potuit, ſolum au-
tem ab inteſtato æqualiter ſuccedere potuiſſet, cùm
plus conſequi non potuiſſet ſi legitimè natus fuiſ-
ſet, ſi nullum extaret ſtatutum ſiue decretum, vt
extat: & eo caſu procederet etiam ſi cum maſculo
concurreret.ſed in caſu noſtro extant fœminæ, ex-
tat, & decretum Illuſtriſſimi Ducis, illas quoque
Hieronymus legitimatus ab inteſtato ex forma
dicti decreti excluderet, cuius beneficio vti poteſt
Hieronymus legititimatus, ex quo concurrente po
teſtate, & voluntate Reuerendiſs. Domini Legiti-
mantis comprahenditur. Cùm ergo Hieronymus
ex forma dicti decreti filias, & neptem legitimas
ab inteſtato excludere valeat, multo magis ex te-
ſtamento ei plus quàm dictis filiabus, & nepti re-
linqui potuit, authentic. multo magis. C. de ſacro-
ſctis eccleſijs.& ſic concludendum eſt Hieronimum
legitimatum ex paterno teſtamento admitti, pro vt
& quatenus ex eo vocatus fuit, & ita concludit
Ancharan.conſi.336.Viſo diligenter tenore. ad fin.
Ioan. Anan.dicto conſil. vigeſimonono.in quarto
dubio.Nico.de Vbal.in tracta.de ſucceſſio.ab inte-
ſtat.in prima parte.colum.penul.ſub num.118. vſ-
que ad num.122.Paul.de Caſt.d. conſil.429.Præſup
poſito, quòd iſte pater.in fi.volum, ſecundo.in no-
uis.Alexan.d.conſi.187. Videretur.colum.ſecunda
verſicu. Tamen præmiſſis non obſtantibus.& col.
4.verſicu. Si autem ſuperuenirent. & verſicu. Non
obſtat dictum conſilium Bald. volum. 5.& Bened.
Capra conſi.157.Punctus.Fuit diſpenſatum per Pa-
pam Martinum.in fi.& tenet Pau.de Caſt.in d. §. &
quid ſi tantum.col.pen. in fi. verſicu.Si autem fuit
facta mentio.de libe.& poſthum.& Cur.ſen.d.con-
ſi.73.Super memorata.colum.8.verſic.Et etiam vi-
detur eſſe de mente Pau.præſertim inſerta clauſula,
abſque præiudicio venientium ab inteſtato, quæ
operatur, quòd legitimè natis ius petendi legiti-
mam præſeruat, ſi ſibi relicta non fuit, & in reſi-
duo legitimatus ex teſtamento ſuccedere poteſt,
vt dictum eſt ſupra: ſtante maximè diſpoſitione
75 prædicti decreti filias legitimas excludentis. Non ob
ſtant per Dec.adducta d.conſ. tringenteſimonageſi
motertio.Conſului.col.3.in fi.ver.Sed ad hoc reſpõ
detur, vbi eſſe communem opinionem atteſtatur,
ꝙ legitimato plus relinqui non poteſt quàm vni
ex filijs legitimis cui minus relictum fuit: Quo-
niam reſpondetur illam communem opinionem
procedere, vbi filius ſimpliciter, & abſq; clauſulis, &
derogationib. per reſcriptũ legitimatus eſſet, ſecus
ſi ad primæua, & legitimæ naturæ iura reſtitutus fuiſ
ſet cum clauſula, non obſtantibus quibuſcunq; con
trarijs, & cũ derogationib. generaliter, & ſpecialiter
in priuilegio ac legitimatione appoſitis, vt in præſẽ
ti caſu, & vt ſupra ſatis dictum fuit, eo.n. caſu legiti-
matus ſuccedit, vt in teſtamento vocatus fuit ſecun
dum Anch.in allegato conſi. 336.in fi. & Cap. ã. d.
conſi.157.in fi.cum alijs ſupra allegatis, & ſuccedit
omnib.quib.ſucceſſiſſet, ſi illud ciuile impedimen
tum non emanaſſet ſecundum Nic.de Vbal.vbi ſu-
pra.num.115. Et ſi aliter intelligeremus, abſurdum
ſequeretur, quod illæ clauſulæ, & derogationes ad
augendum, & ampliandum poſitæ nihil operaren
tur, & ſic fruſtra eſſent appoſitæ, quod minimè di-
cendum eſt, ſecundum Cur.ſen.conſil.quadrageſi-
monono Memoriæ recollendæ.colum.22.ſub nu.
40.verſicu.Confirmantur præmiſſa, & d.conſil.73.
Super memorata. colum. tertia. ad fin. verſicu. Et
illa verba repetita. & dictum eſt ſupra. nume. qua-
drageſimooctauo. Ne ergo ſequatur abſurdum, &
fruſtra fuerint dictæ clauſulæ, & derogationes ap-
poſitæ, & ratione contrarietatis euitandæ, quæ eui-
tari debet, quando ſalua recti ſermonis ratione fieri
poteſt.§.quibus.in prima conſtitutione. C.l.ſcriptu
ræ.& ibi Docto.C.de fide inſtrumentorum. & Bar-
tol.in l.fin.§.idem quæſijt.ff.de condictio.indeb. &
ad ſaluandam communem opinionem, quæ hoc
modo ſaluari poteſt, ita concludendum eſt: Præ-
terea ſi in caſu noſtro vera eſſet allegata commu-
nis opinio, quòd legitimato plus relinqui non
poſſit,

poſſit, quàm vni legitimo, cui minus relictum fue-
rit, ſequeretur vnum inconueniens, quòd deſtrueret
tur altera communis opinio, quæ eſt, quòd condi-
to teſtamento, & legitimato hærede vniuerſali inſti
tuto filiæ legitimę conqueri non poſſunt, cùm ipſæ
bona paterna conſequi non valeant, niſi ex tacita
patris uoluntate, de cuius ſucceſſione tractatur, ut
in quinto huius partis fundamento ſupra diximus
per not. per Paul. de Caſt. d. conſil. 102. in ult. colum-
na. uerſic. Quarto uideudum eſt. nolum. ſecundo.
in nouiſ. cum alijs ſupra citatis. ſub numer. 23. & 24.
quod minime dicendum eſt. ne ergo tale ſequatur
inconueniens, & ut communes opiniones concor
dentur, concludendum eſt, ut dictum eſt tam ſupra
in dicto quinto fundamento, quàm in præcedenti
reſponſione. Sed adhuc non mediocris mihi rema-
net dubietas ſuper clauſula in priuilegio inſerta, dū
uidebatur quòd præfatus Reuerendiſ. Comes quoſ
cunque legitimare poſſit, ut ualeant in quibuſcun-
que bonis paternis, & maternis, & aliorum quorū-
cunque tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuc-
cedere, ſine tamen præiudicio uenientium ab inte-
76 ſtato. Nam quamuis dicta clauſula operari intelliga
tur ſolummodo quando ab inteſtato ſucceditur,
non autem condito teſtamento, vt eſt communis
opinio de qua per Dec. d. conſil. 338. In caſu. colum
na prima. verſic. His præmiſſis. numer. quarto. cum
concordan. de quibus ibi. & per eandem. d. conſilio
393. Conſului. in princ. & conſil. 610. Viſo themate.
columna prima. quam etiam ſequitur Ruy. d. con-
ſil. 87. Quia Matthæus. columna nona. in fin. nu. 20.
volum. 3. & eam approbat Gualden. in tract. de arte
teſtan. caut. fi. Filius a Principe. in prin. de lib. inſt. di-
cens communem opinionem eſſe, quòd dicta clau
ſula operatur, quòd legitimi hæredes ab inteſtato
uenientes legitimato in ſucceſſione ab inteſtato de
lata præferuntur, ſecus ſi condito teſtamento. Nam
admonet, ut legitimatus, his qui ab inteſtato ſucceſ
ſuri ſunt, præferatur, quòd pater teſtamentum con-
dat, & legitimatum hæredem inſtituat, quia tunc le
gitimatus cum dicta clauſula poteſt ex teſtamento
ſuccedere ſecundum communem opinionem, de
qua etiam ſupra ſub nu. 50. diximus. Nihilominus
in caſu noſtro contrarium uidetur dicendum, cùm
77 dicta clauſula, ſine præiudicio uenientium ab inte-
ſtato etiam appoſita fuerit, ſi ex teſtamento legiti-
matus ſuccedat, ex eo quòd Papa Comiti conceſſit,
ut naturales cum facultate ab inteſtato ſuccedendi,
& ex teſtamento, abſque pręiudicio uenientium ab
inteſtato, legitimare poſſit, & communis opinio. de
qua ſupr. intelligitur, vbi clauſula illa ſimpliciter eſt
appoſita, vt ab inteſtato, & non quãdo ex teſtamen
to, ſuccedere valeat, vt dictum eſt. Cùm igitur in pri
uilegio legitimandi facultas Comiti concedatur, vt
legitimatus ab inteſtato, & ex teſtamento ſine legi-
timorum præiudicio ſuccedere valeat, legitimatio
facta cenſetur, vt Hieronymus legitimatus cum D.
Hieronyma, & Virginea nepte æqualiter admitta-
tur. Cùm Hieronymus habeatur, ac ſi legitimè na-
tus fuiſſet, vt dictum eſt ſupra, & ex quo illa clauſu-
78 la, ſine præiudicio &c. non ſolùm inteſtati, ſed etiam
teſtati ſucceſſionem qualificat. l. doli uerbum. ff. de
ſeruo corrup. & ibi Bar. & per Bar. in l. Sciæ. §. Gaio.
ff. de fundo inſtr. & declarat Socy. ſen. d. conſil. 212.
Prima conſultatione. columna pen. uerſi. Præterea
etiam in terminis. & uer. Secundo ex quo concedi-
tur. & colum. fin. in princ. uerſi. Præterea dicta clau
ſula. uol. 2. & d. conſ. 95. Nulli dubium. columna 5.
in princ. uerſicul. Et ſic patet, quod not. ratio Ange.
ſub numero 29. uolum. quarto. & Ruyn. conſil. 72.
Quamuis. columna fi. ad fi. numero 18. uolum. ter-
79 tio. Quibus tamen non obſtantibus contrarium in
caſu noſtro concludendum eſt. Nam quamuis clau
ſula illa (ſine præiudicio veniẽtium ab inteſtato) ibi
appoſita non ſolum ab inteſtato uenientes, uerum-
etiam ex teſtamento uocatos reſpiciat, ut dictum
eſt, fuit tamen erga Conclauiſtarum perſonam ap-
poſita, & non eorum qui legitimari deberent. Nam
ibi Papa Conclauiſtis concedit, ut poſſint duos ca-
nonicatus, duas præbendas, aut totidem dignitates,
perſonatus, adminiſtrationes, vel officia ad ſex men
ſes ſub eiſdem tectis conſiſtentia, retinere, ipſiq; de-
fectum natalium patientes ad omnes ſacros, & pre-
sbyteratus ordines promoueri, & in quibuſcunque
bonis paternis, & maternis, ac aliorum parentum
&c. tam ab inteſtato quàm ex teſtamento ſuccede-
re, & illa donationis cuiuslibet, & quouis alio legiti
mo titulo ſine tamen præiudicio venientium ab in-
teſtato conſequi, & habere &c. ad caſum igitur no-
ſtrum uerba iſta trahi non poſſunt, cùm ex diuerſis
bona illatio fieri non poſſit. l. fi. ff. de calumniato. &
l. Papinianus exuli. in princ. cum uulg. ff. de minor.
Remanet ergo firma concluſio, quod cum Reue-
rendiſſ. Dom. legitimanti in priuilegio plenaria le-
gitimandi facultas naturales data fuerit, vt in bonis
paternis, abſque tamen præiudicio uenientium ab
inteſtato ſuccedere valeant, ut ibi uideri poteſt in
uerſic. Nec non naturales, ſpurios, inceſtuoſos &c.
ſub fol. 5. quòd illa clauſula ſolum operatur, vbi ab
inteſtato legitimatus ſuccederet, condito autem te
ſtamento nihil operatur ſecundum communẽ opi
nionem, de qua ſupra, & ſic prædicta in caſu noſtro
non obſtant. Circa bona in emphiteoſim ab Eccle
ſia per Dom. Gregorium recepta. Nunquid Hiero-
nymus legitimatus ad ea admittatur, & inueſtiri de-
nuo poſſit ab eccleſia excluſis filiabus, & nepte Do.
Gregorij? & quamuis ſuper illis pẽdeat appellatio,
vt ex fide ſer Simeonis Rancij conſtat, de qua in
proceſſu fol. 163. & ſi nihil ſcribẽdum foret: Nihilo
minus vt nihil intactum remanere videatur, con-
cludendum cenſeo, quod non admittatur, nec inue
ſtiri debeat, cùm ſpecialiter Reuerendiſſ. Dom. Co-
miti quò ad hæc bona legitimandi poteſtas mini-
me data fuerit. Nam in generali legitimandi con-
ceſſione non includitur, quòd ad bona emphiteoti
80 ca legitimare ualeat. Sicut uidemus, quòd Papa em
phiteoſim eccleſiaſticam concedens pro ſe, & filijs,
non uidetur etiam de legitimatis intellexiſſe ob ec-
cleſiæ dignitatem, quæ de talibus ſentire non uide-
tur, ex quo non ſunt legitimè nati ſecundum Bald.
& Salyc. in l. fi. C. de his qui ueni. æta. impetra. & in l.
generaliter. §. cùm autem. C. de inſt. & ſubſt. & Bald.
in c. quæ in eccleſiarum. extra. de conſtitutio. cum
ſimilib. per Iaſo. citatis in d. §. cùm autem. prope fin.
uerſicul. Vltimo diligenter ſigna. ut etiam conſu-
luit Dec. conſil. centeſimo ſeptuageſimoprimo. In
cauſa uenditionalium. columna ſecunda. in princ.
uerſicul. Et ulterius in caſu noſtro. ſub numero pri-
mo. eadem ergo ratione Papa. d. priuilegium con-
cedens intellexiſſe non uidetur, quòd in dictis bo-
81 nis legitimare poſſit. Et quia ſicut ad feuda natura-
lis legitimari non poteſt, niſi ex ſpeciali priuilegio.
c. naturales. & ibi glo. ſi de feu. fue. controuer. inter
dom. & agna. eodem modo ſine ſpeciali conceſſio
ne ad bona emphiteotica legitimari poſſe non de-
bet. ut tradit Dec. conſil. 275. In cauſa. colum. fi. uer.
Secundo non obſtat. & conſil. 284. Viſo puncto. co
lumna fin. verſi. Non obſtant. cum concordan. per
Pariſi. relatis conſil. 13. De pluribus. colum. antepe-
nul. num. 42. verſic. Prout non ſuccedit. vol. 2. Ruy.
conſil. 164. Viſa legitimatione. in princip. volumine
primo. & Ripa conſil. primo, Proſequendo ordi-

nem.colum.ſi.propè ſi.verſic. Circa ſecundam legitimationem.in titu.de ſenten.& re iud.ſuper poſſeſſo.vbi etiā ampliat hoc procedere, etiam ſi emphitheoſis Eccleſiæ pro ſe,& hæredibus quibuſcunque conceſſa fuerit.& ibi allegat Dec.ita tenentem d.conſ.161.In cauſa venerabilium. Et de emphiteoſi ad feudum valet argumentum;ſecundum Bal. & Saly.in d.§.cum autem.Ang.in diſputa.Nobilis quidam genere.in ſecundo dubio.Alexand.conſil.94. Titius ſolutus.colum.2.circa fi.num.3.ver. Per hæc etiam adducit.volum.1.& conſi.5. Si vera ſunt.colum.tertia. verſicu. Similiter ubi aliquid.volum.5. & Iaſ.in l.prima.colum.11.verſic. Nunquid autem argmētum a feudo ad emphyteoſim.& colum.ſeq. C.de iure emphyt.Et quia apud Eccleſiam baſtardi
82 ſunt infames ſecundum Azo.in ſumma.de infami. ideo de talib. Eccleſia ſenſiſſe non videtur.& idem tenet Bald.in addit.ad Specu.in titu.de loca.colum. ſexta,verſicu.Emphyteota Eccleſię.& latius in dict. capitu. quæ in Eccleſiarum. & Imol.in l.quod dicitur.de verbo.oblig.& ibi etiam Alexan. & in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff. ad trebel. Et hac ratione dicendum eſt etiam, quòd de nono inueſtiri non debent iuxta not.per gloſſ.in l. quod dicitur. ff. de impen.in reb.dota. ſac. & per Barto.in l.prima. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. & æſti. & in l.ſi mihi,& Titio.de uerbor.obligatio. cum concordant. de quibus ibi per Alex.Quia ſicut in Inueſtitura pro ſe, & filijs legitimis, & naturalibus conceſſa, legitimati non ueniunt, uel quia infames ſunt, uel quia de eis Eccleſia cogitaſſe non uidetur,cùm ſine peccato haberi non poſſint,uel ob Eccleſiæ dignitatem, ita etiam Eccleſia legitimatū de nouo inueſtire non tenetur, quia iiſdem rationibus iſto caſu repelli debent, quibus in caſu præcedenti repelluntur: & ita firmat Ruyn. dicto conſil. 164.poſt princ.nume.ſecundo. uolum. primo. Et ultra prædicta, quòd legitimandi poteſtas quò ad bona emphiteotica conceſſa non uideatur, ex priuilegij uerbis ſatis demonſtratur,in quo diſpenſandi, & legitimandi datur facultas, ut ad paternam, & alias quaſcunq; ſuorū attinentium ſucceſſiones admitti ualeant,& in illis abſque tamen præiudicio uenientium ab inteſtato ſuccedere. Quæ uerba intelliguntur, ut in his, in quibus ſucceſſio de iure communi, & non ex priuilegio locum habere poſſet, ſuccedere ualeant: Pro prædictis facit etiam quod not.Barto. in l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi. ff.de oper.liberto.dum uult, quòd ſi filia iuri renunciat, quod in bonis paternis habet,ab emphiteoſi etiam pro filijs, & hæredibus recepta non excluditur, & idem ſi iuri, quod habet in hæreditate paterna, renunciat ſecundum Bartol. in l. item uidendum. §. final. ff. de petitione hæreditat. ſic etiam prædicta indulti uerba, ut ad paternam hæreditatem ſuccedere ualeant,reſtringi debent, ut emphyteoſim eccleſiaſticam non includant: Rurſus dici non poteſt, quod legitimati in inueſtitura comprahenſi dicantur, quæ pro ſe, & ſuis filijs, & nepotibus legitimis maſculis ex eo deſcendentibus recepta fuit, tùm per not.per Baldum, & Salycetum in d. §.cùm autem. tùm quia per illa uerba,filijs, & nepotibus legitimis maſculis ex eo deſcendentibus,legitimati excluduntur, qui quamuis propriè legitimi,& naturales dicuntur ſecundum Barto.in l.ſi is qui pro emptore.in tertia quæſt.prin.uer. Item quæritur circa prædicta.ff.de uſucap. & in hoc concordant omnes ſecundum Paul.de Caſtr.in l.final. numero quinto. C.de his qui ueni. ætat.impetra. ut dictum eſt ſupra, quòd legitimatus eſt uere, & non ficte legitimus, quia a legitimè natis nihil differt. §. ſi quis ergo filios legitimos non habet. in uerſicu.Sit igitur licentia.in auth.quib.mod.natur. effic.ſui.cum alijs per Tiraquell.relatis in repetitio. l. ſi unquam. in uerbo ſuſceperit liberos, numero 77.uerſicu.Hæc poſterior ſententia.& num, 85.uerſicu.Horum omnium.C. de reuocand. donatio, & diximus ſupra:non dicuntur tamen, nec ſunt legitimè deſcendentes,ut not.in c. innotuit. extra.de electio.& per Bald. & Angel. in dicto. §. cum autem, cum concord.de quibus ibi per Alex. & per Ruyn. conſi.95.Quamuis.in prin.uolum.3, Et diſcurrendo per totum legitimationis inſtrumentum non reperio, quòd Hieronymus ad bona emphyteotica ſed ad paterna, & materna bona &c. legitimatus fuerit, & ubi legitimatio ad certa bona reſtricta ſeu limitata fuit, ultra illa operari non poteſt.
83 Quia limitata cauſa limitatum parit effectum uulg. l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio. cum ſimilib.in propoſito per Soci.iunio,relatis.d.conſi. 93.Perſpectis.colum.ſecunda.in princ.num.12.uerſic.
84 Alternm eſt,uolum.3.Et poſito etiam quòd ad bona emphyteotica Hieronymus legitimatus fuiſſet, non ualuit dicta legitimatio in præiudicium dictarum filiarum legitimarum illis non citatis,cùm ipſæ in illis bonis uirtute inueſtituræ paternæ ius in ſpe haberent.l.nam ita diuus.ff.de adoptio. & ita in caſu iſto conſuluit Anchara. conſil.427. Circa primum quæſitum.quem refert, & ſequitur Alexan. conſi.128.Conſideratis.colum. quinta.in fi. nu. 11. uerſicu.Nunc capio ſecundum dubium.uolum.1. ideo non potuit Reuerendiſſimus Comes illis præiudicium inferre in dictis bonis ob ius eis in ſpe quæſitum.ſecundum Bald.Ang. & Pau.de Caſtr.in l.apud iulianum.§.ſi quid alieni.de legat. primo. & Bar.in d.§.ſi liberi.& eſt magis comm.opi.ſecundū Alexand.conſilio centeſimoſexto. Viſo themate. volum.quarto. Prætcrea talis legitimandi facultas ad emphyteoſim eccleſiæ intelligi debet, quando aliqui,de quorum agitur præiudicio, non extant, quia illis extantibus illis in dubio Princeps præiudicare uoluiſſe non cenſetur.l. ſecunda. §. merito. & §.ſi quis a Principe.ff.ne quid in loco public. & capitu.quamuis.de reſcrip.in ſexto.Ruyn.clarè conſi. 95.quamuis ſatis.col.2.num. 5. uolum. 3. Cùm ergo filiæ legitimæ, & naturales in inueſtitura compræhenſæ extarent, quæ legitimationis tempore ius habebant in ſpe, & citatæ non fuerint, ſequitur, quòd legitimatio quo ad bona emphyteotica Eccleſiæ prædicta in earum præiudiciū non ualet
85 nec tenet circa dotem maternam Dom. Hieronymæ,quamuis in proceſſu ſolutam fuiſſe non appareat,nec a Dom.Gregorio,neque ab ejus patre receptam,ſed de illius tātum promiſſione fides in iudicio producta: ex qua promiſſione aliqua ſolutio inferri non uidetur. Dicendum tamen uidetur Hieronymum legitimatum heredem uniuerſale iuſtitutum ad illam reſtituendam cogi poſſe,cum actio uxori,uel eius heredibus ad dotem promiſſam aduerſus maritum, uel eius heredes petendum competat,ut eſt tex. in l.ſi pro dote.C.de dot. promiſſio. Corn.conſi.1.Pro deciſione.col.pen.poſt prin.uer. Pro reſiduo autem dotis.uol. 2.conſil.318. Videtur prima facie. col. 2.in fi.uer.His tamen non obſtan. uolum.3. & conſil.93. Quia cauſa.colum.2.in fin. uerſic. Item ex alio.uolum.4. Bald.nouel.in tracta. de dote. octaua parte.in uigeſimoquarto priuileg. & Guid.Pap.in deciſio.375. Pater pro filia.ubi uolunt,quòd cum mulier,ex quo eius uiro, & non ſibi dos promiſſa fuit, aduerſus promittentem, uel eius heredes agere non poſſit, ideo in ſubſidium ſibi ſuccurſum fuit, ut contra uirum,

uel

vel eius hæredes agere valeat, tanquam quod dotem ipſam receperit. Hoc tamen non obſtante, contrarium in caſu noſtro concludendum eſt, ex eo quòd ex forma ſupradicti decreti Illuſtriſſimi Ducis in proceſſu producti diſponitur fœminas extantibus maſculis, etiam legitimatis, ut ſupra concluſum fuit, ab auo, auia, patre, matre, uel a fratre dotatas ſuccedere non poſſe, nec ad ius aliquod legitimæ, uel eius ſupplementi agere, nec contra bona, & hæreditatem aui, auiæ, patris, matris, ſeu fratris, uel alterius ipſorum, & ipſarum habere regreſſum, ſed ab uno ipſorum tantum dotatæ ab omnium ſu prædictarum perſonarum hæreditate penitus, & perpetuo cenſeantur excluſæ, contra Hieronymum ergo nulla Dom. Hieronymæ, & Dom. Virgineæ competit actio. Nam contraria de iure communi procedunt, nos uerò in ſtatuto, ſiue decreto cōtrarium diſponente ſumus, ergo &c. Et ex prædictis clariſſime patet omnibus quæ contra Hieronymum legitimatum deducta fuere, ſatis fuiſſe reſponſum, & ideo conſulo partes Mag. Dom. Poteſtatis Callij fore, & eſſe in abſoluendo Hieronymum de Nereis a petitis per Dom. Hieronymam, & Dom. Virgineã, ſiue Dom. Sabinum earum nomine in iudicio interuenientem, ambaſq; partes ab expenſis iuſtis de cauſis in proceſſu deductis abſoluendo. Et ita dico, conſulo, & de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM,

1 *Dos non verè, & realiter tradita, ſed per maritum conſtante matrimonio confeſſata, an valeat etiam interueniente iuramento. & eidem viro præiudicetur. & num. 3.*

2 *Dotis confeſſio conſtante matrimonio per maritum facta, an creditoribus etiam poſtea creatis præiudicet? & nu. 8. & nu. 10. maxime quando ante confeſſionem de dotis promiſſione conſtabat. num. 24.*

4 *Renunciatio exceptionis non numeratæ dotis in inſtrumento dotis confeſſatæ facta, non confeſſionem ſub ſpe futuræ numerationis, ſed donationem inter virum, & vxorem, videri facit. & num. 9.*

5 *Donatio inter virum, & vxorem de iure prohibita eſt, & morte non confirmatur.*

6 *Donatio ſi morte confirmatur, traditio, vel aliquid traditionis loco requiritur.*

7 *Dos confeſſata animo donandi facta, & in fraudem legis præſumitur, etiam quòd iuramento firmetur.*

9 *Renunciatio eſt donatio.*

11 *Maritus conſtante matrimonio confitens dotem ſibi ſolutam fuiſſe, debitor eſſe non dicitur, neque in præiudicium ſuorum creditorum ſe debitorem conſtituere poteſt.*

12 *Subſtantia obligationis ſi inefficax eſt, omnes clauſulæ illi inhærentes ſunt inefficaces.*

13 *Confeſſio dotis, & renunciatio ante matrimonium contractum facta valet.*

14 *Exceptioni non numeratæ dotis fruſtra conſtante matrimonio renunciatur.*

15 *Exceptio non numeratæ dotis, quæ per maritum infra biennium opponi debet, an aduerſus poſſidentem mariti bona currat?*

16 *Præſcriptio opponendi exceptionem non numeratæ dotis ignoranti non currit, & ei in integrum reſtitutio ex capite ignorantiæ conceditur.*

17 *Donatio propter nuptias per maritum conſtante matrimonio in contractu dotis confeſſata facta non valet.*

18 *Actus ſequens præcedentis actus qualitatem oſtendit, & declarat.*

19 *Confeſſio partis dotis veram numerationem etiam conſtante matrimonio probat, quando cum confeſſione præſumptiones & coniectura concurrunt.*

20 *Confeſſio dotis per maritum conſtante matrimonio facta matri, & fratri vxoris valet, & animo donandi facta non præſumitur, & priuilegia contra tertium poſſeſſorem habet.*

21 *Donatio inter fratrem, & ſororem, & inter matrem, & filiam facta non prohibetur, ſed valet, & tenet.*

22 *Filia non eſt in matris poteſtate, nec ſoror in poteſtate fratris.*

23 *Dotare filiam non eſt matris, ſed patris, & eius hæredis officium.*

CONSILIVM LXXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa inter magiſtrū Bartholomęum
de Sacchis piſtorem ex vna, & Do. Au-
guſtinum de Careno mercatorem Man
tuanum ex altera vertente, prima conſi-
deratione dicendum videtur Dom. Au
guſtinum a petitis fore, & eſſe abſoluendum, ex eo,
1 quòd dos per magiſtrum Bartholomæum vti Do.
Caſtellanæ hæredem petita, non fuit vere, ac reali-
ter Dom. Vincentio de Nuuolonibus eiuſdem Do.
Caſtellanæ marito tradita, ſed confeſſata tantum,
quo fit ut fictus, & ſimulatus dicatur contractus, &
ſic non valuit, & eo magis quia in dicto contractu
appoſitum non fuit iuramentum. l. emptor. cum ſi-
milib. ff. de aqua plu. arcen. immo etiam quòd iura-
mentum interueniſſet, non firmaretur, ſecundum
glo. ſing. in l. emptione. & ibi Bald. & omnes. C. plus
uale. quod agi. & per Bald. in l. 1. C. de ope. libe. cum
alijs per Iaſ. adductis in §. fuerat. num. 86. cum ſeq. In
ſti. de act. cum multis concord. per Ioan. Bapt. de Ca
ſtellione relatis in ſuis allegationib. impreſſis poſt
ſing. Cremen. in 7. fol. in ſecunda par. incip. Inquan-
tum uero ultimo loco dicebat. in princ. ubi atteſta-
tur illam gloſſ. communiter approbatam eſſe ſecū-
dum Ale. in l. nemo poteſt. & ibi Iaſ. de leg. 1. de qua
etiam per Iaſ. conſil. 184. Circa legilimationem. col.
5. verſic. Item iuramentum. volu. 2. Quinimmo talis
2 dos confeſſata etiam creditoribus poſtea creatis nō
præiudicat, vt ſignanter decidit Bald. in rub. C. de re
uoc. his quæ in fran. credito. Et ſi dicta dotis confeſ-
3 ſio per Dom. Vincentium conſtante matrimonio
facta ſibi confitenti, & omnia bona ſua obliganti
non præiudicat, vt expreſſe declarat Imo. in l. ſi con
ſtante. in princ. colum. antepen. verſic. Item in quan
tum dicit, quod ſi vir conſtante matrimonio. ff. ſol.
matr. multo minus Dom. Auguſtino cauſam a Do.
Vincentio habenti præiudiciū inferre poteſt. Quòd
autem Dom. Vincentio præiudicare non potuerit,
4 his probatur mediis. Nam in inſtrumento dictæ cō
feſſionis conſtante matrimonio factæ Dom. Vin-
centius non numeratæ dotis exceptioni renuncia-
uit, quo caſu confeſſio ſub ſpe numerationis facta
non uidetur ſecundum Alex. & alios in l. 1. ff. ſol. ma
trimo. ſed animo potius donandi eius uxori facta
dicitur, & conſequenter conſtante matrimonio nō
5 ualet, nec tenet. Cum inter vir. & uxo. donatio pro-
hibita ſit. l. 1. & per totum. ff. & C. de don. inter uir. &
uxo. & morte non confirmatur ſecundum diſpoſi-
tionem ſtatutorum Mantuæ, ubi requiritur, quòd
expreſſe in arti. mortis confirmetur, & non tacite,

6 ut hic. Quinimmo ſi tacitè confirmaretur iuxta.l.
donationes quas parentes. C.co. traditio, uel ali-
quid traditionis loco requiritur, ut not. per gloſſ.
in l. ſecunda. C. de dote cau. non nume. & declarat
Pau. de Caſt. conſil. 138. Dicta donatio. uolumin. 1.
in nouis. cũ alijs per Dec. relatis conſil. 202. Vt præ-
ſens. colum. 3. verſic. Tertio etiam fundamento. &
Roland. conſi. 93. Viſo num. 30. cum ſeq. volum. 1.
& Iul. Clar. in tract. de donatio. q. 6. verſic. ſed hoc
intelligi, vt procedat, quod hic nõ fuit, ergo &c. Et
7 quòd animo donandi, & in fraudem legis facta præ
ſumatur, eſt tex. & ibi not. Bar. in l. cum quis dece-
dens. §. Titia. de leg. 3. & in d. l. ſi conſtante. in princ.
& ibi Doct. in vltim. q. & Docto. in l. ſi diuortio. de
verbo. oblig. & in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona.
ante nupt. in l. qui teſtamentum. ff. de probation.
& in l. ſi ſorte. ff. de caſtren. pecu. cum ibi not. per
Bar. & per not. per glo. Barto. & Doct. in l. ſi dona
tione. C. de collatio. & in l. quod de ſuo. C. de dote
cau. non nume. & ita tenet Io. And. in addi. ad Spe.
in rub. de dona. inter. vir. & vxo. ad fin. faciunt not.
per Euffreri. in addit. ad deciſio. Tholoſa. in deciſio.
339. Item maritus. vbi concludit, quòd talis con-
feſſio non præiudicat etiam creditoribus præſenti-
b. nec futuris, & ita conſulendo firmat Pau. de Ca.
conſil. 86. Viſis, & conſideratis omnibus de quibus
ſupra videtur dicendum partes iudicis. vol. 2. in no-
uis. & pulchrè conſuluit Roma. conſi. 44. Ex ſupra
narratis. et ꝙ iuramento firmata fuiſſet. Rol. d. cõſi.
93. nu. 5. per tex. in d. l. cum quis decedẽs. §. Titia. &
8 per d. l. qui teſta mentum, cum concor. vbi apparet
ꝙ confeſſio de recepto facta inter perſonas, inter
quas de iure prohibita eſt donatio, in fraudẽ legis
facta præſumitur, & ſic vbi conſtat, ꝙ donandi ani-
mo facta fuerit, marito non præiudicat, nec credi-
torib. etiam futuris, nec ſingularibus ſucceſſorib. &
hoc etiam ſi non numeratæ dotis exceptioni renũ-
ciatum ſit, vt firmat Io. And. in d. rub. de don. inter
vir. & vxo. & Imo. in d. l. ſi conſtante. & Bald. in rub.
C. de priuile. dot. vbi inquit, quòd dotis confeſſio
9 conſtante matrimonio facta animo donandi præ-
ſumitur, etiam ꝙ maritus in inſtrumento exceptio
ni non numeratæ dotis renunciet, talis enim renun
ciatio eſt donatio. l. fina. in princ. & ibi not. Bart. ff.
de his quæ in frau. credi. Alexan. conſi. 115. Atten-
tis narratis. in prin. volum. 5. & eſt tex. in l. ſi quis de
legauerit. & ibi not. ff. de noua. cum concord. per
Iaſ. traditis in dicto §. fuerat. numero 75. Vnde ſi-
10 bi non præiudicat, nec etiam creditorib. vt per not.
per Doct. in l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. habe.
cum accumulatis per Soc. in d. l. prima. colum. 11.
verſicu. Secunda concluſio. ſi. ſolu. mat. & Rui. con
ſi. 183. Viſis his. in princ. vol. 1. & conſi. 137. Quæſtio.
vol. 4. Quia maritus conſtante matrimonio cõfitẽs
11 debitor eſſe non dicitur, neq; in præiudicium ſuo-
rum creditorum debitorẽ conſtituere poteſt iuxt.
not. in dicta, l. aſſiduis. Cùm ergo non noceat nec
præiudicat dicta confeſſio, Do. Auguſtinus non nu
meratæ dotis exceptionẽ opponere poteſt. l. ſi cui.
12 & ibi not. C. de non num. pecu. Nec dicta renuncia-
tio refragatur, quia quorum ſubſtantia obligatio-
nis eſt inefficax ſicut eſt in caſu noſtro, omnes clau
ſulæ illi inhærentes inefficaces ſunt, vt eſt tex. in l. fi.
ff. qui ſatiſ. cog. & in l. fi. C. de nõ num. pec. not. Bal.
per illum text. in l. ſi abſentis. C. ſi cert. peta. & in l.
etiam. C. de execut. rei iud. & per Cy. in l. in contra-
ctibus. C. de non nume. pecu. in quibus iuribus, &
auctoritatibus concludit, quod principali contra-
ctu exiſtente ob ſimulationem vel aliam cauſam
inualido, omnes clauſulæ, iuramenta, obligationes,
& renunciationes corruunt, & ita firmat Soc. ſen.

conſ. 65. Circa primam quæſtionem. colum. antep.
in fi. & colum. ſeq. volum. 1. & conſil. ſeq. nu. 17. &
13 Rol. d. conſi. 93. ſub num. 13. Et ſi diceremus per di-
ctam renunciationem vere quantitatem fuiſſe nu
meratam, de facili fraus legi donatio. inter virum,
& vxorẽ prohibenti fieret, ſecus ſi talis renunciatio
& dotis cõfeſſio ante contractũ matrimoniũ facta
fuiſſet, quia eo caſu bene valeret, vt concludit Pau.
de Caſt. conſil. 383. Circa primum quo quæritur an
dicta confeſſio in prin. verſ. Primus ſi iſta confeſſio
vol. 2. in nouis. Alex. conſi. 165. Dubitatur an mu-
lier. col. 2. ſub nu. 8. vol. 6. & cõſ. 142. Viſo proceſſu.
col. 2. ver. Nec obſt. ſi diceretur. vol. 5. & oẽs ſcriben
tes in d. l. 1. ſol. mat. vbi Soc. in 14. col. in fi. ver. Quæ
14 ta cõcluſio ſit, inquit, quòd conſtante matrimonio
fruſtra non numeratæ dotis exceptioni renuncia-
tur, cum ſimulationis contractus exceptio cõpetat
15 iux. not. in l. ſub ſpecie. C. de poſtulan. Non ob. ſi di-
catur, ꝙ D. Auguſtinus non numeratæ dotis exce-
ptionẽ infra tẽpora opponendæ dictæ exceptionis
opponere debebat, vt copioſè per eundem Soc. in
d. l. 1. col. 10. in prin. ver. Secundo limita. quia reſpõ
detur, ꝙ quando vxor, vel eius hæres aduerſus poſ-
ſidentẽ bona mariti, vt in propoſito caſu, ex benefi
cio. d. l. aſſiduis. hypothecaria ageret, quamuis cõtra
maritum, vel eius heredem tempora de quib. in l. fi.
& in auth. C. de dote cau. non nume. decurſa eſſẽt,
aduerſus tamen D. Auguſtinũ mariti domũ poſſi-
dentẽ nõ ſunt decurſa. Quinimo ipſa D. Caſt ellana
vel eius hæres, & ſic magiſter Bartholomæus dotis
numerationẽ probare cõpellitur ſecundum Rom.
plenè conſ. 445. Conſultatio præſens. colum. fi. ante
fi. verſic. Quo ad tertium. vſq; ad fi. & Imo. in l. ſi ita
ſtipulatus. §. chriſogonus. de verb. ob. quos refert, &
ſequitur Fely. in c. ſi cautio. in 19. col. ver. Fallit vlti-
16 mo. ext. de fid. inſt. Vel, & ſecundo dici poteſt, ꝙ quã
uis contra maritum dotẽ confitẽtẽ elapſa ſint tem-
pora, nihilominus quia D. Auguſtinus creditor iu-
ſtam dotis confeſſatæ ignorãtiam habuit, in integ.
reſt. ex generali clauſula petere poteſt, & ſic non nu
meratæ dotis exceptionẽ opponere. l. pen. C. de non
num. pec. iuncta gl. in l. in contractib. in prin. eo. tit.
vt eſt commu. opi. doc. per Fel. relata in c. vigilanti.
in 1. col. ext. de præſcri. & per Alex. conſi. 71. Videre
tur uol. 1. & cõſi. 169. Viſo themate. col. pen. in prin.
verſicu. Nam reſtitutio. cum ſeq. vol. 1. & latè tradit
Iaſ. in d. §. fuerat. num. 84. Cùm ergo D. Auguſtinus
ex primo capite, vel ex ſecundo, ſcilicet ex in inte-
grum reſtitutionẽ ex capite ignorantiæ non nume
ratæ dotis exceptionem opponere valeat, ſequitur
quòd magiſter Bartholomæus ad petitam domum
nullam pro hypotheca dotis cõfeſſatæ, quæ nume
rata non fuit, actionem habet. Stante igitur firma
17 prædicta cõcluſione, ꝙ conſtãte matrimonio inua
lida ſit dotis confeſſio, ſequitur ꝙ etiam propter nu
ptias donatio ſubſiſtere non poteſt, niſi vbi dos, &
matrimonium fuerit. l. fi. C. de don. ante nup. & au
th. æqualitas. C. de pac. & hanc conſequẽtiam facit
Alex. d. conſ. 142. Viſo proceſſu. col. pen. ver. Et ſi in
ualida eſt. vol. 5. & ſupradictam concluſionem tan-
quam veram, & magis communem ſequitur ibidẽ
Alex. & d. conſi. 165. colum. ſecunda. verſicu. Item
de cauſa lucratiua. volum. 6. & conſi. 45. Habita ſu-
per his. col. 2. in prin. uer. Sed ita eſt, ꝙ cõfeſſio vol.
1. & conſi. 147. Viſo themate col. antep. uer. Cui aũt
magis. vol. 7. vbi refert ſe ſolitum fuiſſe ſemper eã ſe
qui, & legẽdo, & conſulẽdo. & eã ſequitur Corn. cõ
ſi. 104. Circa primũ. in prin. uol. 2. His itaq; ſupra in cõ
trarium deductis non refragantib. contrariam par-
tem de iure in præſenti caſu puto veriorem; & te-
neo Do. Auguſtinum reum conuentum teneri, &
obligatum

obligatum eſſe ad relaxandum, & conſignandum
magiſtro Bartholomæo actori dictam domum
pro dicta dote hypothecatam loco pignoris, & hy-
pothecæ, donec ipſe ducatis quingentis ſatisfactus
fuerit: & moueor, quamuis enim in primo con-
tractu de vera, & actuali dotis numeratione non
conſtet, ſed de confeſſione tantum Dom. Vincen-
tij confitentis recepiſſe ducatos ducentos quin-
quaginta pro parte dotis Do. Caſtellanæ, nihilomi-
nus quia per aliud inſtrumentū in proceſſu produ-
ctum euidēter apparet de conſignatione cuiuſdam
petiæ terræ in territorio Veronenſi ſitæ per Domi-
nam Catherinam matrem Dominæ Caſtellanæ ei-
dem Domino Vincentio facta pro ducatis ducen-
tis quinquaginta, pro reſiduo, & complemento
totius dotis quingentorum ducatorum, ſequitur,
quòd eidem Domi. Vincentio tota dos numerata,
18 & conſignata fuit, Nam actus ſequens præcedentis
actus qualitatem oſtendit, & declarat, vt eſt text.
not. in l. ſi is qui. ff. de adulte. facit text. in §. pauo-
num. Inſtitu. de rerum diuiſio. in l. ſed, & Iulianus.
§. proinde. ff. ad macedo. & per illum tex. not. Bart.
in l. cætera. §. ſed, & ſi parauerit. de legatis primo,
19 Et vbi cum confeſſione alia indicia, & præſum-
ptiones, & coniecturæ concurrunt, tunc partis do-
tis receptæ confeſſio veram numerationem pro-
bat. Abb. conſi. 73. Circa primum dubium. colum.
2. num. 5. in 2. par. Alex. conſi. 18. Conſideratis. col.
1. verſicu. Tamen præmiſſis. ibi niſi ſecundum eum
appareat. volum. tertio. tradit Soc. ſen. conſi. 82. Su-
per quæſtionibus. volumin. tertio. & conſilio 122.
Circa primum. colum. 4. num. 7. verſi. Tertio etiam
concludo. eod. volum. ſequitur Dec. conſi. 202. Vt
præſens. col. pen. num. 6. ibi Et licet in tali caſu. in 1.
part. & conſil. 536. In cauſa quæ agitur. columna
tertia. in fin. uerſicu. Secundo reſpondetur. & no-
uiſſimè Aymo conſi. 158. Viſis actis. colum. ſecun-
da. num. 6. verſi. Tertio probare. volum. 1. & conſi.
198. Videtur eſſe locus. colum. 2. in fi. num. 6. verſi.
Tertio plurimum. & latius conſi. 40. Proponitur,
quòd nobilis. colum. ſecunda. eod. lib. vbi in num.
quarto. tenet ꝙ ſi maritus eius uxorem in domo
retinuit, & diu eam tanquam dotatam alimenta-
uit, quòd ex confeſſione facta conſtante matrimo-
nio donatio non præſumitur, vt firmat Soc. ſen. dic.
conſi. 82. Prima concluſio. nu. 3. vol. 3. & idē ſcribit
Aymo in tracta. de antiq. tempo. in prima. part. ſe-
ctione. Quid in libro officialis. num. 11. verſic. Quin
tam limitationem. & hæc eſt communis opinio, a
qua nemo diſcrepat. Et ad propoſitū noſtrū ſpecia-
liter facit quod not. Bald. per illum tex. in l. ab Ana-
ſtaſio. circa fi. verſi. Item hæc lex eſt. C. manda. Vbi
inquit, quòd ſi maritus confeſſus fuit ſe nomine do-
tis centum recepiſſe, & poſt illam confeſſionem ap-
paret, quod pro tali dote quinquaginta pro totius
dotis reſiduo numerata fuerūt, in illis quinquagin-
ta pro reſiduo confeſſionem præcedentem ueram
fuiſſe conſtat argumen. tex. in l. ſecunde. C. fam. her-
ciſcund. facit tex. in l. 2. C. de hæredi. inſt. & habetur
per Iaſ. poſt alios in l. ſi quidem. C. de tranſac. ſuper
verbo reſiduum. & idem firmat Saly. in d. l. ab Ana-
ſtaſio. ante fin. verſicu. Item præſtat aliud argumen-
tum. & Felyn. in cap. ſi cautio. colum. decimanona.
verſicu. Fallit ſeptimo. extra de fide inſtrum. At in
caſu noſtro de reſiduo, & totius dotis complemen-
to apparet in vltimo inſtrumēto, vt ſupradiximus,
confeſſio igitur præcedens veram numerationem
probat, ideo dicta domus pro dote, & donatione
ꝓpter nuptias hypothecata magiſt. Bartholomeo
relaxari, & conſignari debet, donec de quinquagin-
tis ducatis rōne medietatis dotis, & donationis pro-
pter nuptias ſatisfactus fuerit. Et hæc pro victoria
magiſtri Bartholomæi, & pro reſpōſione eorū quæ
in cōtrarium ſupra deducta fuerunt ſufficere viden-
tur. Sed pro maiori ſupradictorum corroboratio-
ne dico etiam dictam confeſſionem uerā dotis nu-
merationē probare, & donationem non præſumi;
20 Apparet. n. confeſſionem illam D. Bernardino fra-
tri D. Caſtellanæ, & D. Catherinę eius matri factam
fuiſſe, vt inſtrumēti verba ſonant, quo caſu valet, &
& animo donādi facta non pręſumitur: quia inter
maritū, & uxorē, facta nō fuit, inter quos caderet ſu-
ſpicio, & in quib. terminis iura in contrarium dedu-
cta loquuntur, ſed inter maritum, & fratrem ac eius
matrem, qui dictam confeſſionem receperunt no-
mine ipſius Bernardini, qui tanquam patris hæres
dotis debitor erat, & ſic ad eum onus eam dotandi
ſpectabat. cum ergo talis confeſſio inter perſonas
non ſuſpectas geſta fuerit, veram numerationem
probat, nec donationem præſumi facit, & ita con-
ſulendo dixit in terminis noſtris Dec. dicto conſil.
536. colum. 3. in fi. verſic. Ad hoc etiam Ruy. d. con
ſi. 183. colu. 2. ver. Sed præmiſſis non obſtantib. ſub
nu. 3. vol. 1. & Roland. d. conſ. 93. num. 26. cum trib.
ſeq. & num. 36. & tradit Iaſ. in d. §. fuerat. num. 69. &
fuit dictum Salycet. in dict. authentic. Sed iam ne-
ceſſe. C. de donat. ante nupt. quem ſequitur etiam
Hyppol. in ſingular. 345. Maritus ſi confeſſus, Et
talis dos confeſſata contra tertium poſſeſſorem pri-
uilegia habet, ſecundum Bald. nouel. in tract. de do-
te. in decima parte. in tertia limitatione. præſertim
quia inter perſonas, inter quas prohibita ſit dona-
tio, facta non fuit, quod potiſſimum inſpicitur.
21 Nam donatio inter fratrem, & ſororem, & inter
matrem, & filiam non prohibetur, ſed valet, iuxta
theoricam Barto. in dic. l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu.
quem refert, & ſequitur Dec. d. conſi. quingenteſi-
mo trigeſimoſexto. colum. ſecunda. verſicu. Et ta-
22 men propter benemerita. & ratio eſſe poteſt, quia
filia non eſt in poteſtate matris. §. fœminæ. cum
concordant. ibi per gloſſ. traditis. Inſtitut. de ado-
ptio. nec ſoror eſt in fratris poteſtate, & tanto
minus Dominus Vincentius Dominæ Caſtellanæ
maritus, quod præcipuè attenditur, vt eſt textus in
l. tertia. §. prohibetur. & §. ſocrui. & vtrobique glo.
ff. de donation. inter virum & uxorem. Et dotare
23 filiam non eſt matris, ſed patris, & eius hæredis
officium. l. mulier. C. de iure dotium. l. qui libe-
ros. ff. de rit. nupt. & l. fin. C. de dot. promiſſio. cum
concordant. per gloſſ. relatis in l. a filia. in principio.
ff. ad Trebellia. Præterea in confeſſatæ dotis inſtru-
mento Dominus Vincentius Domino Bernardi-
no, & eius matri dictos ducentos quinquaginta
ducatos, & donationem propter nuptias, in ca-
ſu dotis reſtituendæ, & donationis propter nu-
ptias conſignandæ, reſtituere promiſit, dicen-
dum eſt igitur Dominum Vincentium vere, &
non ſimulate dotis partem recepiſſe, alioquin ſi
actualiter, & cum effectu non recepiſſet, eam re-
ſtituere non promiſiſſet. Poſtremo dicta confeſſio
24 D. Vincentio præiudicauit, & conſequēter omnib.
ſuis creditorib. futuris ex quo de dotis promiſſio-
ne per publicum inſtrumentum ante confeſſionē
prædictam conſtabat, eo enim caſu cōcludunt Do-
ctores, ꝙ per confeſſionem poſtea ſecutā uera pro-
batur numeratio, & non numeratæ dotis exceptio
opponi non poteſt, vt eſt text. in dict. l. in contracti-
bus. §. 1. ibi illis etiam ſecuritatibus. C. de non nu-
merata pecun. & ibi not. Cy. & Bald. & ita tenet ibi
Salyce. & Paul. de Caſt. & ita deciſum fuit in conſil.
Neapolita. vt atteſtatur Afflictus in deciſione qua-
dringenteſimaſecunda. Agitur cauſa, vbi latiſ-

ſime hanc quæſtionem examinat,& cõſulnit Ruy.
d conſ.137.num.6.uol.4. & Aymo.d.conſ.40.Pro-
ponitur quod nobilis.num.1.Ex quibus concludo
domum de qua in proceſſu petitam magiſtro Bar-
tholomęo relaxandam fore loco pignoris,& hypo
thecę, donec de dicta quingentorum ducatorum
quantitate fuerit per Do.Auguſtinum ſatisfactus,
& ita de iure reſpondendum cenſeo Ego Matthęus
Brunus Iuriſconſ. Ariminen.ad laudem omnipo-
tentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ,
amen.

SVMMARIVM.

1 *Societas unius ex ſocijs morte finitur.*
2 *Societas noua quando contracta dicatur.*
3 *Societas pro æquali, & non pro inæquali portione contracta intelligitur, niſi aliter expreſſum ſit.*
4 *Societas inter ſocios continuata dicitur, quando inter eos facta ſuit diuiſio, etiam quòd mors unius ex ſocijs interuenerit.*
5 *Societas nouo conſenſu nedum expreſſe, ſed etiam tacite renouari poteſt.*
6 *Ius accreſcendi in contractibus lucratiuis locum non habet.*
7 *Sequentia non minus præcedentia declarant, quàm præcedentia declarent ſequentia.*
8 *Interpretatio ſumitur a pratica.*
9 *Intellectus ad l.cum in plures. §.locator horrei.ff.loca.*
10 *Pacta tacita, & tacitus conſenſus ita in locatione, & ſocietate obſeruatur ſicut expreſſa.*
11 *Socius ſocij mei meus ſocius eſſe non dicitur, quomodo autem dicta regula procedat, uide num.12.*
13 *Locatio ad hæredes tranſit.*
14 *Intellectus ad l.qui admittitur.ff. pro ſoc.*

CONSILIVM LXXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio,amen.

VISIS & diligenter conſideratis his quæ
accurate,& ſubtiliter ſcripta ſunt ad fa-
uorem Do.Ioannis de Bottazarijs per
eximiũ Iuriſconſ. D. Iacobum Gonza-
gam mihi tanquam patrem honoran-
dũ,de ſimplici ſubſcriptione requiſitus paucis agã.
Et ſuper duobus tantum inſiſtam.Primo nunquid
Dominus Ioannes ex morte Franciſci alterius ſo-
cij dimidiam partem in locatione prædicta conſe-
qui ualeat? an uero tertiam tantũ,& Baſſanus alter
ſocius duas tertias partes? Secundo an Franciſcus
defunctus Baſſani ſocius, in dicta locatione fuerit
quoque Do. Ioannis, uel Baſſani tantum ſocius?
Quo ad primum dico Do.Ioannem dimidiam cõ-
ſequi poſſe,& debere: clarum eſt enim quòd ſocie-
tas unius ex ſocijs morte finitur.§.ſoluitur. Inſti.de
1 ſocieta.l.actionem.§.morte.l. uerum.§. ſocietas.&
l.nemo.ff. pro ſoc.& nedum quò ad omnes in ſo-
cietate primos, uerum etiam quò ad omnes alios
ſuperſtites finita ſocietas intelligitur. d.§. ſoluitur,
Bal.conſi.448.Punctus ſuper quo petitur. uol.4.&
Abb. conſi. 86.Viſis capitulis.in prin.uerſi.Secũdo
quia per mortem.in 2.par.Si ergo finita eſt,& ſocij
2 ſuperſtites adhuc in ſocietate perſiſtunt, & perſe-
uerant, quamuis inter eos conuentum non fuerit
ſocietatem durare,noua dicitur contracta ſocietas,
arg.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.facit tex.
in l. ſed ſi manente.ff. de preca. & ita in propoſito
declarat Portius in §.manet autem.col.fi.uerſi.No,
quòd ſi finita.Inſti.de ſocie.Si ergo noua dicitur in
3 ter eos contracta ſocietas, pro æquali, non autem
pro inæquali portione contracta intelligitur, niſi
aliter expreſſum fuiſſet,ita eſt tex.in l. ſi nõ fuerint.
ff.eo. tit. & ibi not.Bal. & tradit Alex. conſi. 131.In
cauſa uertente.colu.pe.in prin.nu.8. uerſi.Secunda
ratione.& conſi.191. Viſa ſcriptura. colu.2.in prin.
uerſi.Et ubi non eſt.uol.2. dimidiam ergo Do. Io-
4 annes conſequi debet. Et poſito abſque ueri præiu-
dicio nouam non dici,nec eſſe contractam,quia ta
men inter eos nulla poſt mortem Franciſci facta
fuit diuiſio, continuata dicitur ſocietas, ut late de-
clarat Soc.conſi.87. In præſenti conſultatione. colu.
pe.in prin.uerſi.Tamen minime obſtantibus.uol.1.
hoc tamen acto quod inter ambos ſuperſtites pro
æquali portione contracta ſit. Et dicti ſuperſtites ex
nouo conſenſu,ſocietatem renouare poſſunt,ut eſt
5 tex.in l.plane.ff.pro ſoc. & hoc nedum expreſſe,ue
rum etiam tacite, ut tradit Abb.conſi.87. Quidam
fecerunt,& contraxerunt.in 2.par. ubi in ſimili ca-
ſu conſuluit & Alex. conſi. 132. Perlectis.ubi late.
uol.5.Bal.d.conſi.348 Soc.d.conſi. 87. & Dec.con-
ſi.213.Viſis his.colu.4.uerſi. Venio ad ſecundum.ſi
ergo continuata, ſeu tacite renouata dicitur,& ita
in propoſito caſu actum fuerit, dicendum eſt Do.
Ioannem pro dimidia æqualem portionem conſe
qui debere. Præterea ſi recte contractus uerba con
ſpiciantur,in contractu dicitur,quòd ſocietas reſpe
ctu partis Franciſci poſt eius obitum finita ſit,ergo
inter eos ſuperſtites durat.ſi durat,dico illam tertiã
partem quę olim ad Franciſcum defunctum ſpecta
bat,totam Baſſano obuenire non poſſe,quia in cõ
tractibus lucratiuis ius accreſcendi locum non ha-
6 bet.l.ſi mihi,& tibi.& ibi ſcribentes. de uerb.ob.il-
la ergo tertia pars pro dimidia utrique ſcilicet Do.
Ioanni,& Baſſano pertinet,& non Baſſano tantum.
Si enim Baſſano tantum accreſceret,contra d.regu
lam.l.ſi mihi,& tibi,ueniret, & hoc maxime cùm
Baſſanus alterum ſocium habeat, ſecus ſi nullum
haberet, quia tunc ipſi ſoli accreſceret.l.1.§.fi.ff.de
uſufr.accre. cõcurrente igitur altero ſocio utrique
accreſcit, ut probat tex. a contrario ſenſu in d.§.fi.
Corroboratur hæc concluſio eleganti ratione. Ap
paret enim partes in præteritum obſeruaſſe, ꝙ eorũ
quilibet poſt Franciſci obitum dimidiam partẽ cõ-
ſequeretur,unde ex illo actu uidetur per partes de-
claratum,quæ fuerit eorum uoluntas. Nam nõ mi
nus ſe habent in præcedentibus ſequentia,quàm ſe
7 habeant in ſequentibus præcedentia, quamuis ali-
quid plus influãt,ut habetur in l.ſi idem cũ eodẽ §.
fi. ff. de iuriſd.om. iudi. & in l. 1. per Doc. & præci
pue per Iaſ.C. de libe.præte.& per Bar.& Iaſ.late in
l.talis ſcriptura.de leg.1.ſed ſequentia demonſtrant
Baſſanum uoluiſſe,& conſenſiſſe quod inter ipſum
& Do.Ioannem æqualis eſſet portio, & ęqualis in
lucro ſocietas,illud igitur factum ſuum ſequens il-
lam eius uoluntatem declarabit,faciunt tradita per
Fulgo.conſi.213. In quodam inſtrumento.in me-
dio.& per Aymo. conſi.101. Nobilis Guigo.col.1.
in fi.uerſi.Quinto ex obſeruantia.uſque ad fi.uol.1.
Fortificatur quoque prædicta.Nam uera interpre-
8 tatio a pratica ſumitur,ut uoluit Bal.in ca.1.in prin.
de feu. ſine cul.non amit. & in l. illud. ff. de excuſa.
tuto.facit tex.in c.cum dilectus.extra. de conſuetu.
c.fi.4.diſtin.& tradit Deci.conſi.131. Reuocatur in
dubium.in fi.Si ergo Baſſanus & Do. Ioannes per
tempora præterita poſt obitum Franciſci ſocieta-
tis æqualitatem ſeruari praticauerunt , uidelicet,
quod eorum quiſque dimidiam conſequere-
tur, ab illa igitur minime recedẽdum eſt, immo
illa eorum uoluntati intelligentiam, & declaratio-
nem

nem tribuet.Fortificatur vltimo & fortius,&ad hoc
eſt ſummopere aduertendum, quia nō video quòd
huic congruum reſponſum dari poſſit. Ponamus,
quòd illa tertia pars Franciſci defuncti ad Baſſanum
vel per ius accreſcendi, vel per pactum, ſi quod in-
ter eos expreſſum fuiſſet,ſpectare debuiſſet. Pona-
mus modo, quòd ipſæ partes, & ſic tam Baſſanus,
quàm Dom.Ioannes aliter eorum voluntatem exe
cutæ fuerint,vt quilibet fructuum dimidiam conſe-
queretur,certe in caſu iſto Baſſani uoluntas cōcur-
rit,permittendo Dom.Ioannem dimidiam habere,
& Dom.Ioannis uoluntas ipſam dimidiam partem
recipiendo,quo caſu ſequitur, quòd quamuis mil-
lies inter eos conuentum eſſet, quòd Baſſanus duas
tertias partes haberet, & Dom. Ioannes unam tan-
tum,ex his tamen actibus ex poſt inter partes de ali
ter faciendo geſtis, quàm primum pactum impor-
taret,dico quod aliud orietur pactum, quod eſt il-
li aduerſatiuum, & quod pacto illo primo non ob-
ſtante obſeruari debet.iſte eſt tex.no.in l.cùm in plu
res.§.locator horrei.ff.locat. ubi eſt text.ſecundum
9 Pet.& Cyn.ut ibi refert Bald. quòd ibi non fuit pro
poſitum in mente retentum, quia caſus ille de indu
bitabili non fuiſſet, ſed ita cum proteſtatione con-
uentum fuit,quod nolebat illum conductorem illa
eius periculo imponere, aliter verba derogatoria
non ponendo ad ſecundum impoſitionis actum, ſi
qui fiet,dicitur ibi quòd ſi ille imponat, & patiatur
locator: quod per illum contrarium actum ſuo peri
culo impoſita cēſebuntur,& ſic poſterior actus præ
cedenti actui derogatorius fuit. Et intellectum cla-
riorem ad dictum §.locator horrei. tradidit Rimin.
in l.pacta nouiſſima.col.4.verſic.Item aduerte quia
ad tex.C.de pact.dicens quod in d.§. locator horrei.
nulla facta fuit proteſtatio,ſed fuit,quod dicunt do-
cto. in proteſtatione deductum, in ipſo contractu
deductum fuit,uerum quia ex poſt conductor ſciē-
te,& patiente locatore illa contra dictam conuen-
tionem intulit,hæc ſecunda voluntas in pactū tran-
ſiuit,quòd primo pacto,ſi quod extitiſſet,derogatū
10 fuit,quo caſu quia in locatione,&in ſocietate pacta
tacita,& tacitus conſenſus ita obſeruantur, ſicut ex-
preſſa ut in d.l.item quæritur.§.qui impleto.ff. loca.
& per Abb.d.conſil.82.& Soc.d.conſi.87.colu.pen.
uerſ.Tamen minime obſtantibus.& col.ſeq.illud ta
citum pactum per impoſitionem illarum merciū il
lo tacente derogabitur primo,quod erat, quòd pe-
riculo ſuo non imponerentur. Et iſte eſt not.intel-
lectus qui ad præſentis difficultatis radicem gladiū
ponit. ſic erit in caſu propoſito; quia quamuis illa
tertia pars ad Baſſanum,uel per ius accreſcendi, vel
per aliquod pactum,quod inter eos contractū fuiſ-
ſet,ſpectare,&pertinere debuiſſet,quia tamē ex poſt
vtriuſque conſenſus circa executionem interuenit,
quòd eorum quilibet in dicta ſocietate æqualē por-
tionem haberet, & ſic dimidiam, hoc igitur ſecun-
dum pactum,& hic vltimus actus per ambas partes
obſeruatus remanebit,& primo ſublato,ſi quod an
te extitiſſet,ſecundum attendetur,vt &tanquam po
ſterius per tex.in d.§.locator horrei. Concludo igi-
tur Baſſanum duas tertias partes conſequi non poſ-
ſe,ſed dimidiam tantum, & Do. Ioannem alteram
dimidiam,prout hucuſque obſeruauerunt. Ad ſe-
cundum breuiter dico Franciſcum etiam Do.Ioan
nis ſocium,& non Baſſani tantum fuiſſe, conſtat.n.
per locationis inſtrumentum ipſos tres Baſſanum,
Franciſcum,& Dom.Ioannem prædium, ac terras Il
luſtriſſimi ac Reuerendiſſ. D. Cardinalis Mantuæ ad
affictum per quinquennium conduxiſſe, uidelicet
quemlibet pro tertia parte, omnes igitur inſimul
in dicta locatione ſocij fuerunt. Nec dicatur Franci-
ſcum antedictum contractum, & Baſſanū inſimul
fuiſſe,& in eadem locatione,& in aliis rebus mercā
tiæ pannorum ſocios, deinde Do. Ioannes in dictæ
locationis ſocietatem a Baſſano uocatus intrauit,
Franciſcus ergo Baſſani ſocius,D.Ioannis ſocius di-
11 ci non poterat,cùm ſocius ſociū mei ſocius meus eſ
ſe non dicatur.l.nam ſocii.ff.pro ſoc.Rolā.conſil.1.
In præſenti conſultatione.in prin.nu.4.uolu.2. pars
igitur Franciſci defuncti ſociū Baſſani, eidem Baſſa-
no tantum,& non D.Ioanni accreſcit. Quoniam re
ſpondetur,quòd quamuis Franciſcus, & Baſſanus a
principio eſſent in eadem locatione ſocij, ex poſt ta
men,ex quo inſimul,& quilibet pro tertia parte præ
dium illud,& illas terras conduxerunt, effecti fuerūt
12 inſimul ſocij,&regula illa quòd ſocius ſocij mei nō
dicatur meus ſocius,procedit,& in diuerſa ſocietate
& in re diuerſa intelligitur, ſecus in eadem re, & in
eadem ſocietate,quia tunc ſocius ſocii mei meus eſt
ſocius,prout vaſallus vaſalli mei,meus eſt in eadem
re vaſallus.ita declarat Bar.in l.Claudius. in fi. ff. qui
potio.in pigno.habe.ubi allegat text. in d.l.nam ſo-
cij.quem etiam ſequitur Dec.in l.conſilij.§. fi. ff. de
reg.iur. Conſtat quoque Franciſcum non fuiſſe ſo-
cium Baſſani tantum,quia eodem tempore inter ip
ſos tres(quamuis prius diuerſa fuiſſet ſocietas)ſuper
eadem re contracta fuit ſocietas, & celebratus fuit
ſocietatis contractus,& ſic inſimul ſocii ſunt,&non
Baſſani tantum: ad utrunque igitur tertia Franciſci
portio ſpectat,& pertinet, cum de ea Franciſci hære
des,ad quos de iure ſpectabat,minime curent, cum
13 proprie locatio ſit,& non ſocietas. §.mortuo con-
ductore.& ibi glo.Inſt.de loca. Et ſi recte conſidere
14 tur tex.in l.qui admittitur.ff.pro ſoc. text.ille loqui-
tur quando ſocius ab uno ex aliis duobus ſociis re-
ceptus fuit,& ſic prius inter duos contracta erat ſo-
cietas, unde inquit Iuriſconſultus, quòd ſi unus ex
duobus ſociis aliquem acceptat in ſocium,quòd il-
le admiſſus non eſt alterius ſocius, quando illo inui
to admiſſus eſſet, ſi ergo altero uolēte admiſſus fue
rit,utriuſque ſocius erit. At in præſenti caſu,D.Ioan
nes uolente Franciſco in ſocietate,& eodem tempo
re fuit admiſſus, ergo extra illam regulam ſumus.
Pręterea illa regula locum haberet ſi Do.Ioan.a Baſ
ſano in parte Baſſani admiſſus fuiſſet, ſed hic in ter-
tia parte fuit admiſſus,&ſic ęqualiter cum aliis duo
bus ſociis, ergo dici non poteſt, quòd ſocius ſocii
mei in caſu noſtro non ſit ſocius meus,& ita decla-
rat,& conſuluit Alex.conſil.139. Perſpectis.colū.1.
uerſic.Nam ſocii.ibi.&patet manifeſte.uol.5.Et per
hæc concludo tertiam partem,quæ fuit olim Fran-
ciſci defuncti diuidi debere,& tam ad Do.Io. quàm
ad Baſſanum ſpectare,& pertinere,ut in pręteritum
in eam conſenſerunt, & poſt Franciſci mortem ob-
ſeruauerunt. Et ita iuris eſſe arbitror ego Matthæus
Brunus Iuriſcon.Ariminen.ad laudem omnipoten
tis Dei,ac glorioſiſſ.Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Appellans in parte, & partibus contra ſe facientibus, ſi ſententia vnum, vel plura capitula connexa continet, appellationem totum negocium deuoluere facit, etiam quòd per alterum ſolum appelletur.*

2 *Dictio, ſingulo anno, diuerſitatem, & ſeparationem operatur.*

3 *Capitula connexa quæ dicantur.*

4 *Adhæſio appellationi, an, & quo caſu poſt decendium fieri valeat.*

CONSILIVM LXXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

BREVITER concludo executionem per Marchettum de Goito contra hæredes Magnifici Equitis Do. Baptiſtæ de Firmo petitā pro quantitate trecentorū frumenti ſextariorum. in quibus fuerat Do. Baptiſtę condemnatus, contra ipſos obtineri non poſſe. Nam quando a ſententia limitate appel-
1 latur, puta a partibus contra ſe facientibus, & ſententia unum uel plura capitula connexa continet, appellatio illa totum deuoluit negocium, quamuis per alterum dumtaxat appelletur. tex. eſt & ibi not. Bal. & omnes in l. ampliorem. C. de appellatio. in l. omnem. C. quando prouoca. non eſt neceſ. & in l. etiam. §. ex cauſa. ff. de mino. Sententia ergo pro illis trecentis ſextarijs approbata in rem iudicatā non tranſiuit, ex quo ab illa pro centum alijs ſextarijs, in quib. Do. Baptiſta fuerat abſolutus, pro parte Marchetti appellatum extitit, quæ appellatio cùm ob connexitatem totum negocium ad ſe trahat. d. l. ampliorem. cum concord. ſupra relatis, illorum trecētorum ſextariorum executio peti non poteſt iuxta tradita per Mod. Peruſi. in c. ſi duobus. colu. 2. uerſi. Circa ſecundum caſum. & in uerſi. Sed quæritur primo. extra de appellatio. & per Boeri. in deciſ. 73. ſæpe dubitatum fuit. colu. 3. in prin. nu. 6. uerſi. Sed quando eſt unum capitulum. Nec dicatur reſtaurum per Marchettum pro quatuor ultimis annis petitum ad rationem ſextariorum centum pro ſingulo anno diuerſa, & ſeparata capitula cauſare ob
2 dictionem, ſingulo anno, quæ diuerſitatem, & ſeparationē operari uidetur iuxta not. per Iaſ. poſt alios in l. huiuſmodi. §. quibus. ff. de leg. 1. quo caſu appellatio totā cauſam ob dictam ſeparationem deuoluere non uidetur, ſed abſolutionem tantum illorū centum ſextariorum, executio igitur in reſiduo fieri poteſt: Quoniam reſpondetur, quod quamuis reſtaurum pro quatuor annis petitum fuerit, non tamen quatuor reſtaura dicuntur, licet quatuor ſint anni, ſed unum dumtaxat dicitur, unum ergo capitulum, & nō plura: & eſto quod plura ſint, ratione tamen unius negocii connexa dicuntur: Et connе-
3 xa capitula dicuntur, quando facta ſunt plura, & unum ab altero dependet, uel ad alterius determinationem uenit, uel ſi de eodem negocio quis partim condemnatus fuit, & partim abſolutus ſecundum glo. communiter approbatam. in d. §. ex cauſa. in uerbo audiendus. & per Bar. in l. Aurelius. §. idem quęſiit. in fi. ff. de libe. lega. per Gemi. in c. 1. colum. 3. uerſi. Sed circa hoc poteſt. de confeſ. in 6. per Lanfr. in repeti. c. quoniam contra falſam. in glo. confeſſiones. col. 5. uerſi. Secundo principaliter. extra de probatio. Roma. conſi. 346. In hac cauſa Baſilienſi. diffuſe per Corne. conſi. 305. Circa primū. col. 3. in fi. ibi, & Bar. in d. §. idem quæſiit. uol. 3. late per Fely. in c. cū inter. colu. 4. in prin. uerſi. Eſt enim regula. extra de re iudi. & not. declarat Dec. in d. c. ſi duobus. colu. pe. uerſi. Et dicuntur connexa. Sed in caſu propoſito Do. Baptiſta in reſtauro petito, & ſic ſuper eodem negocio partim cōdemnatus fuit, & partim abſolutus, unde appellatio per Marchettum a dictis ſextariis centum interpoſita, ob dictam connexitatem totum negocium ad ſe trahit, & executionem petitam impedit. Ad quam quoque eultandam inhæſio appellationi prædictæ per Do. Baptiſtam facta dictis eius hæredibus prodeſt, quamuis ob dictam connexitatem potuiſſet a dicta inhęſio-
4 ne deſiſtere. Nec refragatur, quòd adhæſio poſt decendium facta fuerit, cùm infra illud fieri deberet ſecundum Archi. in c. ut circa. col. pe. uerſi. Adhęrentes. de electio. in 6. quem ſequuntur domini de Rota in deciſ. 225. Adhærentes, ut prætenditur. in c. ut circa. col. pe. uerſi. Adhærentes. de electio. in 6. quem ſequuntur domini de Rota in deciſ. 225. Adhærentes ut prætenditur. in nouiſ. & tradit Gui. pa. in deciſio. 436. Cùm materia appellationum. q. 78. quo caſu prędictis hęredibus in proſequenda appellatione dictorum trecentorū ſextariorum minime prodeſt. Quoniam reſpondetur id eſſe uerū, & procedere quando ſententia plura capitula diuerſa, & ſeparata continet, tunc enim quilibet infra decendium appellationi adhærere debet, alioquin ſententia quò ad illud ſeparatum capitulum tranſiret in iudicatum, & appellationis adhęſio nihil prodeſſet, & ita intelligitur, & procedit dictum Archi. & ſequacium prout declarant not. Mod. Peruſi. in d. c. ſi duobus. colu. 2. uerſi. Circa tertium caſum. Secus ſi ſententia, ut in caſu propoſito, plura connexa capitula contineret, tunc enim quilibet appellatus poſt decendium appellationi adhærere poteſt. dicta igitur inhæſio ad impediendam dictam executionem petitā prædictis hæredibus prodeſſe poteſt. Et quāuis appellationi per dictum Marchettum interpoſitæ nulla adhæſio facta fuiſſet, ſatis tamē erat ob deuolutionem dicti totius negocii per alteram partē appellatum extitiſſe, ut dictum eſt, ergo &c. Et ſi dictum illud Archi. & ſequacium indiſtincte intelligeretur, ſequeretur, quòd utraque pars a cōtrafacientibus in uno capitulo, uel in pluribus connexis appellare cogeretur, quod minime dicendum eſt, ut declarant idem Mod. Peruſi. in d. c. ſi duobus. colu. 2. & ſeq. quos refert, & ſequitur Fely. in c. ſignificauerunt. in 4. col. uer. Primo quia. & col. ſeq. in fi. uerſi. Signa etiam, & nota. extra de excep. Concludo igitur executionem petitam contra prædictos hæredes ob deuolutionem totius negocii per appellationem, ut ſupra interpoſitam, & adhæſionem ſecutam, fieri non poſſe. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthęus Brunus Iuriſc. Arimi. ad laudē omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius legatam agnoſcens tenetur etiam onus illi iniunctum obſeruare. & num. 10.*

2 *Vſufructu vxori legato cum onere non petendi dotes, illo ceſſante ceſſat onus.*

3 *Intellectus ad l. Titia. in prin. ff. de annu. leg.*

4 *Voluntas teſtatoris in vltimis voluntatibus primum locum obtinet.*

5 *Voluntates ſupremæ teſtatoris non ſunt ad caſum trahenda, in quo teſtator ſi fuiſſet interrogatus, contrarium dixiſſet.*

6 *Non præſumitur quem facere actum ſuæ intentioni contrarium, ex quo contraria non admittuntur.*

7 *Teſtator ſi legat coniunctæ perſonæ rem quæ non eſt ſua, an valeat legatum?*

8 *Teſtator legans rem de qua habebat ſolum vſumfructum, dicitur legare ius, quod in ea habebat.*

9 *Emphiteota ſi rem emphiteoticam legat, quæ morte finitura erat, eius hæres ad aliquid non tenetur.*

CONSILIVM LXXIIII.

In Chriſti ac beatorum vtriuſq; Ioannis nomine, amen.

PRAESVPPONITVR in facto, ꝙ
Dom. Petrus uſufructuarius, & Vaſallus
Illuſtriſſimi Dom. Ducis Mantuæ quarundam
petiarum terrarum, illarum vſumfructum
legauit Dom. Sophiæ eius
vxori hac conditione, quòd dotem ſuam petere
non poſſit ipſa viuente, & agnito per eam legato,
dictæ petiæ terrarum euictæ fuerunt per præfatū
Illuſtriſſimum Dom. Ducem. Quæritur modo an
ipſa dotem ſuam petere poſſit? Et videtur, ꝙ petere
1 non poſſit, quia qui agnoſcit legatum, tenetur etiā
onus illi iniunctum obſeruare, vt habetur in l. vnica.
§. pro ſecundo. C. de caduc. tol. & ideo Dec. conſil.
299. In cauſa mihi commiſſa. in vltima colum.
verſicu. Decima concluſio, dixit, quòd ſi vxori legatus
eſt vſusfructus omnium bonorum cum onere,
quòd intelligatur quietata de ſua dote, quòd agnoſcēdo
legatum, videtur etiam remiſſa ipſa dos.
& idem voluit Corne. in conſi. 192. Videtur in hac.
colum. 1. volum. ſecundo. quòd legatarius tenetur
poſtquam agnouit legatum, adimplere onus etiā
ſi illud eſſet maioris æſtimationis ipſo legato, allegat
plura iura, vt ibi. idem tenet Pau. de Caſt. in l. fin.
in fi. C. de his quæ ſub modo. & tradit Dec. in conſi.
485. In caſu propoſito. colum. pen. num. 13. in tertia
par. ſi ergo ita ſit, ergo Dom. Sophia ex quo legatum
agnouit, non videtur, quòd dotes ſuas petere
potuerit, & petijt. Hoc tamen non obſtante vi-
2 detur, quòd petere potuerit. Et præſuppono, quòd
ipſi Dom. Sophiæ fuit legatum factum vſusfructus
cum onere non petēdi dotes, & ſic ex hoc videtur,
quod fuerit appoſitum illud onus vt vſufructuariæ,
vnde modo ſequitur, quòd cum amplius non ſit vſufructuaria,
debet ceſſare dictū onus, & de hoc videtur
eſſe tex. in l. Titia. in prin. ff. de annu. leg. vbi eſt
3 tex. Titia legauit vſumfructum Meuio Seya hæredi
inſtituta. fideicommiſitq; in hæc verba, a te Meui
ex reditu fundi, cuius relictus eſt vſusfructus, volo
præſtari Ario, & Sticho ex die mortis meæ ſexcentos
annuos quotannis quoad viuent. Quæſitum
eſt cùm Mæuius uiuens ſoluerit, poſt autem mortem
Meuij fundus redijt ad hæredem, an Seyia teneatur
ad onus alimentorum? reſpondet Iuriſcōſultus
nihil proponi cur debeant præſtari ab hærede,
cùm ab vſufructuario relicta ſint, & ſic tex. ibi decidit,
quia ab vſufructuario relicta erant, hæredem
non teneri, ita etiam hic, quia iſtud onus erat appoſitum
vſufructuariæ, ergo ceſſante, quòd amplius
non eſt vſufructuaria, videtur, quòd etiam ceſſare
debeat onus, & de illo text. fecit mentionem Paulus
de Caſtr. in conſi. 367. Super eo quod quæritur.
volu. primo. in nouis. Nec eſt dicendum, ꝙ caſus.
dic. l. Titia. differat a caſu noſtro, quia ibi mortuus
erat legatarius, hic autem viuit. quia dico hoc nihil
obſtare, cùm Iuriſconſultus non faciat vim in Meuio
grauato, ſed vim facit, cùm ab vſufructuario relicta
ſint, ſufficit enim quòd finitus ſit vſusfructus,
pro vt etiam eſt in caſu noſtro, habemus ergo caſum
legis de quæſtione noſtra, & ideo acquieſcendum,
& concludendum ipſam Domin. Sophiam
petere potuiſſe, vt petijt, ſtante, quòd ipſa amplius
dici non poteſt uſufructuaria facto, & culpa ipſius
teſtatoris, ut uerba ſententiæ latæ in fauorem Illuſtriſſimi
Principis atteſtantur: Secundo hoc idem pro-
4 batur ex intentione ipſius teſtatoris, quæ omnino
eſt ſequenda, & primum locum tenere aiunt in vltimis
uoluntatibus, vt in l. non ad ea. ff. de conditi.
& demonſt. quæ intentio fuit in caſu noſtro, vt Do.
Petrus maritus fauere uoluerit Dom. Sophiæ uxori
ſuæ, quam dixit in teſtamento ut matrem uenerari.
Vnde non eſt credendum, quòd uoluerit illi nocere,
cùm ex actu teſtādi illi prodeſſe appareat. Sed
ſi diceremus hanc interpretationē eſſe habendam,
ut extincto illo uſufructu etiam duraret onus non
petendi dotes ſuas, nocuiſſet, quia ipſa ob paruum
commodum non poſſet conſequi dotes ſuas, &
multis neceſſitatibus illam ſubieciſſet, ergo non eſt
capienda talis interpretatio, nunquam enim trahē-
5 dæ ſunt teſtatorum ſupremæ uoluntates ad caſum
in quo ſi teſtator interrogatus fuiſſet, dixiſſet contrarium.
Sed ex quo apparet teſtatorem prodeſſe
uoluiſſe in relinquendis his quæ reliquit, & per
quem apparet illam, ut benemeritam uxorem proſecutum
fuiſſe, ergo interrogatus teſtator an amiſſo
uſufructu ſine facto, & culpa ipſius Do. Sophiæ
uxoris uelit illam dotes ſuas petere non poſſe, certe
iſtud non confirmaret, immo negaret, cùm ceſſaret
cauſa prohibitionis petitionis dotis, ex quo caret
uſufructu, qui ſibi relictus fuerat pro reſiduo
ſuorum alimentorum, vt dicunt uerba teſtamenti.
6 Et ſi aliter diceremus, ſequeretur actum contrarium
feciſſe ſuæ intentioni, quod non eſt dicendū,
& quod non conuenit, cum contraria non admittantur,
ut habetur in l. in exercendis. C. fid. inſtrum.
& in l. ſcripturæ. per Bart. eod. titu. & declarat Alex.
in conſi. 44. Eximio doctor. colum. 1. circa fi. verſic.
Reſpondeo præmittendo. uolum. 7. Vltra quod ēt
& tanto magis hæc interpretatio eſt capienda tanquam
hæredi, & primæ vſufructuariæ, & ſic filiæ teſtatoris
magis vtilis & proficua: Nam ipſi Dom. Sophiæ
fuit relictus vſusfructus terrarum, de quibus
in legato, unde ſtante, quòd eſt uxor, & multum dilecta
(vt dixi) teſtatoris, & ſtāte, quòd fuerit euictus
vſusfructus, vel petia terræ, in qua conſtitutus a teſtatore
fuerat, dico ꝙ ipſi hæredes, vſufructuarij
tenentur de euictione ipſi D. Sophiæ ratione dictæ
euictionis, per quam amiſit ius vtendi, & fruendi &
hoc probatur ex his quę habentur in l. cum alienā.
C. de lega, & in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de leg.
7 1. vbi ſi teſtator legat aliquam rem, quæ non ſit ſua,
tunc ſi legat coniunctæ perſonę, diſtinguitur, aut legat
rem, quam putabat eſſe ſuam reſpectu alicuius
certæ cauſæ, aut legat rem, quam putabat eſſe ſuam
ex certa cauſa, & tunc ſecundum Alexand. in dicto
§. de euictione. Si ex certa cauſa, legatum
non ualeret, & ſi alio modo teneretur hæres de
euictione, ita ergo ſequitur hic, quia aut teſtator
ſciebat illam eſſe ſuam ex certa cauſa, & ſtante euictione
illius, dicitur, quòd legatum non valet, & ſic
licet Dominus Petrus ſciret rem ad eum ſpectare
iure feudi, tamen quia iam erat Principis Illuſtriſſimi
ex eo, quòd ceciderat a iure ſuo, quia legatum
vt dicitur ibi non ualet, non ualet etiam onus illi
appoſitum, & ſic ipſa Dom. Sophia aliquo onere
non aſtringitur: aut uero ualebat legatum &
ſtante, quòd iſtud legatum habet onus, dico quòd
tenetur de euictione, ex quo rem ad alium ſpectantem
legauerit cum onere ſupradicto, & ut ibi dicitur,
& ſtante, quòd tenetur de euictione, utilius erit
hæredib. & vſufructuariæ ſoluere dotes ſuas, quàm
intereſſe quod patitur rigore dictæ euictionis, quia
ſoluendo intereſſe, non per hoc liberant ſe ab exactione
dotium ipſius Dom. Sophiæ, & ſtante tali interpretatione
non eſt credēdum, quòd teſtator aliter
ſenſerit, cùm præſumendum ſit, quòd capere voluerit
bonū ſenſum pro omnibus: Vltra quod etiā
dico,

8 dico,& alia ratone. Nam iſte Dom. Petrus erat Vaa
ſallus Illuſtriſſimi Domini noſtri, vel terras in vſum
fructum legatas recognoſcebat a ſua Illuſtriſſima
Dominatione. Vnde legando eius uxori uidetur le
gaſſe ius quod in illis habebat, ut in l. uxor patrui.
9 C. de lega. & ibi Doc. Et ideo infert ibi Bal. quòd ſi
emphiteota relinquit rem emphiteoticā, quæ erat
ſiritura morte, quòd hęres ad aliquid non tenetur.
Item Saly. ibi dixit etiam hæredem non teneri quā
do teſtator legauit rem emphiteoticam, pro qua ca
nonem non ſoluerat, quia ſecuta declaratione nō
tenetur hæres ad aliquid, & ſic illis caſibus uidetur,
quòd legatum non ualeat, & reddatur inane: ſi er-
go tale legatum eſt inane, ergo idem erit in onere
appoſito dicendum, ut tale legatum etiam non ua
leat, etiam ſi fiat coniunctæ perſonæ, ut ibi in d. l.
uxor patrui. & declarat Corne. in conſi. 84. Videtur
prima facie. in prin. uolu. 2. ſtante ergo quod inutile
ſit legatum, ergo onus in eo appoſitum eſt inutile,
ſi inutile, ergo agere potuit ad dotem euicta re, cū
ſit pronunciatum ipſum cecidiſſe a iure ſuo facto,
& culpa ipſius teſtatoris, ut in prædicta ſententia cō
tinetur. Non obſtant modo quæ in contrarium al-
10 legata ſunt, quia illa habent locum, quando unà cū
onere ſubſiſteret legatum ipſum, quia licet eſſet
maioris æſtimationis, tamen onus ſubſiſteret, ſed
ubi ceſſat, & uerìſimile eſt, quòd teſtator ita uolue-
rit, tunc ceſſat onus per ſupradicta. Secundo reſpon
detur quòd illa haberent locum quando legatum
eſſet ualidum, quia etiam onus ſubſiſteret, ſed lega-
to nullo, & inane, nō procedit onus, & iſta ſint quo
ad præſentem materiam. Ex quibus elicitur Do.
Sophiā agere potuiſſe, ut egit, ſcilicet ad dotes ſuas,
ipſa enim Do. Sophia, ut uſufructuaria grauabatur
ad non petendam dotem, & ideo non uſufructua-
ria dotem petere poteſt ex cauſis ſupradictis. Laus
Deo optimo, & utrique Ioanni. Et ita dico, & con-
ſulo ego Bartholomæus Aliprandus Iuriſconſ. Mā
tuanus ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris quamprimùm conſideranda eſt, & atten
dendæ vt ſuum habeat effectum, prout in ea reperitur di-
ſpoſitum.*
2 *Negare alimenta eſt necare.*
3 *Vaſallus feudum abſque domini licentia legare non poteſt. &
num. 9.*
4 *Legans feudum alienare dicitur etiam quòd feudum conceſ-
ſum fuerit pro ſe, & quibuſcunque hæredibus ſuis.*
5 *Legatarius iure legata cenſetur hæres.*
6 *Feudum de ſui natura in fœminam non tranſit.*
7 *Vaſallus ſi feudum legat ei qui de agnatione non ſit, illud ad
dominum reuertitur non extantibus agnatis, vel deſcenden
tibus.*
9 *Reſoluto iure feudatarij uſufructuarij ius reſoluitur.*
10 *Teſtator vſufructuarius legans rem de qua vſumfructum
tantum habebat ius legare dicitur, quod in illa habebat. &
num. 12.*
11 *Vaſallus vſufructuario æquiparatur.*
13 *Vſusfructus morte vſufructuarij finitur.*
14 *Acceſſorium ſui principalis naturam ſequitur.*
15 *Reſciſſo principali reſcinditur acceſſorium.*

CONSILIVM LXXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra- gio, amen.

ELEGANTISSIME præmiſſam con
ſultationem abſoluit ſupraſcriptus præ-
ſtantiſſimus Iuriſconſultus D. Bartho-
lomęus Aliprandus mihi tanquam pa-
ter honorandus, & ſola ac ſimplici ſub-
ſcriptione contentus fuiſſem, niſi precibus Do. So-
phiæ coactus eſſem: pauca tamen ob ſuperfluam
additionem, quæ neceſſaria non uidebatur, anne-
ctam. Vera eſt igitur concluſio Do. Sophiam dotes
ſuas petere potuiſſe ob non perſeuerationem uſus
fructus ſibi a teſtatore relicti. Nulli enim dubium
1 eſt, quòd teſtatorum uoluntates quàm primum
conſiderandæ, & attendendę ſunt, ita quòd effectū
ſuum, & finem habeant, ut in eorum diſpoſitione
reperitur. uulgata. l. in conditionibus primum lo-
cum. ff. de condi. & demon. ſed ſi contra eorū men
tem aliquid contingeret, eorum diſpoſitio poſtmo
dum non uerbaliter, ſed mentaliter eſt ſequenda, &
ſic teſtatoris ſenſum, & mentem ſpectare debemus.
l. 2. & ibi glo. & Doc. C. communia de lega. Voluit
enim Do. Petrus Do. Sophię maritus multum ab
ipſo prædilectæ in eius ultima diſpoſitione, quòd ip
ſa pro alimentis amplum legatum conſequeretur,
ut honorifice ſecūdum eius perſonæ, & uiri ſui qua
litatem uiueret, adiuncto tamen onere non peten-
di dotes ſuas donec uiueret, conſiderata igitur præ
dilectione maxima erga ipſam Do. Sophiam, quam
uis legatum uſusfructus dictarum terrarum per ali
quot annos agnouerit nulla ſibi per aliquem illata
moleſtia, euictis tamē deinde terris ex quibus uſum
fructum percipiebat, ſine facto, & ipſius culpa doti
bus ſuis defraudari non debet, cùm alimenta aliun
de habere non ualeat, quæ negando, ipſam neca-
re dicitur. l. necare. & ibi Bar. ff. de lib. agno. & l. ſi ui
2 ctum. ff. de re iudi. Et tanto magis dotes ſuas conſe-
qui debet, quia legatum de dicto uſufructu terrarū
feudalium non ualuit. Vaſallus enim ſine domini
3 licentia feudum legare non poteſt, puta in non de-
ſcendentem maſculum. c. 1. §. donare. qualiter olim
feu. poteſt aliena. in uſib. feudo. & declarat Oldra.
conſi. 237. Perlectis. quia feudum legans alienare
4 dicitur. l. ſi quis prioris. §. fi. C. de ſecun. nup. & l. pe-
to. §. fratre. de leg. 2. & idem Oldra. conſi. 270. In quę
ſtione propoſita. quod eſt uerum etiam quādo feu
dū pro recipiente pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſ-
cunque conceſſum eſt, ſecundum Bal. in d. §. dona
re. Quia quamuis legatarius in re legata cenſeatur
5 hæres. l. id tempus. §. 1. ff. de vſucap. ſi tamen hoc ca
ſu uxor appellatione hæredum quorumcunque ve
niret, duæ ſequerentur improprietates, una videli-
cet quod feudum ad eos tranſiret, qui de agnatio-
6 ne non eſſent, altera quod in fœminam tranſiret
contra propriam feudi naturam. allegat in arg. l. 1.
C. de dot. promiſ. Vnde inquit gl. in c. imperialem.
in prin. in glo. ſi autem. de prohibi. feu. alie. per Fe-
de. in uſib. feu. quòd ſi vaſallus feudum uni legauit
7 qui de agnatione non ſit, ad dominum reuertitur
nullis extantibus agnatis, uel deſcendentibus reli-
ctis, ſed in caſu propoſito nulli extiterunt filij ma-
ſculi, nec agnati, ſeu filia fœmina tantum hæres in-
ſtituta, ergo ad Illuſtriſſimum Principem reuerti-
tur, ut per clariſſimos Senatores præfati Illuſtriſſi-
mi Principis lata fuit ſententia. Cùm ergo D. Petrus
8 præfati illuſtriſſimi uaſallus eius uxori uſumfructū
dicta-

dictarum terrarũ feudalium eius morte finiturum
legauerit,legatum nullum, & inane fuit: quia fini-
to ſeudo ius feudatarij reſoluitur, & reſoluto iure
feudatarij,ius uſufructuarij reſoluitur.l.lex uectiga-
li.ff.de pigno.c.1.§.rurſus. quib.mod.feud.amit. &
not.tradit Ancha.conſi.134.Plene.& ſubtiliter, qui
9 omnino uidendus eſt. Et uaſallus de feudo in teſta-
mento diſponere non poteſt,ut probatur in c.1. de
ſucceſ. fend. & uoluit Dec. conſil.78. Licet in caſu
propoſito,columna prima.in fin. & Roland. conſi.
42.Viſa.in princi.uolum.1.& conſil.79. Stante for-
ma.columna prima,& ſecunda.nolumin.ſecundo.
10 ſi legatum fuit nullum,onus etiam in eo iniũctum.
Cùm ius tantum, quod in dictis terris habebat, le-
gaſſe uideatur.l.uxor patrui. C.de leg. l. quod in re-
rum. §.1. de leg.1. Guil. de Cun.in l.ſi domina.C.de
vſufr.& declarat no.Bar.in l.ſticho. in fi.ff.de vſufr,
leg.& habetur per Bald.in l.habitatio.C.de vſufr. &
in d.l.vxor patrui.& ibi Saly.& Bald.& Ang. in l.do
talem.ff.de teſtamen.milita. & in eodem caſu tradit
Alexand.conſil.30.Quoniam omne datum. colum
na 3.in fi.verſicu.Octauo quia vaſallus.volum. 1.&
conſil.19.Circa primum dubium.columna fi. verſ.
Sed his non obſtantibus.volum.6.declarat Paul.de
Caſt.in l.ſi quis domum.§.hic ſubiungi poteſt. ff.lo
cat.Iaſ.in l.ſi domus.§.ſi fundus. in ſeptima amplia-
tione,ubi pulchre loquitur.de legat.1. & Roland.d.
conſil.79.num.7.uerſi.Quia quando uaſallus. Et eſt
11 ratio quia uaſallus uſufructuario çquiparatur,ut ex
preſſe arguit,& tenet Ang.conſi.371. Illuſtris & Ma
12 gnificus Dominus Nicolaus Aſtenſis Marchio.Sed
uſufructuarius legando terrarum uſumfructũ, quẽ
13 habet,ius quod habet in eo legare uidetur,ſicut er-
go morte uſusfructuarũ finitur uſusfructus.§. fini-
tur.Inſt.de uſufr.ita etiam morte Dom. Petri uaſal-
li finitur: unde nullum ius penes hæredem rema-
net, legatum igitur eſt nullum:ſi antecedẽs nullum
eſt,idem in acceſſorio ſequitur, cùm naturam ſui
14 principalis ſequatur acceſſorium.reg.acceſſorium.
15 & ibi not.Dy.de reg.iur.in 6. & reſciſſo principali re
ſciſſum uidetur acceſſorium,ut no.per glo.in l.ſi pa
tronus.§.patronum. ff. ſi quis in fran.patro. Dec.in
l.cum principalis.in prin.ff.de reg.iur.facit text.in l.
non dubium.C.de legi.c.inter dilectos. §.cæterum.
extr.de fide inſtr.tradit Iaſ.in l.3.§.fi.col.pen.in fi. ff.
de lib.& poſth.legato igitur vſusfructus reſciſſo,re-
ſcinditur, & nullum efficitur onus in eo appoſitũ,
dotes ergo ſuas petere poteſt, cum amplius de illo
legato nullum commodum ſentiat,ita quòd ſe ale-
re poſſit iuxta voluntatem, & teſtatoris intentionẽ:
ſi enim interrogatus fuiſſet,utique ita expreſſe dixiſ-
ſet,iuxta tex.in l.Titius.§.Lucius.& ibi Bar, & Iaſon
poſt alios.ff.de lib.& poſth.& eſt glo.in l.tale pactũ.
§.fi.ff.de pact.cum ſimilib. per Alex. adductis con-
ſil.130.Attentis uerbis.col.2. uerſic. Confirmantur
prædicta.volum.2.ex quo ipſam magno proſeque-
batur amore, & tãto magis, quia teſtator apud eius
hæredem dotes ipſius Dom, Sophiæ remanere nel-
le non poterat,cùm eius uxori iuxta formam obli-
gationis dotis reſtituendæ reſtitui debeant. Nec re-
fragatur quòd ipſa legatum agnouerit, & per ali-
quot annos cum eius commodo uſumfructũ per-
ceperit:ita quòd amplius dotes petere non poſſe ui
deatur.l.unica.§.pro ſecundo.C.de cad.tollen.quia
hoc durante uſusfructus perceptione,& legato exi-
ſtente ualido procedit,ita quod uſusfructus legatũ,
ut a teſtatore relictum fuit, percipere ualeat, ut ali-
menta conſequi poſſit, & dummodo ex culpa Do-
minę Sophiæ habere non deſierit, ſecus ſi ex culpa,
& facto teſtatoris, quia tunc eius dotem petere po-
teſt.argumen. l.ſi fundus. ff. locat. Et ita concludo
Dominam Sophiam poſſe, & debere dotes ſuas ſe
alimentandi cauſa conſequi,vel ſaltem dictarum re
rum in teſtamento relictarum æſtimationem, vt in
ſimili caſu conſuluit Alexand.conſil.nono. Viſis di
cto themate.columna penultima.in princ.verſicul.
Secundo principaliter.volumine ſecundo. Et ita de
iure reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus
Iuriſconſul. Ariminenſ. ad laudem omnipotentis
Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 Demonſtratæ rei fruſtra fit demonſtratio.
2 Emphiteoſis eccleſiaſtica vltra tertiam generationem non extenditur.
3 Emphiteoſis pro ſe filijs, & nepotibus maſculis, & fœminis recepta, ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant, ordine ſucceſſiuo recepta intelligitur.
4 Maſculinum in contractibus fœmininum non concipit.
5 Filia fœmina potius inueſtiri debet, quàm alius agnatus, maximè quando in bonis emphiteotæ ſuccedit, & in poſſeſſione rei emphiteoticę reperitur.
6 Emphiteotica res eccleſiaſtica, abſque licentia eccleſia donari poteſt.
7 Quę incontinenti fiunt, ineſſe cenſentur.
8 Sententia declaratoria domini requiritur ad hoc, vt quis ab emphiteoſi cadat.

CONSILIVM LXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRAEMISSAM conſultationem ſum
ma cum diligentia, ita enucleauit præ-
ſtantiſſimus Do.Conſultor, quòd om-
nis alia additio ſuperflua dici poteſt, ſed
vt per eum deducta deguſtaſſe videar,& arbitris mo
1 rem geram potius,quàm neceſſitas vrgeat, cùm rei
demonſtratæ fruſtra fiat demonſtratio.l.1.in fin. ff.
de dot.prælega. & c. ſi omnia. 6. q. 1. concludendo
breuiter puto Simonẽ Matthæi de Colleſtate in 4.
gradu exiſtentem quò ad bona emphiteotica per
Ioannem iuniorem poſſeſſa obtinere non poſſe:
2 tum quia emphiteoſis pro ſe filiis,& nepotibus con
ceſſa ultra tertium gradum, cõputata inueſtiti per
ſona non extenditur, ut eſt text.clarus in §.dudum.
& §.emphiteoſim.in authen.de non alienan.&per-
mutan.reb. Quinimmo ſi ad longum tempus con-
cederetur,talis conceſſio non ualeret, ut eſt text. in
§.nos igitur.&§.alienationis.eodem tit. Tum etiam
quia ſtante eccleſiæ inueſtitura, quæ Ioanni anti-
quiori conceſſit emphiteoſim pro ſe filiis, & nepo-
tibus maſculis,& fœminis, & diſpoſitione ſtatuti lo
ci,quòd extantibus filiis maſculis fœminæ non ſuc-
cedant,bona illa emphiteotica ad Antonuciam Io-
annis antiquioris primi inueſtiti filiam, deficienti-
bus filiis maſculis excluſo Simone prædicto, ac Or-
3 ſello pronepotibus ſpectauerunt. Quod probatur
ex his quæ not.Bart.in l.ut iuſiurandi.§.ſi liberi. co-
lumna prima.verſicul.Quidam receperat.ff.de ope.
liber.vbi not. voluit, quòd ſi quis emphiteoſim re-
cepit pro ſe filiis, & nepotibus maſculis, & fœmi-
nis: intelligi, ac interpretari debet ſecundum iu-
ris municipalis diſpoſitionem, quod eſt ius com-
mune in loco ſtatuentium: quòd ſi ex forma ſta-
tutorum filii maſculi in ſucceſſione filias fœminas
excludebant, dicta conceſſio fœminas non extãti-
bus

bus filiis maſculis nocare intelligitur, & ſic ordine
ſucceſſiuo, primo filios maſculos, quibus non extā
tibus aut deficientibus fœminas, ut etiam declarat
Alex. & alii in l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. &
poſthu. & conſi. 119. Viſo proceſſu. col. pe. uerſi. Et
illud quod. uolu. 2. Et eo maxime quia Antonucia
(eſto quòd in inueſtitura comprehenſa non fuiſ-
4 ſet, quia emphiteoſis pro ſe filiis, & nepotibus rece
pta fuiſſet, ea eo quòd in contractibus maſculinū
non concipit fœmininum, ut uoluit Archi. in c. ſi
quis ſuadente diabolo. 17 q. 4. Alex. conſi. 204. Con
ſideratis uerbis. colu. 2. uerſi. Et ſimiliter uidemus.
uol. 2. & eſt communis opi. ut etiam atteſtatur De-
ci. in l. fœminæ. col. 16. in prin. verſ. In ſecunda quæ-
ſtione. nume. 104. ff. de reg. iur.) potius renouari de
bebat, q̄ alius habeat agnatus ſecundum Bal. in c. 1.
5 quemadmo. feu. ad filiam pertine. quē ſequitur Iaſ.
in l. 2. colu. 6. in fi. uerſi. Ex hac deciſione. C. de iure
emphi. præcipue quando in bonis emphiteotæ ſuc
cedit; & in poſſeſſione rei emphiteoticæ, ut in præ-
ſenti caſu reperitur, vt conſuluit Imo. conſi. 38. In
caſu præmiſſo. uerſi. Sed de æquitate. & Deci conſi.
231. Reuocatur in dubium col. 2. ad fi. uerſi. Eſt iſta
concluſio. & aliàs plene conſului, ut patet conſi. 51.
In caſu de quo quæritur. conſi. 52. Pro reſolutione,
& conſi. 53. Poſt redditam. Nec dicatur, quamuis
ad Antonuciam illa bona uigore primæ inueſtitu-
ræ Ioannis antiquioris ſpectarent, ad Ioannem ta-
men iuniorem ſpectare non debent, quia Antonu-
cia non accedente conſenſu, & uoluntate Eccleſiæ
Luciangelo patri dicti Ioannis iunioris, donare
non potuit, immo ipſa Antonucia a iuribus
ſuis cecidiſſe videtur. l. fi. C. de iur. emphi. & Alex. in
l. ſi domus. §. fi. poſt Bar. de leg. 1. Quoniam reſpon-
6 det ut quòd ſecundum communem doctorum ſen
tentiam donatio de re emphiteotica irrequiſita Ec
cleſia valet, Cano. in c. potuit. extra de loca. & Iaſ.
poſt Bar. & alios in d. l. fi. col. 21. uerſi. Supraſcripta
omnia. C. de iure emphi. Et quamuis in donatione
prædicta ius Eccleſiæ reſeruatum non fuerit, ut vo
lunt Doc. in d. c. potuit. & Alexand. conſi. 187. In
hac cauſa, & lite. col. fi. in prin. uerſi. Sed ita eſt. uol.
2. Paulo poſt tamen in renouatione Luciangelo fa
cta Eccleſiæ conſenſus interuenit, ut in dicta reno-
7 uatione legi poteſt, & ea quæ incontinenti fiunt in
eſſe cenſentur. l. lecta. ff. ſi cer. pet. l. iurigentium. §.
quinimmo. de pact. l. in bonæ fidei. & l. petēs. C. eo.
8 tit. Præterea, vt quis a iure ſuo cadat, ſententia domi
ni declaratoria requiritur ſecundum communem
opinionem ſcribentium in d. l. ſecundam. de iure
emphi. & late tradit Deci. conſi. 185. In cauſa iſtorū
nobilium. col. 4. uerſi. Vlterius reuocatur. & Clar. in
tract. de emph. 9. q. incip. Succeſſiue quæro, ſed in
hoc caſu nulla interuenit Eccleſiæ declaratio, im-
mo contrarium apparet ex inueſtitura Luciangeli
in qua Eccleſia noluit Antonuciam ob dictam do
nationem a ſuis iuribus cadere immo donationem
illam expreſſe approbauit, donatio igitur ſaltem ex
ſuperuenienti Eccleſiæ conſenſu ualuit. Ex quibus
liquido conſtat nullum ius in ipſa re emphiteotica
Simoni prædicto competere. Et ita concludo cum
præfato D. Conſultore Ego Matthæus Brunus Iu-
riſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei,
ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo loci, vbi feudum ſitum eſt, an attendatur?*
2 *Conſuetudo quamuis iuris feudorum diſpoſitionem tollat quòd feudum alienari non poſſit, non tamen tollit inueſtituræ tenorem.*
3 *Tenor inueſtituræ attendi debet.*
4 *Feudum antiquum alienari non poteſt non conſentientib. agnatis ad quos eſt reuerſurum.*
5 *Conſuetudo ſiue ſtatutum, quòd res feudalis alienari poſſit, rem in feudum conceſſam ab eccleſia non comprehendit, nec talis conſuetudo valet. & num. 10.*
6 *Dominus feudi formam in antiqua inueſtitura contentam in alterius præiudicium mutare non poteſt.*
7 *Inueſtitura feudalis eſt contractus vltro citroque obligatorius.*
8 *Inueſtitura feudi alicui conceſſa, ſaluo iure tertij, & ſine alterius præiudicio intelligitur.*
9 *Contractus feudi eſt ſtricte interpretandus.*
11 *Præſcriptio. 30. annorum an in feudo locum habeat, & agnatis ſucceſſiue venientibus noceat?*
12 *Præſcriptio contra patrem in feudo antiquo filio non nocet. Præſcriptio non valenti agere non currit. ibidem.*
13 *Statutum generaliter præſcriptionem inducens contra filium ſum. agere non valentem locum ſibi non vendicat.*
14 *Vaſallus in feudo ſucceſſurus illud vendicare non poteſt viuente alio qui ante eum vocatus eſt.*
15 *Factum patris in feudo antiquo filio non nocet, quamuis filius poſtea ſit eius hæres, etiam ſi dominus feudi patris alienationi conſentiret.*
16 *Pater filiorum iura conſeruare, & augere tenetur.*

CONSILIVM LXXVII.

Redemptoris noſtri, & eius beatiſſimæ matris nominibus inuocatis.

IN cauſa Magnifici D. Franciſci Lugna-
ni nobilis Iuſtinopolitani tribus dubita
ri contingit. Primo an conſuetudo Iu-
ſtinopolitanæ regionis, quæ habet, q
Vaſallus inueſtitus de feudo a domino
feudi trāſferre poſſit illud in uaſallos de alienis fami-
liis, & ſic in extraneos, impediat quominus dictus
D. Frāciſcus recuperare poſſit bona feudalia de qui
bus eius maiores inueſtiti fuerūt ab Epiſcopo Ter-
geſtino alienata per nonnullos eius anteceſſores?
Secundo an ei obſtet præſcriptio? Tertio an ad bo-
na feudalia alienata per q. Morettum eius patrem
recuperandum admittatur? Et quia temporis angu
ſtia, & multiplicitas negociorum, in quibus implici
tus ſum, breuitati ſtudere me compellunt, paucis
agā. Circa primum dubium videtur dicendum ei
1 obſtare conſuetudinem prædictam quatenus pro-
betur, quia conſuetudo loci, ubi feudum ſitum eſt
attendi debet, ut probatur in cap. 1. ibi naturalibus.
in tit. ex quib. cau. feu. amit. & ibi not. Afflic. num.
206. & Bal. in c. 1. in tit. de pace conſtan. uerſi. Si qua
controuerſia. Ad idem facit, quia in ſucceſſionibus
feudorum attendenda eſt conſuetudo loci, ubi eſt
feudum glo. unica in c. mulier habens. in tit. ſi de
feu. fue. controuer. inter domi. & agna. ubi Afflic.
nume. 21. & ibidem Bal. Accedat quod in materia
feudali ius uidetur a conſuetudine quæſitum, leges
enim feudorum conſuetudines appellātur, ut not.
Bar. in l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. & in
l. de quibus. col. 5. ff. de legi. ideo contraria conſue-
tudine tolli poſſunt iura feudalia, ut not. Bal. in l. 2.
per illum tex. in prin. ff. de uulg. ſubſti. ubi etiam A-
lex. in 1. col. ideo uidetur ualere conſuetudo, q feu
dum alienari poſſit. Bal. in conſi. 183. Quidam nobi
lis. in 1. uol. Deci. in conſi. 269. Conſultus ab illuſtri.
enim 8. in 2. uol. & conſi. 209. num. 9. eo. uol. & con
ſi. 586. num. 4. in 3. uol. & conſi. 588. nu. 16. eo. uolu.
Prædictis tamen non obſtantibus, contrarium ſen-

2 tio de iure dicendum in caſu noſtro, quòd immo
prædicta cunſuetudo, eſto quòd probaretur, nõ ta
men obſtat prædicto D. Franciſco uolenti recupo-
rare bona feudalia per eius anteceſſores alienata,
ſeu in alios translata, quia huiuſmodi conſuetudo
licet tollat diſpoſitionem iuris feudorũ, qua caue-
tur, quòd feudum alienari non poſſit. c. 1. de prohi-
bi. feu. aliena. per Federi. §. 1. Attamen non tollit te-
norem inueſtituræ, & ſic prouiſionem hominis cõ
tentam in Inueſtitura, ita in terminis dicit Deci. d.
conſi. 208. Ad clariorem. col. pe. num. 12. vol. 2. Lex
enim ſuum tollit priuilegium, nõ autem prouiſio-
nem, quam quis ſibi feciſſet. ut not. in l. aſſiduis. C.
qui potio. in pigno. habe. §. fuerat. ubi glo. in uerbo
creditoribus. Inſt. de actio. Eſt enim inneſtitura pro
pria lex feudi, cuius tenor attendi debet. c. 1. de duo
bus fra. a capi. inueſti. ubi Bal. & idem Bal. in prælu
3 di. feudo. in quarta diuiſione. in uerſi. Porro. Io. de
Ana. in conſi. 7. Viſis. col. 1. Præterea ſumus in feu-
4 do antiquo, in quo alienatio nulla eſt non conſen-
tientibus agnatis, ad quos feudum eſt reuerſurum.
c. 1. de aliena. feu. pater, Accedat quòd ſumus in ſeu
5 do eccleſiaſtico, quia recognoſcitur ab Epiſcopo
Tergeſtino, & ſtatutum, uel conſuetudo, quòd res
feudalis alienari poſſit, non comprætendit, quę ab
eccleſia recognoſcũtur, ut ſcribit Matthæ. de Afflic.
in c. 1. num. 51. de Vaſal. qui contra conſti. Lotha. al
legat id etiam tenere Barb. in repeti. rubri. de reb. ec
cle. non alienan. in 2. q. prin. Nec obſtat ſi diceretur
tur quòd Epiſcopus Tergeſtinus Dominus feudi
6 inueſtiuit eos, in quos translata fuere dicta bona
feudalia ab anteceſſoribus ipſius D. Franciſci, quia
dominus feudi mutare non poteſt formam in an-
tiqua inueſtitura contentam in præiudicium alte-
rius ut not. Bal. in l. 1. col. pe. uerſi. Sed quòd ſi domi
nus. C. quando non pet. par. & Deci. in conſi. præal-
legato. 208. col. pe. circa medium. Bal. in c. 1. per il-
lum tex. de eo qui ſibi, & hæredi. ſuis. & in c. 1. §. ſi
uero. circa fi. de ſucceſ. frater. in uſib. feu. Deci. in cõ
ſi. 468. numero 28. in 3. uol. & conſi. 445. In caſu ad
me tranſmiſſo, numero 23. in 3. uolum. Eſt enim in
7 ueſtitura, feudalis contractus ultro citroque obli-
gatorius. Cur. ſeni. in conſi. 50. colu. 5. & 15. Soci. in
conſi. 66. col. 2. & 6. uol. 3. Præterea talis inueſtitura
8 per Epiſcopum extraneo facta nõ præiudicat etiã
ipſi D. Franciſco, quia inueſtitura feudi alicui con-
ceſſa ſemper intelligitur ſaluo iure tertii, & ſine alte
rius præiudicio ſecundum And. de Iſer. in c. ſi quis
inueſtierit. de feu. dato in uicem leg. commiſ. & ibi
dem Afflic. in 2. colu. in prin. Pau. de Ca. in conſi.
160. In cauſa appellationis. in antiquis. quod eſt con
ſi. 72. uol. 2. in nouis. facit l. 1. §. merito. & §. ſi quis a
Principe. ff. ne quis in loco pub. c. ſuper eo. de offi.
deleg. Bal. in conſi. 82. Proponitur quòd inueſtitu-
ræ. in 1. uol. Deci. in conſi. 468. num. 26. in 3. uol. So
ci. Iuni. in conſi. 110. In præſenti conſultatione. col.
fi. num. 25. in 2. uol. & conſi. 112. Abunde profecto.
num. 3. eo. uol. Sed D. Franciſco eſt ius quęſitum ex
primis inueſtituris factis ſuis maioribus, præſertim
ex inueſtitura facta per Nicolaum de Aldigardis
tunc Epiſcopum Tergeſtinũ uſque de anno 1446.
vigeſimo nono Auguſti domino Tiſio de Lugna-
no, a quo ipſe D. Franciſcus deſcendit, cuius inueſti-
turæ tenore ipſeq. D. Tiſius feudum habuit pro eo
& hæredibus ſuis maſculis tantum ab eo legitime
deſcendentibus: Accedat quòd feudi cõtractus eſt
9 ſtricte interpretandus, & eius uerba ſunt proprie, &
ſtricte interpretanda, nec aliquid extrinſecum eſt
ſubintelligendum, ut ſcribit Soci. ſeni. conſi. 165. Vi
ſis inueſtituris. in uerſi. Tertio præmittendum. in 2.
10 uol. Quinimmo talis conſuetudo ualere non uide-
tur, ut per Soci. Iunio. conſi. 101. Inſpectis puncto.
col. 2. num. 7. cum ſeq. uol. 2. ubi plura ad hoc con-
gerit, quæ uideri poterunt, concludens quòd con-
ſuetudo quæ uiget Mantuæ, quòd feudum alienari
poſſit, non intelligitur in præiudicio agnatorum,
quibus eſt ius quæſitum ex antiquis inueſtituris, ut
tenuit etiam Deci. in conſuetudine Galliæ in præal-
legato conſi. 208. 4. colu. uerſi. Et per hoc reſponde-
tur; Ex præmiſſis puto ſublatum fundamentum cõ
ſuetudinis præallegatæ, & reſolutum primum du-
bium, quòd talis conſuetudo non ualeat in præiu-
dicium dicti D. Franciſci compræhenſi in antiquis
inueſtituris, & etiam patet reſponſum ad adducta
11 ſupra in contrarium. Venio ad ſecundum dubium
uidelicet, utrum præfato D. Franciſco obſtet præ-
ſcriptio? in quo uidetur dicendum quòd ſic. Quia
præſcriptio 30. annorum locum habet in feudis. c.
2. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feu. fue. contro. inter
domi. & agna. not. in c. fi. de feu. dato in uicem leg.
commiſ. Pau. de Ca. in conſi. 155. Circa præſentem.
col. pe. Deci. in conſi. 469. Superiori anno, col. 1. nu.
2. in 2. uol. In contrarium eſt ueritas in caſu noſtro,
cùm ſimus in feudo antiquo, in quo præſcriptio cõ
tra vnum agnatum aliis agnatis ſucceſſiue venien-
tibus non nocet. Immo & præſcriptio contra pa-
trem filio nõ nocet in feudo antiquo. And. de Iſer.
12 in c. 1. §. quid ergo. col. 2. de inueſti. de reb. alie. fac.
Iac. Aluaro. in c. 1. §. hoc quoque, colu. fi. de ſucceſ.
feu. Dec. in conſi. 445. num. 46. & 47. in 3. vol. Acce
dat quòd antequàm naſceretur D. Franciſcus ius
agendi ſibi non competebat, cùm in rerum natura
non eſſet, & non valenti agere non currit præſcri-
ptio. l. 1. in fi. C. de annali excep. Hinc eſt quòd ſtatu
13 tum, quod generaliter inducit præſcriptionem, lo-
cum non habet contra filiumfam. qui agere non
poteſt, vt not. Bal. in auth. niſi tricennale. in verſi.
Sed quid dices. C. de bon. mater. & Deci. in conſi.
468. col. fi. verſi. Vlt. non obſtat præſcriptio. uolu. 3.
14 Facit quia Vaſallus, qui ſucceſſiue venturus eſt ad
feudum agere non poteſt viuente alio, qui ante ip-
ſum ad feudum eſt uocatus, vt per Deci. in conſi.
445. nume. 48. in 3. vol. cùm non valenti agere non
currat præſcriptio. d. l. 2. de anna. excep. & in l. 1. in
15 fi. C. de bon. mater. Circa tertium dubium concluſi
ue loquendo, dico quòd cùm ſimus in feudo anti-
quo, factum patris nõ nocet filio, quamuis poſtea
ſit eius hæres, vt voluit glo. in c. 1. §. hoc quoque. in
verbo inueſtire. de ſucceſ. feu. vbi Bal. in 2. col. verſi.
Pone ego recepti feudum. quod procedit etiam ſi
dominus feudi conſentiret alienationi patris, ut cõ-
ſulendo tenuit Iaſ. in conſi. 7. Pro Reuerendiſſ. Epi-
ſcopo. col. 5. verſi. Quarto adhuc proprius. in 3. uo-
lum. Quinimmo etiam quòd dominus feudi con-
ſentiat alienationi feudi factæ per Vaſallum, alie-
natio non tenebit in præiudicium filiorum. Quia
16 pater iura filiorum conſeruare, & augere tenetur. l.
1. C. de bon. mater. l. fi. C. de ſent. paſ. Alex. in conſi.
26. Ponderatis his. in 1. col. in prin. in 5. vol. Idem in
conſi. 28. In cauſa, & lite. col. 5. in prin. eo. volu. 5. di-
cens quòd iſta deciſio procedit in feudo antiquo,
ſecus tamen dicit eſſe in feudo nouo. idem voluit
Iaſ. in præallegato conſi. 7. colu. 6. Potuiſſent longe
plura adduci, quæ propter temporis breuitatem, &
occupationes, quib. teneor, omittenda duxi. Laus
Deo. Vt ſupra cõcluſum eſt, iuris eſſe arbitror ego
Hieronymus Gigas. V. I. D. Foroſempronienſis Ci-
uis Venetus, ideo me ſubſcripſi, ſaluo ſemper ſanio
ri iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Titio, & hæredibus ſuis conceſſum an hæreditarium dicatur, & in petitione hæreditatis veniat?*
2 *Hæres quando contra factum defuncti venire non poſſit, & quando poſſit, & num. 5. & 6.*
3 *Feudum pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis ab eo legitime deſcendentibus conceſſum hæreditarium non dicitur.*
4 *Feudum hæreditarium quando dicatur.*
6 *Factum defuncti vbi ad fraudandum hæredem a legis, vel inueſtitura beneficio tendit, tunc hæres contra factum defuncti venire poteſt.*
7 *Conſuetudo quòd feudum alienari poſſit inuitis agnatis, & abſque domini conſenſu eccleſiaſticum feudum non comprehendit.*
8 *Statutum, & conſuetudo introducens quòd res feudalis eccleſiaſtica alienari poſſit, non valet.*
Statutum & conſuetudo inter ſe non differunt. ibidem.
9 *Conſuetudo dicitur ſtatutum tacitum populi.*
10 *Conſuetudo non valet in his quæ ſtatuto fieri non poſſunt.*
11 *Filius etiam quòd patris hæreditatem abſque inuentario adiuerit, feudum antiquum ab eius patre alienatum reuocare poterit.*

CONSILIVM LXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISA Inueſtiura, & alienatione facta de feudo nobili Thiſio de Lugnano per Reuerendiſſ. Epiſcopum Tergeſtinum cõceſſo, & viſis his quæ accurate in caſu propoſito per D. Conſultorem Iuriſconſultum præſtantiſſimum ſcripta ſunt. Non modicam facere uidebatur dubitationem talis inueſtitura, quæ pro ſe & hæredibus facta fuit, ex eo quòd feudum hoc hæreditarium dicatur iuxta ea quæ tradit And. de Iſer. in c. 1. an agna. vel filii. dicens, ꝙ
3 quando feudum eſt per hæc verba conceſſum, concedo Titio, & hæredibus ſuis, tunc feudum hæreditarium dicitur, & venit in hæreditatis petitione. Alex. conſi. 19. Super eo. col. 2. nu. 5. volu. 5. cum cõcord. de quib. per Pariſi. conſi. 2. Conſultus ab illuſtri. colum. 4. num. 17. uerſi. Tamen inter alias ſpecies. uol. 1. Et ſi forte diceretur, quamuis conceſſio pro ſe, & hæredibus facta fuerit, de liberis tamen, & deſcendentibus, & non de extraneis intelligitur. Roland. conſi. 67. Primo quidem. nume. 27. cum duob. ſeq. vol. 1. Reſponderi poſſe videtur, quòd cùm tali caſu requiratur, ꝙ liberi hæredes ſint, iſto reſpectu hæreditarium diceretur feudum, vt refert Deci. in ſæpe allegato conſ. 208. Ad clariorem. col. pe. in prin. num. 10. uerſi. Vnde licet feudum. Et ideo ſi D. Franciſcus non eſt hæres Moretti eius patris conſentientis alienationi, ſeu tranſactioni per ſer Platum eius patruum in extraneam perſonam factæ, feudum acquirere non poterit, cùm hæreditarium ſit, requiritur ergo probare ipſum D. Franciſcum hæredem eſſe, alioquin tale feudum habere non poterit, vt voluit idem Deci. d. conſi. 308. columna 3. in prin. verſi. Præterea conſiderandum eſt. & Pariſi. dicto conſi. 2. col. 4. & 5. in fi. verſi. Feudum enim. nu. 25. cum pluribus ſequentibus. Quinimmo dicendum vide-
2 tur, quòd ſi hoc caſu alienantis fuerit hæres, contra geſta defuncti venire non poterit. l. cùm a matre. cum ſimili. C. de rei vendica. vt in propriis terminis probat Alex. conſi. 18. Attentis narratis. col. 2. verſi. Circa ſecundum vero dubium. vol. 5. & conſi. 26. Ponderatis his. col. 2. ſub num. 5. verſi. Si ergo feudum prædictum. eo. vol. & Pariſi. vbi ſupra. col. 6. num. 30. verſi. Prout etiam dicimus. merito feudum alienatum reuocari non poterit: His tamẽ, & aliis, quæ in propoſito adduci poſſent, non obſtantibus, contrariam partem vti veriorem in caſu noſtro tenendam putamus, concludentes feudum, de quo agitur, hæreditarium non eſſe. Et aduertendũ eſt, quod in conceſſione præfato D. Thiſio primitus facta dicitur pro ſe, & ſuis hæredibus maſculis tantum ab eo legitime deſcendentibus, quo caſu verba illa, hæredibus maſculis, pro liberis, & deſcendentibus accipiuntur, vt tradit Ray. de Forli. in diſputatione incip. Quidam habebat duos. quem refert, & ſequitur Bal. in l. Gaius. ff. ſol. matr. & in l. gallus. §. etiam. col. fi. in prin. ff. de lib. & poſth. vbi inquit, quòd vbi de maſculo hærede fit mentio, de deſcendente intelligitur, ſequitur ibi Alex. & firmat idem Alex. in l. quod dicitur. columna 12. ad fi. nu. 17. verſi. Vltra ea quę dicit Io. de Imo. ff. de verb. obli. & conſi. 105. Perſpectis verbis. col. 1. in fi. verſi. Et præſuppono primo. & col. ſeq. in prin. vol. 1. Et hoc clarum videtur in feudo, de quo agitur, vt eſt tex. in c. 1. §. & ſi clientulus. de aliena. feu. & not. in c. 1. de eo qui ſibi, & hæredi. ſuis maſcu. Et ad hoc ſpecialiter facit quod not. And. de Iſer. in c. 1. §. & ſi libellus. col. 2. ad fi. verſi. Sed quid ſi acquiſiuit pro ſe, & verſi. ſeq. Quid ergo ſi dictum. de aliena. feu. pater. vbi concludit, quod feudum filius acquiſitum videtur ex pacto, & concedentis prouidentia, quãdo dicitur, tibi, & liberis tuis, & idem ſi dixit, tibi, & hæredibus tuis, ſi probetur quòd de filiis intellexit, & ita in caſu iſto videtur, quando dixit pro ſe, & hęredibus ſuis maſculis ab eo legitime deſcendentib. & in ſimili caſu conſuluit Deci. conſi. 185. In cauſa iſtorum. col. 2. in prin. verſi. Sed tamen his non obſtan. & conſi. 42. Viſis his. in prin. in 3. par. quem refert, & conſulendo ſequitur Rube. Alexandr. cõſi. 164. Circa primum. colu. 4. in prin. numer. 12. verſi. Præmiſſis tamen non obſtantibus. Immo ꝙ plus eſt, etiam ſi ſimpliciter dictum ſit, de hæredibus, in materia feudali, de qua agitur, de liberis, & deſcendentibus intelligitur, vt probatur in d. c. 1. §. & ſi clientulus. ubi verbum, ſine hærede, in materia feudali, intelligitur ſine filio, & hanc eſſe communẽ opi. atteſtatur Bal. in l. etiam. in fi. principii. ff. ſol. ma. cũ aliis in propoſito caſu per Deci. copioſe relatis conſi. 395. In cauſa magnifici. col. 2. vſque ad fi. in 3. par. & ita conſuluit Rube. Alexandr. d. conſi. 164. ſub num. 12. & 13. & Roland. d. conſi 67. nume. 27. cum pluribus ſeq. & Soci. Iun. conſi. 72. Propoſita quęſtio. col. 5. ante fi. verſi. Aliquando, & quarto. vol. 1. dicens quod tale feudum pro ſe, & hæredibus maſculis conceſſum hęreditarium non dicitur, ſed ad liberos ex pacto, & concedentis prouidentia pertinere debet, & ab hæreditate ſeparatum dicitur, & ideo per dictum D. Franciſcum a D. Thiſio deſcendentem feudum per eius patrẽ, ſiue per auum alienatum reuocari poterit, ut concludit idem Deci. d. conſi. 395. col. pe. verſi. Et ideo agnatus. & verſi. Ex quibus omnib. Ad allegata ſupra in contrarium ex ſupradictis aperta colligitur reſponſio, ad maiorem tamen declarationem reſpondetur. primo ꝙ feudum iſtud hæreditarium nõ dicitur, ex quo pro ſe, & ſuis hæredibus maſcullis dicitur: Illud enim hęreditarium forte dici poſſet, ſi ſimpliciter conceſſio pro ſe, & hæredibus facta fuiſſet, prout Doct. ſupra in contrarium allegati loquuntur. Secundo probatur ex verbis in dicta inueſtitura prolatis, uidelicet, a te legitime deſcendentibus, uerba

enim

enim illa ſatis aperte demonſtrant, quòd de filijs ex
eo deſcendentibus, & non de alijs intelliguntur, &
ideo feudum hæreditarium non dicitur, ſed pro ſe,
& filijs ſuis receptum, & ſic ex pacto, & conceden-
tis prouidentia acquiſitum, vt inquit Rolan.d.con
ſil.67. numero 30. cum ſequen. Tertio reſpondetur
etiam quòd ſimpliciter in inueſtitura pro ſe, & hæ-
redibus ſuis diceretur, hæreditarium feudum non
videtur, quia in materia feudali, quod de hæredibus
dicitur, de liberis intelligitur ſecundum communẽ
opinionem, vt diximus ſupra. Et ideo dixit Bald. in
4 l.cùm virum. columna fi. C. de fideicommiſſ. quòd
feudum hæreditarium eſſe dicitur, quãdo quis pro
ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque feudum accipit,
quia per illam dictionem, quibuſcunque feudum
ad quemlibet hæredem extenditur. & ita conſuluit
Roland. conſil. ſeptuageſimonono. Stante forma.
numero vigeſimonono. vbi de communi opinion.
5 atteſtatur. in ſecundo volum. Ad vltimum dum di-
cebatur, quòd etiam ſi receptum pro ſe, & liberis,
& deſcendentibus intelligeretur, quod iſto caſu enã
requiritur, quòd liberi hæredes ſint, & ſi hæredes
ſunt, contra factum defuncti venire non poſſunt.
Reſpondetur quod in caſu propoſito non requiri-
tur deſcendentes eſſe aliquo pacto hæredes, cùm
hæreditatem repudiare valeant, & feudum ample-
cti, quando feudum conceſſum fuit, vt in caſu no-
ſtro pro ſe, & ſuis liberis, & deſcendentibus: nam ta
le feudum ad filios, vt filios, & non vt hæredes tran-
ſit: ideo deſcendentes etiam repudiata hæreditate,
ad feudum admittuntur. d. cap. primo. in princ. an
agna. vel filij. & ibi And. de Iſer. ſequitur Alexand. d.
conſil. decimonono. columna prima. verſicul. Sed
quando fuiſſet feudum. ſub numero quinto. volu-
mine quinto. & Dec. d. conſil. 395. columna penul.
ſub numero ſeptimo. verſicul. Et ſic patet ex ſupra-
dictis. & d. conſil. centeſimo octuageſimoquinto.
columna ſecunda. poſt medium. ibi in hoc tamen
non facit magnam vim. Quinimmo dicimus etiam
quòd Dominus Franciſcus patris alienatis hæres eſ-
ſet, illud reuocare poſſet, cùm talis alienatio ad frau
dandum ſucceſſores illo feudo antiquo tenderet.
6 Et vbi defuncti factum ad fraudandum hæredem a
legis, vel inueſtituræ beneficio tendit, tunc hęres cõ
tra factum defuncti venire poteſt. Bal. conſil. ducen
teſimo decimoquinto. Proponitur. columna ſecun
da. in princ. verſic. Tertio reſpondetur. volum. ſecun
do. Iaſo. conſil. ſexageſimoquarto. In cauſa caducita
tis. columna tertia. poſt princ. verſi. Nec obſtat ſi di-
ceretur. volum. tertio. prout etiam plura ſimilia ad-
ducit Aymo. conſil. 20. Auus habens. columna pri-
ma. ad fi. verſi. Solum ſupereſt. & columna ſequen.
volu. primo. & Afflict. in deciſio. Neap. 240. In cau-
ſa Cubelli. columna quarta. ſub numero ſeptimo.
verſicul. Item quia filius. & numero octauo. verſic.
vbi probatur. Et in hoc ita reſidẽtes ad primam do-
mini Conſulentis concluſionem condeſcendimus,
quamuis aliquam nobis dubitationem facere vide-
retur per ea quæ tradit Alb. Brun. conſi. ſecundo. Vi
ſo themate. columna fi. in princ. numero quinqua-
geſimoſecundo. verſic. Quam modo. cum concor.
per Gozad. relatis conſi. 8. In hac cauſa. columna ſe
cunda. nu. 10. verſi. Octauo corroboratur. vbi tenẽt
conſuetudinem valere, quòd feuda eccleſiaſtica in-
uitis agnatis alienari poſſint. Illis tamen non obſtan
tibus iuridicum eſſe concluſionem prædictam arbi
tramur. Nam illa de plano procedere videtur, quia
7 conſuetudo quæ in illis regionibus extat, quòd res
feudalis etiam inuitis agnatis, & abſque domini cõ-
ſenſu alienari poſſit, feudum ab eccleſia cõceſſum
non comprehendit, ex eo, quòd talis conſuetudo
8 non valet. Nam ſi ſtatutum introducere non poteſt
quod res feudalis eccleſiaſtica alienari poſſit, cùm
ſtatutum illud non valeat, vt voluit Bald. in allega-
to. c. 1. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. in princ. &
eſt communis opi. Canoni. in c. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ. extr. de conſti. tanto minus conſuetudo hoc fa-
cere poteſt, cum ſtatutum, & conſuetudo reſpectu
cauſæ efficientis non differant, vt eſt tex in terminis
noſtris. in auth. Caſſa. C. de ſacroſan. eccl. & no. Bald.
in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. & refert, & ſequitur
Ruy. conſil. 108. Viſa, ac bene intellecta. colum. 4. in
princ. verſic. Et primo propter conſuetudinem. vol.
2. Conſuetudo enim dicitur tacitum populi ſtatu-
tum. §. ex non ſcripto. Inſt. de iure nat. gen. & ciu. tra
dit Bar. conſi. 136. Capitaneus. ad fi. in 1. par. & abſur-
dum videretur, quòd ſtatutum tacitum plus poſſet,
quàm expreſſum. l. qui ad certum. ff. loca. Ideo dixit
Belleme. conſil. 27. col. 2. cir. med ꝙ conſuetudo nõ
valet in his, quæ ſtatuto fieri non poſſunt. At in ca-
ſu noſtro ſtatutum diſponere nõ poteſt, ꝙ feudum
eccleſiaſticum alienari poſſit, vt diximus, ergo & cõ
ſuetudo. Secundam ſimiliter concluſionem iuris
conſonam eſſe arbitramur ex his, quæ tradit Balb.
in tract de præſcr. q. 8. in 4. par. 4. par. prin. ideo ſuper
ea alíter inſiſtendum minime putamus. Vltimam
concluſionem confirmando dicimus etiam proce
dere ſi filius patris hæreditatem, abſque inuentarii
confectione adiuiſſet, vt conſuluit Dec. conſil. 445.
In caſu ad me tranſmiſſo. col. 11. in fi. verſ. Mihi vide
tur quod etiam. in 4. par. cùm ſimus in feudo anti-
quo conceſſo, vt diximus ſupra, ex pacto. & conce-
dentis prouidentia per ea quæ conſuluit Dec. conſi.
395. ſupra allegato. Et ita vt ſupra concluſum eſt iu-
ris eſſe cenſemus, Nos doctores Ariminenſes prius
inter nos communicato cõſilio totum Collegium
noſtrum Arim. repreſentantes, in fidem, & præmiſ-
ſorum robur per notarium noſtrum ſubſcribi, ſoli-
toq; ſigillo Collegij noſtri muniri mandantes. Et
præmiſſa fuerunt per me Mathæum Brunum Iuris
con. Arim. præfati Collegij Priorem de communi
voto magnificorum de Collegio doctorum com-
pilata ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſi-
mæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura manu notarij publici, in qua non interuenerunt te-ſtes, an vt teſtamentum inter liberos valeat? & numero ſeptimo.*
2 *Teſtator ſi totam eius voluntatem in ſchedula ſcripſit, & eam coram teſtibus non publicauit, & moritur, an teſtamentum perfectum dicatur? & nu. quarto.*
3 *Hæreditas an in teſtamento nutu dari poſſit? & nu. 12.*
5 *Teſtes de aliena ſcriptura deponentes deponere debent ſe fuiſſe præſentes, vidiſſeq; eum dictam ſcripturam ſcribere, alias non probant.*
6 *Literarum comparatio qualiter fieri poßit.*
7 *Scriptura priuata manu teſtatoris ſcripta, quid requiratur, vt inter liberos valeat.*
8 *Teſtes duo ad teſtamenti validitatem requiruntur, quando ad pias cauſas diſponitur.*
9 *Diſpoſitio fauore libertatis facta, ad pias cauſas diſpoſitio eſſe dicitur.*
10 *Teſtator in extremis laborans mentis ſuæ compos fuiſſe non præſumitur.*
11 *Doctrina Bar. in l. ſi is qui. ff. de teſtam. & c. cùm tu. extra. eod. tit. quomodo, & qualiter procedat.*

CONSILIVM LXXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 CONSIDERATIS diligenter quæ in
themate mihi proponuntur, prima cō-
ſideratione dicendum videtur ſcriptu-
ram, vt aſſeritur, manu. Dom. Alexan-
dri de Ghigijs notarij publici Mantuani
ſcriptam, debere ſaltem inter eius liberos valere,
quāuis nulli in ipſa interuenerint teſtes per ea quę
habentur in l. fina. C. familiæ herciſcund. & in au-
then. quod ſine. C. de teſtamen. & expreſſius in cor-
pore vnde ſumitur in authen. de teſtam. imperfec.
2 circa princ. cum gloſſ. incipi. Ergo vbi. Hoc idem
confirmatur per ea quæ not. tradit Bar. in l. ſi is qui.
colum. pen. in fi. verſic. Quæro quid ſi teſtator ſcri-
pſit. ff. de teſtamen. Vbi quærit, quid ſi teſtator
ſcripſit in cedula totam eius voluntatem, non ta-
men eam coràm teſtibus, & notario publicauit, &
moritur, an illud teſtamentum perfectum dicatur?
& reſpondet tale teſtamentum ratione voluntatis
ſuæ in totum per ſcripturam declaratæ eſſe perfe-
ctum, & ideo inter liberos hodie valet, ſed ratione
ſolemnitatis omiſſæ imperfectum dicitur, & pro-
pterea inter extraneos non valet, quod dictum ſe-
quuntur ibi communiter Docto. vt atteſtatur Ale-
xand. conſi. 105. Super his. in fi. volum. 7. & conſilio
114. Viſa ſcriptura. colum. 2. in fi. verſi. Non obſtat
id quod not. Saly. eod. volum. Corroborantur præ-
dicta, quia Dom. Alexander a notario interrogatus
an contentus eſſet, quòd dicta ſcriptura vltima ſit
eius voluntas, & teſtamentum, capite annuit, quòd
3 ſic, ſed habemus, quòd hæreditas in teſtamento
nutu dari poteſt. cap. cum tibi. & ibi communiter
tenent Doct. extra de teſtamen. & not. Bal. in l. pri-
ma. colum. prima. in fi. verſicu. Quæro vtrum furio
ſus. ibi, Vnum tamen eſt not. C. de ſacroſanct. eccleſ.
4 ergo &c. Accedant quæ not. tradit Pau. de Caſt. in
l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana fragilitas.
C. qui teſtam. facer. poſſunt. & conſi. 155. Viſo pun-
cto, & allegationibus ſuprascriptis. colum. ſecunda.
verſicu. Et plus alij. volum. primo, in nouis. dicens,
quòd ſi cedula coram eo legeretur, & interrogare-
tur an contentus eſſet, & ipſe capite annueret, ſi lo
qui poteſt, voce exprimere debet, ſi uero non po-
teſt, inſtitutio eius manu ſcripta eſſe debet, at præ-
ſens ſcriptura ſcripta eſt (vt aſſeritur) manu ipſius.
Domin. Alexandri, ergo &c. Contrariam tamen
ſententiam in caſu propoſito veriorem eſſe arbi-
tror, primo quia minimè conſtat dictam ſcriptu-
ram manu domini Alexandri ſcriptam fuiſſe, ad
hoc enim, vt eius manu ſcripta probetur, ſaltē par-
tium confeſſio requiritur, & ſic agnatorum, qui
ex diſpoſitione ſtatutorum Mantuæ nullis filijs ma
ſculis extantibus ſuccedunt, & quibus præiudicium
fieret, ſi fœminæ vigore ſubſtitutionis factæ, &
in dicta ſcriptura contentæ ſuccederent, vel duo
5 teſtes requiruntur, qui præſentes ſe fuiſſe deponāt,
quando Domin. Alexander illam ſcripturam ſcri-
pſit. Nec ſufficeret ſi præſentes non fuiſſent, ſine
non vidiſſent illum ſcripturam ipſam ſcribere, quā-
uis vidiſſe deponant eum alias ſcripturas ſcribere,
& literas ſuas cognoſcere, adeo ꝙ inde iudicāt ſche
dulam, de qua agitur, fuiſſe eius manu ſcriptam, vt
probatur in §. ſi quis igitur. in authent. de inſtrum.
caute. & fide. & ibi not. & not. gloſſ. in authenti. &
ſi contractus, in gloſſ. magna. C. de fide inſtrumen-
to. & ibi clarè not. Iacob. Butr. in verſiculo. Modo
quæro, & Bartol. & alij in l. nuda ratio. ff. de dona-
tio. Anto. de Butr. & Felyn. in cap. ſecundo. extra de
fide inſtrumen. & tenet Alexan. conſil. centeſimo
vigeſimotertio. Diſcuſſis. colum. ſecunda, ad fin.
6 verſicu. Quia in caſibus. volum. primo. & d. conſil.
centeſimo decimoquarto. In princip. Vel ſaltem li-
terarum comparatio ex aliqua ſcriptura actorum
iudicialium manu dicti domini Alexandri facta fie
ri debet, ſi ad acta iudicij conficienda aliquando de
putatus fuit iuxta text. in capi. quoniam contra. ex-
tra de probatio. aut ex ſcriptura eius manu publi-
ca, cum Mantuæ notarius publicus fuerit, vt habe-
tur in l. comparationes, & ibi not. C. de fide inſtru-
mento. aut ex aliqua ſcriptura eius manu in archi-
uo publico recondita, vt in authent. ad hæc. C. eo. ti
tu. & Alexand. dicto conſil. centeſimodecimoquar
7 to. colum. ſecunda. verſicu. Et per hæc patet. Se-
cundo, poſito, quòd ſufficienter probaretur di-
ctam ſchedulam eius manu ſcriptam fuiſſe, nihi-
lominus ad hoc ut dicta ſcriptura inter liberos ſer-
uetur, quamuis priuata ſit, requiritur tempus ut di-
cta authentic. quòd ſine. Et ubi in aliqua priuata
ſcriptura requiritur tempus, nedum dies, menſis,
annus, & indictio exprimi debet, uerum etiam
Imperatoris nomen, ſi in terris Imperij ſumus. §.
quæcunque. in authen. quib. mod. natur. efficiunt.
legi. & in authen. ut præpo. nomen. Impera. in prin.
Bald. & Salyect. in d. authen. quod ſine. Alexand. di-
cto conſi. centeſimouigeſimotertio. colum. 2. uerſ.
Sed præmiſſis non obſtantibus. facit gloſ. antepen.
in cap. quoties cordis. 1. quæſt. 7. & latiſſimè conſu-
luit Alex. conſi. 76. Pondaratis. uolum. 2. Sed in di-
cta ſcriptura appoſitus fuit tantum annus, non au-
tem dies, menſis, indictio, & Imperatoris nomen,
ergo etiam inter liberos non probat, nec ēt quo ad
8 legata pia ualere poteſt, quia ultra ſolemnitatis de-
fectus, & inualiditatis teſtamenti, de quib. ſupra, ex-
preſſior concurrit defectus, ſcilicet teſtium ſaltem
duorum, qui tempore conditi teſtamenti adeſſe de
buerant, cùm in eo ad pias cauſas diſponatur. capi.
cum eſſes. & cap. relatum. il primo. extr. de teſtam.
& probatur in dicta. authentic. de teſtamen. imperf.
uerſicu. Si tamen uxori. in uerbo libertates. ubi ap-
paret, quòd quando teſtator inter liberos manu
propria ultimam eius uoluntatem ſcripſit, ſi uult
in eadem uoluntate ſeruis libertatem relinquere,
operæpretium eſt, quòd ad ſolemnitatem ſaltem
coram duobus teſtibus exprimat illud quod ſcri-
pſit, ut declarat Baldus in dicta authentic. quod
9 ſine. circa princip. Conſtat autem, quòd diſpoſi-
tio fauore libertatis facta, diſpoſitio ad piam cau-
ſam eſſe dicitur. l. prima. §. fina. in uerbo rationem
pietatis, C. communi ſeru. manumiſſ. Baldus in l.
proximè. in fine. ff. quæ in teſtam. delen. in l. ſi u-
nus. C. de teſtamen. & in l. unica. §. primo, colum-
na final. C. de caducis tollend. ubi expreſsè dixit,
quod libertas, & eccleſia æquiperantur. & tradit Ia-
ſon in dicta authentica, quod ſine. in principio.
Cùm ergo nulli interuenerint teſtes, ut dictum eſt
ſupra, ergo etiam quo ad pias cauſas dicta ſche-
dula non ualet, nec tenet: Nec refragatur, ſi di-
ceretur, quòd quamuis a principio non ualeat,
quia ſubſtantialibus caruit, ualet tamen ex poſt,
quia in ea appoſitus fuit dies, menſis, annus,
indictio, locus, & Imperatoris nomen, ut mo-
ris eſt, in teſtamentis apponi, antequam legere-
tur, & publicaretur per notarium dicta ſcriptura
cum inſcriptione ſeptē teſtium coram ipſo D. Ale-
xandro teſtatore tunc uiuēte. Quoniā reſpondetur
illam publicationem nihil ualere, & nihil operari,

nam

nam quando publicata fuit dicta ſcriptura, Domini Alexandri, in extremis laborabat, & taliter quòd loquelam amiſerat. Vnde ipſe teſtator pro-
10 pinquæ mortis cogitatione turbatus, ſuæ mentis compos fuiſſe non præſumitur. d. l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana fragilitas. & ideo cùm ipſe nimis infirmitate grauatus articulate loqui non potuerit, ſcriptura illa non valet, etiam quod publicata fuerit, quia tanquam non publicata habetur, vel perinde, ac ſi poſt eius mortem publicata fuiſſet, quia ipſe tunc mortuo ſimilis erat, vt inquit tex. in l. iubemus. in princ. C. de teſtam. & ſic dicta ſcriptura quò ad defectum ſubſtantialium non valet: & quia, vt dictum eſt, publicari non potuit, & eſto quòd quò ad pias cauſas publicatio neceſſaria non eſſet, vt cõſuluit Alex. conſi. 4. Attentis narratis. columna pen. in princ. verſic. Iſtud etiam. ſub num. 13. & col. fi. ſub num. 15. verſic. Non obſt. quòd non fuerit. vol. 7. nõ valet tamen dictum legatum, ex quo non apparet dictam ſchedulam manu Dom. Alexandri ſcriptam fuiſſe, vt dixi ſupra, & firmat Alex. d. conſi. 4. per totum, ergo &c. Et per prædicta patet ſatis reſponſum fuiſſe his, quæ in contrarium ſupra deducta fuerunt ſpecialius tamen reſpondendo dico tex. in d. l. fi. iuncta auth. ſi modo. C. fam. erciſ. & d. auth. quod ſine. non refragari, quia illa procedunt in ſcriptura manu teſtatoris ſcripta, ſeruata tamen forma, de qua ibi, ſecus in ſcriptura, quæ illius manu ſcripta non probatur, & in qua forma, & ſolemnitas ibi requiſita ſeruata non fuit. Nec refragatur doctrina Bart. in
11 d. l. ſi is qui. quia in caſu ſuo vera eſt, & locum ſibi vendicat, quando omnia quæ in ſcriptura de neceſſitate requiruntur, interuenerunt, in caſu autem noſtro in ſubſtantialibus defecit, & manu domini Ale-
12 xandri ſcripta non apparet, ergo &c. Minùſq; obſt. d. c. cùm tibi. & quod ibi no. quia illud procedit, vbi teſtator pium locum inſtituit, ſecus quando liberos inſtituit, nam tunc etiam inter liberos inſtitutio nuncu facta non valet, vt expreſſe tenet Ang. in l. in fraudem. §. 1. ff. de teſtam. milit. quem ſequitur Alex. in l. diſcretis. col. 1. in fi. verſ. Et ex dicto Ang. C. qui teſt. fac. poſ. & Iaſ. in d. l. iubemus. in 1. colum. in fi. verſi. Item ex prædictis. Poſtremo non refragantur quæ per Paul. de Caſtr. dicuntur in d. §. at cùm humana fragilitas. & d. conſil. 155. Quia communis opinio eſt in contrarium, vt tradit Alex. in d. l. iubemus. in fi. Et eſto quod illud dictum verum eſſet, procederet tamen in ſcriptura manu illius ſcripta, quod in caſu noſtro non eſt, vt ex prędictis patet. Ex quibus omnibus concludo ſchedulam illam inter liberos non valere, nec etiam quo ad legata in ea relicta etiam ad pias cauſas, & ita dico, & iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Frumenti debitor in eadem bonitate frumentum reſtituere tenetur ſi illud reperiri poteſt.*
2 *Genus vbicunque ad vnam ſpeciem reducitur, ſpeciei naturam aſſumit.*
3 *Oblatio verbalis non relevat.*

CONSILIVM LXXX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SATIS clara demonſtratur præſens quæſtio ex his quæ ſcribit Bar. in l. 2. §. mutui datio. in vlt. colum. in princ. verſicu. Quandoque eſt in obligatione rem dari. & ibi Dec. poſt alios in 1. & 2. lectura.
1 ff. ſi cert. pe. Vbi concludunt, quòd vbi quis eſt in frumento debitor, quòd reſpectu bonitatis debitæ cadit in ſpeciẽ, & ſi illud reperiri poterat, & poteſt. eiuſdem bonitatis, cuius debetur, illud ſolui deber, & nõ aliud, cùm aliud pro alio inuito creditore ſolui nõ
2 poſſit, & eſt ratio, quia vbicunque genus ad vnam ſpeciem reducitur, ſpeciei naturam aſſumit. l. ſi optio. ibi ad vnum. ff. de optio. lega. l. ti in emptione. §. fi. ff. de contrahen. empt. tradit Guid. Pap. conſil. 65. Viſo themate. colum. 8. in princ num. 23. ver. Quotieſcunque enim. Et ideo cùm reſtitutionis tempore eiuſdem bonitatis frumentum in ciuitate Arimini reperiretur, vt in proceſſu tam primæ, quàm ſecundæ inſtantiæ clariſſime patet, & tã ex inſtrumẽti productione penes acta exhibiti, quàm etiam ex teſtium diſpoſitionibus, non potuit Caſotius debitor frumentum non eiuſdem, ſed diuerſæ bonitatis cum intereſſe, videlicet in pecunia, ſeu in frumẽto, ſi quid defuiſſet, offerre, vt tenent doct. ſupra allegati. Et vbi quædam ſunt, quæ certam ſpeciem requirunt, vt in caſu propoſito, tunc diuerſæ ſpecies imperfectæ: vt in frumenti, & pecuniarum oblatione, nihil operantur, quia ex pluribus concurrentibus non augetur effectus, cùm ad vnius ſpeciei integrationem non veniat, vt dixit Bald. in l. ſpadonem. §. qui iura. ff. de excuſa. tuto. Et propterea inquit Dec. in d. §. mutuĩ datio. in 1. lectura. in pen. columna. in fi. quod ſi creditor frumentum potius, quàm æſtimationẽ habere velit, illud petere poteſt, ne in eius fauorem inducta in odium reſultent. l. quod fauore. C. de legi. cum ſimilib. data igitur ſoluendi facultate, & poteſtate, quod in eadem bonitate debetur, illud, & nõ aliud ſolui debet, quia ſequeretur, quòd aliud pro alio inuito creditore ſolui poſſet, quod in caſu propoſito minime permiſſum eſt. Et quòd dicitur æſtimationem præſtari poſſe, interueniente debitoris mora, procedit, & ſic ex hoc capite nedum frumentum, ſed æſtimatio quoque ratione bonitatis extrinſecæ debetur, cùm eo tempore, quo debebatur, pluriſquàm hodie valeret. Cùm igitur eiuſdem bonitatis frumentum ante ſententiam, & in promiſſionis termino Caſotius debitor reſtituere potuerit, & non reſtituerit, & ex actis conſtet ex parte Dominæ Victoriæ creditricis, tam ante, quàm poſt ſententiam de precio, ac valore frumenti, proteſtatum fuiſſe quanti plurimi excreuerit, & quanti minoris decreuerit, & in minori precio frumentum decreuiſſe conſtet, & ſic hodie minori precio valere: concludendum eſt, Caſottum ad illud intereſſe quanti minoris condemnandum eſſe, in libris videlicet quinque pro ſextario vltra frumentum illius bonitatis reſtituendum, cùm ducenta frumenti ſextaria ex mutui cauſa, & vltra hæc, intereſſe quanti plurimi ratione moræ petere valeat, vt inquit Decius in dicto paragrapho, mutui datio. in ſecunda lectura. columna ſecunda. in fine, verſicul. fi. verſi. Non obſtat quod habetur in l. vinum. Cùm menſe Maio frumentum eiuſdem bonitatis precio librarum treſdecim per ſextario Ariminenſi com-

muniter venditum fuerit, vt in proceſſu probatum
extitit, nunc vero precio librarum octo communi-
ter vendatur iuxta no. per doct. in l. vinum. ff. ſi cert.
peta. Nec Caſotti oblatio de tota frumenti quanti-
tate D. Victoriç, nel eius agentibus conſignanda. cũ
expenſarum reſeruatione per vnum doctorem deci
dedatum ſibi in aliquo prodeſſe poteſt, ex quo per
procuratorem, & agentes D. Victoriæ frumenti ob
latio vna cum expenſis acceptata fuit, imputet ergo
ſibi debitor ſi frumentum non ſoluit, poterat enim
(ſi voluiſſet ſe ab intereſſe liberare) vnum facere, &
aliud non omittere, frumentum ſoluendo, & appel
lationem ſuper expenſis facta proteſtatione proſe-
qui, quod cùm minime factum fuerit, oblatio non
3 releuat, cùm etiam verbalis fuerit. l. qui decem. §.
idem reſpondet. in fi. ff. de ſolu. per Bar. in l. prętor. §.
ſi quis paratus. ff. de nou. ope. nun. cùm alijs copio-
ſe congeſtis per Neguſan. in tract. de pig. in 2. part. 1.
mēb. 5. par. in princ. Ex quibus ſic breuiter deductis
arbitror partes Do. Anduronis fore, & eſſe in confir-
mando ſententiam iudicis a quo, cum condemna-
tione diuerſæ partis in intereſſe ob non ſolutionem
frumenti pacto iuxta obligationem, & in expenſis,
vt declarat Abb. in c. Raynutius. col. 4. in fi. verſ. No.
in verſ. cum autem. & in c. Raynald. col. 2. verſ. Item
no. quod iudex appellationis. ext. de teſta. & pulchre
tradit Fely. in c. cùm Ioannes. col. 4. in fi. verſi. In tex.
ibi pronunciauimus. ext. de fide inſtr. & ita iuris eſſe
cenſeo, ego Matthęus Brun. Iuriſc. Arim. ad laudem
omnipotentis Dei, ac glorioſiſ. Virg. matris Mariæ,
amen.

SVMMARIVM.

1 *Verba inueſtiturę diligenter perſcrutari debent.*
2 *Tenor inueſtituræ ſemper attendendus eſt, & ad eum recur-*
rendum eſt.
Tenor inueſtituræ vim contractus oſtendit. ibi.
3 *Tenor inueſtiturę potius attenditur, quam feudi, & emphi-*
teoſis natura.
4 *Forma certa ob diuerſa pacta, & conuentiones in inueſtitu-*
ra dari non poteſt.
5 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
6 *Eccleſia de re ad ipſam per alienationem ab emphiteota fa-*
ctam, abſque licentia eccleſię deuoluta, quem voluerit in-
ueſtiri poteſt.
7 *Feudum per alienationem, abſque domini licentia factam, ad*
agnatos tranſit, & ad dominum non redit.
Argumentum de feudo ad emphiteoſim, an valeat? ibi.
8 *Emphiteota rem emphiteoticam irrequiſito domino alienans,*
an ſibi, & alijs in inueſtitura comprehenſis praiudicet?
& num. 9.
Pacta per inueſtitos ſeruari debent. ibi.
9 *Pluralis locutio in ſingularitatem reſoluitur.*
10 *Ratio vbi eſt eadem in vno, quæ eſt in pluribus, quod dictum*
eſt in pluribus, in vno locum habet.
11 *Recipiens pro ſe pactum, illud etiam contra ſe ſeruare te-*
netur.
12 *Producens inſtrumentum ex eo agens, omnia, & ſingula in*
eo contenta eſſe vera confiteri tenetur.
13 *Pactum de non petendo per quæ verba intelligatur inductum*
14 *Pactum de non petendo vbi ſuper re aliqua apponitur, etiam*
ratione iuris ſuperuenientis ſuper re ipſa peti non poteſt.
15 *Pactum perſonale cum perſona paciſcentis extinguitur, quã-*
uis ipſo viuente ad alios tranſeat.
16 *Pactum perſonale, & pactum reale qualiter inter contrahen-*
tes inductum eſſe dicatur.
17 *Ius excipiendi in ſingularem ſucceſſorem tranſit.*

CONSILIVM LXXXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISA inueſtitura in perſona magiſt. Bar
toli pro ſe filijs, & nepotibus, & diuiſio-
ne, ac conuentionibus inter magiſtrum
Sebaſtianum, Alexandrum, & Simonē
fratres, ac filios eiuſdem magiſtri Barto
li finitis, & viſis bis quæ accurate, & ſubtiliter ſcripta
ſunt in præſenti cauſa per præſtantiſſimum Dom.
Ioannem Baptiſtam Benadratum compatrem ho-
norandum, quibus quamuis nihil addendum puta
rem, nihilominus nonnulla ad eorum confirma-
tionem annectam, concludendo magiſtrum Seba-
ſtianũ bona emphiteotica, de quibus inueſtiti fue-
runt Dom. Iacobus Surianus, & Do. Antonia eius
vxor, vendicare non poſſe, his ſequentibus funda-
1 mentis. Et primo aduertendum eſt, quòd verba in-
ueſtituræ diligenter perſcrutari debeat, ex eo quòd
2 ad inueſtituræ tenorem ſemper recurrendum eſt,
quia vim contractus oſtendit, vt no. Bald. in prælud.
feudo. in quarta diuiſione. verſicul. Porro ad teno-
rem. & ibi Barb. in appoſt. & idem Bald. in c. 1. §. de-
nique. col. 1. quæ fuit prima cauſ. benef. amit. & tra-
dit Io. de Ana. conſ. 7. Viſis, & ponderatis. col. 1. in fi.
verſic. Secundum præmitto. Et hoc procedit etiam
ſi inueſtituræ tenor ſit contra feudi, & emphiteoſis
naturam, ut no. Bal. per illum tex. in c. 1. §. fi. In titul.
quid ſit inueſti. & tradit Roma. conſil. 33. Viſo inue-
ſtituræ tenore. circa fi. Quia inueſtituræ tenor po-
3 tius, quam feudi, & emphiteoſis natura attenditur,
vt not. Bal. in c. 1. de duob. fratr. a capi. inueſt. & cer-
4 ta forma ob diuerſa pacta, & conuentiones in inue-
5 ſtitura tradi non poteſt. Et ideo ſtatur regulæ dicen
ti, quod ex conuentione contractus legem acci-
piunt. l. contractus. ff. de reg. iur. & regu. contractus.
cod. tit. in 6. ita Calderi. conſil. 1. Epiſcopus rem ec
cleſiæ. col. 1. ante fi. verſic. Vnde propter. in rubr. de
feudis. Suppoſito igitur primæ conceſſionis, & inue
ſtituræ tenore, quod caſu quo magiſter Bartolus,
aut eius filij, & nepotes bona illa emphiteotica ſine
expreſſa Eccleſiæ licentia alienarent, poſſet Eccle-
ſia alterum quem magis voluerit inueſtire, dicimus
quòd ſecuta alienatione per Simonem vnum ex fi-
lijs magiſtri Bartoli, abſque conſenſu eccleſiæ res ip
ſa ad Eccleſiam deuoluta fuit, quæ iuxta conuentio
nes liberè alium inueſtire potuit, merito præfati cō
iuges de eiſdem bonis ab ipſa eccleſia renouati fue
runt, attenta maxime declaratione, & voluntate ip-
ſius eccleſiæ directæ dominæ, & ſententia ſuperin-
de lata iuxta diſpoſitionem. l. fi. & ibi communiter
ſcribentium. C. de iure emph. ut de illis in proceſſu
6 patet. Quò fit, vt etiam iure permittente potuerit,
abſque aliquo pacto eccleſia ob huiuſmodi aliena-
tionem alterum inueſtire, cùm ad ipſam eccleſiam
res ipſa deuoluta fuerit, vt voluit Roma. conſi. 212.
Quo ad primum. in princ. quem ſequitur Iaſo. in l.
ſecunda. columna ſexta in quinto notab. C. de iure a
emph. Dec. conſil. 329. Pro defenſione. ad fi. & Go-
zad. conſil. 46. Viſis inſtrumentis. columna quarta. c
numero 16. verſicul. Præterea ob canonem. Et hoc
in emphiteoſi veriſſimum eſt, quod in feudo ſecus e
7 eſſet. Nam vbi feudatarius, abſq; domini licentia a-
lienat, feudum ad agnatos tranſit, & ad dominum
non redit, & ſic per hoc agnatus præiudicium non
infertur ſecundum gloſſ. & Andr. de Iſern. in dicto
capitul. primo. §. denique. quæ fuer. prima cauſ.
benefic. amit. a qua opinio. gloſſ. minime receden-
dum

dum eſt, ſecundum Imo.in capitul.ex parte. extra.
de feud.& multi ſequuntur eam, quam etiã appro
bat,& ſequitur Alex.conſil.2. Quoniam omne da-
tum.colum.4.uerſi.Non obſtat.l.a.uolum.5. quod
eſt repetitum conſi.30.uolum.1.ubi hanc opi. atte
ſtatur eſſe communem.& hoc eſt quia de feudo ad
emphyteoſim argumẽtum non procedit, ut tradit
Barto.in. l.ut iuſiurandi.§.ſi liberi.ff. de oper.libert.
8 ita in ſpecie reſpondet Imo.in d.c.ex parte. dicens,
quòd ſi emphiteota irrequiſito domino alienat,res
ad dominum cum excluſione, & præiudicio alio-
rum in inueſtitura comprehenſorum,reuertitur,&
in hoc ſecundum ipſum emphyteoſis a feudo dif-
fert,& idem ſecundum Alexan.ubi ſupra per l. fin.
C.de iure emphyt. quæ indiſtinctè loquitur, & ſic
conſtat,quòd mediante alienatione ſine conſenſu
Eccleſiæ facta facilius alijs in emphyteoſi quàm
in feudo præiudicatur, & ita conſuluit Ruyn. con-
ſi.165.In caſu propoſito colum. pen.uerſicu. Non
obſt.quòd per alienationem.& conſi. ſeq. Attento
tenore.col.4.ad fi.uerſicu. Præterea,& hic aduertẽ-
dum eſt.uol. 1. quam opinionem ſecutus eſt etiam
conſulendo Hiero.Grat.conſ.79.Punctus præſentis
colum.4.num.26.27. & 28. cum quinque ſequent.
uolum. 1.& ſi aliter intelligeremus, eſſet tam con-
tra Eccleſiæ concedentis, quàm emphiteotæ re-
cipientis uoluntatem. Si enim Eccleſia ſecuta ab
ſque eius conſenſu alienatione alium inueſtire nõ
potuiſſet, fruſtra pactum appoſitum fuiſſet,quòd
alienatione per Emphyteotam, uel eius filios fa-
cta ad Eccleſiam res ipſa reuerteretur, cùm er-
go pacta per inueſtitos ſeruari debeant.l. prima,
cum uulgar.ff.de pact.concludendum eſt illis per
eorum aliquem non ſeruatis rem ad Eccleſiam
cum poteſtate alium inueſtiendi deuolutam fuiſ-
9 ſe: Nec magiſter Sebaſtianus dicere poteſt,quam
uis Simon contra pacta deliquerit, ipſe tamen de-
lictum non commiſit: ideo præiudicium ſibi in-
ferri non poteſt, cùm regula ſit, quòd pœna ſuum
ſequatur auctorem. l. ſi hæredis ſeruus.§.fina.de le-
gatis primo, cum vulgaris. Quoniam reſponde-
tur ſatis eſſe, quòd vnus ex filijs in inueſtitura cõ-
præhenſis delictum contra pacta expreſſa commi-
ſerit, ex quo pluralis locutio in ſingularitatem re-
ſoluitur. Et vbi in uno eadem eſt ratio quæ eſt in
10 pluribus,quod de pluribus dictum eſt, in uno locũ
habet,vt declarat Paul.de Caſt.in l.prima.per illum
text.C.de conditio.inſer. quem ſequitur Dec.conſ.
627.In caſu.num.7.in vltim. part. & ſi ſecus dicere-
tur,ſequeretur,quòd pactum per primum recipien
tem cum Eccleſia appoſitum, quo ad magiſtrum
Sebaſtianum fruſtra in fauorem Eccleſiæ appoſitũ
eſſet,contra tex.in cap.ſi papa. de priuileg.in 6. & l.
ſi quando.de legat.1. Ne igitur hoc ſequatur, con-
cludendum eſt, pactum non tantum primo reci-
pienti,ſi ipſe contra formam pactorum alienaſſet,
uerum etiam cuilibet eius filiorum præiudicium
inferre, & nedum vni ex filijs contra expreſſam
conuentionem, & voluntatem eccleſiæ, & pri-
mi recipientis alienanti, ſed etiam alijs in inue-
ſtitura comprehenſis: Nam magiſter Sebaſtianus
11 uti volens inueſtitura facta in perſonam ſui patris
ſtipulantis tàm contra ſe, quàm contra quemlibet
eius filiorum,& illam in ſui fauorẽ acceptare, om-
nia in ea contenta,etiam in eius præiudicium cum
ſuis qualitatib.approbare tenetur.arg. eorum quæ
not.Bar.in l.aurelius.§.idem quæſiji.ff.de lib.leg.&
expreſsè not.Alb.de Roſa.in l.iuuantem.ff.de pac.di
cens,quòd qui pro ſe pactum recipit, illud quoq;
contra ſe ſeruare tenetur, quod dictum ſequitur
Cur.iun.conſi.146.Præſupponitur in facto. colum.
fin. in fin.verſicu.Pro eadem.& in terminis noſtris
hoc utitur fundamento Hiero.Grat.d.conſ.79. nu.
12 trigeſimoprimo.Et eſt regula,quòd qui inſtrumen
tum producit, ex eo agens, neceſſe habet omnia,
& ſingula in eo contenta acceptare, & vera eſſe
confiteri,quinimmo ſi illud impugnat, & ea negat,
& contra ſe illa acceptare recuſat, talis inſtrumenti
productio ſibi nõ prodeſt.c.cum olim. & ibi Abb.
extr.de cenſi.& tradit Bald.conſi.15. Omnis aſſeſ-
ſor.columna prima. verſic. Secundo patet.uolum.
ſecundo.firma igitur manet cõcluſio, quòd ex hoc
capite magiſter Sebaſtianus bona iſta emphyteoti
13 ca vẽdicare non poteſt.Minuſque ex alio conſequi,
& obtinere valet, ex eo, quòd in diuiſione per ip-
ſum cum Alexandro, & Simone eius fratribus fa-
cta, promiſit,& pacto conuenit, quòd caſu quo lis
ſiue quæſtio per unam partem de emphyteoticis
bonis aduerſus alteram moueretur, tunc illi, qui-
bus lis mota fuerit, & eorum hæredes tot, &
tanta bona propria ab altero recuperare valeant,
& quòd bona propria,& libera defendere, & manu
tenere bona emphiteotica teneantur: Per quæ ver-
ba inter dictos fratres pactum de non petendo bo-
na illa inductum fuit, vt voluit Bald. Salycet. Iaſon
& Decius in l.cum poſteaquam. in principio. C.de
14 pactis. Et ubi ſuper re aliqua de non petendo pa-
ctum apponitur, tunc etiam ratione iuris ſuper
re ipſa ſuperuenientis peti non poteſt. l. ſtipula-
tio iſta.§.quatenus.ff.de verborum obligatio.tradit
Alb.de Roſa.in l.qui Romæ.§. duo fratres. colum.
4.in princ.num.quinto. uerſicu.Nam quandocun-
que,magiſter Sebaſtianus ergo dicta bona petere
aut conſequi non poteſt,ſed per illud pactum reijci
& excludi debet.& quia forte dubitari poſſet, nun-
quid in caſu propoſito pactum perſonale,uel rea-
15 le reſpectu Domini Iacobi, & Dominæ Antoniæ
ſucceſſorum dicatur,ita quod per mortem Simo-
nis extinctum dicatur, cùm perſonale pactum
cùm perſona paciſcentis extinguatur, quamuis
ad alios ipſo uiuente tranſeat.l. ſi tibi.§. pactum.ff.
de pactis. & tradit Bartol. in l. ſi tertius.§.ſi prius.
columna final. uerſiculo. Quæro utrum ius exci-
piendi. ff. de aqua pluuia arcenda. Et dicendum
16 uidetur, quòd perſonale ſit, cùm perſona, cui
promiſſio facta fuit, verbo executiuo, ibi recu-
perare ab altero, adiecta fuerit, quo caſu perſo-
nale aſſeritur, vt declarat Paul.de Caſtr. Alexand.
& alij in l. iuriſgentium.§. pactorum. ff. de pactis.
& pulchrè per Baldum in tractatu de pactis.in glo.
ſeu verſiculo. Nunc videamus quæ pacta ſint in
rem, & quæ ſint in perſonam. Hoc tamen non
obſtante, dico pactum hoc eſſe reale, & non per-
ſonale, tùm quia in dicto pacto facta eſt hæ-
redum mentio, ibi, & eorum hæredes poſſint,
&c. & ex quo vtraque pars hæredes habere po-
terat, quo caſu ſemper reale dicitur ſecundum
Angel. in dicto §. pactorum. ubi inquit, quòd ſi
alterius paciſcentium perſona, vel utraque adijci-
tur,perſonale erit,ſi paciſcens hęredem habere non
poteſt quia ſeruus, aut filiusfamil.alioquin ex vtra
que parte ſemper reale intelligitur, perſonale er-
go non dicitur,ſi enim perſonale, ad hæredes non
extenderetur, vt voluerunt ipſæ partes, ſed cum
perſona paciſcente extingueretur, vt diximus ſu-
pra. Tùm quia pactum hoc affirmatiuè conce-
ptum eſt, dùm partes volunt, quòd ab altero
tot, & tanta bona propria recuperare ualeant;
Et ubi pactum affirmatiuè concipitur,tàm ex par-
te promittentis, quàm ex parte promiſſionem
recipientis, tunc reale, non autem perſonale
dicitur, etiam quòd perſona fuerit uerbo exe-

cutiuo adiecta, ita Alberic. de Roſa. in l. qui in futurum.§.ſi ex altera. ff. de pact. vbi allegat textus in l.ſi neceſſarias.§.penultimo.ff.de pignor. action. & in l. ſi pactum. ff. de probatio. vbi pulchrè in propoſito noſtro per Salycet. Tùm etiam quia ex parte, cui ſis mota fuit, reale pactum eſſe dicitur, ex quo uoluerunt partes, quòd hæredes tot bona propria recuperare poſſent, quamuis ex parte magiſtri Sebaſtiani moleſtantis eſſet quò ad ipſum perſonale. & ſic ex parte una reale, ex altera perſonale dicitur, quod euenire poteſt, vt habetur in dicta l. qui in futurum. §. ex altera. Quinimmo ſi negatiua eſſet oratio, & verbo executiuo adiiciatur, dummodo ad paciſcentis perſonam referatur, reale pactum erit ſecundum Corn. conſi. 30. In præſenti. colum. ſecunda. verſi. Tamen prædictis. volum. 1. ſed in caſu propoſito ad alteram paciſcentis partem refertur, ergo &c. Cum igitur pactum illud reale ſit, & etiam ex ſtipulatione, & partium voluntate ad hæredes tranſeat, ſingulariq; ſucceſſori præcipuè per uiam excipiendi proſit, vt voluit Bald. in additio. ad Speculat. in titu. de loca. in tertia colum. in princip. verſiculo. Pactum factum
17 cum Emphiteota. Quia excipiendi ius in ſingularem ſucceſſorem ipſo iure tranſit, & iiſdem defenſionibus ſingulares vti poſſunt, quibus eorum venditor vti poterat, vt eſt textus ſingular. in l. doba.§. cum qui. ff. de contrahend. emption. & ita per illum text. not. Dyn. in regul. is qui in ius ſuccedit. colum. ſecunda. in princip. verſicu. Item ius excipiendi. de regul. iur. in ſexto, facit text. in l. etiam ſi in rem. ff. de iureiurand. cum alijs concordan. per Aymo. relatis conſi. 148. Nobilis Antonia. colum. 2. num. 1. & 2. volum. 1. ſequitur, quod dicti coniuges a magiſtro Sebaſtiano moleſtari nequeunt, niſi tot de proprijs bonis eiſdem coniugib. iuxta prædictas conuentiones cum Simone auctore initas conſignauerit. Et ita de iure concludendum, & reſpondendum cenſeo ego Matthęus Brunus Iuriſc. Arimi ad laudē omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti non dicuntur eſſe in diſpoſitione vocati: ſed vide num. 15.*
2 *In ſubſtitutionib. regula ſemper locum habet, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur.*
3 *Verba, & prædictis filijs, & filiab. omnib. decedentibus: collectiua dicuntur.*
4 *Subſtitutio per uerba collectiua locum ſibi non vendicat, niſi conditio in vtrinſq; perſona impleta fuerit. & nu. 7. Nec locum habet, vbi ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris habet ſubſtitutum excludere. & num. 8.*
5 *Ad verificationem copulatiuę copulatorum concurſus requiritur.*
6 *Subſtitutio duob. copulatiuè facta in vnius perſona locum nō habet, niſi in vtrinſq; perſona locum habeat.*
9 *Conditio ſubſtitutionis vbi in caſu plurium decedentium concepta eſt, in uno tantum decedente non uerificatur.*
10 *Subſtitutio in caſu filiorum, et filiarum omnium decedentiū cōcepta, adeo quod ex ipſis nullus exiſtat, vltimo dictorum filiorum, & filiarum decedenti facta dicitur.*
11 *Subſtitutio vltimo morienti facta duas ſubſtitutiones expreſſam videlicet, & tacitam comprendit.*
Subſtitutio legato, et donationi cauſa mortis fieri poteſt. ibid.
12 *Subſtitutio tacita reciproca quo caſu concepta dicatur.*
13 *Pater plus extraneum ſubſtitutum diligere non cenſetur, quàm propriam filiam in re certa inſtitutam.*
14 *Verbum quodlibet, & ſyllaba in quacunque diſpoſitione fruſtra appoſita eſſe non debet, ſed cum operandi miniſterio.*
15 *Ablatiui abſoluti, ſi ab eo, qui diſponere poteſt, proferantur, diſpoſitionem inducunt.*
16 *Conditio ſubſtitutionis ſi deficit, excluduntur ſubſtituti.*
17 *Voluntas teſtatoris expreſſa tacitam ceſſare facit.*
18 *Dilatio, modus, conditio, & grauamen a teſtatore ſuper legitima iniunctum, habetur, ac ſi appoſitum non eſſet.*
19 *Maritus vxoris procurator mandati fines excedens nullum infert uxori præiudicium.*
20 *Diuiſio erronea retractari poteſt.*
21 *Fratribus bona paterna, materna, & fraterna diuidentib. cū pacto de non contraueniendo diuiſioni ſi poſtea apparuerit bona fratris defuncti ad vnum tantum ex fratrib. ſpectare, poterit iſte non obſtante diuiſione, & renunciatione facta bona illa repetere.*
22 *Iuramentum illam ſemper tacitam conditionem habet, quam habet actus ſuper quo interponitur.*
Abſolutio a iuramento in diuiſione erronea interpoſito non requiritur. ibidem.

CONSILIVM LXXXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti materia ad fauorem D. Catherinæ. q. Ioannis Muzzoli de Sancto Mauro aliàs me ſcripſiſſe memini, requiſitus denuo nonnulla ad eorū confirmationē, quàm breuius potero, ſcribam. Viſo igitur iterum d. Ioannis teſtamento, illud dubitationē non modicam facere videbatur, quod D. Catherina per ſubſtitutos a fideicommiſſo, de quo quæritur, excludi debeat. Ex tenore. n. teſtamenti eā Ioanni iuniori eius fratri ſubſtitutam fuiſſe, nec adinuicem ſubſtitutos, minimè cōſtat: Et quamuis in eo legatur, quod prædictis ſuis filijs, & filiab. omnib. decedentib. in tota hæreditate Ioanni iuniori ſubſtituti fuerint Sanctes, & eius filij, ac alij nominati, & in teſtamēto deſcripti, ita quod filiæ viuentes, & ſic ipſa D. Catherina poſt mortē dicti eius fratris vocatę videa-
1 tur: Nihilominus quia oēs prædictæ filiæ honoratę nō reperiūtur, ſed in cōditione tantū poſitæ, in diſpoſitione vocatæ non cēſentur, ea. n. quæ in conditione ſunt, in diſpoſitione eſſe nō dicuntur. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. & eſt gl. in l. Lucius. ff. de hær. inſt. quæ cōiter approbatur, vt refert Guald. in trac. de art. teſt. caut. 19. Subſtitutio ita facta. in ti. de ſubſt. Alex. conſi. 91. Pōderatis his. col. 4. num. 8. verſic. Quòd autem illi. & conſ. 184. Viſo. col. 5. vol. 2. Corn. conſil. 207. De plurib. col. 2. vol. 2. Iaſ. conſi. 143. D. Auguſtinus. col. 4. verſic. Quarto quod per verba. vol. 1. Dec. conſ. 342. In caſu conſ. 322. Et pro tenui. in prin. & in l. 1. col. 4. nu. 15. C. de pac. Bened. Capra. conſ. 2. Cùm viſo. col. 9. in fi. nu. 23. Ripa in t. reſpō. nu. 3. ſub rub. de ſubſt. & pac. in matrim. adiec. fol. 73. Aymo. conſi. 62. Nobilis. col. 2. in prin. nu. 6. ver. Sed uideamus. vol. 1. & copioſè per Bellō. conſ. 81. Superioribus. col. 5. in prin. nu. 4. Et prædi-
2 cta procedūt, quia in ſubſtitutionib. ſemper locum habet regula illa, & generalis theorica, quod ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur, qui autem dicere velit, ſubſtitutionem aliquē comprehendere caſum, probare & oſtendere debet. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſtam. §. 1. verſicu. Occurrit. in fin. Oldra. conſi. 21. Thema tale eſt. Abb. conſil. 40. Facti contingentia. in prima part. & ita arguit Soc. ſen. conſi. 62. Viſo capitulo. colum. ſecūda poſt prin. verſic. Et imprimis iſta concluſio. & conſi. 63. Viſo teſtamento. colum. 7. in princip. num. 14. verſic. Et pro fundamento præmitto. uol. tertio, Goz. conſi. 59.

conſil.59. Prima facie. In princ. Aymo conſil. 161.
Verba ſubſtitutionis. colum. pen. in fi. num. 16. verſ.
Vndecimo etiam. lib. 1. Alexandri. conſil. 31. Propo
nitur in facto. colum. 2. ſub num. 3. uerſic. Ergo po-
teſt dici. & Pariſi. conſi. 66. Nobilis. colum. 2. in prin.
uolum. 3. Præterea ex tacita teſtatoris mente appa-
ret Dom. Catherinam ad dictum fideicommiſſum
nõ fuiſſe uocatam, dum ipſe voluit libras quinqua-
ginta illi relictas poſt eius filiorum mortem, & hæ-
redum inſtitutorum ſibi dari, ſi ſic, ergo eam ad fi-
dei commiſſum per mortem Ioannis eius fratris uo
care noluit, immo aperte demõſtratur eam ab eius
hæreditate per ſolutionem dictarum quinquaginta
librarum excludere uelle, & ex eo quòd eam plus
petere, uel habere poſſe noluit. Quibus tamen nõ
refragantibus contrarium in caſu propoſito uerius
eſſe arbitror. Nam clarum eſt, quod Sanctes, & alij
ſubſtituti uirtute dictæ ſubſtitutionis ſuccedere ne-
queunt, niſi Ioannes, & Dom. Catherina inſimul, &
uterque decedant, quia ſubſtitutio ſub nomine col
lectiuo facta uidetur, dum dicitur. Et prædictis filiis,
& filiabus omnibus decedentibus &c. tunc, & eo ca
ſu Sanctem, eiuſq; filios, & Dominici fratris teſtato
ris filios ſubſtituit. Illa enim uerba, & prędictis filiis,
3 & filiabus omnibus, reſoluũtur, ac ſi dicatur, ſi om-
nes filii, & filiæ, ſcilicet Dõm. Catherina, & Ioannes
deceſſerint, & uerba collectiua uidentur, vt no. Bar.
in l. hoc articulo. colum. 2. uerſic. Vt igitur materia.
ff. de hæred. inſt. per l. non diſtinguemus. §. cùm in
plures. ff. de arb. & in l. fi. in prin. C. de impub. & aliis
4 ſubſt. Cùm ergo dicta verba collectiua ſint, clarum
eſt quòd ſubſtitutio per verba collectiua duobus fa
cta locum non habet, niſi conditio in vtriuſque per
ſona impleta ſit, vt eſt caſus in l. pen. C. de impub. &
aliis ſubſt. & tradit Bar. in l. hæredes mei. §. cùm ita.
in fi. ff. ad Treb. Et ideo in caſu iſto Sanctes, & filij ſub
ſtituti vigore ſubſtitutionis uenire nequeunt, niſi
uterque, ſcilicet Ioannes, & Dom. Catherina deceſ-
ſerint: & cùm Dom. Catherina ſuperuiuat, exclu-
duntur ſubſtituti. Alio quoque fundamento proba
tur: nam ſubſtitutio Sanctis, & filiorum copulatiue
facta fuit, ſi filii, & filiæ omnes deceſſerint, & ad co-
5 pulatiuæ uerificationem requiritur copulatorum
concurſus. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſt. & in l. ſi
quis ita ſtipulatus fuerit decem. in princ. de uerbo.
oblig. & in ſubſtitutione caſus eſt in l. quamuis. C.
6 de impub. & aliis ſubſt. Vbi ſubſtitutio duobus co-
pulatiue facta in unius perſona locum non habet,
niſi in utriuſque perſona locum habeat, ut ibi not.
Bar. in 2. no. dicens hoc habere pro ſingulari ualde,
& alibi ita clare neſcire, & in ſimili caſu no. Bar. in d.
l. hæredes mei. §. cùm ita. in fi. & Ang. conſil. 80. hæc
quæſtio. ad fi. ubi in propoſito concludunt, quòd
7 cùm ſubſtitutio pluribus cum adiectione nominis
collectiui facta fuiſſet, ut in caſu noſtro, non admit
titur ſubſtitutus, niſi deceſſerint omnes: & idem fir
mat Ang. conſil. 109. In dicto teſtamento. vbi repe-
tit, quòd quando duobus, vel pluribus cũ adiectio-
ni nominis collectiui ſubſtitutio facta eſt, locũ non
habet ſubſtitutio, niſi in vtriuſq; perſona conditio
impleta ſit per d. l. pen. de impub. & aliis ſubſt. & idẽ
Angel. conſil. 330. Præmitto primo. vbi allegat d. l.
quamuis. & cum prædicta concluſione concordat
Card. conſil. 60. Pro examinatione puncti. colum. 3.
uerſicu. Confirmatur, quia ſubſtitutio eſt facta per
uerbum omnibus. Et his duobus fundamentis in ſi
mili caſu utitur Dec. conſi. 594. Viſo teſtamento. co
lumna prima. numero primo, ſecundo, tertio, quar
to. Cùm ergo in caſu propoſito Ioannes iunior al-
ter ex duobus tantum, quibus ſubſtitutio facta fuit,
defunctus ſit, ſubſtitutio de Sancte, & de eius filiis lo
cum non habet, ex quo uterque, ſcilicet Ioannes, &
Dom. Catherina non deceſſerunt, ut requirebatur
8 per ſupra dicta. Præterea ſubſtitutiones vniuerſales
pluribus cum ſigno uniuerſali factæ locum ſibi nõ
uendicant, niſi in defectu omnium decedentium,
& eo maxime quando ſupereſt perſona, quæ ex præ
ſumpta teſtatoris mente ſubſtitutum excludere ua-
let, ut eſt tex. in d. l. pen. de impub. & aliis ſubſt. & Ca
pra conſil. 92. Cum uiſo, & conſiderato. colum. 2. in
prin. nu. 6. uer. Quod ex alia ratione. Sed ſubſtitutio
de Sancte, & de eius filiis aliiſque ſubſtitutis conce-
pta fuit ſub conditione, ſi filii, omneſq; dicti teſtato-
ris filiæ deceſſerint, & adhuc D. Catherina teſtatoris
filia ſuperſit, dici non poteſt ſubſtitutionis conditio
9 nem extitiſſe. d. §. cum ita. Et ubi ſubſtitutionis con
ditio in caſu plurium decedentium eſt concepta,
vno etiam eorum ſuperſtite locum non habet, nec
in uno tantum decedente uerificatur, ut not. Bar. in
l. qui quartam. §. fi. & in l. qui filiabus. de leg. 1. & in
l. fi. ad Treb. maxime, quia talis eſt uniuerſalis natu-
ra, ut omnium concurſum requirat. l. ſi is qui ducen-
ta. §. utrum. ff. de reb. dub. Accedat, quòd teſtator Sa
10 ctem eiuſq; filios, atque alios in teſtamento nomi-
natos in caſu prædictorum filiorum, filiarumq; om
nium decedentium ſubſtituens, adeo quod ex ipſis
nullus exiſtat, eos ultimo ipſorum filiorum filiarũ-
que decedenti ſubſtituiſſe uidetur. l. ſi pater impube
res. cum glo. & ibi doc. ff. de uulg. & pup. & eſt caſus
ſing. in l. qui duos. ff. eo. & probatur etiam in d. l. pe.
11 cum ibi per no. per doct. ſed lege cauetur, quòd ubi
quis pluribus inſtitutis ultimo morienti ſubſtituit,
duas ſubſtitutiones feciſſe videtur, vnam videlicet,
qua ultimo morienti ſubſtituit, & illa eſt expreſſa, al
teram, quæ primo morienti ſuperuiuenti ſubſti-
tuiſſe uidetur, & hæc eſt tacita, ut eſt tex. in l. Titio, &
Seio. de leg. 2. ubi uidetur caſus noſter. iunct. d. l. qui
duos. per quos patet, quòd Ioanni præmorienti Do.
Catherina ſuperuiuens ſubſtituta uidetur, per quæ
iura ita etiam concludit Alexand. conſil. 91. Ponde-
ratis his. col. 1. in fi. verſic. Quinto probatur. uol. 1. Et
quamuis iura prædicta in duobus, vel pluribus vni-
uerſaliter inſtitutis locum ſibi uendicent, nihilomi-
nus in unoquoque particulariter, & altero uniuer-
ſaliter inſtituto procedunt, ut eſt in propoſito caſu,
præſertim ubi illis ſic inſtitutis ſubſtitutio facta fuit.
Cùm ſubſtitutio etiam legato, & donationi cauſa
mortis fieri poſſit, ut eſt tex. in l. unica. §. ſi autem a-
liquid ſub conditione. C. de cad. tollen. Dico quòd
12 etiam uirtute illius nominis collectiui, omnibus fi-
liabus decedentibus, inter eos quædam tacita ſub-
ſtitutio reciproca concepta uidetur ad excluden-
dum ex præſumpta mente teſtatoris omnes ſub-
ſtitutos, donec aliqua dictarum filiarum extiterit,
ne teſtator minus filiam, quàm ſubſtitutos extra-
13 neos dilexiſſe uideatur. Cùm abſurdum cenſere-
tur, quod pater plus extraneum ſubſtitutum, quàm
propriam filiam in re certa inſtitutam, & in ca-
ſu ſubſtitutionis factæ expreſſe uocatam dilexiſſe
cenſeatur. l. cùm auus. & ibi docto. ff. de conditio.
& demonſtration. & l. cùm acutiſſimi. C. de fidei-
commiſſ. & ita in his terminis conſuluit Anchara.
conſilio ſexageſimooctauo. Subtiliter ad plenum.
& Paul. de Caſtr. conſilio quadringenteſimo quar-
to. Duo ſunt uidenda. uolumine primo, in nouiſ.
Ex quibus ſupra deductis clara patet ad ea, quæ ſu-
pra in contrarium allegata fuerunt, reſponſio. Vt
tamen ueritas magis eluceſcat, particulariter, & in
ſpecie reſpondetur. Et primo non refragatur quòd
D. Catherina, & Io. expreſſe adinuicem ſubſtituti nõ
fuerunt, quia ex illo uniuerſali ſigno, & nomine col
lectiuo, omnib. filiab. decedentib. & ea ſeq. uerbis, ui

delicet,adeo,ꝙ ex ipſis nullus exiſtat,tacita ſatis ſub
ſtitutio reciproca colligitur,vt diximus ſupra,& de
clarat Ruy. conſi.158.Viſo.col.6.poſt princ.uerſic.
Similiter patet reſponſio,volu. 2.alioquin verba il-
la omnibus filiabus deceden̄tibus,& illa,adeo, quòd
ex ipſis nullus exiſtat,fruſtra eſſent appoſita , quod
14 tamen in iure non præſumitur. Cùm in quacunq;
diſpoſitione quodlibet minimum verbum , & etiã
ſyllaba non debeat eſſe fruſtra appoſita , ſed cum
operandi miniſterio,ut uoluit Bal.in rub.C.de con
trah.emp.in 9.q.Alex.conſ.118.In caſu de quo quæ
ritur.colum. 2.uerſi.tertio probatur.uolum.5.cum
multis concord.per Cur.ſenio.relatis conſil.73.Su-
per memorata.colum.3.in fin. verſicu. Quia omne
15 verbum.Non obſtat ſecundum,quod in conditio-
ne poſiti,in diſpoſitione vocati non cẽſeantur.Quo
piam Domin. Catherina in conditione poſita eſſe
non dicitur ſed ſub abſolutis ablatiuis , qui ſi ab eo
proferuntur,qui diſponere poteſt,vt in caſu propo
ſito,diſpoſitionẽ inducunt.l.fideicommiſſa.§. cùm
eſſet.& ibi latius proſequitur Bar.de lega.3.& Curt.
ſen.conſi.42. Teſtator Auguſtinus.colum.3. circa
finem.verſicu. Nec mirum quia ablatiui.cum alijs
per Dec.relatis conſi. 578. Viſo conſi.colum.fina.
num.12.verſicu. Et hoc etiam. Et hoc uerum eſt,
quia eſt differentia inter caſum quando verba ſine
ablatiuis abſolutis conditionaliter proferuntur, &
caſum,vbi verba per abſoluta ablatiua conditiona
liter proferũtur,vt not.Bar.in l.ex hac ſcriptura.co
lum. ſecunda ad fi.verſi.Ex his.ff.de donatio.& tra-
dit Alex.conſil.185. Viſo titulo.colum.7.in princ.
num.25.verſi.Vel,& quarto.volum.2. Præterea ſtã-
te ſubſtitutione ſub nomine collectiuo de omnib.
filiab.facta,D.Catherina in diſpoſitione vocata cen
ſetur,illa.n.verba,vt dixi ſupra,reſoluuntur ſi prædi
cti filij,& omnes filiæ deceſſerint, adeo quòd ex ip-
ſis nullus ſuperuiuat,tunc,& eo caſu Sanctem,eiuſ
que filios ſubſtituit,& talia verba a contrario ſenſu
nihil importãt,niſi quòd ſuperuiuente aliqua eius
filiarum,teſtator Sanctem,alioſq; in teſtamẽto nũ-
cupatos minimè ſubſtituit,vt etiam in tali caſu cõ
cludit Alex.d.conſi.185.colum.7.in prin. ſub num.
24.ver.Item,& tertio.Ipſis ergo filiabus ſuperuiuen
tibus,vel earum aliqua , noluit teſtator ſubſtitutos
ad fideicommiſſum per mortem Ioannis admitti,
alioquin ſequeretur,ꝙ contra expreſſam teſtatoris
voluntatem admitterentur, quod minimè dicen-
dum eſt.dic.l. hæredes mei.§.cùm ita.cum ſimilib.
Subſtitutio igitur de Sancte & eius filijs, & de alijs
nominatis conditionaliter facta dicitur , videlicet
mortuis omnibus filijs maſculis,& fœminis, illis er
go viuentibus ſubſtitutio locum non habet, quia
ſub expreſſa conditione vocati ſunt , ſi omnes fi-
lij, filiæque deceſſerint , ita, & taliter , quod ex ip-
ſis nullus ſuperuiuat. Et hæc conditio purifica-
ta non fuit, quia non omnes filij , filiæque deceſſe
runt,ſed Ioannes tantum:deficiente igitur ſubſtitu-
16 tionis conditione ſubſtituti excluduntur, vt eſt tex.
in l.prima.C.de inſt. & ſubſt. & in l. cedere diem. ff.
de verbor. ſignificatio. & tradit Dec.conſilio qua-
dringenteſimo ſexageſimoquinto.Perſcrutatis.co-
17 lum.ſecunda.verſi.Vnde videndum eſt. Vltimum
quoque non refragatur de tacita teſtatoris mente,
Quia cõtrarium patet ex expreſſis teſtatoris verbis ,
dicentis, Et prædictis filijs,& filiabus omnibus de-
cedentibus &c. Et vbi de expreſſa teſtatoris mente
apparet,illa ſemper tacitam ceſſare facit , cùm ex-
preſſum faciat ceſſare tacitum, l. cum ex filio. §. fi-
lio.vbi gloſſ.& Docto.de vulga.& pup.cum vulga.
18 Præterea illud tempus inſtitutioni adiectum de li-
bris quinquaginta Dominæ Catherinæ relictis pro
omni ſua legitima de iure natura ſibi debita reijci-
tur, perinde ac ſi tempus adiectum non eſſet , &
ſic ſtatim ſublato illo mortis tempore ſuorum hæ-
redum dictæ quinquaginta libræ debentur , pro ut
audio illas ſtatim adita hæreditate eidem D.Cathe-
rinæ per dictum Ioannem hæredem ſolutas fuiſſe ,
cùm omnis dilatio , modus , conditio , & grauame
men a teſtatore in legitima inſertum pro non inſer
to habeatur,& relictum valet , & tanquam purum
debetur.l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus.
19 & ibi Bald.& alij.C.de inofficio.teſtamento. Supe-
reſt,ut aliquid circa diuiſionem inter ſubſtitutos,&
Petrum Paulum de Porcherijs Domin. Catherinæ
maritum ſubſecutam dicamus. Et breuiter conclu
dendo dicimus illam Dominæ Catherinæ nullum
intuliſſe præiudicium: tùm quia eius maritus ad il-
lam ſic faciendam mandatum non habebat , ſed
ad litigandum tantum cum ſubſtitutis, ut ex man-
dati lectura facile dignoſci poteſt , & cum ipſe
mandati fines exceſſerit,nullum actui robur per ip
ſum geſto dediſſe fertur. l. maiius. & l. ſi procura-
tor. C. de procurato. facit textus in l. diligenter. ff.
mandat. & eſt gloſſ. not. in l. non diſtinguemus. §.
20 de officio. ff. de arbitris. Tùm quia dato etiam
quod ad illam ſic faciendam procurator ab ea con
ſtitutus fuiſſet , uel quòd ipſamet eandem diuiſio-
nem geſſiſſet , nihilominus diuiſio talis tanquam
erronea retractari debet , & hoc probatur in l.
cùm putarem . ff. familiæ erciſcund. Vbi diui-
ſio cum aliquo tanquam cohærede geſta , qui non
erat , cognito errore , vt ſupra demonſtratum
fuit , reuocatur , ad idem eſt textus in l. ſi poſt di
uiſionem. C. de iuris & facti ignorant. facit textus
in l.maioribus.C.communia vtriuſq; iudi. Alexan.
21 conſil.168.Ponderatis.in prin.volu.quinto.Et pro-
pterea dixit Paul.de Caſtr.in l.fina. §. idem quæſiit.
ff.de condictio.indebi.quem refert & ſequitur Do-
mi.Vinc.Paleot.inter conſil.Curt.ſen.conſil.tertio.
Et ſi ſubtiliſſimè,colum.1.verſicu. Et propterea, &
Dec.conſil. 351. In caſu propoſito.col.pen.ſub nu.
4. uerſicu. Eſt ergo iudicandum.& conſi.408. In
præſenti.in principio,quòd cum fratres ad diuiſio-
nem bonorum paternorum , maternorum, & fra-
ternorum deueniſſent,& in inſtrumento diuiſio-
nis non contrauenire ſpopondiſſent , quòd ſi po-
ſtea aliquem ex dictis fratribus alteri iam defun-
cto utrinque coniunctum eſſe apparuit , & ſic il-
lius defuncti hæreditas ſola ad eum ſpectabat ,
cùm alij fratres ex uno tantum latere coniuncti fo-
rent , quòd talis frater diuiſione , & renunciatione
non obſtantib. bona illa in diuiſione aſſignata repe
tere poterit , quia eo errore quo diuiſio facta fuit,
22 eodem errore geſta fuit renunciatio : Nec iura-
mentum in diuiſione (ſi forte appoſitum fuit)
refragari poſſet , quia ſtante errore , & falſa di-
uiſionis cauſa iuramentum nihil operatur, quia
iuramentum ſemper illam tacitam conditionem
habet , quam habet actus ſuper quo interponitur.
Ang.conſi.315.Statuto cauetur.in prin. facit tex.in
l.fina.C.de non numera. pecun. cum ſimilibus per
Dec. allegatis dicto conſi.tringenteſimo quinqua-
geſimoquinto,in vltim.colum.verſic. Vltimo non
obſtat iuramentum.& dicto conſil. quadringente-
ſimooctauo.num.quarto,cum pluribus ſequen.In
tantum,quod etiam abſolutio a iuramento non re
quiritur, vt concludit Dec.d. conſi.tringenteſimo
quinquageſimoprimo.propè fi.Ex quib.omnib.re
ſultat vera,& firma concluſio quòd Sanctes, alijq;
ſubſtituti per exiſtentiam Dom. Catherinæ a dicto
fideicommiſſo excluſi ſunt , & ideo eam tanquam
ad illud expreſſe vocatam non obſtante diuiſio-
nede

ne de qua ſupra, admittendam eſſe. Et ita de iure reſpondendum cenſeo, ego Mattheus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Dos promiſſa, & in teſtamento relicta, iuxta qualitatem perſonarum mariti, & vxoris intelligitur, & iuxta quantitatem patrimonij ipſius relinquentis, & ſecundum loci conſuetudinem.*

2 *Dos mille ducatorum per patrem filię relicta, re, & nomine etiam Comiti magna dicitur.*

3 *Commiſſio facta arbitrio, & voluntati alicuius, boni viri arbitrium tantum importat, idem ſi diceretur pro tua voluntatis arbitrio.*

4 *Commiſſio facta libera, & mera voluntati alicuius, intelligitur dummodo abſque dolo arbitratur.*

5 *Litigantes odio ſe inuicem habent, & inimici ſunt, præſertim quando lis eſt de omnibus bonis, aut de maiori parte bonorum.*

Legatum in meram hæredis voluntatem collatum non valet, ibidem.

6 *Dos filiæ in teſtamento relicta, an adita hæreditate debeatur, vel cum nupſerit?*

7 *Legitima reiecta omni conditione, tempore, vel onere debetur.*

Nupta non dicitur, quæ virum pati non poteſt.

CONSILIVM LXXXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur breuiter concludo, Dominam Antoninam Maranã vxorem olim Mag. Dom. Caroli de Battaglis Iuriſcon. Ariminenſis dotem Luciniæ eius filiæ ad tantam ſummam, & quantitatem declarare, & arbitrari non potuiſſe. Et
1 præmitto quòd de iure communi dos promiſſa, & in teſtamento relicta ſemper iuxta perſonarum mariti, & uxoris qualitatem intelligitur, & iuxta patrimonij ipſius relinquentis quantitatem, & ſecũdum loci conſuetudinem. l. quæro. & l. ſeq. & ibi Bar. ff. de iure dot. & l. filiæ. & ibi Bar. de leg. 3. per Paul. de Ca. in l. fi. C. de contrahen. emp. & tradit Alex. conſ. 61. In cauſa & lite. columna fi. cir. fi. uerſic. Item reſpondeo. uol. 7. & conſil. 169. Viſis inſtrumentis, colũ. fi. uerſic. Et talis congrua. eod. uol. Præmitto etiam ꝙ
2 dos ducatorum mille per patrem relicta, re, & nomine magna dicitur ſecundum Bald. conſi. 255. Cõfirmans conſilium. in fi. uol. 2. & inquit Fulg. conſil. 32. Ex facto proponitur. columna ſecunda. in prin. uerſic. Et notandum, quòd dos mille ducatorum & Comiti congrua eſſe dicitur, ſequitur Dec. conſ. 26. Et diligenter. columna ſecunda. uerſic. Non obſt. allegata in contrarium. in 1. par. His ſic præmiſſis dico declarationem de duobus mille ſcutis pro dote Luciniæ prædictæ per Dominam Antoninam fieri non potuiſſe, ſi enim æſtimationem, & ualorem hæreditatis præfati D. Caroli teſtatoris attendimus, talis dos ſic declarata, & arbitrata totam ferè hæreditatem abſorbebit, & ſi ciuitatis Arimini conſuetudinem attendimus, dotem illam in maiorem quantitatem, quàm per teſtatorem Luciniæ patrem in teſtamento relicta fuerit, declarare non potuit, cùm dos congrua ſit, & patris, & eius hæreditatis dignitati æquiualens: & Arimini hodie dos, niſi ſexcentorũ ſcutorum datur, quæ in dicta ciuitate maior eſt, & ſi Luciniæ duorum mille ſcutorum dos conſtitueretur, ſolutis per hæredem omnibus teſtatoris debitis, & legatis in eius teſtamento relictis, & fabricato teſtatoris ſepulchro iuxta eius uolũtatem ualoris ducatorum centum & triginta, eiuſmodi declaratio totam abſorberet hæreditatem, & fortaſſe (ut mihi ſupponitur) reſiduum quòd detractis omnibus prædictis remaneret, ad dotem ſic declaratam non aſcenderet, immo uix ad quantitatem per teſtatorem relictam, cum hæreditas opulenta non ſit, ſed ſatis graui ære alieno grauata: concludo igitur talem declarationem fieri non potuiſſe, & tanto minus, quia ex teſtatoris diſpoſitione conſtat uoluntatem, & arbitrium Do. Antoninæ extendi non debere, niſi pro modo facultatum, & temporum conditione, ergo huiuſmodi declaratio ſubſiſtere non poteſt, cùm iniquitatem ſapiat, & in fraudem, ac præiudicium omnium in teſtamento uocatorum tendat. Proba-
3 tur etiam talem declarationem fieri non potuiſſe, quia teſtator ultra mille ducatorum quantitatẽ nõ ſimpliciter eius uoluntati, ſed eius arbitrio, & uoluntati commiſit, quæ verba arbitrium boni viri tantum importans ſecundum Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo videbitur. in ult. colum. & Dec. conſil. 562. Viſo puncto. ad fin. num. 14. in 4. par. Immo etiam ſi dixiſſet, pro ſuæ uoluntatis arbitrio, boni uiri arbitrium importaret, ut in c. nimis praua. extr. de exceſ. præla. per quem text. ita tenet Alex. in l. ſi ſic. colum. 2. ad fi. uerſi. Quid de his uerbis. & ibi Iaſ. in 5. col. ad fi. uerſic. Secundo limita. de leg. 1. Secus eſſet, ſi teſtator libero eius arbitrio, uel pleno eius arbitrio commiſiſſet, ut declarat Alex. conſil. 214. Ponderatis. col. 1. uerſi. Pro hoc etiam facit. uolum. 6. Cùm ergo eius arbitrio & uoluntati commiſerit, ultra quantitatem in teſtamento relictum arbitrari non potuit. Quinimmo ſi eius libere, & me-
4 ræ uoluntati commiſiſſet, intelligeretur, dummodo abſque dolo arbitretur. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & dummodo ex fide agat, quod agere intẽdit ſecundum Bar. ibi. quod idem ſequitur Iaſ. in d. l. ſi ſic. in ult. col. uerſic. Vltimo Bart. hic. Et quòd in fraudem, & odium Cæſaris talis declaratio facta fuerit, conſtat ex lite mota inter dictam Dom. Antoninam, & dictum Cæſarem ſuper bonis, & hæreditate præfati Dom. Caroli teſtatoris. Nam litigantes odio
5 ſe habent, & inimici ſunt, præſertim quando lis eſt de omnibus bonis, vel de maiori parte bonorum. arg. eorum, quæ not. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. & per Fely. in c. cum ſuper. colum. 5. extra. de offic. deleg. Amplius dico talem declarationem inualidam eſſe, ex eo quòd dos illa in meram Dom. Antoninę hæredis uoluntatem collata fuerit, & ubi aliquid in teſtamento relictum in meram hęredis uolũtatem confertur, relictum non ualet, quo ad eius uoluntatem, caſus eſt in d. l. ſi ſic. in princ. & ibi not. omnes. ualet tamen quo ad arbitrium boni uiri, ut inquit ibi Iuriſconſultus: & ratio illius tex. eſt, quia poſſet hæres iniquum æquo præferre, & iniuſtum arbitrari poſſet, talis igitur declaratio conſiderata patrimonij facultate, & d. q. Dom. Caroli hæreditate, & Arimini conſuetudine, in arbitrium boni uiri, & non D. Antoninæ conferri debet, ut no. gl. & Pau. de Ca. in l. 1. in prin. ff. de leg. 2. Et poſito quòd hæres ſecundum eius uoluntatem declarare poſſet, conſenſus etiam dicti Cæſaris pro medietate hæredis in declaranda dicta dote, unà cum Dom. Antonina interuenire debet, & non ſola D. Antoninæ uoluntas ſufficit, quia nimium Cæſari præiudicium inferri poteſt, cum ipſe poſt mortem D. Antoniæ, uel ipſa ad ſecundas nuptias tranſeunte iuxta teſtatoris diſpoſitionem

6 tione ſolus remaneat hæres. Quo ad aliud, nunquid
dos ipſa in teſtamẽto Luciniæ relicta ab adita hære
ditate ſibi debeatur, uel tempore quo nuptui trade
tur? uidebatur dicendum quod ſtatim adita hæredi
tate debeatur, quia dos per patrem filiæ relicta lo-
co legitimæ debetur, quæ ſtatim debetur, & ſolui
debet, & non tanquam relictum ſi nupſerit, quia le
7 gitima abſque conditione, tempore, uel onere, de-
betur. l. quoniam in prioribus. & ibi Iaſ. poſt alios.
C. de inoffi. teſta. & credendum eſt patrem pro legi
tima dictam dotem reliquiſſe, ad quam ipſe tene-
tur. arg. l. uxorem. §. pater naturalis. de leg. 3. facit
tex. in l. papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoffi. te
ſta. & l. cum etiam. in prin. ff. de bon. damna. cùm
dos loco legitimæ ſuccedat. l. ſi cum. §. qui iniuria-
rũ. ff. ſi quis cautio. & l. 1. §. hæc actio. in fi. ff. ſi quis
teſta. lib. eſſe iuſſ. fue. & not. Cy. in l. ſancimus. col. 2.
C. de nup. immo ex uerbis teſtatoris conſtat dotem
ſibi relictam fuiſſe pro legitimæ parte, ſeu portio-
ne in bonis, & hæreditate ſui patris ſibi debita, ergo
ab adita hæreditate debetur. Contrarium tamen in
caſu noſtro uerius eſſe puto, nam quando filiæ non
dum nubili certa quantitas a patre pro dote relicta
fuit, ſi quantitas relicta legitimam excedit, non de-
betur, niſi uſque ad legitimæ quantitatem, reſiduũ
uero, quod eſt conditionale, adimpleta conditione
debetur, ideſt quando ad nubilem ætatem perue-
nerit, & nuptui tradetur, quaſi inſit hæc conditio ſi
nubilis efficiatur, & nuptiæ ſequantur. l. promitten
do, in prin. & l. talis. in prin. ff. de iure dot. ita Pau. de
Ca. in l. titio centum. §. titio genero. col. 3. in fi. uer-
ſi. Circa ſecundum articulum, iuncto primo artien
lo. ff. de condi. & demon. reſiduum igitur ultra legi
timam penes inſtitutum hæredem remanet, donec
illa nubilis ætatis fuerit, & nuptiæ ſecutæ ſint. Non
obſtat quod Lucinia per uerba de præſenti nupta
8 fuerit, quia nupta non dicitur, cùm uirum pati non
poſſit, & cùm adhuc in infantili ætate exiſtat, pro
non nupta habetur, ut eſt tex. & ibi not glo. in l. pe.
ff. quando dies leg. ced. Et ita concludendum, & de
iure reſpondendum cenſeo Ego Matthæus Brunus
Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei
ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Affectio maior per patrem in filias natas, quàm in naſcituras habetur.*
2 *Remotior non eſt inconueniens quòd melioris ſit conditionis, quàm proximior.*
3 *Verba vniuerſalia comprahendunt omnia, quæ excogitari poſſunt, multo magis quando geminata ſunt.*
4 *Verba geminate prolata magis deliberata cenſentur.*
5 *Verba quando ſunt geminata de diſponentis voluntate magis apparere dicitur.*
6 *Verbum videtur, & verbum placet, an, & quando boni viri arbitrium, & quando liberam voluntatem importent.*
7 *Dictio vniuerſalis ea, quę aliàs non includerentur, includit, & num. 12.*
8 *Verba generaliter prolata, generaliter intelligenda ſunt.*
9 *Statutum generaliter permittens bannitum occidi, generaliter intelligi debet, ſiue quis per ſe, ſiue per alium etiam data pecunia eum interficiat.*
10 *Pater magis vnum filium quàm alterum diligere non præſumitur, nec inter eos inæqualitatem ſeruare præſumitur.*
11 *Pluralitas, & vniuerſalitas ex propria ſignificatione non verificatur plus in vno, quàm in altero.*
12 *Dictio (omnibus) a teſtatore prolata reſtrictionem non recipit.*
Perſonę quę aliàs ſub ſimplici ſermone non includerentur, ſub vniuerſali dictione includuntur. eo.
13 *Clauſula in fine poſita, & non ad aliquam diſpoſitionem quaſificandum, ad omnia præcedentia, in quibus eadem eſt ratio, refertur, & quando commode referri poteſt, & ſalua recti ſermonis ratione, & non ad proxima tantum.*
14 *Pater ſi filios ex diuerſis vxoribus inſtituat, & inuicem ſubſtituat, coniuncti ex vno tantum latere aduenienti ſubſtitutionis caſu ſimul cum vtrinque coniunctio admittuntur.*
Per vulgarem ſubſtitutionem teſtatori, & in eius bonis ſuccedi tur ibidem.
Filij ex diuerſis vxoribus nati æqualiter teſtatori coniuncti ſunt, & pariter dilecti. eo.
Teſtatori per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſicut per vulgarem ſucceditur ibidem.
15 *Portio vnius ex pluribus filijs inſtitutis deficiens omnibus alijs filijs ex diuerſis vxoribus natis accreſcit.*

CONSILIVM LXXXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione eorum quæ ad me trãſ
miſſa ſunt in cauſa D. Catherinæ q. Ioã-
nis Muzzoli de Sancto Mauro, non re-
cedendo ab alijs, quæ per me aliàs ſcri-
pta ſunt. Concludo D. Catherinam, &
non filias tantum Aneſtaſiæ ſecundæ uxoris dicti
Ioannis ad ſui patris hæreditatem fuiſſe uocatã per
illa uerba, Et prædictis filijs, & filiabus omnibus de
cedentib. adeo quòd ex ipſis nullus exiſtat &c. Ver
ba enim illa tàm de filiabus ex prima uxore, quàm
ex ſecunda natis intelliguntur, cum dictionem, filia
bus omnibus teſtator adiecerit, quæ dictio uniuer-
ſalis tam primi matrimonij, quàm ſecundi filias cõ
prehendit, eo maxime cum primi matrimonij filia
in plus quàm ſecundi matrimonij inſtituta nõ fue-
rit, ideo inter eas nulla fieri poteſt differentia, nec
maior ratio in una quàm in altera reddi poteſt, qui
nimo ad D. Catherinam iam natam, quàm ad non
1 natas, maior ratio haberi debet. Cum maior affe-
ctio in natas, quàm in naſcituras habeatur. l. qui fi-
liabus. de leg. 1. l. ſitius. & l. idem prætor. ff. de ſuis, &
legi. Alex. conſ. 51. Circa hanc dubitationem. col. 1.
in fi. verſi. Et adduco rationem. num. 6. uol. 4. & tra
dit Aymo. conſi. 98. Nobilis. & potens. colu. 1. uerſi.
Præterea ſi grauauit. uol. 1. Nec eſt inconueniens,
quod D. Catherina etiam ab inſtitutione remotior
2 melioris ſit conditionis, quàm proximior, præſer-
tim quando proximior teſtamenti tempore non-
dum nata erat, arg. eorum quæ ſcribit Alex. conſil.
38. Perſpectis his. colum. fin. uolum. 6. Alber. Brun.
conſi. 10. viſa quæſtione. colum. 2. Rubeus Alexan-
dri. conſi. 22. Teſtator habens. colum. fin. num. 14.
& Aymo. d. conſi. 98. colum. pen. in fi. num. 15. ver.
Tertio reſpondeo. Et tanto magis prædicta ſunt
vera propter illa verba vniuerſalia geminata ſcili-
cet, filiabus omnib. & quod ſi ex ipſis nullus exiſtat
&c. Nam teſtator dicens, & prædictis filiis, & filia-
bus omnibus decedentibus, adeo quod ex ipſis nul
lus exiſtat, tàm primi quàm ſecundi matrimonij fi-
lias comprehendere uoluiſſe uidetur. Verba enim
uniuerſalia omnia ea comprehendunt, quæ exco-
gitari poſſunt. l. Iulianus. de leg. 3. l. a procuratore.
3 C. mandati. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de
uſur. & l. cum uirum. ubi Bal. in 2. oppo. C. de fidei-
com. multo magis operari debent quãdo gemina-
ta ſunt. l. baliſta. ff. ad treb. Bar. in l. cum ſcimus. C.
de agri. & cenſi. lib. 11. Talia enim uerba geminate
4 prolata cum maiori deliberatione cenſentur. c. & ſi

Christus,

Chriſtus. extr.de iurciu. glo. fi.in c. ſi quis iratus. 2.
5 q.3. Et ubi uerba ſunt geminata de uolūtate diſpo-
nētis magis enixe apparere dicitur, ne uerba ſuper
fluo appoſita cenſeantur. Pau.de Ca.conſi.115. Su-
per primo uidetur dicendum quòd dictus Simon,
col.2.circa medium.uolu.1.in nouis. Et ideo uide-
6 mus, quòd quamuis uerba, uideatur, & placeat, ſi-
gillatim aut per ſe prolata uiri boni arbitrium im-
portēt, ut habetur plene per Iaſ.poſt alios in l. ſi ſic
legatum.in 1.& 2.col.de leg.1. ſi tamen geminen-
tur, & ponantur ſimul, liberam uoluntatem impor
tant. Corne.conſi.302. Præmittendum eſt.colu.pe.
numer.6.uerſi. Dictio enim.uol.4. Idem Iaſ.in d.l.ſi
ſic legatum.col.fi.in prin.uerſi. Amplia prædicta &
Aymo.conſi.105. Caſus talis eſt.col.1. uerſi. Tertio
pondero.uol.1. Cùm ergo ſupradicta uerba uniuer
ſalia generaliter prolata ſint, & nulla filiarum ab ip
ſo teſtatore excepta fuerit, omnes filiæ tàm primi
7 quàm ſecundi matrimonii includuntur, tum quia
dictio uniuerſalis includit ea, quæ aliàs non include
rentur. Dec.conſi.598. Conſului.colu.1.numero 2.
Ruy.conſi.149. Pro deciſione.col.5. ſub nume.10.
uol.1.Bellon.conſi.28. Licet copioſe.col.2. num.4.
uerſi. Item multum operantur. Tum quia uerba,
8 generaliter prolata generaliter intelligenda ſunt.l.
1.§.generaliter.ff.de leg.præſtan. & cap.ſoliuæ.extra
de maiori. & obedi.cū uulg.& uerbo generali om-
nia includuntur. Bal.conſi.191. In teſtamento.uolu.
1. Nec de uniuerſali, & generali diſpoſitione excipe
re debemus, quòd diſpoſitio ipſa non excipit, quia
ſatis eſt, quòd uerbis, & diſpoſitionis tenori ſatisfiat,
l.2.§.1.ibi legi ſatisfactum ſit.ff.de iudi.& §.oportet.
in auth.de iudicib.quæ iura in ſimili allegat Pau.de
Ca.conſi.430. Si quæritur.col. 2.in prin.uerſi. Nam
hoc non colligitur.uol.1.in nouis. Facit quod ſcri-
bit Bal.conſi.401, Ad euidentiam dicendorum.col.
9 fi.uol.1. Vbi quòd ſtatutum generaliter permittens
bannitum occidi, generaliter intelligi debet, ſiue
quis per ſe occidat, ſiue per alium etiam data pecu-
nia. Et iſta procedunt maxime, ubi eſt eadem ratio
omnium ſub generalitate compræhenſorum, ut in
caſu propoſito, ſecus quando in omnibus non eſ-
ſet eadem ratio, ut declarat Aymo. conſi.3. Index.
colum.fi.in fi.uolum.1. & ſi aliter intelligeremus,
ſequeretur abſurdum, quod una ex dictis filiab. ma
gis dilecta uideretur quàm altera, quod in dubio
10 non eſt præſumendum, cùm pater unā magis quā
alteram diligere non præſumatur.l.nam, & ſi parē-
tibus.ff.de inoffi. teſta. nec præſumatur inter filias
inæqualitatem ſeruare uelle.l. cùm pater.§. cui dictis.
& ibi not. Bar.ff.de leg.2.& l.fi.C.communia utriuſ
que iud. maxime quando a teſtatore filiæ abſque
ulla exceptione uocatæ ſunt, cùm æqualiter tam in
una quàm in altera diſponere præſumatur. præſer-
tim quia in teſtamento minime apparet, ꝙ filias ſe
cundi matrimonii naſcituras, magis quàm filiā ex
primo matrimonio natam dilexerit, & ideo tā D.
Catherinam natam, quàm filias ex D. Aneſtaſia ſe
cunda uxore naſcituras uocare uoluiſſe cenſetur.
Nec eſt ueriſimile quod aliter uoluerit teſtator: im
mo ſi interrogatus fuiſſet de quibus intelligere uol
uiſſet, utique omnes filias abſque aliquarum exclu
ſione uocando, tam de D. Catherina nata, quā de
naſcituris reſpondiſſet, ergo pro expreſſo haberi de
bet. glo.& Bal.in l.tale pactum.ff. de pact.l. titius. §.
lucius.ubi Pau.de Ca. Alex.& ſcribentes.ff. de libe.
& poſth.& l.fi.C.de poſthu.hæredi.inſti. Hinc eſt, ꝙ
11 pluralitas, & uniuerſalitas in filiabus ſecundi matri-
monii tantum uerificari non poteſt ex propria ſi-
gnificatione, a qua ad excluſionem filiæ primi ma-
trimonii minime recedendum eſt, ut inquit Oldra.
conſi.142. Factum tale eſt.& idem tenet Alb. de ro-
ſa.in l.precibus.col.1.in prin.uerſi. Iterum quæro
de alia quæſtione, teſtator habens uxorem.C.de im
pub.& aliis ſubſti. Et propterea dixit Bar.in l. gene-
12 rali.§.uxori.ff. de uſufr.lega.quòd illud uerbū (om-
nibus) uniuerſale a teſtatore prolatum reſtrictionē
non recipit, ut eſt tex.in d.l.iulianus. in prin. de leg.
3. & l.pædiculis.§.labeo.ff.de auro & arg.leg. ex eo
quod natura illius ſigni uniuerſalis eſt aliquam fal
lentiam ſeu reſtrictionem non recipere. Corne.cō-
ſi.49. In præſenti. num.2.& 3.uolu.3. ſequitur Ruy.
conſi.109. Videtur omnino.col.2. in fi.ſub num.9.
& conſi.149. Pro deciſione.col.5.ſub num.10.uol.
2.& conſi.112. Circa primum.colu.pe.nu.16.uerſi.
Supereſt poſtremo.uol.5. Quinimmo inquit Ruy.
ibi ꝙ ſub illo uerbo uniuerſali perſonæ, quæ aliàs
ſub ſimplici ſermone non includerentur, includun
tur, ut probatur ex no. per Bal. in c. imperialem.in
prin.de prohibi. aliena.ſeu. per Fede. & in l. 1.q.34.
ff.de rer.diui.& Bar.& ſcribentes in l.gallus.§.etiam
ſi parente.ff.de lib.& poſth.cum ergo illa uerba fi-
liabus omnibus decedentibus, adeo quòd ex ipſis
nullus exiſtat, etiam D. Catherinæ ex primo matri-
monio natæ conueniant, conuenit etiam diſpoſi-
tio.l.4.§. toties.ff.de dā. infec. & l.legatis.ff.de alim.
& cib. Præterea aduertendum eſt, quòd illa clauſu-
13 la, & prædictis filiis & filiabus omnibus decedenti-
bus &c. cum ſit in fine poſita, & non ad qualifican
dum aliquam diſpoſitionem, ad omnia præceden
tia refertur, in quibus eadem eſt ratio, & quando
commode referri poteſt, & non ad proxima tantū.
ut eſt communis opi. Doc.in l.ſi idem.in fi.ff. de iu
riſd. om. iudi.& in l. talis ſcriptura.in fi.de leg. 1.l.3.
§.po.ff.de lib.& poſth.l. 1. & ibi Iaſ. C.de lib. præte.
not.Bar.in l.fi.ff.de reb.dub. Corne.conſi.83. Vide-
tur.numer.6 uolu.2.conſi.305. In hac.colu. 1.uerſi.
Quod, & talis ratione.uol. 1.& conſi.273. Viſis.col.
2.uerſi. Item clauſula.eo.uolu. ubi inquit quòd ubi
ratio reddi non poteſt, quare magis ad proxima,
quàm ad remota referatur, ad omnia præcedentia
refertur. ad idem Bellon.conſ.7. Deſideraſſem.col.
5.ad fi.num.7.& conſi.18. Perpenſis.col.2. nume.3.
uerſi. Nam hoc eſt regulare. Et hoc procedit maxi-
me quando ſalua recti ſermonis ratione referri po
teſt, ut inquit Capra conſi.154. Punctus. Quidā San
ctes.col.fi.in prin.& per eundem pulchre conſi.123.
Punctus. Quidam Franciſcus.col.1.nu.3.& ita per ſi
milem clauſulam conſuluit Calcan. conſi.103. Pro
parte.colum.pe.uerſi. Quia, & ego. Vltimo præſens
14 quæſtio decidi uidetur ex not. per Bar. in l.lucius.in
ulti.q.ff.de uulg.& pup. quem refert, & ſequitur A-
lex.conſi.30. Viſo teſtamento, col.1.in fi. uerſi. Ta-
men in hoc contra Dy.uol.2.& Ruy.conſi.203. De
duobus.col.2.in prin.num.4.uolu.2. ubi concludit
quòd ſi pater filios ex diuerſis uxoribus inſtituat,
& inuicem ſubſtituat, quòd coniuncti ex uno late-
re tantum adueniente ſubſtitutionis caſu, ſimul cū
utrinque coniuncto admittuntur, quia cùm talis
ſubſtitutio ſit uulgaris tantum.l.iam hoc iure. ff.de
uulg.& pup.per quam teſtatori, & eius bonis ſucce
ditur.l.1.ff.eo.& Inſti.de uulg. ſubſti.in prin. præſu-
mitur quod omnes ſimul uocati ſint, quia æquali-
ter teſtatori coniuncti, & pariter dilecti ſunt, ut in-
quit Iaſ.in d.l.lucius.col.pe.in fi. uerſi. Sed aduerte
ſubtilius.quāuis ipſi, cui facta eſt ſubſtitutio, utrin-
que cōiūctus magis ſit proximus, quàm ex uno la-
tere tantum coniunctus.auth.ceſſante.& auth.poſt
fratres.C.de legi.hæredi.& cum Bar. tranſeunt com
muniter Doct. ut ibi per Alex.in ulti. col. numero
20.uerſi. Vltimo quærit hic Bar. Eadem ratione di
cendum eſt idem in fideicomiſſaria, per quā teſtato
ri ſicut

ri ſicut per vulgarē ſucceditur.l.cohęredi.§.cū filię, ff.de uulg.& pup. Sic in caſu propoſito dicendū eſt, Nam cùm omnes filiæ fœminæ per illam uniuerſalem dictionem (omnibus filiabus)uocatæ fuerint, tam filię primi matrimonij, quàm ſecundi uocatæ
15 intelliguntur. Et idem probatur ex not.per Bar.in l. re coniuncti.in 3.quæſt.quintæ quæſt.princ. de leg. 3.ubi uult,quòd ſi pars unius ex pluribus filijs inſtitutis deficiat, quòd illa portio pariter omnibus alijs filijs, etiam ſi ex diuerſis uxoribus nati ſint, accreſcat,quia per ius accreſcendi patri, cuius portio defecit, & non filio ſucceditur. Propterea cum patrį ſint coniuncti pariter, & æquè proximi, ſimul uocantur, quamuis fratri excluſo unus ſit altero proxį mior. & hoc procedit ex teſtatoris diſpoſitione omnes filios, & filias vocando. Et ita de iure concludendum, & reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſconſul. Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in parte, & partibus contra ſe facientibus totum negocium ad iudicem ad quem, altero non appellante non deuoluit, ſecus ſi ſimpliciter interpoſita fuit appellatio.*
2 *Appellatio ſimplex totam ſententiam ſuſpendit, quamuis plures articulos diuerſos in ſe contineat.*
3 *Adhæſio appellationis infra decendium fieri debet, alioquin nihil operatur, præſertim in capitulis ſeparatis.*

CONSILIVM LXXXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

NON uidetur dubitandum partes iudicis ad quem, fore, & eſſe in pronunciando male iudicatum, & pro parte Do. Bartholomeæ de Leardinis bene appellatū, ex eo quòd cùm ipſa a ſententia lata li-
1 mitatè appellauerit, uidelicet a partibus contra ſe facientibus, talis appellatio ad iudicem ad quem, non appellante Do. Lucia actrice, & in una parte uictrice, totum negocium non deuoluit, ut no. diſtinguit Abb.in c.ſignificauerunt.in ſecunda columna.uerſicul.In hoc tamen diſtinguerem.extra. de excep. dicens quòd ſi uictus a ſententia, quatenus erat contra ipſum tantum, appellat, uictorem ab his, a quib. victus fuit abſolutus, appellare oportet, quia tunc ſententia ſuſpenſa non reperitur, niſi quatenus contra uictum appellantem facit, & niſi actor appellet, aliquid pro ſe dicere nequiuerit. cùm ergo Do. Lucia ab ea parte, a qua Dom. Bartholomæa abſoluta fuit, non appellauerit, non potuit iudex ad quem, in parte abſoluta eam condemnare, nec ſententiam in ea parte reſcindere, vt eſt tex.in l.etiam. §.ex cauſa.ff.de mino.& tradit Peruſi.in c.ſi duobus. columna ſecunda.uerſic.Circa tertium. extra. de appellat. hoc enim tantum agere potuiſſet, ſi victus a ſententia non limitate, ſed ſimpliciter appellaſſet. Quinimmo iſto caſu iudex etiam uictore non petente, & eo abſente ſententiam reformare teneretur, l. ampliorem.in prin.C.de appellat. & l.omnem. C. quando
2 prouoc.non eſt neceſ. Et ratio eſt, quia ſimplex appellatio totam ſententiam ſuſpendit, quamuis plures articulos diuerſos in ſe contineret. c.Raynutius. & c. Raynaldus.extr.de teſtam. & ita intelligit Abb. vbi ſupra.& Peruſi.in d.c. ſi duobus. eodem.verſic. Circa tertium caſum. Nec dicatur, prædicta procedere tantum in articulis ſeparatis, ſecus in uno & eodem capitulo, uel pluribus connexis, quæ pro uno, & eodem iudicantur, ſecundum gl.1.in d.l.ampliorem.vt in caſu propoſito videtur, quo caſu ob ſuam naturam appellans facere non poteſt, etiam quòd limitatè appellet, quòd iura in ſua appellatione locū non habeant.l.nemo poteſt.de leg.1.ſicut etiam cōſuetudo operari non poteſt id quod eſt contra appellationis naturam. glo.maior in c.2.de conſuetu. in 6. Quoniam reſpondetur, quòd cùm duo per actricem petita fuerint, uidelicet duæ petiæ terræ aratiuæ, & una terræ uineatæ, connexa non dicuntur, ſed ſeparata, & diuerſa capitula, ideo in caſu iſto dico verum eſſe, quòd appellatio de ſui natura nedū in connexis, ſed ſeparatis articulis totum pronunciatum ſuſpendit quādo ſimpliciter appellatur, ſed vbi limitate, & ab aliqua parte contra ſe faciente in articulis ſeparatis, vt in caſu noſtro, prouocatur, de appellationis natura eſſe non dicitur, quòd totum ſuſpendat, ſed id tantum, quod contra ſe facit, alioquin ſequeretur, quòd limitata appellatio etiam in parte pro appellante faciente ſuſpenderet, quod eſt abſurdum, vt no. tradit Fely. in d.c. ſignificauerunt. columna quarta.in fi.verſic. Cogitatam tamen. Immo ſi victor non appellauit, reſpectu abſolutionis ſententia in rem iudicatam tranſibit, victo tantum ab ea parte appellante in qua condemnatus fuit, ſecundum Gem.in c.ſi.§.ſunt etiam quorum. verſic. Quandoque.ibi. Sed pone quidam. 2.q 6. quem ſequitur Fely.in d.c.ſignificauerunt. columna 3.in fi. verſic.Subdit Ioan. de Fantu. vbi etiam allegat Bal. & Salyc.idem tenere in d.l.ampliorem. Quinimmo
3 ſi appellatus appellationi adhærere vellet, poſſet, ſed infra decendium adhæſio fieri debet, alioquin nihil ſibi prodeſſet præcipue in ſeparatis capitulis, vt tradit Peruſi.in d.verſic.Circa tertium caſum.& dixi ſupra conſil.73.Breuiter concludo.nume.quarto.verſic.Nec refragatur. Cùm ergo primus iudex in duabus petijs terræ aratiuæ Dom. Bartholomæam condemnauerit, eamq; in petia terræ vineatæ abſoluerit, & ab illa ſententia in partibus contra ſe facientibus ipſa appellauerit, Dom. Lucia actrice nullo vnquam tempore appellante, nec appellationi adhærente, minuſque ſententiam aliquo modo reformari petente, concludendum eſt iudicem a quo dictā ſententiam reformare nō potuiſſe ſaltem in ea parte in qua abſoluta fuit Dom. Bartholomæa. Pronūciādum eſt igitur male iudicatum, & bene pro parte Dom. Bartholomeæ appellatum fuiſſe, cum expenſarum victoria ſaltem quo ad illam partem terræ vineatæ, in qua prius abſoluta fuit. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſul. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum in principio anni per hæredem ſoluendum eſt.*
2 *Legatum annuum ſi ſolutum fuit, deinde legatarius moritur, an totum, vel pro parte reſtituendum veniat?*

CON-

CONSILIVM LXXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN quæſtione de qua in themate, omiſſis diſputationibus breuiter concludo legatum de ducatis duodecim D.Poliſſenæ annuatim ſoluendis, a principio anni alio non expectato ſoluendum eſſe, tex.eſt in l.nec ſemel, §.ſed, & ſi quotanuis. & §. prolnde.ff.quan.dies lega.ced.not.per glo.in §.at ſi ita.Inſti.de uerb.ob.per Bar.& alius;in l.qui hoc an no.ff.co.tit.& Soc.ſeni conſi.10. Quamuis quæſtio nes.columna 3.in 5.q.uolum.1.& conſi.,ſeq.in fi.in 3.q.& eſt tex.in l.a uobis.& ibi.glo.ff.de annu.lega. late ſcribit Alberi.in l.lecta.col.6.uerſi.Extra glo.ff. ſi. cer.pet.& in l.1.C. quan.dies leg. ced. ubi etiam Bal. poſt prin. uerſi.Aduerte.& ibi etiam not.Ang.
3 in fi.Sed decedente legataria infra annum,an penes eius hæredes ſolutum remaneat, uel pro rata tẽporis hæredibus teſtatoris reſtituendum ſit? tex.in l.ſi operas.& l.ſed & ſi quis.§. ſi operas.ff.uſufr.& glo. in d.l.a uobis.uidentur uelle, quòd pro rata anni legatum debeatur. In contrarium, tamen eſt tex.in l. filiæ mcæ.& in l.in ſingulos annos.ff.de annu.lega. quem tex.inquit ſing.Bar.in l.generali.§.hęredis.ff. de uſufr.& ad hoc propoſitum pro ſing.allegat Roma.in ſing.71.Legatum annuum.Nec refragantur tex.in contrarium allegati,quia ut inquit Bar.in d. l.a uobis.ibi in contrarijs,annua ſtipulatio reſpectu alterius facti a ſtipulatore explicandi fuerat,&ideo pro quota parte anni illud factum impleuit,ex illa parte committitur ſtipulatio,ſecus in caſu propoſito,quia in legato annuo ſumus ſimpliciter,non reſpectu alicuius facti a legatario explicandi,& ſic totum penes legatariæ hæredem remanet,& ita concludo,& iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcon.Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſolui debet.*
2 *Teſtis literarum ignarus ſecundum Regni conſuetudinem teſtamentum ſubſcribere poteſt, & in eo crucem apponere, & talis ſubſcriptio valet.*
3 *Teſtis inſtrumento contradicens an, & quo caſu illud vacillare faciat, & pro ſuſpecto haberi?*
Teſtis inſtrumentum manu ſua ſubſcriptum impugnans ſe deceptum fuiſſe allegare poteſt, & inſtrumentum inualidum remanebit.ibidem.& num.6. ſed contra nu.41.
4 *Teſtis ſi unum extraiudicialiter deponit, & aliud in iudicio ab illo diuerſum cum iuramento, ſecundo dicto ſtatur.*
5 *Nemo contra factum ſuum venire poteſt,& turpitudinem ſuam allegare,& nu.42.*
7 *Copia, & exemplum alicuius inſtrumenti ab eodem notario ſcriptum,qui originale ſcripſit, probationem facit, ſed contra num.45.*
Originale inſtrumenti ſi deperditum eſt, eius exemplum probat.ibidem.
8 *Res inter alios acta tertio non præiudicat, et quomodo procedat.num.10.*
9 *Teſtes ſi examinati fuerunt, et poſtea moriuntur, ſemiplenam contra alios probationem faciunt.*
11 *Exceptio donatori competens competit, et donatario.*
12 *Citatio operatur rem inter alios geſtam tertio citato præiudicare.*
13 *Teſtamentum nuncupatiuum in terris Imperij numerum ſeptem teſtium et rogatorum de neceſſitate requirit.*
14 *teſtes teſtamentarij ſi octo interuenerunt, inter quos duo inhabiles erant, illi duo pro vno habentur, et teſtamentum valet.*
15 *Iudex ad contractus unà cum teſtibus ſecundum Regni conſtitutiones in teſtamento requiritur, & qui ſe ſubſcribere debent.*
16 *Teſtamentum tempore peſtis iuri conditum an cum minori teſtium numero valeat? & an tantam requirat ſolemnitatem, quæ alio requiritur tempore? & num.52.*
Peſtis tempore inter Deum, & homines prælium eſſe dicitur.ibidem.
17 *Teſtamentum de iure canonico cum duobus teſtibus non rogatis ad piae cauſas valet, quando locus pius inſtitutus fuit, ſecus ſi laycus inſtitutus fuiſſet, & loco pio legatum relictum fuiſſet.& num.23.ſed contra num.34.& nu.54.*
18 *Verbum (volo) infinitiuo verbi ſignificantis actum de futuro iniunctum non diſponit, niſi infinitiuo verbi (eſſe) coniunctum ſit, quod procedit etiam ſi in vltimis voluntatibus prolatum eſſet.*
19 *Verba enunciatiua de præterito in vltimis voluntatibus ad piae cauſas diſpoſitionem inducunt, item de futuro.nu.33. idem de præſenti.nu.36.& vide num.54.*
20 *Teſtes intereſſe in cauſa habentes ſingulares, & de auditu atteſtantes nihil probant.*
21 *Teſtes ad inſtrumentum ſe referentes probãt ſecundum ſcripturam ſeu inſtrumentum ad quod ſe referunt.*
22 *Teſtes contrarij & falſum deponentes repelli debent, quia falſus in vno dicitur in omnibus falſus.*
24 *Ius gentium, & diuinum de iure canonico in teſtamento ad pias cauſas attenditur.*
25 *Teſtamentum etiam quòd ratione voluntatis non ſit perfectum, ſi de relicta ad pias cauſas conſtat, quamuis quò ad alia minime perfectum ſit, relictum tamen ad pios vſus debetur.*
26 *Scriptura teſtatoris ſi reperitur, & conſtat quòd eius manu ſcripta ſit, etiam quod in ea deſcripti teſtes non adſint, ſufficit, vt relictum debeatur.*
27 *Fauor in relictis ad piae cauſas maior quàm in liberis conſideratur.*
28 *Legata ad pias cauſas ex teſtamento nullo, & minus ſolemni debentur, dummodo de teſtatoris voluntate etiam per ſimplicem hæredis confeſſionem appareat.*
29 *Voluntas teſtatoris ex teſtibus ſingularibus, & de auditu deprehenditur in relictis ad pias cauſas.*
30 *Duæ ſemiplenæ probationes coniunguntur, ut intentionem, & teſtatoris voluntatem in relictis ad pias cauſas probent.*
31 *Hæres ſi teſtatoris voluntatem notam habet, per euãgelicam denunciationem ad ſoluendum relictum etiam quod teſtamentum nullum eſſet, compellitur.*
32 *Legata in teſtamento imperfecto debentur ſaltem naturaliter ob defuncti voluntatem.*
34 *Legata ad pias cauſas hæreditate non adita debentur.*
35 *Clauſula codicillaris in teſtamento imperfecto ſeu nullo operatur, quòd venientes ab inteſtato legata ſoluere grauati dicuntur.*
37 *Teſtes de auditu in factis antiquis probationem faciunt, in alijs autem præſumptionem & coniecturam. et num.38.*
38 *Factum antiquum quando dicatur.*
39 *Teſtator ſi poſt conditum teſtamentum per multos annos ſuperuixit, et illud non mutauit, prout mutare potuiſſet, cum eodem teſtamento decedere voluiſſe præſumitur.*
40 *Pluralitas teſtamentorum non præſumitur niſi probetur.*
41 *Fama in factis antiquis plenam probationem inducit, in alijs ſemiplenam.*
42 *Turpitudinem ſuam allegans non auditur maxime quando eſt contra eccleſiam, ſecus ſi in eius fauorem.*
43 *Teſtis in mortis articulo ſi poſt eius depoſitionem dixerit ſe falſum pecunia corruptum depoſuiſſe, ei non creditur in tertij præiudicium.*
44 *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ dicitur ei conſentire, et ibi contẽta approbare videtur, quod ſi impugnare uelit eã dicens ſe de-*

ſe deceptum fuiſſe, non auditur niſi deceptionem probauerit.

45 *Exemplo alicuius inſtrumenti non creditur etiam quòd manu eiuſdem notarij ſcriptum eſſet, niſi collationatum, & autenticum foret.*

Teſtis ſingularis non probat. ibidem.

46 *Teſtis in alia inſtantia inter diuerſas perſonas examinatus an probet?*

47 *Legata ad pias cauſas in teſtamento nullo relicta debentur ob clauſulam codicillarem in eo appoſitam.*

48 *Legatarij an pro teſtamenti ualiditate teſtes eſſe poſſint?*

Teſtes uniuerſitatis an in uniuerſitatis cauſa probent? ibidem.

49 *Teſtes ſuper remotis deponentes omni exceptione maiores etiam in criminalibus eſſe non debent.*

50 *Error in non ſubſtantialibus non nocet.*

51 *Relicta ad pios uſus non regulantur, nec laicorum ſtatutis ſubijciuntur.*

52 *Solemnitas in teſtamento per ſtatutum requiſita remittitur tempore peſtis.*

53 *Peſtis fugienda eſt, & omnes tempore peſtis aufugiunt.*

CONSILIVM LXXXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa, & lite uertente inter homines Confraternitatis Sancti Georgij de Gulferio ciuit. Rhegij actores ex una parte. & præsbiterum Ioannelum Marullum Rhegynum ex altera ſe defendentē. Prima facie dicendum uidetur presbyterum Ioanellū a petitis fore, & eſſe abſoluendum, ex eo quòd ſocietatis intentio plene probata non uidetur. uulg. l. qui accuſare. C. de eden. l. ei qui dicit. ff. de proba. c. 1. extra ut eccle. benefi. cap. cum eccleſia. de cauſa poſ. & propric. & c. fi. §. fi. cum uulg. extra. de iure iu. Nec refragari uidetur quoddam ultimæ uoluntatis inſtrumentum Genebriæ de Pico tempore peſtis confectum, in quo tota uis conſiſtere uidetur. Nam reſponderi poteſt tale teſtamentum eſſe nullum, ullamque facere fidem ſtante falſitatis ſuſpicione. Conſtat enim per Meuij Spitillæ teſtis teſtamentarij, ac numerarij depoſitionem teſtamētum illud (ut requirebatur) teſtium manu ſubſcriptum, non fuiſſe: & in ſpecie eiuſdem Meuij, qui publicationi talis teſtamenti non interfuiſſe fatetur, ſed, quod multo tempore poſt, cum Meſſanæ a notario Iacobo Leardino crucem manu propria ſubſcribere requiſitus fuiſſet, (cùm literarum ignarus eſſet, &
3 qua tales ignari uti conſueuerunt, quæ ſecundum Regni uſum & conſuetudinem ſufficere uidetur, & talis uſus ſeruandus ſit, arg. l. fi. C. de iniuri. ſecundum And. de Iſer. in conſti. Regni. in c. Inſtrumentorum robur. de fide, & auctori. inſtrum. Et multo magis quia crucem apponere cum notarij approbatione ſubſcribere dicitur. arg. l. fi. §. ſi autem dubius. C. de iure delibe.) publicationi prędictæ negās manum ſuam apponere recuſabat, quamuis a dicto notario Iacobo ad eam ſubſcribendam manu caperetur, quo caſu teſtamentum pro ſuſpecto haberi dicendum eſt, & ei nullam fidem adhiberi debere iuxta not. per Lanfr. in repeti. c. quoniam contra. in gl. inſtrumentorum productiones. colu. 9. in fi. uerſi. Quæro nunquid inſtrumentum. extra. de probatio. Vbi pro ueritatis, & communis opinionis concluſione diſtinguendo dicit, Aut unus teſtis inſtrumentum contradicit, aut plures, ſi unus, aut de inſtrumentarijs, aut extra inſtrumentarios, ſi de inſtrumentarijs, aut eſt numerarius teſtis, & de in inſtrumento requiſitis, aut eſt ſupernumerarius. Primo caſu facit inſtrumētum de falſo ſuſpectum, ita quòd fides ei non adhibetur, l. 1. §. ſi quis neget. & ibi not. Bar. Bal. & Imo. ff. quemadmo. teſta. aperi. & hæc eſt magis communis tàm legiſtarum, quā Canoniſtarum opinio, ut atteſtatur Soci. ſeni. cōſ. 46. Cùm in preſenti. in fi. & conſi. 143. Diu profecto. colu. 2. uerſi. Quibus præſuppoſitis, uolu. 1. Sed in caſu propoſito Minicus de inſtrumentarijs, & numerarijs teſtis eſt, qui in teſtamento de neceſſitate requiritur, teſtamentum ergo pro ſuſpecto habetur, & nulla eſt ei fides adhibenda, nam teſtes in teſtamēto deſcribuntur, ut per eos illi fidés adhibeatur. §. ſi uero. in auth. de fide inſtru. ſi ergo unus in eo non interueniſſe deponit, teſtamenti fidem vacillare facit, ut inquit Bar. in d. §. ſi quis neget. & in l. in exercēdis. ubi late. C. de fide inſtru. Et quamuis in dicto teſtamento appareat Minicum manu ſua crucem appoſuiſſe, deceptum tamen fuiſſe teſtatur, quo caſu ſibi credendum eſt iuxta nota. per Bar. in d. §. ſi quis negat. col. pe. in fi. uerſi. Quæro quid ſi inſtrumentum eſt ſubſcriptum. ubi inquit ſi teſtis, qui in teſtamento ſe ſubſcripſit, uult teſtamentum impugnare, dicere poteſt ſe in ſubſcriptione deceptū fuiſſe, & teſtamentum inualidum remanebit, & imputent ſibi confratres, ſi negligentes extiterunt in nō faciendo de præſentia, & uoluntate ipſius Minici alios teſtes (ut requirebatur) examinari. Quinimmo conteſtes in teſtamento deſcriptos examinari facere debebant, ut ueritas facilius haberi poſſet, iuxta not. per Alex. conſi. 177. Viſo themate. col. 2. uerſi. Et pari ratione non ob. uol. 2. Præterea quando teſtis unum extraiudicialiter deponit, & aliud a primo dicto diuerſum in iudicio cum iuramento
atteſtatur, ut in caſu propoſito, ſecundo dicto tanquam magis efficaci, & iuridico ſtatur, cap. cum in tua. & ibi Fely. poſt Abb. & alios. In 4. concluſione. extra. de teſti. dicens quòd extraiudiciales aſſertiones ſæpe fiunt, ut partibus morem geratur, & diuerſitatis ratio de hoc caſu ab alio reddi non poteſt, quando primo unum iudicialiter depoſuit, poſtea contrarium extraiudicialiter aſſeruit, ſed hoc caſu iudiciali dicto ſtatur, ergo & in caſu noſtro idē quāuis prius extraiudicialiter ut per eum in d. c. cum in tua in 3. concluſione. Fortificātur prædicta ex præſbyteri Bernardi Copani depoſitione, qui ſimiliter in celebratione talis teſtamenti audacter in iudicio deponit non interfuiſſe, quamuis in eodem teſtamento deſcriptus appareat, quo caſu præallegata Lanfr. theorica ſuccedit in d. uerſi. Quæro nunquid inſtrumentum. ubi inquit. Aut duo ſunt teſtes inſtrumento contradicentes, ſuntque in eo deſcripti & numerarij, teſtanturque cōtractui non interfuiſſe, & tunc inſtrumentum reprobatur. Nam ſi unus numerarius contradicens inſtrumento præiudicat ut dictum eſt, multo magis ſi duo, inſtrumentum ergo falſum: nulla igitur fides ei eſt adhibenda, reus ergo a petitis abſoluendus eſt. Et quamuis prēsbyter Bernardus in ſua depoſitione dicat dictū teſtamentum manu propria ſubſcripſiſſe, ut euidentiſſime patet, quo caſu dicendum uideretur deponere non potuiſſe, cum contra factum proprium depoſuiſſe uideatur, quod explorati iuris eſt regulariter minime poſſe. c. diuerſis. extra de cleri. coniu. & c. monemus. 12. q. 2. cum ſimili. & in caſu iſto turpitudinem ſuam allegare uideatur contra tex. in c. inter dilectos. §. attendentes. & ibi glo. extra de donatio. & l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. Reſpondetur tamen per eundem met in eius depoſitione perſuaſionib. & uiribus notarij Iacobi Leardini ad ſic ſubſcribendum

dum fuiſſe copulſum, vnde ſuccedit Bart deciſio in
dicto.§. ſi quis neget. verſi. Quæro quid ſi inſtrumē
tum eſt ſubſcriptum. quòd inſtrumentum eius ma-
6 nu ſubſcriptum impugnans ſe fuiſſe deceptum alle
gare poteſt, & hoc caſu reprobabitur inſtrumentū.
Nec dicatur presbiterum Bernardum in hac cauſa
examinatum non fuiſſe, ſed quædam eius diſpoſi-
tionis copia, uel exemplum in actis productum re
peritur, quod nullam fidē facit, nec cōfratrib. præiu
dicat, auth. ſi quis in aliquo, & ibi ſcribētes, cū mate
7 ria.C.de edē. Quoniā reſpondetur ſcripturam pro-
ductam (& ſi copia, & exemplum ſit) probationem
validam inducere, cum ab eodemmet notario ſum
pta, & ſcripta ſit, qui originale ſcripſit, ut ipſe in
eius depoſitione fatetur, quo caſu probationem fa-
cit. ut tradunt Bar. & ſcribentes in d. authen. ſi quis
in aliquo, in 3. oppoſi. & præcipuè Iaſ. in prima co-
lum. in fi. uerſi. Secundo fallit ſecundum Barto. ubi
ita praticari atteſtatur. & ibi Alexand. communem
opi. eſſe dicit. Vel ſecundo reſponderi poteſt ſecun-
dū Alex. ibi in quinta fal-ē. & Iaſ. poſt alios in pen.
colum. verſi. Vltimo fallit quo ad aliqualem pro
bationem, uel præſumptionem probat exemplum,
præſertim ſi originale deperditum eſt, ut per quam
plures teſtes probatum extat, proceſſum, in quo
erat illius depoſitionis originale deſcriptum. deper
ditum fuiſſe. & ita tenet Barto, in l. admonendi. co-
lum 6. in fi. uerſi. Sed quæro quid de exemplo. & ibi
Iaſ. ff. de iureiu. & idem comprobat Dec. in d. auth.
ſi quis in aliquo. colum. 4. ad fi. uerſi. Quinto fallit.
Nec obſtat ſi dicatur, eſto quòd exemplum proba-
tionem induceret, non tamen Confratribus obeſt,
cum presbyter Bernardus in hac cauſa examinatus
non depoſuerit, ſed inter diuerſas perſonas, ex quo
8 ſuccedit regula, res inter alios acta tertio non
præiudicat, ut in rubric. & nigro. C. res inter alios a-
cta. capit. inter dilectos. & ibi Cano, extra de fide in-
ſtrum. & habetur latè per Alexan. in l. ſæpe. ff. de re
iudi. Quoniam reſpondetur ſecundum doctrinam
Bar. in d. l. admonendi. colum. decima. in princ. uer-
ſicu. Quæro quid ſi dicta teſtium. & ibi Iaſon in 86.
colum. uerſi. Quarto quærit Barto. in repe. ubi quæ
9 rit, quid ſi teſtium dicta inter eaſdem perſonas re-
cepta, & examinata ſunt, an contra alios fidem
aliquam faciant? & ſingulariter concludit, quòd
ſi tales teſtes amplius examinari nequeunt, pu-
ta quia mortui ſunt, ut in caſu noſtro, contra
alios ſemiplenam faciunt probationem, & ita
inquit ibi regulam res inter alios acta &c. ſingu-
lariter limitari, & idem repetit in l. undecima, in
fin. uerſicu. Quinto limita. C. de edend. cum mul-
tis concordant. per Hyppo. relatis in ſingular. 435.
10 Res inter alios acta. Reſpondetur, & ſecundo di-
ctam regulam quo ad extraneas perſonas proce-
dere, at in caſu propoſito eædem ſunt perſonæ,
quia presbyteri Bernardi depoſitio ſuper eadēmet
cauſa inter prædictos ſocietatis homines, & presby
terum Petrum de Lauro facta fuit, a quo presby-
ter Ioannellus uirtute donationis cauſam habet,
qui cum presbytero Petro eadem perſona cenſe-
11 tur. Cùm presbytero Ioannello donatario om-
nes competant exceptiones, quæ donatori com-
petebant, & eis uti ualeat, ſicuti poterat donans, præ
cipuè ob pinguem donationem presbitero Ioan-
nello factam, ut eleganter ſcribit Aret. in rub. Inſt.
de exceptione. colum. nona. in fin. uerſicu. Ex quo
uidetur. Et eſto millies quod presbyter Ioannel-
lus nullam a presbytero Petro cauſam prætenderet,
illam tamen depoſitionem ſocietati præiudicare,
12 & presbytero Ioannello prodeſſe dico: Nam de-
poſitionis tempore Confratres citati fuerunt, ut ex
reſponſione presbyteri Bernardi ſuper eorum in-
terrogatorijs apparet quæ citatio operatur rem in-
ter alias perſonas geſtam tertio citato præiudicare.
l. cum miles §. ſi is qui. cum gloſſ. & ibi Barto. ff. ex
quib. cau. maio. & Bar. in l. filiusfa. §. diui. in prima
quæſt. de lega 1. cum ſimilib. Alex. in l. ſæpe colum.
2. & 3. & Dec. in d. l. a. colum. 10. verſicu. In eadem
gloſſ. ibi reſpondeo. num. 44 C. de edend. ſuccedit
ergo Lanfranc. theorica in d. uerſi. Quæro nunquid
inſtrumentum. Corroborantur prædicta alia ratio
13 ne. Nam teſtamentum nuncupatiuum in terris Im
perij ſeptem teſtes, & rogatos de neceſſitate requi-
rit. l. ſi unus. & l. hac conſultiſſima. § per nūcupatio-
nem. C. de teſtam. §. fin. & ibi gloſſ. Inſtitu. eodem.
ita quod ſi ex illis unus inhabilis eſſet, non ualeret.
Fulgo. in l. 1. C. eod. de quo per Alex. in l. ſi quis ex
14 argentarijs. §. cogētur. ff. de edē. Secus ſi octo inter
fuiſſēt, inter quos duo inhabiles eſſent. qui pro uno
habili reputantur. Imo. in l. qui teſtamento. in prin.
ff. de teſtam. Alex. in l. 3 ff. de teſti. & conſi. 47. Abun
de. in prin. uolum. 2. Sed tres tantum in dicto teſta-
mento interfuerunt, duo prænominati, & quidam
Matthæus Zangarus. nullum eſt ergo teſtamētum,
cum ſolemnitatib. a iure requiſitis careat. Imo for-
15 tius in tali teſtamento (cùm ſimus in Regno) iudex
ad contractus requirebatur, quia ſecundum Regni
conſtitutiones in quocunq; contractu, & teſtamen
to ultra teſtes, & notarium, requiritur ad contra-
ctus iudex & cum teſtibus ſe ſubſcribere debet. ca-
pitu. Inſtrumentorum robur. ubi gloſſ. & Andr. de
Iſern. in rubric. de fide, & aucto. inſtrum. Sed in
illo tantum interfuit prædictus Zangarus, qui ad
cuſtodiam Peſtis Capitaneus appellabatur, forma
ergo conſtitutionis obſeruata non fuit, teſtamen-
16 tum ergo nullum eſt. Nec dicatur, ualet ſaltem ex
quo tempore peſtis, & ruri conditum fuit, quo ca-
ſu omnes ſolemnitates tolluntur, quia teſtes ea tem
peſtate commodè haberi non poſſunt, cùm inter
Deum, & homines prælium tunc eſſe cenſeatur, ut
inquit Bart. in l. 1. ff. de bono. poſſ. ex teſtam. militar.
& ideo duo teſtes ſufficere uidentur iuxta not. per
Doc. in l. fina. C. de teſtam. & Alexand. in l. ſcrinia
rios. C. de militar. teſtamen. ubi in proprijs terminis
concludit tempore peſtis coram duobus teſtibus
valere teſtamentum, ſequitur Chriſt. Porci. Inſtitu.
de teſtam. mili. in princ. colum. fi. uerſicu. Pone igi-
tur quod aliquis. dicens, quod in loco epidimiæ
quis duobus ſaltem teſtibus præſentibus, & rogatis
teſtari debet. & hanc opinio. ſequuntur Barba. in cap.
cùm eſſes. colum. 8. extra de teſta. cum alijs per Rip.
relatis in tract. de peſte. in rubr. de priuilegi. ultima.
uolunt. cauſa peſtis. in princ. Quoniam reſponde-
tur contrariam opinionem, quod coram duobus te-
ſtib. teſtamentum non ualeat, eſſe communē, ut at-
teſtatur Alex. conſi. 70. Viſo conſilio. colum. 4. uerſ.
Et licet factum eſſet, uolum. 2. & conſ. 177. Viſo the
mate. col. 2. uerſi. Præterea communiter. eo. uolu.
& hanc ſequitur Ripa. in dicto trac. in dic. rubr. co-
lum. 2. uerſi. Aut ſumus in terris Imperij ſub num.
17 duodecimo. Non ob. ſi dicatur ſaltem ratione reli-
cti ad pias cauſas ualere, cùm de iure canonico co-
ram duobus teſtibus etiam non rogatis teſtamentū
ualeat. c. relatum. & ibi Abb. & cæteri. extra de teſta
men. & per eundem in d. c. cum eſſes. & Rip. ubi ſu-
pra num. 12. uer. Aut ſumus in terris eccleſiæ. Quo-
niam reſpondetur id in terris Eccleſiæ procedere,
ut concludit ibi Rip. Vel ubi eccleſia, aut locus pius
hæres inſtitutus eſſet, & non quando laicus, &
in teſtamento eccleſiæ, uel pio loco legata relicta
forent, tunc enim ſi teſtamentum ob ſolēnitatis re-
quiſitæ defectum corruit, legata quoq; in eo contē

ta cor-

ta corruunt. Nam deſtructo principale neceſſario
deficit acceſſorium, cùm ſui principalis naturam ſe
quatur acceſſorium. regu. acceſſorium. de reg. iur.
in 5 t. cū ſimili. & ita tenet Saly. in auth. caſſa. col. 3.
in princ. in 9. q. C. de ſacroſan. eccle. & Ant. de Bu.
in c. quod clericis. extra de foro compe. ſequitur
Alex. d. conſi. 177. col. 2. uerſi. Nec prædictis etiam,
& conſi. 209. Staturis. col. pe. eo. uol. & copioſe tra-
dit Iaſ. in repeti. l. 1. col. pe. uerſi. Vnum ſingulariter
no. & in lectura. col. 5. in prin. uerſi. Econtra autem,
C. de ſacroſan. eccle. & in l. hac conſultiſſima. §. ex
imperfecto. col. 3. in fi. uerſi. In caſu autem. C. de te-
ſtam. Minus teſtium depoſitiones ſuper ultima uo
luntate probanda refragantur, quorum plerique
uolentes ultimā teſtatricis uoluntatem probare, de
ponunt ipſam ſæpe aſſeruiſſe, quòd eius bona So-
cietati Sancti Georgij relinquere uolebat, quę pro
batio non concludit. cùm uerbum (uolo) iniunctū
18 infinitiuo uerbi actum de futuro ſignificantis nō
diſponat, niſi infinitiuo uerbi (eſſe) iniunctum ſit,
puta, uolo eſſe hęres, ut aiunt doct. in l. ſerui electio
ne. de leg. 1. & Iaſ. in l. cunctos populos. in repeti. co
lu. 4. & ſeq. C. de ſumma trin. & fide catholi. & pro
cedit hoc etiam ſi dictum uerbum in ultimis uolū-
tatibus prolatum ſit. & ita cōtra Bar. communiter
tenetur ſecundum Iaſ. ibi in 5. colu. in prin. uerſi. In
hoc communiter repræhenditur Bar. Et quamuis
deponant teſtes teſtatricem nedum in teſtamenti
confectione, ſed poſt teſtamentum uoluntatem il-
lam confirmaſſe, quo caſu tex. in c. fi. de ſucceſ. ab
inteſta. & quod ibi tradunt Doc. locum habere ui-
19 detur. Vbi uerba enunciatiua de præterito in ulti-
mis uoluntatibus ad pias cauſas diſpoſitionem indu
cunt, ut etiam conſuluit Pau. de Ca. conſi. 137. In
cauſa quæ uertitur Pergami. uol. 2. in nouis. & Deci.
conſi. 159. Caſus qui proponitur. colu. 4. in fi. uerſi.
Vlterius etiam conſiderandum eſt. Nihilominus ca
ſum noſtrum a diſpoſitione. d. c. fi. diuerſum eſſe
patet. Nam ibi verba enunciatiua erga hæredem in
ſtitutum prolata fuerunt, & ſic quoad hæredis inſti
tutionem procedit, ſecus in caſu noſtro, quia quo-
ad legata prolata fuerunt, ergo &c. Præterea tales
20 teſtes ſuper tali uoluntate, & confirmatione depo-
nētes, nedum ſunt homines dictæ Societatis in cau
ſa intereſſe habentes, ſed ſingulares ſunt, & de audi-
tu alieno atteſtantur, quo caſu nihil probant. l. om-
nium. C. de teſti. c. licet cauſam. extra. de probatio.
l. teſtiū. C. de teſti. & c. tam literis. extra. eod. Vlterius
dicti teſtes ad teſtamētum ſe remittunt, ſupra uero
21 demonſtratum fuit illud eſſe nullum, nullamque
ei fidem adhibendam eſſe, ideo neque eorum etiā
depoſitioni: clarum eſt enim ſcripturam ſeu teſtes
ad aliud ſe referentes intelligi debere, ac ſecundum
illam ſcripturam, ad quam ſe referunt, probare. l. in
teſtamento. C. de condi. & demon. l. a ſe toto. ff. de
hæredi. inſti. & eleganter declarat Roma. cōſi. 294.
Hæc confeſſio. in prin. ſed teſtamentum non valet,
ut ſupra deductum fuit, ergo nec dictorum teſtiū
depoſitio ad illud ſe referentium. Et tanto magis
quia ipſi tale teſtamentum approbantes, in eorum
depoſitione contrarium teſtamento deponunt, nā
notarius teſtamentarius illud in contrata Sancti Ni
colai de Galiico conditum fuiſſe declarat, ipſi uero
in contrata Vathiæ confectum fuiſſe deponunt, er
22 go tanquam contrarij, & falſum deponentes repel-
lendi ſunt. c. teſtimoniū. ext. de teſti. Et falſus in uno
in omnibus dicitur falſus, & ſic eius dictum non va
let. c. in noſtra. & ibi Doc. extra eo. & not. Inno. in c.
fraternitatis. extra. de hæreti. cum multis concord.
per Alex. relatis conſi. 47. In cauſa & lite. col. 2. uer-
ſi. Quarta ratio. uol. 6. Prædictis tamen non refragā
tibus contrarium de iure in caſu propoſito uerius
eſſe arbitror. Et primo præſupponam, quòd in reli-
ctis ad pias cauſas de iure canonico, (quod in foro
eccleſiaſtico attenditur) omnes iuris ciuilis ſolēni-
tates attento ſolum iure gentium, & diuino, ſubla-
tæ ſunt, & ideo quamuis in teſtamento ſeptem te-
23 ſtes maſculi & rogati requirantur, in teſtamento ta
men ad pias cauſas duo teſtes fœminę, & non roga
ti ſufficiunt, ut traditur in c. relatum. il 1. extra de te
ſtam. & ibidem plene per Doc. & præſertim Barba.
quòd fœminæ ſufficiunt & non rogatæ. & per Bar.
& Bal. in repeti. l. 1. & ibi etiam Iaſ. C. de ſacroſan. ec
cle. Vbi quamuis inter Doct. iuris ciuilis ſit alterca
24 tio, an de iure ciuili ſolemnitates iuris ciuilis ſubla-
tæ fuerint, de iure tamen canonico expeditum eſt
eſſe ſublatas, & ius gentium. & diuinum attendi, ut
per Alex. late conſi. 105. Viſo ac diligenter. uol. 4. &
Iaſ. in d. l. colu. 4. prope fi. uerſi. Sed in hoc articulo
25 non eſt inſiſtendum. Intantum quòd ſi de teſtato-
ris uoluntate appareat, quomodocunque, ſufficit,
quāuis ſolemnitas adhibita non fuerit, ut per Doc.
ubi ſupra. Immo diſſerunt Doct. in d. l. 1. & in d. c. re
latum. ubi Barba. copioſe. etiam ſi ratione uolunta
tis perfectum non eſſet, quòd ex quo de relicto ad
pias cauſas conſtat, licet quò ad alia perfectum nō
fuiſſet, quia forſan morte præuentus, debetur ta-
men ad pias cauſas relictum, ut ibi per Barba. & ſuf-
ficit ſi per cædulam, & ſcripturam etiam non publi
catam de teſtatoris uoluntate conſtat, ut proſequi-
tur Barb. in d. c. relatum. Quinimmo ſi ſcriptura te-
26 ſtatoris appareat, & conſtat eius manu ſcriptā fuiſ-
ſe, etiam quòd in ea teſtes ſubſcripti non ſint, ſuffi-
cit tamē, ut relictum debeatur, & ſi hoc in teſtamē-
to inter liberos procedit, per auth. quod ſi liberis.
27 C. de teſtam. multo magis in pia cauſa, cum fauor
in relictis ad pias cauſas maior conſideretur, quàm
in liberis, ut per Iaſ. in d. l. 1. in repeti. col. 5. uerſi. No
ta multum iſta uerba. & traditur in d. l. hac conſul-
tiſſima. §. ex imperfecto. & plene proſequitur Ru-
be. Alexandri. conſi. 108. Deceſſit. & Corne. conſi.
178. Conſuluit. uol. 1. conſi. 166. Minime. uolu. 3. &
conſi. 308. Videtur prima facie. eo. uol. in quib. co-
pioſe & eleganter tradit qualiter ad pias cauſas lega
28 ta ex teſtamento nullo & minus ſolemni debetur
dummodo de uoluntate teſtatoris appareat. Plus
dicunt Corne. d. conſi. 166. & Rube. Alex. d. conſi.
107. ꝙ ſi ex ſimplici hæredis confeſſione de teſtato
ris uoluntate conſtat, etiam ſi in tali teſtamēto nō
adfuerint duo teſtes, ſufficit ut legatum debeatur.
29 Subdit quoque Corne. teſtatoris uoluntatem ex
teſtibus ſingularibus, & de auditu depræhendi, &
ita conſuluit Alex. conſi. 4. Attentis narratis. col. pe.
uerſi. Accedit ad ſuſtinendam. cum pluribus. uerſi.
ſeq. uol. 7. & conſi. 190. Plura narrata. colu. 4. uerſi.
Alia inſuper extant. uol. 6. Et dixit Corne. cōſi. 215.
30 Videtur prima facie. col. pe. in prin. uerſi. Si autem
facit, uol. 2. ꝙ duæ ſemiplenæ probationes coniun-
guntur, ut ad pias cauſas teſtatoris intentionem, &
uoluntatem probent. Teſtatoris enim uoluntas ex
31 coniecturis compræhenditur. l. uoluntatis. C. de fi-
deicom. Immo ſi hæredi de teſtatoris uoluntate
conſtat, poteſt ipſe per euangelicam denunciatio-
nē compelli, ut legatum ſoluat, quamuis teſtamē-
tum fuerit nullum, ita Rube. Alexandri. d. conſi.
107. Et hunc articulum an & quando teſtamento
nullo & minus ſolemni legatum ad pias cauſas re-
lictum debeatur conſtito de teſtatoris uoluntate
decidit Corne. d. conſ. 278. uol. 1. dicto conſi. 166. &
d. conſi. 309. & conſi. 137. Placet mihi. uol. 2. & Ru-
be. Alex. d. conſi. 107. quibus in locis præſens no-
ſtra deciditur quæſtio. & per Bar. in l. fideicommiſ-
ſa,

ſa.§.1.de leg.3.& in l.ſi is qui teſtamẽtum.ff. de teſt.
Pro quibus regulam in iure communiter approba
32 tam adduco,ꝙ legata in teſtamento imperfecto re
ſtricta ob defuncti volũtatem ſaltem naturaliter de
bentur,vt firmant glo.Bar. & alij vbi Iaſ. copioſiſſi-
mè diſputat in l.1.col.5.ver.In ea.gl.ff.de cond.inde.
& Canoniſtæ in c.fi.ext.de ſolutio.& idem Iaſ. in d.
l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.col.pe.in prin.
in 3.not.& Doc.in l.cùm quis.& ibi Iaſ.in 3.colum.
in prin.vbi hanc opi.magis communem atteſtatur.
C.de iur.& fac.igno.vbi per Bal.an in foro conſciẽ-
tiæ debeãtur?ꝙ ſic.Sed in caſu propoſito de teſtato
ris volũtate,per examinatos teſtes clariſſimè patet,
ergo &c.Secundo præſuppono, ꝙ verba enunciati
33 ua de præterito in relictis ad pias cauſas, uõ de futu-
ro diſpoſitionẽ inducũt,& ideo ſi teſtator dicat tali
pio loco tale prædium legaui, ſufficit, vt debeatur
ẽt ſi alia probatio non extat.Idẽ ſi dicat, tale prædiũ
pio loco relinquam,vt per Bar.in d.l.1.col.pen.ver.
Secundo quæritur an in prædictis.C.de ſacroſ. eccl.
& Abb.in d.c.fi.de ſucce.ab inteſta.& conſi.11. In
cauſa quç vertitur.in 1.par.quos ſequitur Iaſ.in l.ex
his verbis.in quinta limitatio.C. de mili.teſtam.Et
ideo in tex.d.capi.fi.de ſucceſſ.ab inteſta.dicitur, ꝙ
ſi dixerit teſtator tale prædium legaui; & concurrit
vnus teſtis,iſtæ ſemiplenæ probationes iunguntur,
vt teſtatoris voluntas probetur. Idẽ in enunciatiuis
de futuro,vt quia cõuocatis amicis dixit,ꝙ volebat
tale prædium tali relinquere, nã concurrentib. alijs
coniecturis talia verba diſpoſitionẽ inducunt,vt ha
betur.in l.pamphilo.§.propoſitum. & ibi Bar. ff. de
leg.3.& in l.diuus.ff.de mil.teſt.& per Iaſ.in l. cũctos
populos.in rep.col.4.ver.Et primo dicit videri ꝙ nõ
C.de ſum.trin.& fid.cath.Ex quo ſecũdo ſuppoſito
tollitur obiectũ ex aduerſo ſupra deductũ.Pręſuppo
34 no 3.& vlt.ꝙ legata ad pias cauſas hæreditate nõ adi
ta debẽtur,vt per Bar.in rep.d.l.1.nu.66.C.de ſacroſ.
eccl.& Alex.cõſ.4.Videtur inſpectis.col.6.poſt prin.
ver.faciunt not.per Bar.vol.2.Et quãuis Sal.in d.an-
tb.caſſa.in 9.q.& in d.l.j.q.13.de ſacroſ.eccl.& Alex.
d.conſ.177.volum.2.dixerint,ꝙ diſpoſitio.d.c.cum
eſſes.extr.de teſtam.locum ſibi vendicat, vbi locus
pius inſtituitur hæres,ſecus quando laicus,& pio lo
co legatur, & eo caſu ſi hæreditas ex tali teſtamẽto
non adeatur,legata piæ cauſæ non debentur:Con-
trarium tamen communiter concluditur,quia d.c.
cùm eſſes.locum habet ẽt quando pio loco legatũ
ſit,quamuis alter hæres inſtitutus ſit:ex quo ſufficit
teſtatoris voluntatem de huiuſmodi relicto pio lo-
co apparere per ſupra allegata:Vnde dixit Anch.cõ
ſi.144.Exhibitis.colum.1.in fi.verſi.Præterea aduer
tendum.quem refert,& ſequitur Io.de Ana. conſil.
28.Viſis,& ponderatis.col.2.ver.Ex quib.omnibus:
ꝙ talia relicta legum ſolemnitatibus non ſubiacẽt,
immo valent etiam non adita hæreditate, ac ẽt ſi vl
tima diſpoſitio captatoria fuerit. ca. cùm tibi.de te-
ſtam.d.c.cùm eſſes.& d.c.relatum.il 1. extra de teſt.
cùm talia legata iure poli, & non iure fori regan-
tur, ut in dictis iuribus. & Ita conſuluit Rube. Ale-
xand.conſi.72. Viſo,& diligenter conſiderato. co-
lum.2.verſic.Ex præmiſſis igitur.vbi hanc opin. eſ-
ſe magis veram, & tenendam tanquam æquiorem
refert,& præcipuè vbi clauſula codicillaris adeſſet,
35 vt in præſenti caſu,per quam ab inteſtato venientes
grauati ſoluere legata videntur, & eo caſu res ſine
dubio eſſet,vt per Doctor.vbi ſupra,& per Alexan.
conſi.209. Statutis.colum.2,num.13.volu.2.& ita
concludit Roma.conſi.493.In caſu conſultationis.
in fin. His ſic præmiſſis ad materiam,& caſum pro-
poſitæ quæſtionis dicendum eſt, ꝙ cùm per teſtes
numero idoneiores de teſtatricis volũtate, conſtet,

volentis, ꝙ poſt obitum presbyteri Petri de Lanro
domus cum Molendino petita ſit Societatis San-
cti Georgij,ſequitur ꝙ presbyter Ioãnellus reus cõ-
uentus ad relaxandam dictam domum cum dicto
molendino eidem Societati condemnandus eſt: ꝙ
autem de teſtatricis voluntate apparuerit,ex depoſi
tionib.teſtium nomine Societatis ſuper 2.arti. exa-
minatorum conſtat,dicẽtium coràm eis Genebriã
teſtatricem hæc verba protuliſſe,io voglio che do-
pò la morte mia la caſa col molino da l'olio ſia del
la cõpagnia di S.Giorgio,declarando talẽ fore eius
36 voluntatem:Quæ verba cum ſint præſentis tempo-
ris,diſpoſitiua appellantur. l. quoniam indignum.
C.de teſt.& l.2.C.com. de lega. & enunciatiua non
ſunt,cùm nullum actum in futurum explicãdum,
nec in præteritum explicatum enuncient, vt decla-
rat Alex.conſ.190.Plura narrata.col.6.in prin. verſ.
Fortius dico.vol. 6.qui omnino videatur,cùm ſatis
in propoſito huius conſultationis facere videatur,
vbi in d.6.col.ver.Et iſta videntur eſſe.concludit, ꝙ
poſito etiam; ꝙ inſtrumentum teſtamenti falſum
extaret,Societas tamen per hæc, quæ teſtatricis vo-
luntatem probant, obtinere debet, quæ voluntas
antecedens eſt tali relicto,& ſic ſumus in caſu.dic.l.
pamphilo.§.propoſitum.de leg.3.&in dictis ibi per
Bart. ꝙ fideicommiſſum ex talib. uerbis inducitur:
per quàmplures quoq; teſtes ſuper 2.3.4.& 5.articu
lis examinatos apparet,ꝙ Genebria teſtatrix confeſ
ſa fuit,teſtamẽtũ manu notarij Iacobi Leardini cõ-
didiſſe,quandam ſcripturãdemonſtrando,domũq;
cũ molẽdino oleario Societati S. Georgij reliquiſ-
ſe,ſubdens, ꝙ de bonis illis amplius in contrarium
diſponere non poterat, neq; volebat, & ſic ſumus
in caſu.d.c.fi.de ſucceſſi.ab inteſt.& eorum quæ tra
dit Bar.in d.l.1.de ſacroſan.eccle.ꝙ verba enuncia-
tiua de præterito fauore piæ cauſæ diſpoſitionem
inducunt,ideoq; ſi alia ſemiplena probatio concur
rit,volũtas probatur,vt in d.c.fi.& ibi per Abb. Bar-
ba.& alios.hic autẽ prædicta verba de præſenti per
prędicta concurrunt: & verba quoque de pręterito
concurrunt,& taliter,quòd ex his teſtatricis volun-
tas probata videtur,cùm duæ ſaltem ſint ſemiplenę
probationes,quę coniunguntur,vt plenè probent,
37 per d.cap.fina.Duo quoq; teſtes de audito ſuper ter
tio articulo concurrunt,uidelicet Io. Nicolaus Ba-
reca primus teſtis,& Mita vidua.q. Bernardi Buſur-
gi.14.teſtis,qui in factis antiquis probationẽ indu-
cunt,ut proſequuntur Doc.in c.licet ex quadã.ext.
de teſti. Alex.conſi.187.In hac cauſa.col.fi.uerſ.Sed
ita eſt.volum.2.& conſi.116.Perſpectis.in fi.volu.5.
& in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arc. Hypp. in
l.de minore.§.plurimum.ff.de quæſt.cum alijs con
cord.per Aymo.relatis in tract.de antiq.temp. in 1.
par.Sectione.Viſo de fama.in prin.num.2. uerſicu.
38 Similiter in antiquis.factum autem antiquum dici
tur ſi ſpacio annorum quadraginta diſtamus,ut in-
quit Alex.d.conſi.187.colu.2.poſt prin.uerſi.Vnde
dicit & Hypp.ubi ſupra.de cuius ueritate latè ſcribit
Aymo,tres opiniones ponens in d.tract. in 1.parte
in prin,ſub num.2.cum pluribus ſeq.In alijs autem
præſumptionem,& coniecturam agũt, ut per Hyp.
in ſing.371.Teſtis de Auditu.& per Aymo.d.ſectio
ne.Viſo de fama.num.7.cum trib.ſeq.Comproban-
tur prædicta.Nã deponunt teſtes,ꝙ dum Genebria
teſtatrix infirmitate Meſſanæ detineretur,dixit nul-
lum aliud teſtamentum condere uelle, ex quo il-
lud manu notarij Iacobi Leardini iam condiderat,
39 & ſic illud teſtamentum approbauit : Et ubi te-
ſtator poſt teſtamentum per multos annos poſt ſu
peruixit,illudq; minimè mutauit,prout commode
mutare potuiſſet,cum eodem teſtamẽto decedere

noluiſſe præſumitur iux. not. in l.athletæ,§. dat remiſſionem.& ibi gloſ.in uerſ.niſi poſt.ff.de excuſ.tu
to.& in l.qui liberis.§.teſtamento.de ſecund.tab.cũ
aliis adductis per Pan.de Caſt.conſ.200.Clarum eſt
teſtamentum.in fi.uol.1.in nouiſ.Alex.conſi.50.cũ
ea primum.col.4.ſub nu.6.uol.6.Dec.conſi.490.Vi
ſis.col.3.in princ.uerſi.Venio ad ſecundum.nu.7.&
tradit Cur.iun.conſil.550.Materia præſentis conſul-
tationis.col.5.uerſic.Ex alio etiam.nu.12. Sed Gene
bria poſt teſtamentum per uiginti annos,& ultra ſu
peruixit,ergo &c. Nec de alio teſtamento intellige-
re potuiſſet,cùm aliud condidiſſe non conſtet.arg.
40 l.2.C.de aucto.præſtan.nec teſtamentorum plurali-
tas præſumitur,niſi probetur.l.fi.& ibi no.Bal.C.de
reb.cred.l.omnium.& ibi Bar. C.de teſt. Bald.in l.2.
col.1.uer.gl.tenet contrarium.& ibi plene per Iaſo.
C.de ſecun.tabu.cum aliis per Alex.relatis conſil.4.
Attentis narratis.col.2.in fi.uerſ. Nec dicatur ꝙ iſta
ſcriptura.uol.7.Fama quoque publica concurrit,ꝙ
41 ipſa teſtamentum condidit, & ſocietati domum cũ
Molendino oleario reliquit, quæ fama in factis an-
tiquis plenam inducit probationem. Alex.d.conſil.
187.in d.uerſi.Vnde dicit Hyp. copioſe in d.§.pluri-
mum.& latiſſime Aymo.ſcribit in d.tract.de antiq.
temp.in 1 par.ſectione. Viſo in hac prima parte. In
aliis uero ſemiplenam,ut tradunt docto.in l.admo-
nendi.ff.de iureiuran.& in cap.veniens.extr.de teſti.
Sed Epidimiæ tempus, quo teſtamentum conditũ
fuit,annorum quinquaginta metam excedere pro-
batur, ergo ſufficit fama maxime concurrentibus
prædictis.Et poſito,quod in facto antiquo non eſſe
mus, negari tamen non poteſt, quod ſemiplenam
probationẽ non faciat.quæ coniungitur,& ad pro-
bandum talem fuiſſe teſtatricis uoluntatem coniun
gi debet cum aliis ſupradictis uerbis,& de auditu te
ſtibus,& coniecturis.d.c.fi.etiam quòd præfatæ con
iecturæ,& prædicta uerba de præſenti,& de præteri-
to enunciatiua ſemiplenam inducerent probatio-
nem, ut adinuicem coniungantur iuxta terminos.
d.c.fi.quod in uerbis enunciatiuis iungendis ad ple
nam fidem faciendam loquitur,ut per Corn.d.con
ſil.215. Concurrit etiam presbyteri Petri confeſſio
in tali teſtamento hæredis inſtituti, a quo presbyter
Ioannellus cauſam habet, ut deponunt Abbas Col
lella,& Marſilia uidua ſuper tertio articulo. & Ab-
bas Antonius Gatius, quæ confeſſio dictam uolun
tatis probationem adminiculatur,dixit enim ſe uſu
fructuarium eſſe,& quòd poſt eius obitum domus
cum molendino ad ſocietatem perueniet. Concur
rit, quod ipſe presbyter Petrus duas miſſas in quali-
bet hebdomada in dicta Sancti Georgij eccleſia, iu-
xta teſtatricis uoluntatem celebrabat, & tamen ali-
bi celebrare potuiſſet, cum in eccleſia Sancti Seba-
ſtiani,& Sanctæ Margaritæ beneficium curatum ha
beret,celebrans igitur in dicta eccleſia Sancti Geor
gii Genbriæ teſtamentum approbauit. Ex quibus
omnibus clare liquet in iure,probatã teſtatoris uo-
luntatem. Et quamuis prædicta ad condemnandũ
presbyterum Ioannellum ad relaxationem domus
cum molendino petitæ ſtatibus ſupradictis ſola ſuf-
ficerent.Nihilominus ultra prædicta concurrit teſta
menti inſtrumentum trino teſte notatum,& ſubſcri
ptum, in quo teſtatricis uoluntas declarata demon
ſtratur.Adducta ſup.contra huiuſmodi teſtamentũ
& ſcripturam non refragantur: & primo non refra
gatur depoſitio Meuij Spinillæ aſſerentis ſe dolo, &
fraude circumuentum fuiſſe,ut ſe ſubſcriberet, nam
taliter deponens turpitudinem ſuam allegare uide-
tur,quòd falſo manum appoſuit,& ſe ſubſcripſit,&
42 teſti in alterius præiudicium allegenti eius turpitu-
dinem non creditur, poſtquam ius parti quæſitum
eſt,& præſertim ubi talis turpitudo eſt contra eccle-
ſiam, quod ſecus eſſet ſi in eccleſiæ fauorem redun
daret,ut declarat gl.in c.inter dilectos.in uerbo.tur-
43 pitudinem.ext.de don.Et ideo ſi teſtis etiam in mor
tis articulo ſe falſum pecunia corruptũ depoſuiſſe
dicat, ei non creditur, ſi poſt eius depoſitionem in
præiudicium partis hoc dicat,ita inquit Iaſ.in l.iuſiu
randum.§ procurator.co.8.in prin.uer.Tertiò prin
cipaliter .imita.ff.de iur.iu. Cùm ergo Spinilla ſe ſub
ſcripſerit, iam ſocietati ius quæſitum eſt: contrariũ
igitur aſſerenti non creditur ſtante notarij Iacobi
44 Leardini legalitate.Secundò reſpondetur,ꝙ quamuis ſe dolo,& fraude ductum fuiſſe dicat, ei tamen
non creditur, quia id probare debet, omnis.n. ſub-
ſcribens adeo conſentire, & approbare ibi conten-
ta uidetur.ꝙ ſi illa impugnare uult,aſſerens ſe dece-
ptum fuiſſe.iux.l.fi.C.plus uale.quod agi.neceſſe eſt
ſubſcribentem probare,ita intelligitur doctr.Bar.in
d.§.ſi quis neget.uer. Quæro quid ſi inſtrumentum
eſt ſubſcriptum.& ita intelligit,& proſequitur Alex.
conſil.147.Ponderatis.col.1.nu.4.uol.2.& Gui.Pap.
in deciſ.503.Pone ergo ſum.uerſ. Sed iuxta præmiſſa
quæro.ſed Spinilla hoc non probauit, ergo ſibi non
45 eſt credendum. Nec obſt.cædula,ſiue ſcriptura præ-
ſentata, in qua presbyteri Bernardi in altera inſtan-
tia examinati depoſitio continetur,nam tali ſcriptu
ræ nulla eſt adhibenda fides,ex quo exempli exem-
plum eſt,cui non creditur,nec fidem facit.l.nec exẽ
plo.C.de prob.& eſt com. opi. ut atteſtatur Dec.in
d.auth.ſi quis in aliquo.col.6.in fi.uerſic. Vltimo in
materia exempli.C.de eden.& quamuis exemplum
eiuſdem notarij manu ſcriptum eſſet,per ea quæ di-
cta ſunt, ex quo tamen non eſt per notarij ſubſcrip-
tionẽ auctenticatũ, nec collationatum, neq; de ali-
quo originali extractum apparet, tali ſcripturæ nõ
creditur,ita Lanf.in d.cap.quoniam contra.Alex.&
Dec.poſt eum in d.auth.ſi quis in aliquo.col.2.in fi.
in 3 fall.& per hæc omnia partis aduerſæ fundamen
ta tolluntur, quæ in exemplo illius depoſitionis ſe
fundat,& ſic ceſſat oppoſitio,ꝙ ſit inter eaſdẽ perſo
nas,quamuis inferius ad illud obiectum alia adapta
bitur reſponſio. Notario uerò tanquã ſingulari, ut
teſti deponẽti non creditur. l.iuriſiurãdi. C.de teſti.
Præterea depoſitionis d.presb.Barnardi ipſe notariũ
fuiſſe nõ cõſtat, ideo eius dicto nõ creditur, tũ quia
ſingularis,tũ quia in facto proprio,cui nullo modo
abſq; alia probatione,& alio teſte credẽdũ eſt, ut eſt
com.doct.ſententia,de qua per Alex.cõſ.194.Perſpe-
cta.col.3.in fi.uer. Et quamuis Sal.& col.ſeq.in prin.
uol.6.& eã ſequitur cum multis conc.Ruy conſ.19.
Videtur prima facie.col.2.uerſi.Non obſt.allegata.
& conſi.65.Quamuis col.2.in prin.uer.Nec uidetur
obſtare,uol.5.& conſ.161.Quo ad primum.col.4.in
prin.uer.Quarto non poſſunt.n.8.uol.4. Rurſus po
46 ſito,ꝙ fidem faceret,non tamen eius depoſitio pro
bat, ex quo inter diuerſas perſonas talis teſtis in alia
inſtantia examinatus fuit, unde ſuccedit doctr.Bar.
in l.cùm lite.ff.iud.ſol.& doct.in l.2. C.de eden. Aut
dicendum eſt,ꝙ eius depoſitio publicata fuit,& ſic
ex quo inter alias perſonas,fidẽ nõ facit. aut publica
ta non fuit,prout publicata non conſtat,quia publi
catio nõ præſumitur,niſi facta probetur,cùm in fa
cto conſiſtat,& tunc non facta publicatione etiam
inter eaſdem perſonas nullam fidem facit, nec pro-
bat, conſequenter presbyteri Bernardi ſubſcriptio
in teſtamento ualida remanet. Et eſto,quod Spinil-
læ depoſitio ualeret, quod tamen negatur, ut clare
ſupra demonſtratum fuit per doctrinam Bart.recte
intellectam in d. §.ſi quis neget. remanet tamen
Matthæus Zangarus, & presbyter Bernard.& ſic te-
ſtamentũ duplici teſte ſuſtentatur. d.c.cum eſſet. &
c.rela-

c.relatum.& ibi Cano.ideo ſuccedit Lanfran.theo-
rica in d.c.quoniam contra.& doct.in d.c.cùm dile-
ctus.quòd quando teſtes oportuni remanent,quã-
uis alter teſtis inſtrumento contradicat,inſtrumen-
tum tamen ualidum eſt.ſi neceſſarij numero ſuper-
ſunt.Nec refragatur Saly. dictum in d.auth. Caſſan.
in 9 q.& in d.l.ſ.in 13.q.& Alex.d.conſil.187.vol.2.
Nam ſupra reſponſum fuit per ea quę conſuluit Io.
de Ana.d.conſil.28.poſt Anch.& Rub.Alex.d.con-
ſi.72. uerſ.ex præmiſſis igitur.Reſponderi etiam poſ
47 ſet quòd uirtute clauſulæ codicillaris in teſtamento
appoſitæ legata ad pias cauſas debentur,iuxta tradi-
ta per Alex.conſil.209.Statutis.col.2.uerſicu.Et tan
to magis,quia teſtator. uolumine ſeptimo.& Rom.
conſil.493.In caſu conſultationis. in fi. ut in ultimo
præſuppoſito ſupra dictum eſt. Nec obſtat, quòd
48 nonnulli teſtium nomine ſocietatis examinati de
eadem ſocietate ſint, & ſic legatarij : hoc enim va-
num eſt dicere, ex quo legatum non eſt eis princi-
paliter factum, ſed ſocietati Sancti Georgij, & ipſi
nullum prætendunt commodum : nec principali-
ter,nec ſecundario,ex quo totum quod ſocietati re
linquitur,in Eccleſiæ beneficium.& utilitatem ero-
gatur,& conſequenter ceſſat.l.qui in teſtamento.ff.
de teſta. Nam lex illa in legatario loquitur,cui prin-
cipaliter legatum eſt, & commodum, utilitatemq́;
principaliter conſequitur, immò ſi conſequenter,
& ſecundario commodum conſequeretur,eorum
dictum ualeret, ſicuti de teſtibus uniuerſitatis aſſe-
ritur, nõ communiter concluditur,quòd ubi com-
modum principaliter non conſequentur, probant,
& fidem faciunt, ut plene proſequitur Io. de Ami-
cis.conſi.8.In cauſa agitata.& conſil.25. In cauſa,&
lite.& Alexan.conſi.172.Viſis.columna ſecunda. in
princ.uerſic. Sed certe hæc non eſt ſufficiens oppo-
ſitio. uolum. ſecundo. Inſuper tales teſtes de conie-
cturis,& de remotis deponunt, non autem quòd in
terfuerint,niſi Antonellus. Et clarum eſt,quòd te-
49 ſtes ſuper remotis deponentes etiam in criminali-
bus omni exceptione maiores eſſe non debent, ſed
alij etiam infames admittuntur, ut per Mod.Bono-
ni.in §.diligenter.columna quinta.numero 8. uerſ.
Et in hac materia. in pract.crim. poſt Brun. in tract.
de indi.& tortu.in 1.par.columna ſecunda. in fin.in
ciuilibus ergo multo minus requiruntur.Minus re
fragantur quatuor teſtes deponentes Matthæum
Zangarum Capitaneum non fuiſſe, nec ad contra-
ctus iudicem.Quamuis enim teſtes dicant ſcire Mat
thæum Muſſolinum fuiſſe ad contractus iudicem,
non ſequitur tamen neceſſario,ergo non fuit Mat-
thæus Zangarus,cùm eſſe potuerit,quòd teſtamen-
ti tempore Matthæus Zangarus erat iudex ad con-
tractus,ex quo officium per menſes, & dies mutabi
le erat, & ſic eorum depoſitio neceſſario non con-
cludit.l.non hoc. C. unde cogna. & in c. in præſen-
50 tia.extr.de prob.Præterea error in non ſubſtantiali-
bus nõ nocet. Nam quamuis ly Capitaneus falſum
uerificetur, non propterea ſubſcriptionem uiciat,
ex quo eſſe Capitaneum non eſt de ſubſcriptionis
ſubſtantia iux.tradita in l.fi. C. de edic.Diu.Adr.tol.
non obſtat quòd teſtes eum ad contractus iudicem
ignorent,quia non ſequitur,ergo iudex ad contra-
51 ctus non erat,poterat enim ab eis ignorari.Non ob.
quod de iudice ad contractus dicitur iuxta Regni
conſtitutionem,quia ad pios uſus relicta non regu-
lantur, non laicorum ſtatutis ſubiiciuntur per ea,
quæ congerit Fel.in c. quæ in eccleſiarum.extra de
conſt.cum uulg.& maxime quia ius gentium,& di
uinum attenditur,& non ciuile,ut dictum eſt ſupra.
52 Prçterea talis ſolemnitas tempore peſtis remittitur,
cùm loco illius iudicis ad contractus ad cuſtodiam
Capitaneus ſubrogari potuerit,prout in ſimili caſu
conſuluit Ang.in l.ſi uacantia.col.10.C. de bon.ua
can.lib 10.ſequitur Fel.in d.c.quoniam contra.col.
a.in prin.uerſi.Et tertiã hac eo m.opi.ext.de pro-
ba.ubi ſingulariter dixit,quòd ſi ex forma ſtatuti te
ſtamentum fieri non poteſt, niſi per matriculatum
notarium ſcribatur, & epidimiæ tempore notarius
matriculatus non reperiatur, teſtamentum per a-
lium notarium ſcribi poterit, & ſic per Ang.ibi pa-
tet, quòd ſolemnitas in teſtamento requiſita pro-
pter peſtem remittitur; dicendum eſt igitur, quòd
cùm ex tempore iudex ad contractus rati minime
repertus fuerit, illius iudicis loco Capitaneum ad
cuſtodiam interuenire, & ſubrogari potuiſſe, cùm
53 clarum ſit,quòd ea tempeſtate omnes aufugiant,&
merito, quia peſtis fugienda eſt. c.negociatore. 88
diſt. ut quàmplura exempla commemorat Ripa in
tract.de peſte.ſub rub.de remed.ad curan.peſtem.in
fi.nu.63.uer.Vulgo enim fertur.quod Angeli dictũ
hoc caſu ſequitur Alex.in l.ſi uer.Nec ob.iura alle-
gata per Ange.& ibi Iaſ.C.de teſt.& Dec.conſil.284.
Viſo puncto.col.2.uer.Non ob.quòd Alex.Concur
rit in legato teſtis Antonellus,qui teſtamento inter
fuiſſe teſtatur, quãuis in teſtamento non fuerit per
notarium deſcriptus, & refert Genebriam teſtatri-
cem ſocietati Sancti Georgij domum cum molen-
dino legaſſe,prout in teſtamento per notariũ Iaco-
bũ Leardinũ rogato, ſubdens ꝙ quando Genebria
dictum teſtamentum condidit,ipſe præſens erat,cã
que intelligebat, & aliis teſtibus propinquior erat,
ex quo cæteri timore peſtis ſe teſtatrici appropin-
quare nolebãt. Nec allegata teſtium ſingularitas re-
fragatur, quia cum aliis adiuncta hoc caſu proba-
tionem facit ſecundum Alex.d.conſil.4.col.2.verſi.
Concurrit etiam.uol.7.& Corn.d.conſi.166. prout
ſupra in primo prçſuppoſito dictum eſt.Nec differt
54 an enunciatiua verba hæredem, uel legatarium re-
ſpiciant,quia quocunque modo prolata ſint,dum-
modo ad piæ cauſæ,& eccleſiæ fauorem, ſemper di
ſpoſitionem inducunt.ita omnes Cano.in d.c.fi.de
ſucceſ. ab inteſta. nec ad hæredem potius quàm ad
legatarium reſpectum habent, & quatenus uerum
eſſet, quòd quo ad hæredis inſtitutionem tantum
procederet,dico in caſu propoſito, ꝙ S.Georgij ſo-
cietas per illa uerba hæres inſtituta fuit: Io uoglio,
che dopò la morte mia,la caſa,& il mollino ſia della
Compagnia di S.Giorgio, prout in terminis conſu-
luit Alex.d.conſi.190.col.4.in fi.& ſeq.uol.6.& Pen.
Capr.conſi.94.Subſcripſi.in prin. Nec teſtium rela-
tio ad teſtamentum quoque refragatur,quia ſatis ſu
pra probatum eſt ualere teſtamentum. Et quamuis
nonnulli teſtamentum in contrata Vathiæ conditũ
fuiſſe deponant, ualidum tamen remanet, quia D.
Mita teſtis in ordine decimusquartus cum teſtamẽ-
tario notario cõcordat. Ipſa.n.deponit Genebriam
a contrata Vathiæ diſceſſiſſe, & ad Sanctum Nico-
laum de Gallico profectam fuiſſe, ibique per eam
ultimum eius teſtamentum conditum fuiſſe dice-
batur.Concordat etiam Antonellus Lucianus,qui
ſimiliter deponit Genebriã in contrata Vathiæ eius
teſtamentum condere uoluiſſe,eo tamen tempore
non condidit, ſed a d.contrata recedens ad S.Nico-
laum de Gallico ſe contulit,ibiq; eo præſente,& au
diente teſtamentum condidit, licet in teſtamento
deſcriptus minime fuerit.Cęteri uero de cõtrata Va
thiæ deponẽtes,de auditu alieno, & fama deponũt,
& non de uera ſcietia,ideo falſum deponere dici nõ
poteſt & ſic in aliis firma,& ualida eorum dicta re-
manẽt,& conſequenter dicta domus cum Molendi
no oleario ſocietati uti loco pio debetur,& ad ea re
laxanda cum expẽſarũ uictoria condẽnari dẽt preſ-

biter Ioannellus, et ita de iure concludendum reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, acglorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſuper verbis formalibus ab aliquo prolatis deponentes, in ſubſtantia, & verborum cortice concordes eſſe debent.*
2 *Teſtes duo ſi adinuicem contradicunt, dictum vnius non attenditur, & neutri creditur.*
3 *Teſtis criminoſus & uitę reprahenſibilis in cauſa matrimoniali, & criminali non eſt idoneus etiam, quòd emendatus eſſet.*
4 *Pauper in cauſa matrimoniali, & criminali an idoneus ſit?*
5 *Vitioſus in ſe, multo magis in alium præſumitur.*
6 *Cauſa matrimonialis criminali æquiperatur, & grauis, ac ardua dicitur.*
7 *Teſtes in cauſa matrimoniali omni exceptione maiores eſſe debent.*
8 *Teſtes omni exceptione maiores qui eſſe dicantur.*
9 *Teſtis de nocte abſque artificio, vel lumine lunæ deponens de falſo ſuſpectus eſt.*
10 *Teſtis de falſo ſuſpectus in vno dicitur in omnibus eſſe idem.*
11 *Teſtis ſingularis non probat.*
12 *Teſtis infamis iuris teſtis eſſe non poteſt, nec probat maxime in cauſa matrimoniali.*
13 *Teſtis affinis de fide diminuitur.*
14 *Teſtis non confeſſus, nec communicatus a teſtimonio repellitur.*
15 *Promittens per verba de futuro aliquam ducere in vxorē, non ligatur.*
16 *Conditio in matrimonio inſerta matrimonium ceſſare facit, etiam quod per verba de præſenti contractum eſſet.*
17 *Verbum de ſero inter diem & noctem ſignificat.*
18 *Teſtis allegans aliquem conteſtem interfuiſſe, non probat, ſi ille non interfuiſſe deponit.*
19 *Teſtes qui cum iure communi concordant, alijs præferuntur, qui iuri communi aduerſantur.*
20 *Teſtibus de bona conditione, & fama deponentib. an & quando magis credendum ſit, quā alijs contrarium aſſerentibus & num. 24.*
21 *Teſtis rationem dicti ſui reddens teſtibus nullam rationem reddentibus præualet.*
22 *Teſtis ab utraque parte productus, & examinatus ſi dicti ſui rationem pro vno reddit, depoſitioni præfertur, quam pro altero fecit, in qua rationem non reddidit.*
23 *Iuramentum ſuppletorium deferri poteſt ei, qui teſtem dicti ſui rationem reddentem produxit, non obſtante dicto alterius teſtis rationem non reddentis.*
25 *Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*
26 *Fama publica qualiter probari debeat, & a quo originem traxerit.*
27 *Matrimonium ſi non probatur contractum fuiſſe, iuramentum reo non defertur, ſed ipſe a petitis abſolui debet.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO proceſſu in cauſa uertente inter Hiſottam de Carpenterio appellatū ex una & Ioannem Hiemellum Hieracenſem appellantem ex altera, omiſſis non neceſſarijs concurro in ſententiam magnifici Iuriſconſ. D. Marini Macrini conſulentis in fauorem appellantis, & ideo de iure concludendū arbitror bene fuiſſe, & eſſe pro parte Ioannis appellatū, & male ad fauorē Hiſottę iudicatū, ut ex ſequētib. fundamētis & rationib. clariſſime patebit. Imprimis capio tres teſtes uidelicet Ioannē Spano magiſtrū Laurētiū Spano, & Ferrādinū Macri nomine Hiſottæ examinatos, in quorū depoſitionib. ipſa ad matrimonij per eā cōtracti probationem ſe potiſſime fundat, per quas tale matrimonium non probari clare demōſtrabitur. Primo cōſtat Ioannē Spano duob. alijs teſtib. cōtrariari, ipſe enim in articulo primo deponit, ꝙ mēſe decēbri una die feſtiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti Ioannē Hiemellū uidit intus domū Ferrādini Macri permanere, & per brachiū Hiſottā trahere, quæ ingredi recuſabat, dicēs: io nō uoglio uenire, perche me hai gabbatto, che mi prometteſſi pigliarmi per mogliere, & ipſe Ioannes reſpondit, io da hoggi innanzi ti uoglio per mogliere: trahēs ipſam per manū intus domū Ferrādini, in ſecundo uero articulo deponit ambos inſimul tāquā maritū & uxorē cōtinuare uidiſſe, qui de cōteſtib. interrogatus reſpōdit magiſtrū Laurētiū Spano fuiſſe p̄ſentē, & hoc de nocte fuiſſe: magiſter uero Laurētius deponit quadā die natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti iam duob. annis elapſis, a dicta die Ioannē Hiemellū uidiſſe in medio portæ domus Ferrādini Macri, ubi aderat Hiſotta, quā ipſe Ioannes per brachiū accepit, intus trahēs, & ipſa renuebat, dicēs: io nō ci uoglio uenire, perche mi uai gabbādo della fede che me hai dato, che mi prometteſſi pigliarmi per mogliere, & Ioannes reſpōdit, uieni che ti ho dato la fede, & di nouo te la dono, che ti uoglio per mogliere, & ſic data fide eā per manū accepit, & intus domū Ferrādini cōduxit, quia magiſter Laurētius de cōteſtib. interrogatus, de tēpore, & de uerborum formalitate inter eos habita, reſpōdit nō recordari an de nocte, ſiue de die fuerit, ſed præſens erat Ioānes Spano, & quo ad formalia uerba, ut ſupra depoſuit: Cōſtat igitur hos duos teſtes in eorū dicto, & formaliter uerborū uarios eſſe, & ſibi ipſis cōtradicere, cū uno modo deponat unus, alter alio modo circa formalia uerba, quæ inter Ioannē Hiemellū, & Hiſottā interfuerūt.
3 Et ubi teſtes de uerbis formalib. ab aliquo prolatis deponūt, teſtificariq; intēdūt, operæpreciū eſt nedū in ſubſtātia & effectu, uerūetiā in uerborū cortice cōcordes eſſe, ut ſingulariter dicit Ant. de But. in c. nihil obſtat. & ibi Abb. quoq; ext. de uerb. ſigni. & ideo refert ibi Ant. de But. de facto determinatū fuiſſe, ꝙ ſi teſtis unus depoſuit teſtatorē formaliter dixiſſe, Titiū hęredē inſtituo, alter depoſuit, formalia teſtatoris uerba in hūc modū fuiſſe, Titius mihi hæres eſto, ꝙ iſti teſtes cōtrarij & ſingulares dicerētur, & minime probarēt, idē firmat Bal. in c. bone il. 1. in 3. col. uerſi. Si autē fuiſſent interrogati. ext. de electio. quos ſequitur Alex. cōſi. 176. Viſis narratis. col. 1. uerſi. Modo ſic. uol. 7. & cōſi. 150. In cauſa & lite. col. 2. in prin. nu. 3. uolu. 5. Sed ita eſt ꝙ dicta teſtiū uerba in cortice & uerborū forma proculdubio nō cōueniūt, quia Ioannes Spano refert Ioānē Hiemellū intus domū fuiſſe, alius in medio portæ, unus de fide data deponit, alter de eā nihil, vnus, ꝙ Hiſotta cōquerebatur, dicēs me hai gabbato, alter uero, ꝙ ipſa dicebat, mi uai gabbādo, & tādē unus deponit Ioannē Hiemellū reſpondiſſe da hoggi innanzi ti uolio per mogliere, & alter ꝙ reſpōdit, uieni che ti ho dato la fede, & di nouo te la dono, & ſic, de ipſorū cōtrarietate, & uaria uerborū formatione euidētiſſime patet, ergo nō probāt.
2 Et ubi duo teſtes ſibi ipſis cōtradicūt, unius dictū nō attēditur, ut eſt gl. cōmuniter approbata in c. in noſtra. ext. de teſti. & neutri creditur Alex. conſi. 53. In cauſa & lite. col. 2. ad fi. nu. 10. uerſi. Nec ad hoc obſtat. uol. 7. Infringitur quoq; alia ratione depoſito Ioannis Spano. Nā per quāplures teſtes ꝓbatū fuit nedū ipſum

adul-

adulterũ,ſed rẽ inceſtuoſũ,ex quo p duodecim an-
nos ipſe cũ eius priuigna vxore Iacobelli Zuccali
3 cõcubuit, & ex ea filios procreauit: & in iure clarũ
eſt,q in cã criminali, & matrimoniali teſtis crimi-
noſus & uitæ repræhẽſibilis nõ eſt idoneus,quam-
uis emẽdatus eſſet c.teſtimonium.& ibi Fely.in pe,
colum. poſt prin.uerſi.In glo.in uer.emendatur.ex
tra.de teſti.l.3.in prin.ff.eo.tit.& Alex.d. conſi.150,
col.2.in fi.uerſi.Accedit quia probatum eſt. uol.5.
Nec obſtat ſi dicatur,non fuiſſe per ſententiam cõ
demnatum ergo &c. Quia de iure canonico,cui in
cauſa matrimoniali ſtandum eſt. c.fi.ext.de ſecun,
nup.non requiritur teſt. m de crimine per ſentẽtiã
damnatũ fuiſſe,ut repellatur. dũmodo uere ſit cri-
minoſus.c.ſuper eo.il 1.& ibi Fely.ext de teſti. Alia
etiam ratione non eſt integer, nec idoneus teſtis,
quia membra pudibunda palam demonſtrare con
ſueuit,& abſque ullo pudore ſuper quoſcunque ui
ros mingere,unde tanquam improbæ, infamis, ac
inhoneſtæ uitæ non probat. Alex.conſi.81.Lecto,
& diſcuſſo.colu.pe.in fi.uerſi. Plurima etiam ſunt.
4 num.13.vol.3.Accedit etiam probatum eſſe ipſum
quocunque prohibito tẽpore carnem, & oua co-
medere, & in extrema paupertate uitam ſuam du-
cere,quo caſu idoneus teſtis eſſe non dicitur, ut ha
betur per Alex.conſi.15.Viſo proceſſu. uol.3.& cõ
ſi.149.Viſo proceſſu.col.3. in prin.nu.6.uerſi. Nec
paupertas facit.uol.5. Vnde accidit illud quod not.
dixit Bal.in c.ſi quis teſtiũ. in fi.uer. Sequitur quar-
ta pars. extra.de teſti. quòd aut teſtis pauper uitio
ſuo in paupertatem incidit,&tũc non eſt idoneus,
quia non ſolum fortunarum,ſed ſuæ famæ prodi-
gus eſt,unde ſecundum eum a teſtimonio repelli-
tur,quia in ſe uitioſus,multa magis in alium præſu
5 mitur.l.fi.C.de ſenten.paſ.Aut ſine uitio ſuo in pau
pertatem incidit, & tunc ſiquidem eſt bonæ uitæ,
ac bonæ famæ,teſtis idoneus erit,ſecus ſi eſt malæ
famæ.Si uero nullius eſt famę,ſcilicet neque bonę,
neque malę, tunc minus ei creditur per id quod ha
betur in l.3.iux.prin. ff.de teſti.& ita limitat ea quæ
not.glo.in d.c.ſi qui teſtium.& per Spec.in §.1. uer
ſi.item quod eſt pauper.in tit. de teſti. ſequitur Alex.
conſi.176.Viſis narratis.col.2.in prin.uerſi. Tertius
teſtis etiam.uol.7.Sed ita eſt,quòd per quàmplures
teſtes probatum eſt Ioannem Spano pauperrimũ
eſſe,malæ conditionis, uitæ,& famæ, ergo non eſt
idoneus, nec probat. cùm ſimus in matrimoniali
6 cauſa,quæ criminali æquiperatur,ex quo grauis,&
ardua eſſe dicitur, ſecũdum Abb. poſt Ant.de But.
in c.ſi pro debilitate.extra de offi.delega.not.glo.1.
& ibi Doc.in c. mulieri.extra. de iurciu. & facit tex.
in c.non debet.de conſangui.& affini.cum cõcord.
de quibus per Grammati.conſi.26.numer.47.Et in
7 cauſa matrimoniali teſtes omni exceptione maio-
res eſſe debent,ut eſt tex.in c.in literis.extra de teſti.
tradit Fely. in rub. de ſponſali. col. penult.in princ.
uerſi.Quarto in cauſa matrimoniali.poſt Abb.in c.
1. uerſi. Item no. quòd teſtes.de conſangui.& affi.
8 Et illi omni exceptione maiores dicuntur,qui nul-
la exceptione legitima repelli poſſunt, ut eſt glo.in
d.c.1. in uerbo maiores. & ibi Abb. & eſt glo. In §.
item uerborum obligatio. Inſti. de inutili.ſtipu. &
habetur per Fely.in c. licet uniuerſis. extra. de teſti.
cum alijs per Alex. relatis conſi. 17. Viſo proceſſu.
col.pe.in fi.uerſi.Quod autem acto.uol.1.Alia quo
que de cauſa repellitur idem teſtis uti de falſo ſuſpe
ctus, cùm Ioannem Hiemellum & Hiſottam intus
Ferãdini domum de nocte uidiſſe deponat, eoque
tempore inter eos habitum fuiſſe dictũ colloquiũ,
nec luminaria adfuiſſe teſtetur,neque Lunam luce
re, ut de eis per ipſum plena cognitio haberi potuiſ
ſet. Et talis de nocte deponens abſque artificio,uel
9 lumine Lunæ ob impoſſibilitatem de falſo ſuſpe-
ctus habetur,cùm natura repugnet quẽ nocturno
tẽpore abſq; lumine, uel artificio proſpicere.ideo
talis depoſitio inualida eſt: quinimmo de falſo pu-
niri debet,ut uoluit Bal.in l. Arethuſa.col.1.uerſi.&
nota q Oldra.ff.de ſta.homi. Vnde Ang conſi.193.
Viſis proceſſib.cauſę.refert ſe Oldradũ audiuiſſe in
Curia Romana reſidẽtẽ quãplures teſtes de falſo
condẽnaſſe, qui abſque artificio uel lumine Lunę
noctis tẽpore ſe uidiſſe deponebãt. & cõtra tales ſic
deponẽtes exclamãt Mod.Bono.in l.1.in prin.colu.
26.in fi.uerſi. Et ſcias q neduũ.ff.de queſtio.poſt.Iaſ.
in l. nõ minorẽ. C.de trãſac.& in l.ſi nõ ſpeciali. in
fi.C.de teſt & Dec.cõſ.429. Licet in cauſis. col.fi. in
prin.uerſ. Secundo præmittẽdũ.Cũ ergo in uno de
10 falſo ſuſpectus ſit, & in tota eius depoſitione talis eſ
ſe dicitur.d. c.teſtimoniũ. & ibi cõiter doct. adeo q
totũ eius teſtimoniũ annullatur.iuxt.no.p Inno.in
c.fraternitatis.ext.de hære.&in c.in noſtra.ext de te
ſti.cũ ali.per Alc.relatis cõſ.134.In cã & lite.col.pẽ.
in prin.uer.Præterea & iſte teſtis.vol.a.Nec refragą-
11 tur,q ambos inſimul,vt maritũ,& vxorẽ cõtinuarẽ
viderit,quia vnicus, & ſingularis eſt: ideo nõ pbãt
c.licet cauſam.& ibi doc.extr.de proba. Infringitur
quoq; magi.Laurẽtij depoſitio, quia eodẽ infamiæ
morbo laborat, videlicet ob adulteriũ nedũ depoſi
tionis tpe,ſed añ, & poſt,per ipſum cũ vxore Muſſa
ti cõmiſſum, vt quãplures teſtes in eius reprobatio
ne deponũt,quo caſu (vt ſuperius dictũ ẽ) nõ eſt ido
neus teſtis. De falſo ſimiliter ſuſpectus eſt, cũ in me
dio portæ domus Ferãdini tpe præhabiti colloquij
Ioannẽ Hiemellũ,& Hiſottã vidiſſe deponat. Inter-
rogatus ſuper interrogatoriis Io.rñdit ſe nõ recor-
dari,an de die,vel de nocte fuerit,ſi in dubio dicere
volumus ad euitandã falſi ſuſpicionẽ, q de die col-
loquiũ illud fuiſſe intẽdat,nõ pbabit, quia qñ duo
teſtes,quorũ vnus aliquid de nocte, alter de die, uel
intra diẽ,& noctẽ factũ eſſe deponit,nõ probãt. A-
lex.cõſ.236. Perſpectis.in prin.uer. Accedit q no.uo
lu.6.& ſi illud de nocte fuiſſe intelligimus, idẽ dicẽ-
dũ erit,ut de alio teſte dictũ eſt ſup. pro ſuſpecto er-
go habetur,& tãto magis, quia allegãs pro cõteſte
Ioãnẽ Spano, ſecundũ illius depoſitionẽ de nocte
intelligi debet,& ſic de ipſo,prout de alio concludẽ
dum eſt.Ferrandinus quoq; minus, quàm alij duo
probat: tum quia in probando matrimonio per
verba de præſenti ſolus, & vnicus remanet.c.in om
ni.extr.de teſti.l.iuriſiurandi. C.eo. & d.c.licet cau-
ſam.extra. de probatio. & per Dec. copioſe conſil.
133.Viſo proceſſu col.1.uerſ.Sed tamen his non ob
12 ſtantib.tum quia per plures teſtes probatum extat,
ipſum eſſe furem,& malæ famæ, & teſtis infamis in
famia iuris,ut eſt fur,iuxta l.1.ff.de infam.teſtis eſſe
non poteſt.l.3.§.lege Iulia.ff.de teſti.& no.docto.in
c.teſtimonium.& Mod.Papi.in l.cunctos populos.
in ſecunda lectura columna decima. in fi.uerſicul.
His pręmiſſis uenio ad concluſionem. C. de ſum.
trinita.& fide ca ho.Et præcipue in cauſa matrimo
niali,quæ criminali æquiperatur,vt dictum eſt.&ita
13 arguit Dec.in d.uer.ſic. Sed tamen his non obſtanti
bus. Accedit quod etiam Hiſottæ affinis eſt,qui de
fide diminuitur,& non admittitur, ut per Bart. in l.
qui teſtamento.§.quæcunque.col.fi.uerſi.Sed quę-
ro.ff.de teſti.& no.per Abb in c.literas extr.de præ-
ſumptio. & plene per Dec. d.conſil. centeſimo tri-
geſimotertio.columna prima.in fi.uerſi. Secundo
dicta Margarita repellitur. Alio etiam morbo labo
rat, quia nec velle, nec nolle habet, & modicę eſt
conſtantiæ, ut quamplures teſtes atteſtantur: & ſic
tanquam demens repelli debet,& non probat. Spe
cu.in §.1.col.10.uerſic.Item quod eſt talis. nu.32. &
14 nu.88.in tit.de teſte.Præterea hoc anno,nec confeſ-

ſüs, nec cõmunicatus eſt iuxta tex. in c. omnis utriuſ
que ſexus. extra. de pœnit. & remiſ. unde tanquam in
peccato mortali exiſtens a teſtimonio repellitur. d.
c. teſtimonium. & ibi Panor. & alij. extra. de teſtib. &
tradit Ruyn. conſil. 106. In hac lite, columna prima.
ad fi. uerſic. Item prædictus teſtis. uol. 5. alijs quoque
rationibus non probat. Deponit enim Ioannẽ Hie-
mellum Hiſottæ promiſiſſe eam in uxorem ducere,
dummodo geſta ſua bene ageret, ex quibus verbis
ſuper matrimonij contractu principaliter depone-
re non uidetur, ſed ſuper matrimonio de futuro cõ
15 trahendo, & conditionaliter. Quę promiſſio tam ra
tione ſponſaliorum de futuro non ligat, toto titul.
extr. de ſponſ. quam etiam ob conditionem inſer-
16. tam, quæ matrimonium ceſſare facit, quamuis per
uerba de præſenti contractum fuiſſet, quia contra
matrimonij ſubſtantiam foret, quæ eſt quod nun-
quam per hominem diſſoluatur, quia quos Deus
coniunxit, homo non ſeparet. c. quos Deus coniun
xit. 33. q. 2. & c. 2. extra. de transla. præla. prout no. tra
dit Pet. Gerar. in ſuo ſing. 21. Matrimonium. & Ferra
ri. caut. 7. Sæpiſſime contingit. ubi cautelam docent
ad matrimonium inualidandum, quam cautelam
etiam poſuit Hyp. in ſing. 286. Capias unam caute-
lam. Subdit poſt prædicta uerba idem teſtis hoc in-
tus domum ipſius fuiſſe de menſe Decembri in fe-
ſtiuitatibus natiuitatis Domini noſtri Ieſu Christi,
dicendo la detta Iſotta a Giouanni Hiemello ſe la
uuole per mogliere, & eſſo Giouanni diceua, che la
uuole per mogliere, & Giouanni diceua ad Iſotta,
uuol me per marito: & Iſotta riſpondeua, che lo
uuole per marito. Interrogatus Ferrandinus de tem
pore, reſpondit omnia prædicta de ſero fuiſſe ipſo
præſente, & Hiſabetta eius uxore. Ex quibus clare de-
prehenditur hunc teſtem ſingularem eſſe, quia alij
duo deponunt inter eos matrimonium non fuiſſe
per uerba de præſenti contractum, eſtq; alijs cõtra-
rius nedum in formalibus uerbis, ſed in eo quoque
quod de ſero factum fuiſſe teſtatur, quod uerbum
17 de ſero inter diem, & noctem indicat, alij uerò de no
cte deponunt, quæ ualde a ſero differt. unde tanquã
ſingularis, & contrarius minime probat, ut de alijs
duobus dictum fuit ſupra. Repellitur etiam idem
Ferrandinus ex alio, atteſtatur enim ipſe Hiſabettã
eius uxorẽ prædictis uerbis per Ioannẽ, & Hiſottam
prolatis fuiſſe præſentem, & nihilominus eius uxor
in ſua depoſitione dicit inter eos matrimoniũ fuiſ-
ſe contractum, ignorare, & nunquam uidiſſe Ioan-
nem Hiſottæ fidem dediſſe, ſed ſcire tantum, & pro
prijs auribus audiuiſſe quando Ioannes Hiſottã al-
loquebatur, dicens: fu queſto, che hauẽdolo fatto,
ti piglierò per mogliere, & ti darò la fede innanzi ad
eſſa deponẽte, & Ferrandino ſuo marito: & tamẽ ip
ſa non uidiſſe deponit Ioannẽ Hiſottæ fidẽ dediſſe,
18 nec matrimonium per uerba de præſenti contractũ
fuiſſe: his igitur ſtantibus ſuccedit Ferrandini depo-
ſitionem ſuſpectiſſimam eſſe, & non ueram, cùm al
legauerit ipſe conteſtẽ in actu, in quo ipſa conteſtis
non interfuiſſe, nec ſcire deponit, ita dixit pulchre
Bal. in c. cùm cauſam quæ inter Archiepiſcopũ. col.
3. in princ. uer. Quid ergo ſi teſtis. ext. de teſti. quẽ ſe-
quitur Alex. cõſ. 91. Circa primũ. col. fi. uer. Vnde di-
xit Bal. nu. 11. uol. 4. & Gram. conſ. 26. In cã matrimo
niali. col. 5. in prin. nu. 20. & conſi. 38. Formata. n. 28.
Nec ob. ſi dicatur per quãplures teſtes probatũ fuiſ
ſe Ioannẽ Spanò, Laurẽtium Spanò, & Ferrandinũ
Macri eſſe bonæ famæ, conditionis, & uitæ, quãuis
per diuerſam partẽ contrariũ probatum fuerit. Ex
19 quo ſuccedit illud ꝙ teſtes. quibus ius cõe aſſiſtit, &
qui cum iure cõi concordant, præferuntur alijs, qui
iuri cõi aduerſantur, ut no. Inno. in c. auditis. extr. de
præſcr. quẽ ibi ſequitur Abb. in 4. col. uerſic. Data in
alijs. & in c. cùm oporteat. col. fi. extr. de accuſ. & idẽ
firmat Anch. conſi. 254. In q̃one presbyteri. circa fi.
ubi ex hoc infert ad q̃onẽ noſtram, ꝙ teſtib. de bo-
20 na conditione, & fama deponentibus magis credẽ-
dum ſit, q̃ alijs contrarium aſſerentibus, quia cũ iu-
ris diſpoſitione concordant. c. fi. ext. de præſump. &
idem Anch. conſi. 189. Tribus de cauſis. col. fi. nu. 16.
uer. Quinimmò in dubio. Ad hoc n. duplici mõ re-
ſponderi poſſe arbitror, Primo hoc procedere ſi ab
utraque parte tam de bona, quàm de mala alicuius
fama incidenter probatum eſſet, hoc caſu de bona
deponẽtes præferuntur, ſecus ſi de bona, ſiue de ma
la fama nihil probatum eſſet, ſed poſt teſtiũ publica
tionẽ in termino reprobatorio, ſeu repulſatorio ꝓ
una parte mala fama, & teſtium conditio probata
fuiſſet, deinde in eodẽ, uel alio termino pro altera
parte bona fama probata fuiſſet, non obſtante ad-
uerſarii reprobatione prius facta, iſto caſu de mala
fama deponentes præponuntur, & præcipue in caſu
propoſito, quia teſtes ſuper mala fama examinati
eorum dicti rationẽ reddunt, uidelicet ob adulteriũ
inceſtum, & reprobatorum teſtium concubinatũ.
& ſic de mala fama in ſpecie deponant. Examinati
uerò ſuper bona fama nullã reddunt rationẽ, ſed in
gñe de bona fama deponunt, merito de mala depo
nẽtes præferuntur. ut conſuluit Alex. conſ. 77. In cã
accuſationis. col. fi. in prin. uer. Nec prædictis in ali-
quo. uol. 1. Hyp. conſ. 3. Sæpe ac ſæpius. nu. 22. & cõſ.
44. Qm omnis poteſtas. ſub nu. 20. uer. Secus aũt. Cę
pol. conſ. 39. Lucius ciuis. col. 8. n. 43. ſequitur Cares.
in ſua pract. crim. in prin. n. 158. uer. Itẽ eliditur indi-
ciũ. fol. 31. Nã teſtes dictorum ſuorũ rationẽ reddẽ-
tes non reddẽtibus præualẽt, cùm non reddẽtes mi
21 nime probẽt. l. ſolã. & ibi Bar. & Bal. C. de teſti. Abb.
& cõiter doc. in d. c. cùm cauſam, quæ inter Archie
piſcopũ, poſt gl. ibi. Vñ not. inquit Bal. in l. presbyteri.
col. fi. uer. Iuxta prædicta. C. de epiſ. & cler. ꝙ his caſi
bus, in quibus teſtis non interrogatus dicti ſui cau-
ſam reddere non tenetur, duo teſtes rationẽ reddẽ-
tes duobus contrarijs cauſam non reddentibus præ
feruntur, quod inquit eſſe memoria dignũ, & niſi
uno in loco, uidelicet in quadã Iac. Butr. diſputatio
ne incip. Qõ talis eſt, nunquàm inueniſſe. Idem fir-
mat Rom. in rub. ff. de arb. in 11. col. idẽ no. dixit Bal.
in repet. l. de quib. col. 12. in fi. uer. Sed nunquid ſi te
22 ſtes. ff. de legi. ꝙ ſi uterq; litigãtiũ teſtẽ unũ produxit,
is qui dicti ſui rõnẽ reddit, nõ reddẽti præfertur. Im-
23 mo ſingulariter inquit, ꝙ teſtis dicti ſui rõnẽ nõ red
dẽs dictũ alterius teſtis rõnẽ reddẽtis debilitare non
põt, quin ei qui teſtẽ rõnẽ reddẽtẽ produxit, ſupple-
toriũ iuram̃ deferri ualeat. Alio pacto rñderi põt, ꝙ
24 ubi opponitur, & aliquẽ eſſe malæ uitæ, cõdõnis, &
famę ꝓbatur, ꝑ aduerſariũ ꝓbari dẽt, ſi iuuare, & ꝓ-
deſſe ſibi itẽdit, ꝙ cõi opi. tales teſtes reprobati erãt
& ſunt bonæ cõdõnis, & famæ. l. 2. & l. in exceptio-
nib. ff. de prob. ita declarat Bal. in l. 1. in 2. q. C. de teſt.
cũ ali. ꝑ Alex. relatis cõſ. 132. Viſo proceſſu. col. pẽ. añ
fi. uer. Quia rñdeo. uol. 5. Sed in caſu propoſito de bo
na fama reprobatorũ teſtiũ deponẽtes, eos bonæ fã
mæ, uitæ, cõdõniſq; immò eſſe atteſtãtur, & pro tali
bus eos tenẽt, nec dñt ab alijs cõi opi. tractari, & repu
tari bonæ uitæ, condõnis, & famæ, malã ergo famã
minime tollũt, vñ de mala cæteri deponẽtes ꝓferun
tur, nec publica uox, & fama ꝑ teſtes allegata refra-
gatur, ꝙ inter Ioãnẽ Hiemellũ, & Hiſottã matrimo-
niũ cõcluſũ fuerit, q̃a dupliciter rñdetur Hiſottæ ꝓ
deſſe nõ poſſe. Primo quia aliud ẽ matrimoniũ fuiſ
ſe cõcluſum, & aliud fuiſſe ꝑ verba de præſenti con-
tractum, dici enim poteſt concluſum fuiſſe Ioan-
nem uelle Hiſottã ſi eius geſta bene faceret, in uxo
rem ducere, ut Ferrandinus inquit, & ut donna An
tonina ab Hiſotta producta, & approbata teſtatur
quæ

quæ ex verbis Hiſottæ deponit, quòd eum pro uxore volebat, quo caſu matrimonium contractum fuiſſe dici non poteſt. Vnde ſuccedit regula, nõ probat hoc eſſe quòd ab hoc contingit abeſſe. l. non
25 hoc. C. vnde cogna. l. neque natales. C. de probatio.
26 & c. in præſentia. & ibi Doc. extra eo. Alio etiã modo reſponderi poteſt, publicam vocem & famam minime probatam fuiſſe, eum nullus teſtium ſuper ea concludenter deponat, ex eo quòd cauſam non expreſſerint, neq; declarauerint, vnde fama ipſa originem traxerit, & a quibus audiuerint, vt ſic inſpici valeat, an uana vox populi fuerit, cui credendum non eſt, vel an ſit probabilis fama, ita cõcludit magiſtraliter Bar. in l. de minore. §. plurimum. col. fi. ff. de quęſtio. Bal. in l. proprietatis. C. de probatio. & in l. diffamari. in princip. C. de ingen. & man. Angel. in l. ea quidem. C. de accuſa. Abb. in d. cap. cũ cauſam quæ. inter Archiepiſcopum. col. 1. de teſti. & ſic ut comprehendatur, ne vanæ ſint populi voces, in ſpecie teſtes a quibus audiuerunt, deponere debẽt, ac etiam non interrogati perſonas, a quib. ſimiliter audiuerunt, exprimere debent, per not. per Innoc. in c. qualiter & quando. il 1. in prin. & in c. cùm oporteat. col. 1. extra de accuſa. ita conſuluit Anch. d. conſi. 154. & Alex. conſi. 83. Viſo themate. colu. 2. uerſi. Pręterea iſti teſtes. uol. 3. conſi. 15. In caſu uertente. col. 2. in prin. uerſ. Præterea etiam. volu. 4. & conſi. 155. Alias conſultus. colu. 2. uerſi. Non ob. etiam dũ iſte teſtis. uol. 5. Sed in caſu propoſito nullam rationem & cauſam famæ, publicæq; uocis teſtes de ea deponentes reddunt, nec a quibus audiuerunt, perſonas exprimunt, ſed ſuper quarto actricis articulo dicunt tantum: uſcì publica fama intra li homini, & la maggior parte de gli huomini di detta Città, & borghetto, com'era cõcluſo detto matrimonio, & maſſimamente nella ruga loro. In cauſa ſcientiæ dicunt, quia interfuit, uidit, & audiuit per modum ut ſupra, & ſic clare liquet famæ cauſam, & a quib. expreſſe audiuerint, non deponere, nec a quib. originem vox, & publica fama traxerit, merito nõ probant. Præterea quindecim teſtes ſuper dicta fama examinati fuerunt, & ſolum tres, videlicet Ioannes Spanò, & Ferrandinus Macri de illa deponunt, & tamen (ut dictum eſt) eam cõcludenter minime probant: Cæteri uero nihil ſcire reſpondent, inter quos eſt Hiſabetta Ferrandini vxor, quæ de auditu tantũ Hiſottæ ſcire deponit, quæ iactabatur, inter ipſam, & Ioannem Hiemellum contractum ſuiſſe matrimonium, ſed de illo nil aliud ſcire dicit, niſi ut ſupra depoſuit. Leonardaq; teſtis ſuper eodem articulo ſimiliter ignorare inquit, ſed ab Hiſotta tantum audiuiſſe: Donna Antonina idem affirmat, ſubdens ab Hiſotta audiuiſſe, Ioannem Hiemellum dixiſſe eam uelle pro uxore; Donna Franciſca in eodem articulo contẽta ignorare dixit, a nonnullis tamẽ uicinis audiuiſſe deponit Ioannem Hiemellum velle Hiſottam in uxorem ducere; Donna Vrſina idem atteſtatur; Gregorius Alopudi ex Hiſottæ auditu eã matrimonium cum Ioanne Hiemello contraxiſſe deponit, cætera ignorat, uelletque cauſam hanc in Hiſottæ fauorem expediri; Magiſter Martinus in quarto articulo contenta ſimiliter ignorat: idem firmat Franciſcus Meſianus, & cum eo concordat Donna Fina: Catherina uero deponit publicam uocem, & famam fuiſſe Ioannem Hiemellum uelle Hiſottam in uxorem ducere, cætera ignorat: Vltimus tandẽ teſtis nomine Hiſottæ examinatus uidelicet Ioannes Cuducluli contenta in eodem quarto articulo ſimiliter ignorare dixit. Cùm igitur duodecim teſtes de publica uoce, & fama examinati nihil de ea concludenter probent, concludẽdum eſt Ioannis Spano, Laurentij Spano, & Ferrandini atteſtationes non refragari, cùm fama ipſa a uiris reprobatis & ſuſpectis allegetur; Et eſto quòd de ea omnes deponerent, quia tamen ab Hiſotta originẽ traxit, ut fere omnes examinati deponunt, nõ probarent, cum a fidedignis, & certis perſonis audiuiſſe, & [illegible] cta perſona, deponere deberent, ut not. voluit Bar. in d. §. plurimum. col. antepe. uerſi. Quarto ſi teſtis interrogatur. & Ant. de But. in d. c. cum oporteat. cum ſimi. ut tradit Deci. conſi. 133. Viſo proceſſu. colu. pe. circa fi. uerſi. Omnes alij teſtes. Nec teſtes in cauſa appellationis pro Hiſotta examinati refragantur. Quoniam licet in Vrbe Hieratii prius inter partes matrimonia concludi conſueuerint, per notarium uero, & deinde per teſtes confirmentur, non probatur tamen per teſtes matrimonium inter Hiſottam & Ioannem cõcluſum & contractu fuiſſe, ut ſupra demonſtratum fuit. Minus quoque refragatur Ioannem Hiemellum poſt aſſerti matrimonij famam Cotronum profectum fuiſſe, cùm ut nonnulli Hiſottæ teſtes atteſtantur, illa accuſauerat eum, ac Hiſottæ fratres ipſum perſequebantur; nonnulli quoque deponunt, quòd ab Vrbe receſſit, ne ad eam annulo ſubarrandam cogeretur, ex eo quòd dicebatur, ipſum promiſiſſe illam in uxorem ducere. Ex quibus clare patet Ioannem Hiemellum per uerba de præſenti Hiſottam non deſponſaſſe, ſed promiſiſſe tantum eam in uxorem ducere, quo caſu ad contrahendum cum ea matrimonium non aſtringitur. toto tit. ff. & C. de ſponſali. & c. 2. & ibi gl. fi. extra. eo. Ne igitur Ioannes ipſe in aliquod incurreret periculum, ab Vrbe Hieratii receſſit, & Cotronum ſe contulit, & ſic cõſtat perſecutionis timore compulſum receſſiſſe, ne matrimonium ui contrahere cogeretur, unde ex hoc ſibi præiudicium inferri non poteſt. Ex quibus omnibus concludendum cenſeo partes D. Iudicis ad quem, fore & eſſe in pronunciando fuiſſe per D. Vicarium Hieracenſem male iudicatum ad fauorem Hiſottæ, & bene pro parte Ioannis appellatum, ipſumque a petitis abſoluendum eſſe, ſilentiumque perpetuum Hiſottę imponi debere, tãto magis quia per præfatum D. Vicarium Ioanni Hiemello delatum fuit iuramentum, an inter eos contractum fuiſſet matrimonium, iuxta tex. in c. continebatur. & c. atteſtationibus. ubi etiam Abb. extra de deſponſ. impub. & per ea, quæ tradit Boeri. in deciſ. 95. An partibus. col. fi. in prin. ſub numer. 6. uerſi. Et latum areſtum. quamuis a reo nullum ſit exigendum iuramentum, ubi omnis matrimonij probatio deficiat, ſed potius abſoluendus ſit. arg. c. quod nobis. & ibi Abb. in 1. not. extra de clandeſti. deſpon. ubi tamen ipſe intelligit illa duo iura procedere, quãdo pro matrimonio aliqualis ſaltem ſubeſſet ſuſpicio, ſecus ubi pro eo nihil appareret, ut in præſenti caſu. & quãuis ſuſpicio aliqualis ſubeſſe dici poſſet, quia tamen Ioannes matrimonium inter ipſum & Hiſottam non interueniſſe iurauit, dicendum eſt ſuſpicionem per dictum iuramentum ſublatam eſſe, & conſequenter in fauorem Ioannis pronunciandum eſſe cum expenſarum uictoria iuxta glo. in c. ignorantia facti. de regu. iur. in 6. Ancha. conſi. 331. Viſis diligenter actis. in fi. & eſt communis opi. cum dicta gl. ut declarat Lanfr. in repetit. c. quoniam contra. in glo. De expenſis. col. 4. uerſi. Concludite ſecundum Innoc. extra de probatio. & tenet Rota. in deciſ. 251. Licet ſententia. in nouiſ. Et ita de iure concludendum & reſpondendum cẽſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis in quocunque actu præiudiciali etiam in notorijs requiritur, aliàs non valet quod agitur.*
2 *Papa, abſque partis citatione etiam quòd de poteſtatis plenitudine faciat, procedere non poteſt.*
3 *Sententia inferioris ſine citatione lata confirmatione Apoſtolica non validatur etiam per clauſulam, ſupplentes.*
4 *Imperator iure ordinario contra non citatum procedere non poteſt.*
5 *Statutum dictans quòd ſententia parte non citata proferri poſſit, non valet, quia citatio eſt de iure diuino.*
6 *Defenſiones etiam in cauſis ſummarijs admittendæ ſunt.*
7 *Clauſula illa de plano &c. in reſcripto inſerta non excludit quominus citatio requiratur.*
8 *Laicus coràm iudice ſeculari perſonam eccleſiaſticam trahere non poteſt, aliàs a ſuo iure cadit.*
Actor ſequitur forum rei, & non actoris. ibi.
9 *Archiepiſcopus coràm iudice ſeculari citatus etiam ad allegandum ſuum priuilegium comparere non tenetur.*
10 *Proceſſus per iudicem ſecularem contra perſonam eccleſiaſticam factus non valet, nec etiam in eius contumacia tenet, nec etiam ſi comparuiſſet, & nihil oppoſuiſſet.*
11 *Reus probandi onus ſuſcipiens, quod eſt actoris fundamentum, ſi non probat, prærogatiuam retinet, quòd actore non probante reus abſoluitur.*
12 *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.*
13 *Tribunal Archiepiſcopi, & eius Vicarij, idem eſt.*
14 *Geſta per Vicarium quando cenſeantur Epiſcopi geſta.*
15 *Culpa officialis Epiſcopo nocere non debet.*
16 *Epiſcopus de Vicarij imperitia non tenetur.*
17 *Electio mala eſt in culpa.*
18 *Magiſtratus, & Prætor ob aſſeſſoris imperitiam excuſatur.*
19 *Aſſeſſor, an, & quando litem ſuam faciat.*
20 *Vicarius Epiſcopi iurisperitus ſi de aſſeſſoris conſilio aliquid inique agit ob aſſeſſoris imperitiam non excuſatur.*

CONSILIVM LXXXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa nullitatis per Reuer. D. D. meũ Auguſtinum Gonzagam Mantuanum Archiepiſcopum Rhegynum principaliter motæ contra Franciſcum Xuarez de Vigliena, breuiter cõcludendum puto literas executoriales, abſque citatione per eundem Franciſcum obtentas fuiſſe, & eſſe nullas, cùm
1 in vnoquoque actu præiudiciali pars citari debeat,
alioquin quod agitur minime valet, vulg. l. de vnoquoque. & ibi doct. late. ff. de re iud. l. fi. C. de legi. c. dilecta. extra. de ſent. excommu. & clemen. ſæpe. de verbo. ſignifi. cum ſimilib. & eſt tantæ importantiæ talis citatio, quòd in notorijs etiam requiritur ſecũdum Bald. in l. cùm fratrem. col. fi. verſicu. Dubitari conſueuit. C. ad Velleia. & in c. ad noſtram. il 3. poſt glo. ibi in verbo, oppono ſecundo. extra. de iureiur.
2 Immo etiam Papa non citata parte procedere non
poteſt, niſi hoc de poteſtatis plenitudine faciat ſecũdum Hoſt. & Io. And. in c. veſtra. extra. de procurat. quod dictum refert, & ſequitur Alex. conſil. 87. Viſis codicillis. vol. 2. quod eſt duplicatum conſi. 2. col. 4. in fi. verſic. Et non eſt dubium. vol. 1. & firmat Fely. in c. cum olim. col. 10. verſic. Proceſſus Papæ. extr. de re iud. vbi etiam fortius uoluit, quòd Papa etiam de poteſtatis plenitudine contra non citatum procedere non poteſt. allegat Abb. in c. 1. col. 2. extra. de cauſa poſ. & propr. per tex. in clem. paſtoralis. in fi. de re iud. & late examinat Socyn. ſen. conſi. 166. In cauſa quæ vertitur. nu. 41. vſque ad fi. vol. 2. & adducit Fel. multos graues viros cum hac opi. conſuluiſſe. & nouiſſime conſuluit præceptor meus Cur. iun. conſil. 170. Habita diligenti. col. 4. cum multis conc. ibi per eum relatis. verſi. Tertio principaliter. num. 17. cum
3 multis ſeq. Vnde dicebat Card. conſi. 80. Venerabi-
lis vir. quod inferioris ſententia ſine citatione lata confirmatione apoſtolica non validatur etiam per clauſulam, ſuppientes: per d. cle. paſtoralis. Et ideo dixit Bald. in l. reſcripta. in 2. col. in princ. nu. 6. uerſi. Nota ergo hic. C. de precib. impe. offe. quòd coram Principe conſiderantur omnia quæ de iure gẽtium ſunt. Et Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de prolat. ſent. §. iuxta. uerſi. Eſt etiam nulla. in verbo, Albertus Galeotti. tenet quòd Imperator iure ordinario contra
4 non citatum procedere non poteſt. Si ergo Papa, &
Imperator nullum non citatum condemnare poteſt, multo minus potuerunt Summariæ Neapolis iudices, qui Imperatoris uice funguntur, contra Archiepiſcopum Rhegynum nõ citatum inſtante D.
5 Franciſco executionem committere. Et propterea
inquit Bald in l. 1. col. 2. uerſicu. Sed hic quæritur. C. quomo. & quan. iud. non valere ſtatutum determinans quod ſententia parte non citata proferri poſſit d. clem. paſtoralis. quia de iure diuino inducta eſt citatio, quando Deus primum hominem citans dixit, Adam vbi es? unde unum ſequeretur inconueniens, quod ſublata citatione tolleretur defenſio, quæ eſt de iure naturæ, ut per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo figura iudicij, & ſic iuri naturæ repugnaret, quod minime dicendum eſt. Cùm
6 defenſiones etiam in ſummarijs admittendæ ſint.
clem. ſæpe. §. 1. & ibi Card. poſt glo. de uerb. ſigni. Pro quibus faciunt no. per Soc. ſen. conſil. 12. Quoniam impræſentiarum. col. 1. verſi. Citatio enim neceſſario vol. 1. vbi inquit hoc procedere, ſiue iuris ordine ſeruato procedatur, ſiue talis ſit iudex, qui ſummarie. & de plano ſine ſtrepitu &c. procedere poſſit.
7 Quoniam illa verba, de plano &c. non excludunt
quominus citatio requiratur. quamuis peremptoria non requiratur citatio. Ex quibus ſequitur concludendum eſſe, literas executoriales contra præfatum Dominum meum non citatum obtentas eſſe nullas, præſertim cùm contra perſonam eccleſiaſticam, & eius bona commiſſæ, & executæ fuerint, quod minime fieri poterat, cùm aperti ſſimi iuris ſit, laycũ actorem coram iudice ſeculari eccleſiaſticam per-
8 ſonam conuenire non poſſe, cum actor forum rei,
& non actoris ſequi debeat. l. 2. & ibi no. Bal. C. de iuriſd. om. iud. c. cum ſi. & c. ſi diligenti. extra. de foro comp. & abunde declarat Soc. ſen. conſ. 12. col. 4. in fi. uer. Circa quartam quæſtionem & ſi cum coràm illo conuenit, omnem actionem, ſi quam prius habebat, penitus amittit. l. in criminali. & ibi not. doct. C. de iuriſ. om. iud. & eſt tex. in auth. clericus. C. de epiſ. & cler. vbi dicitur, quod clericus in lite pecuniaria pulſatus prius apud Epiſcopum conueniatur, per quẽ ſine damno cauſa decidatur, & ſi cauſæ natura non patitur, ut negocium apud eum decidi poſſit, per iudicem ſecularem procedatur. Imperator tamen per auth. ſtatuimus. quæ ibi ſubſequitur, ſtatuit, quod nullus hodie eccleſiaſticam perſonam in criminali, uel ciuili quæſtione ad ſeculare iudicium contra imperiales conſtitutiones, & canonicas ſanctiones trahere præſumat, alioquin ab omni ſuo iure cadat, iudicatumq; non teneat, & iudex ex tunc iudicãdi officio priuatus ſit, & hoc nedum de iure ciuili ſtatutũ eſt, quod eſt in iuris Imperij ſeruandũ, uerũ etiã de iure canonico expreſſum eſt, ut in c. 1. 2. 3. 4. 6. & per totã 11. q. 1. ubi dicitur, quod nemo unquam Epiſcopũ, aut reliquos clericos apud ſecularem iudicẽ trahere præ-

re preſumat, & nullus Iudicium abſq; Pontificis li-
centia illos per ſe diſtringat, aut condemnare au-
deat, aliàs ab Eccleſia, cui iniuriam irrogare di-
gnoſcitur, tam diu ſequeſtratus ſit quoad reatum
ſuum agnoſcat, & emendat: Plus dico, quòd Papa
facere non poteſt, vt laici iudicio ſuo iudicent cle-
ricos quia hoc priuilegium fori habent a Deo, vt
not. Inno. In c. 2. de maio. & obedi. & Papa tollere
non poteſt ea quæ ſunt de iure diuino. c. ſunt qui-
dam. 25. q. 1. & tradit Abb. in c. Eccleſiæ Sanctæ Ma
riæ. colum. 3. ſub nu. 6. extra de conſtitu. & Roland.
conſi. 4. In cauſa. num. 15. lib. 1. & conſi. 23. In cauſa.
nu. 10. & 11. volum. 2. nec poteſt clericus huic priui
legio renunciare, cum inductum ſit in fauorem or
dinis clericalis. vt per Roland. d. conſi. 4. nu. 9. & 16.
Cùm ergo Franciſcus in iudicium ſeculare Archie
piſcopum Rhegynum traxerit, concludendum eſt,
cum omnem actionem, ſi quam contra ipſum ha-
bebat, amiſiſſe, totumq; proceſſum contra ipſum
Archiepiſcopum fabricatum, literaſq; executoria-
les inde ſecutas fuiſſe, & eſſe nullum, ac nullas, & vl
lo pacto non tenere, neque ipſi Franciſco in aliquo
ſuffragari, quinimmo præfatus Dom. Archiepiſco-
pus in priſtinum ſtatum reſtitui debet, cùm ſuis, Ec
cleſiæque ſibi commiſſæ rebus expoliatus fuerit, vt
inquit tex. in cap. ſi Epiſcopus. 3. q. 1. & proſequitur
Soc. d. conſi. 12. Amplius dixit glo. ibi ſi fuiſſet præ-
9 fatus Dominus meus coram ſacro conſilio vel co-
ràm ipſa Summaria tanquam ſuo iudice incompe-
tenti citatus, cùm notorium ſit Summariam (vt di-
ctum eſt) ſuum iudicem competentem non eſſe,
quod etiam ad allegandum eius priuilegium compa-
rere non tenebatur per tex. in c. ex literis. extra de of
fi. deleg. & cap. ſi duobus. vbi Mod. Peruſi. in quarta
colum. in fi. verſ. In glo. in verbo, niſi cognouerint.
num. 17. extra de appellat. Anch. conſi. 259. Ex ver-
10 bis. & latè determinat Gramma. in voto 18. In cau-
ſa nobilis. & Hyppo. in ſing. 694. Apud omnes. vbi
inquit, quod proceſſus quilibet per iudicem laicum
factus contra clericum eſt nullus. & quælibet ſentē
tia eſt nulla, quamuis pro eo nemo ad allegandum
clericale priuilegium compareat. & hoc eſt quia iu
dex ſecularis nullo modo cōtra clericum, nec prin
cipaliter, nēc incidenter iudex eſſe poteſt. Rol. con-
ſi. 12. Prima. num. 33. volum. 2. & ideo inquit Alex.
conſil. 8. in princ. volum. 1. quem refert, & ſequitur
Rolan. conſ. 4. num. octauo. volum. primo. quod laicus
quacunque fulgeat dignitate, nullo modo co-
gnoſcere poteſt in cauſa ciuili contra clericum. Ac
cedat, quod vbi iudex eſt talis, quòd citatus (etiam ſi vel
let) eum iudicem facere nō poſſet, ut in præſenti ca
ſu, iuxta tex. in d. c. ſi diligenti. tunc citatus compa
rere non tenetur, proceſſusq; non valet, non ſolum
in principali cauſa, ſed nec etiam contumaciæ puni
tiuis. arg. c. ſignificaſti. eo. tit. not. Spec. in §. 1. verſi.
Sed pone, quod iudex. & §. pen. in fin. in tit. de cita-
tio. & Phi. Franc. in d. cap. ſi duobus. colum. 4. verſi.
In gloſſ. in verſic. niſi cognouerit. num. 16. cum alijs
per Soc. ſenio. relatis conſil. 19. Sereniſſimus Rex.
colum. 7. verſicu. Octauo etiam oſtenditur. volu.
tertio, quia contumacia conſiderari non poteſt
coram eo qui iuriſdictionem non habet, vt tradit
Oldra. conſi. 301. Breues allegationes. in prin. cum
alijs per Aymo relatis. conſi. 103. Viſis. colum. 2. nu.
7. volum. 1. & Gramma. in deciſio. 29. Magnificus
Don Gueter. num. 4. verſi. Et ideo dixit. cum pluri-
bus ſeq. & Roland. d. conſi. 12. num. 39. & dixi ſupra
conſi. 64. cauſam. num. 14. ver. Quo ſtante. Quinim-
mo ſi coram dicta Summaria cōparuiſſet, & nihil
oppoſuiſſet, proceſſus contra ipſum fabricatus nō
valeret ſecundum Bal. in l. ex quacunque. colum. 2.

verſic. Item quæro de iſta quæſtione. ff. ſi quis in ius
voca. non ierit. & in l. generaliter. colum. 2. verſicu.
Aduertatis dicit Pet. C. de epiſc. & cler. quem refert,
& ſequitur Iaſ. in d. l. ex quacunque. colum. nona in
prin. verſi. Tertio limita iſtam concluſionem. Nec
dicatur (vt audio) de neceſſitate requiri quod Reueren.
Archiepiſcopus pro eius defenſione ſui Archiepi-
ſcopatus literas in forma probante coràm Summa
ria producere tenebatur. Quoniā hoc falſiſſimū eſt,
& contra iura ſuperius allegata diſponentia Archie
piſcopum coram Iudice ſeculari etiam ad allegan-
dum ſuum priuilegium comparere non teneri, &
eo magis quia Franciſcus contra Archiepiſcopum
Rheginum, & eius redditas egit, ſecus forte dicen-
dum eſſet, ſi contra eum non tanquam Archiepi-
ſcopum, ſed tanquam. Dominum Auguſtinum
Gonzagam debitorem egiſſet, tunc enim compa-
rere debuiſſet, & ſuum priuilegium allegare, li-
teraſque ſui Archiepiſcopatus in forma proban-
te in iudicio exhibere, vt eſt textus in l. ſcire opor-
tet. §. ſufficit. ff. de excuſation. tutor. & in l. ſi quis
ex aliena. in fin. ff. de iudic. vbi abſens ſimpliciter
citatus comparere ſuumq; priuilegium allegare te-
netur: Si vero tanquam legatus, vel vt Archiepiſco-
pus citaretur, ita quod ex citatione appareret iudicem
de eius conditione, & priuilegio certum fuiſſe,
prout eſt in caſu noſtro, tunc aliquid allegaturus
comparere non tenetur, ita declarat Barto. in l. 3. in
prin. ff. de iudic. & ſequitur Iaſ. in d. l. ex quacunque.
colum. 8. in prin. verſi. Iſta limitatio eſt contra tex.
Cùm ergo Summaria cōtra Archiepiſcopum Rhe
ginum, & eius redditus proceſſerit, euidentiſſimè
patet Summariam fuiſſe certam, quod contra eccleſia-
ſticam perſonam procedebat, merito Reue. Archie
piſcopus Rheginus comparere non tenebatur, nec
ſui Archiepiſcopatus literas exhibere. Ex quib. oīb.
prædictis euidentiſſimè patet literas executoriales
cōtra præfatū Reuerendiſſimum Dominum meū,
& eius bona nulliter fuiſſe commiſſas, & executas.
Super meritis quoque nullum ius Franciſco com-
petit, ut infra demonſtrabitur. Comparuit enim
ipſe coram Summaria allegans ſe de quadringentis
ducatis creditorem eſſe ratione quorūdam reſiduo
rum, & prouiſionis ſibi ab Illuſtris. & Reuer. Card.
Triulcio debitæ pro introitu um Archiepiſcopatus
Rhegyni adminiſtratione per Illuſtris. Dominum
Petrum de Toleto Neapolis proregem ſibi tunc cō
miſſa, ſuper quadam aſſerta penſione (ut fertur) per
præfatum Dominum meum Reuerendiſs. Cardin.
Triulcio olim Archiepiſcopo Rhegyno debita. Ex
parte d. Franciſci coram præfata Summaria nullo
pacto probatum eſt Reuerendiſs. Dominū meum
ad aliquam præfato Reuerendiſs. Cardinali penſio
nem teneri, prout vere non tenetur, quod erat po-
tiſſimum Franciſci fundamentum. l. ei qui dicit. ff.
de proba. l. ſiue poſſidetis. cum ſimili. C. eod. Alexā.
conſi. 72. Viſo proceſſu. colum. 1. volum. 5. & conſ.
185. In cauſa. & lite. in prin. volum. 6. & Bald. conſi.
374. Quæritur utrum, nu. 2. vol. 4. & tradit Galleſi. in
ſuo tract. de obliga in for. came. 1. q. ſecundæ partis.
ad primam particu. obliga. came. inquiens, quod ante
executionem contra aliquem, vt talem fiendam,
prius probandum eſt, illum eſſe talem, aliàs obtine
11 re non poteſt. Fortius dico, quod ſi præfatus Domin.
meus onus aſſumpſiſſet, quod aliquam pēſionem præ-
dicto Reuerendiſs. Cardinali non tenetur, non ſuc-
cubuiſſet, ſi non probaſſet ſed regulæ prærogat-
tiuam, de qua in l. qui accuſare. C. de edendo. re-
tinere diceretur ſecundum gloſſ. in l. circa. & ibi
nota. Bartol. ff. de probatio. Bald. in l. fruſtra. C. eo-
dem. & Iaſ. in dicta l. qui accuſare. verſicu. Extende
iſtam

iſtam regulam.cum multis concordan.per Dec. relatis conſi. 3. Er diligenter.in fi.in 1. par. Nec obſtat
ꝙ Franciſcus pro eius fundamento allegauerit Vicarium præfati Do. mei olim per eius publicũ edi-
ctum prohibuiſſe, ne quis aliquo pacto deberet debitorum, & cenſuum reſidua Reuerendiſs. Cardin.
Triulcio debita ſoluere Franciſco Xuares, ex quo edicto maximum detrimentum, & intereſſe paſſus
fuit idem Franciſcus, qua ex re idem Dom. meus pro tali intereſſe dictam quadringentorum ducato
rum quantitatem ſoluere teneri videtur, cum ipſe-
12 met prohibuiſſe videatur, iuxta illud, qui per alium facit per ſeipſum facere videtur. l. 1. §. deieciſſe. ff. de
vi, & vi arma. cum ſimilib. Et cùm idem ſit conſiſto
13 rium Archiepiſcopi, & Vicarij. capitu. ſecundo, de conſuetu. in 6. Quoniam triplici modo reſponderi
poſſe videtur. Primo quia de huiuſmodi aſſerto, edicto, & de aliquo actu ſuper eo facto non conſtat,
nec conſtare poteſt, vt in aſſertis executorialib. falſo aſſeritur. Quinimmo ex actu per notariũ Maſiũ
Ciriacũ rogatũ contrarium apparet, cum Vicarius præfati Domini mei de menſe Iulio. 1537. ad requi-
ſitionem d. Franciſci ſe obtulerit, & ſpoponderit, quod ſi aliqua debitorum, & cenſuum præfati Re-
uerendiſſ. Cardinal. Triulcij reſidua reperirentur quæ per eundem Franciſcum exigi poſſent, iu-
ſtitiæ complementum celere, & expeditum aduerſus præfati Reuerendiſs. Cardinalis debitores mini-
ſtrare, poſt quam oblationem præfati Vicarij idem Franciſcus penes acta notarij Ioannis petri Dactili
notarij publici Rhegyni, & prædicti notarij Maſij ſuos legitimos procuratores & dictorum reſiduo-
rum exactores conſtituit, fecit, ac deputauit Gomeſium Xuares eius filium, & Dom. Madri Viceeaſtel
lanum Rhegynæ arcis, qui ambo poſt receſſum dicti Franciſci ab vrbe Rhegyna magnam pecuniarũ
quantitatem a debitorib. præfati Reuerendiſs. Cardinalis exegerunt, vt publicis notariorum dictæ Ci-
uitatis conſtat documentis, & cùm opus fuerit clarè demonſtrabitur, per quam exactionem euiden-
ter apparet nullum per prædictum Vicarium emanatum fuiſſe aſſertum edictum. Secundo, dato, &
non conceſſo, quòd de tali conſtaret edicto, dico, quòd contra Reuerendiſſimum Archiepiſcopum
Dominum meum ex facto ſui Vicarij pro aſſerta quantitate petita executionem committi non po-
14 tuiſſe, quia geſta Vicarij cenſentur tunc Epiſcopi geſta, cùm bene agit, & non aliàs, nam male agere
ſibi commiſſum fuiſſe non dicitur, & ideo quicquid geſſit, tanquam priuatus, & non vt vicarius
geſſiſſe fertur. l. ab agnato. §. agnato. ff. de cura. furio. & l. creditor. §. Lucius ff. mandat. & propterea
præfatus Reuerendiſſimus Dominus meus ex aſſerto edicto (ſi quod, vt præfertur, emanatum fuiſſet)
ad aſſertam quantitatem petitam non tenetur, nec contra ipſum executio committi poterat, cùm in
15 illo nunquam ipſe conſenſerit, nec officialis culpa præfato Domino meo nocere debet. c. cum venera
bilis. ext. de exce. & l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. & tradit Paul. de Caſt. conſi. tri
ngenteſimoquadrageſimooctauo. Notandum, ꝙ adulterium. colum. ſi. verſi. Sed reſpondeo tunc fa-
ctum officialis volum. 1. in nouis. Tertio, & vltimo reſpondetur Reuerendiſſimo Domino meo impu
tari non debere, ſi quid per eius Vicarium male ge-
16 ſtum fuit. Cùm de eius imperitia non teneatur ſecũ dum Bald. not. in rub. C. de pœna iudi. qui male iu-
di. verſi. Quæro nunquid Epiſcopus. & Saly. in l. fin.
7 in 10. quæſt. C. eod. titu. Nec dicatur, mala electio eſt in culpa, ergo Reuerendiſs. D. meus litem ſuam
fecit, & ad omne intereſſe tenetur. iuxta gloſſ. communiter approbatam. In l. ſecunda. & ibi ſcribentes.
ff. quod quiſque iur. Quia illud in magiſtratu aſſeſſorem imperitum eligẽte procedit, ſecus in Epiſco-
po Vicarium imperitum eligente, vt per Bald. in d. rub. verſi. Quæro nunquid teneatur poteſtas. & Sal.
vbi ſupra, in vndecima quæſtio. Præterea Vicarius aſſeſſorem habens magiſtratui, & Prætori æquipe-
ratur, quando abſque aſſeſſoris conſilio in officio procedit. Vicario igitur, & non Archiepiſc. imputã
dum eſt. immo etiam dici poteſt nullatenus putari
18 Vicario debere. Quemadmodũ enim magiſtratus, & Prætor ob aſſeſſoris imperitiam excuſatur, & Aſ
19 ſeſſor litem ſuam facit, ſi ſuæ approbationis inſtrumentum in aliquo Collegio factæ, (vt in generali-
bus Gymnaſijs moris eſt) habere noſcatur, uel vt aſſeſſor in ſimilibus officijs publicè ſe exercuit, in
quibus ſe peritum docuit, & bene ſe geſſit, & aliquod ius, vel edictum iniquum, & contra ius ſta-
tuit, vt per Salyc. in dicta l. fi. in quinta quæſt. quem ſequitur Alexand. in d. l. ſecunda. colum. fina. verſi-
cu. Subdebat Saly. ff. quod quiſque iur. & conſil. 65. Habita ſuper contentis. colum. 2. ſub num. quarto,
verſicu. Et fortius. volum. primo, Felyn. in capitu. ſuper quæſtionum. §. verum. colum. penul. verſicu.
Secundo limita. & verſicu. ſequen. extra de offic. de legat. & Dec. in l. penultim. in vltimo notab. C. de
pactis. Pari modo excuſatur Vicarius, qui eo tempore aſſeſſorem doctorẽ, & in tali officio expertũ,
ac exercitatum penes ſe habebat, aſſeſſori ergo, ſi quid male geſtum fuit, & non Vicario, nec Reue-
rendiſſimo Archiepiſcopo imputandum eſſet. Se-
20 cus ſi Vicarius iuriſperitus fuiſſet, vt in notabili caſu conſuluit Dec. conſilio octauo. Viſo puncto.
colum. penultim. verſiculo. Non obſtat huic concluſioni. in prima parte. Si ergo Vicarius, qui aſ-
ſeſorem elegit, excuſatur, & aſſeſſor edicto. l. ſecundæ, quod quiſque iur. tenetur, multo magis ex-
cuſandus eſt Reuerendiſſimus Archiepiſcopus, qui nec aſſeſſorem elegit, nec electioni conſenſit,
nec, vt tale aſſertum edictum emanaret, præcepit, nec aſſentit, cùm eo tempore ab Archiepiſco-
patu abſens eſſet, & ab eo longè diſtaret. ſi ergo tenetur aſſeſſor, contra aſſeſſorem qui pro tem-
pore in officio ſe geſſit, iudicium coràm præfata Summaria Franciſcus dirigere debuit, cùm aſſeſſor
de illius iuriſdictione exiſtat. Et ex his clariſſimè patet executionem contra præfatum Reuerendiſ-
ſimum Archiepiſcopum Rhegynum Dominum meum nulliter ac inique commiſſam, & conſum-
matã fuiſſe, & propterea vti nullam ac iniquam cũ expenſarum victoria reuocandam, prout iuris eſſe
cenſeo ego Matthęus Brunus Iuriſconſ. Arimin. ad laudẽ omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis
matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de dote data an locum ſibi vendicet in dote promiſſa? & nu. 3. & nu. 6.*

2 *Dos tradita ſine promiſſa pro matrimonij ſuſtentatione per vxorem marito datur.*

4 *Dotis appellatione de propria vocabuli ſignificatione continetur promiſſum, & datum nomine dotis.*

5 *Mulier ex ſola promiſſione dotem habere dicitur.*

CON.

CONSILIVM XC.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti quæſtione dubitari cō
tingit, nunquid maritus dotis tam datę
1 quam promiſſæ dimidiam luctari de-
beat vigore ſtatuti Ariminenſis ſuper ru
brica de parte dotium lucranda, diſponē
tis ꝙ decedente vxore abſq; filijs dimidia dotis tan-
tum penes maritum libere remanere debeat, ſiue
ipſa vxor dotem dederit, ſiue alius quicūque fuerit
qui dictam dotem dederit. Et videbatur dicendum
dotem tantum traditam, & non promiſſam ſuper-
lucrari debere, cum dos non ſoluta penes maritum
remanere non valeat, ſed tradita tantum, & in pro-
miſſa ſtatutum locum ſibi non uendicat, & ita con
ſulendo tenuit Angel. conſilio 158. Quidam no-
minae, quem ſequitur Iaſon in l. ſi donatarius. §. fi-
na. colum. fina. in princ. verſicu. Item adde quòd
conſuluit. ff. de condi. ob cauſam. Boer. in deciſi. 22.
An bona mobilia; colum. fi. num. 40. verſ. Sed quid
ſi vxor infra terminos. & cum hac opin. tranſit Ale
xand. in l. non tantum. nu. 16. verſ. Vltimo per hanc
legem. ff. de re iudi. dum inquit, ꝙ ſi ſtatutum de do
te data loquitur, in dote promiſſa non verificatur, al
legat Bar. in l. iubemus, §. ſanè. il primo. C. de ſacro-
ſan. eccl. quem ſequitur Campeg. in trac. de dote. in
quinta parte. q. 14. Statutum, quod vir lucretur. pręſ
ſertim ſi non fuit in mora ſoluendi promiſſor, ſecus
dicendum videretur ſi in mora conſtitutus fuiſſet,
eo enim caſu ſtatutum locum haberet in dote pro-
miſſa, ne promiſſor, qui eſt in mora ſoluēdi, ex ſuo
delicto commodum reportaret contra. l. relegato-
rum. in fin. ff. de interd. & releg. & ne melioris eſſet
conditionis qui fuit in mora, quàm non moroſus,
contra. l. non ſolum. ff. de noxal. & l. ſeruus. ff. quòd
vi aut clam. ſecūdum Iaſ. in d. l. ſi donaturus. §. fina.
colum. pen. in fi. verſic. Pulchrum dubium eſt. pro
qua opi. idem Allegat Sal. in l. ſi conſtante. C. de do-
natio. ante nup. ubi voluit, quòd ſi ſtatutum diſpo-
nat, ꝙ maritus niſi dotis dimidiam reſtituere non
teneatur, in dote promiſſa locum nō habebit, quia
ſtatuti uerba huic caſui non cōueniunt per ea quæ
per glo. traduntur in l. fi. in verbo promiſſa. C. ſolu.
matr. Hanc opi. ſequitur Matthesila. in not. 73. No.
quòd ſtatutum. & Soc. ſen. conſ. 32. In præſenti con
ſultatione. colum. pen. circa fi. verſicu. Communis
concluſio eſt. num. 7. volum. 3. Quibus tamen non
refragantibus, quæ vere non refragantur, puto
in quæſtione noſtra contrarium de iure verius, ꝙ
immo in caſu ſtatuti noſtri dimidiam dotis etiam
promiſſæ ſuperluctari debeat, & pro fundamento
2 cōſidero, quòd in materia noſtra dos quæ traditur,
ſiue promittitur, pro matrimonij ſuſtentatione ma
rito per uxorē datur, & promittitur, l. dotis fructus.
& l. quamuis in fi. ff. de iure dot. & l. pro oneribus.
C. eod. & tradit Soc. ſen. conſi. 9 Proſequendo ordi
nem. colum. 3. ver. Sextodecimo probatur. volum.
1. Quo ſtante tergiuerſari non poteſt, quòd cū A-
quilinus onera matrimonij perplures ſuſtinuerit
annos, totius dotis etiam non traditæ dimidiam lu
crari non debeat, quæ ſaltem tanquam intereſſe, &
pro impenſis in ſuſtentatione matrimonij peti po
teſt. argum. tex. in c. ſalubriter. & quod ibi per Doc.
not. extra de vſu, alioquin uideretur, ꝙ ex dilatione,
& ex viri liberalitate vxori conceſſa, quæ ad eius fa-
uorem, & commodum tendit, vt inquit Affl. in de-
ciſio, 333. Si dos, vbi loquitur in muliere quæ lucra-
tur antiphatum, dicens ꝙ tunc mulier lucratur an-
tiphatum. etiā dote promiſſa non ſoluta, quia non
eſt imputādum mulieri cur ante diem dotem non
ſoluit, ex quo maritus fuit contentus facere tempus
ad ipſam ſoluendam & tex. in hoc tempus adiectū
reſpicit commodum mulieris ut in l. cum tempus.
de regu. iur. & ita dicit fuiſſe iudicatum per ſacrum
conſilium in alia cauſa in qua fuit votatum, ꝙ de-
betur antiphatum vxori pro dote non ſoluta licet
tēpus ſolutionis dictæ dotis nondum aduenerat: ne
in concedentis præiudiciū & intereſſe reſultaret, &
ſic melioris eſſet conditionis uxor, quàm maritus
dilationem concedens, & ex eius mora, & negligen
tia, ac dilatione ſibi conceſſa commodum reporta-
ret contra. l. non fraudantur. §. nemo ex ſuo delicto
ff. de poenis. Si enim commodum ex concedentis li
beralitate per dilationem ſoluendi reſiduum dotis
reportabat vxor, incommodum quoque pati, & re
portare debet, vt maritus qui onera matrimonij ſu
ſtinuit, etiam dotis non ſolutæ partem ſuperlucre-
tur, cùm regulariter commodum ſentiens etiam in
commodum ſentire debeat. l. ſecundum naturam.
ff. de reg. iur. & c. qui ſentit. de reg. iur. in 6. cum nul.
alioquin cum iactura, & mariti detrimento locu-
pletaretur vxor contra regulam. l. iure naturæ. ff. de
regul. iur. & l. nam hoc natura. ff. de condictio. in-
debi. cum ſimil. ut arguit Bal. conſi. 94. Vtrum ma-
ritus. volum. 2. Et huius lucri ratio pro matrimonij
ſuſtentatione non minus locū ſibi vēdicat in dote
promiſſa, quam in dote ſoluta, ideo Aquilinus do-
tis promiſſæ, & nondum ſolutæ medietatem ſuper
portione olim ſibi tradita retinere poteſt, & ita con
ſuluit Corn. conſil. 67. Plenè quidem. colum. 2. in
princ. num. 1. verſi. Ad idem adduco. volum. 1. cùm
etiam plures Doc. hanc opi. in lecturis, & conſilijs
proſequantur, vt conſulendo tenuit Ang. conſ. 180.
Præmitto ad euidentiam. verſi. His, vt ſupra non ob
ſtantibus. & in §. dotes. in authen. de nupt. vbi con-
3 cludit, quòd ſi ſtatutum velit, quòd maritus dotis di
midiam lucretur, & ꝙ alteram dimidiam reſtituere
teneatur, etiam in promiſſa dote locum habebit,
quia dicti lucri rationem minus in promiſſa dote
locum habet, & hanc opin. latè proſequitur Ruin.
conſi. 132. Viſis ſtatutis. colum. 2. in prin. verſic. Sed
tamen pręmiſſis non obſtantibus. volum. 4. idem
conſuluit Ang. conſi. 76. Statutum loquitur. vbi vo-
luit, quòd ſoluto matrimonio morte mulieris libe
ris non extantibus ad dotem promiſſam, & ad tra-
4 ditam referatur ſtatutum. Quia de propria vocabu-
li ſignificatione appellatione dotis, promiſſum, &
dotis nomine datum cōtinetur. l. ſi pater mulieris.
l. dotis promiſſio. l. cùm poſt. §. patrona. ff. de iure
dot. cum alijs concord. per Roland. relatis in tracta.
de lucro dot. q. 5. num. 14. verſi. Ad vltimum. ideo
dimidiam dotis, partem, quamuis tota dos ſoluta
non fuerit, lucrabitur Aquilinus. idē tenuit Ang. in
l. ſi prædiorum. in fin. C. ad l. falcid. vbi dotem diffi-
niens inquit, ꝙ dos eſt quoddam ius continens in
ſe datum. vel traditum, aut pro dato vel tradito ha-
bitum, ſeu promiſſum a muliere, vel eius nomine
uiro, ſeu patri uiri ob cauſā matrimonij, vt ſit dos.
eodem modo diffiniuit dicto conſi. 180. colum. 2.
verſ. Et primo ad id. & talem inueſtigationem dicit
eſſe neceſſariam ob ſtatutum diſponens, ꝙ uxore
præmortua vir dotis partem, vel totā lucretur, quia
ſi dos tradita non eſt, ſed promiſſa, locū non habet
diffinitio, & ſic locum non habebit lucrum, contra
rium tamen inquit conſulendo deciſiſſe, vt patet di
cto conſi. 180. & d. conſi. 76. ubi reſpōdet ad eā quæ
in cōtrarium adduci poſſunt, & in ſpecie diffinitio
nes ſecundum eum ueræ non ſunt, ſed in duobus
peccant,

peccant, vt ibi per eum reſpōdentem etiam ad ver-
ba ſtatuti volentis maritum ad alterius dimidiæ re-
ſtitutionem teneri, propter illud verbum, reſtituere
teneatur, quia ſtatuti diſpoſitio de lucro dotis abſo
lute procedit, vnde illa verba, quòd dotis reſtitutio
fiat, intelligit, quando dotem eſſe datam continge-
ret, vel ꝙ locum habet reſtitutio obligationis, quæ
per pactum de non petendo, vel per acceptilationē
fieri poteſt, ſicut fertur in omnibus illis quibus libe
ratio legatur, agunt enim, vt liberentur modis præ-
dictis, & hoc modo promiſſum eis reſtituitur. l. ſi
quis accepto. ff. de cōdi. ob cau. & l. quod nihil. ff. de
libe. lega. & hanc reſponſionem ſequitur Ruy. d. cō
ſi. 133. colum. 2. ſub num. 4. & colum. 3. in prin. ver-
ſi. Quam reſpōſionē, & ſub nu. 6. ver. Et illud quod
noluit Ang. eandem opinio. tenuit Salyc. in dicta. l.
ſi conſtante, colum. final. verſicu. No. ad quęſtio-
nem, C. de donatio. ante nupt. vbi voluit, quòd ſtan-
te ſtatuto, quòd uxore in matrimonio ſine liberis
præmoriente maritus dotis dimidiam tantum re-
ſtituere teneatur, & alteram dimidiam ſibi lucretur
quamuis uideatur, quòd ad dotem promiſſam pro
pter uerbum reſtituere ſtatutum adaptari non poſ
ſit, nihilominus contrarium determinat, quamuis
Alex. in d. l. non rātum. aliter, & non bene cum reſe
5 rat, quia dare, & promittere paria ſunt. l. fi. C. ad l. fal
ci. & quia ex ſola promiſſione mulier dotem habe
re dicitur. l. cum poſt. §. 1. uerſic. Sed is de quo. ff. de
admin. tuto. & hæc pars ſecundum eum tutior eſt.
& eum ſequitur Guid. Pap. in deciſio. 565. In contra
ſtn. num. 3. uerſi. An dictum ſtatutum. & ſub num.
4. uerſi. Tertio auctoritate Saly. Eandem opi. etiam
conſulendo ſequitur Calcane. conſil. 31. Antonius
Parolarius. colum. 4. num. 17. uerſi. Et propterea di-
6 cit glo. dicens, quòd ſtatutum de dote lucranda ita
locum ſibi uendicat in promiſſa, ſicut in tradita,
quod idem firmat in pen. colum. in prin. uer. Quar-
to quia uidemus. dicens quòd lucra dotis ex pacto,
uel ſtatuto, aut lege prouenientia nedum in dote
data, uerum etiam in promiſſa locum habent, allo-
gat gloſſ. iuncto tex. in l. ſi donaturus. ff. de cond. ob
cau. & in §. 3. in anthen. ut exactio. inſtan. dotis. & in
§. fi. in glo. in auth. de non eligen. ſecundo nuben.
& ita refert Bar. conſuluiſſe conſi. 133. Statuto Ciui
tatis Eugubij. in 1. part. etiam ſi ſtatutum per verba
dotis datæ vel receptæ loqueretur. & Bal. in l. fin. C.
de dotis promiſſio. quamuis Bar. in d. l. iubemus. §.
ſanè. C. de ſacroſanc. eccle. contrarium tenuerit, &
quidam alij diſputantes, & male ſecundum eum, &
rationem adducit, ne in nubentis, vel dotem pro-
mittentis poteſtate ſit, vt nunquā vir dotem lucre-
tur, & ſic ex ſua mora commodum ſentiat, vt dictū
eſt ſupra: Eandem opin. ſequitur Ruy. conſi. 225. Vi
ſis his. colum. 3. num. 4. volum. 1. dicens, quòd ex-
tenſio fit ex identitatis ratione de dote data ad do-
tem promiſſam, eandem opi. tenet, & ſequitur Iaſ.
In rub. ff. ſol. mat. colum. 6. poſt prin. verſi. In quan-
tum dominus Alexan. & nouiſſimè conſuluit Soc.
iun. conſi. 35. Quatenus dubitatur. colum. 1. circa
fi. ſub nu. 5. uer. Sed tamen hoc non obſtante. & nu.
6. cum ſeq. volum. 1. vbi in terminis ſtatuti noſtri
loquitur, volentis ꝙ dotis dimidia penes maritum
remaneat, ſiue vxor vel alius eius nomine dotē de-
derit, & ibi concludit Soc. quod dictum ſtatutum
quamuis uerbo remaneat, ſeu uerbo, datis dotibus
vtatur, etiam in dote promiſſa, & nō ſoluta, locum
habeat nulla pro parte promittentis exiſtente mo-
ra. Amplius in caſu quæſtionis noſtræ dico Aqui-
linum totius dotis medietatem lucrari etiam quòd
per ſtatutum dos promiſſa non comprænhendere-
tur, ex quo pro parte dos data fuit, & pro parte pro
miſſa, & ſtatutum ſimpliciter de dote data loquens
in caſu mixto locum non habet, & ſic in dote pro
parte data, & pro parte promiſſa, vt conſuluit Ruy.
conſi. prædicto 225. colum. fi. num. 5. verſi. Et dato
etiam. Et ſic nedum medietas portionis ſolutæ, ſed
etiam promiſſæ debetur, & ita deciſum fuit in con
ſi. Neap. ut refert Capyci. in deciſio. 176. In cauſa do
mini Domicij. in fi. & præſertim in caſu noſtro ob
generalitatem rubricæ ſtatuti noſtri, De parte do-
tium uxoris lucranda. per ea quæ tradit Roland. in
d. tracta. de lucro dot. in 9. q. ubi firmiter conclu-
dit, quòd ſi rubrica ſtatuti per verba generalia di-
cat, quòd uir tertiam dotis partem lucretur, quòd
maritus etiam dotis promiſſæ tertiam partem lu-
crabitur, & quamuis ſtatuti noſtri rubrica non di-
cat, nec uerbo dimidię dotis utatur, ſed uerbo parte
dotium, tantum, nihilominus quia appellatione
partis dimidia intelligitur, ut eſt tex. in l. nomen fi-
liarum. §. portionis nomen. ff. de uerbo. ſigni. & ex
ſecundo, in 1. reſponſo. de decim. lib. 6. perinde eſt
ac ſi dixiſſet de dimidia parte dotium, & ſic lucrabi
tur Aquilinus dimidiam nedum dotis ſolutæ, ue-
rum etiam dotis promiſſæ: Et quamuis ad uicto-
riam iſta ſufficiant, adducitur quoque inueterata
conſuetudo, & obſeruantia in ciuitate noſtra per te
ſtes iuriſperitos & praticos probata, quòd ſtatutū
noſtrum ſemper interpretatum, & obſeruatū fuit ſi
bi locum uendicare nedum in dote ſoluta, uerum
etiam in promiſſa non tradita, quæ conſuetudo, &
interpretatio obſeruata os diuerſæ partis claudit,
cùm minimè mutanda ſint, quæ longam, & certā
interpretationem ſemper habuerunt. l. minimè. ff.
de legib. & ita etiam limitat Roland. in dicto tracta.
in ſexta quæſtione, numero ſexto, cum ſequenti-
bus. Ex quib. clara patet reſponſio ad ea quæ ſupra
in contrarium dicta ſunt. Et ita de iure reſpon-
dendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſcon-
ſul. Arimin. ad laudem omnipotentis Dei, ac glo-
rioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutionem a iuramento non petens qui agere intendit tanquam periurus repelli debet.*

2 *Deceptus ultra dimidiam iuſti precij ad rem reſtituendā, uel ad precium ſupplendum agit.*

3 *Contractus ſimulatus ex precij paruitate non præſumitur ſed contra num. 10.*

4 *Pactum de retrouendēda cū paruitate precij dimidiam iuſti precij non contingente, ſimulatum contractum præſumere non facit.*

5 *Contractus ſimulatus tacitè & expreſsè deprehenditur.*

6 *Dolus quamuis ex precij paruitate ad contractum reſcindendum non præſumatur, ſi tamen precij paruitas cum aliis coniungatur, doli præſumptionem inducit.*

7 *Actus præſumptiuus per coniecturas inducitur.*

Contractus ſimulatus ex coniecturis præſumitur, ibidem.

8 *Coniectura, & præſumptiones ſufficiunt in his quæ ſecreto ſunt.*

9 *Contractus ſimulatus iuramento non firmatur, nec iurantem obligat, nec abſolutio requiritur.*

10 *Contrahentibus non licet in foro conſcientiæ, & de iure diuino etiam citra dimidiam iuſti precij inter ſe decipere.*

Eccleſiaſtica perſona in ſuis actibus fraudem adhibere non debent. ibidem.

Eccleſia nemini parat laqueum. eo.

11 *Teſtes de varijs pecuniarum ſummis deponentes in minori ſumma probant.*

Minor ſumma in maiori ineſt etiam in teſtibus de ea deponentibus, ibidem.

CONSILIVM XCI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur dicendum videtur preſbyterum Philippum Cvnarellũ ad rei petitæ reſtitutionem compelli nõ poſſe, cùm actor pactum nullum de re eadem reſtituenda pro eadẽ quantitate interueniſſe probauerit, ideo venditionis cõtractus
1 remanet validus, & Mecus Zacurri vti petitorus repelli debet, cùm prius a iuramento abſolutionẽ nõ petierit iuxta not. per Doctor. in capitu. primo. de iureiurand. per Feder. de Sen. conſilio trecenteſimo. Factum tale eſt. debitor. in fine. & Alexand. conſil. decimoſeptimo. Ponderatis his. colum. prima. volum. tertio. & conſil. octuageſimotertio. Interro-
2 gatus ſum. ſub num. ſexto, & ſeptimo. volum. quinto. Et quamuis per nonnullos teſtes potius ſingulares probari videatur, fundum venditionis tempore triginta ducatis valuiſſe, nihilominus ex læſione ipſa contractus non redditur ſimulatus. Sed ad rem reſtituẽdam uel precium ſupplendum agi poſſet. l. ſecunda, cum ibi not. per Doctor. C. de reſcindend. venditio. c. cum cauſam. & capitu. cum di-
3 lecti. extra de emptio. & venditio. cum materia. Ex ſola enim precii paruitate dolus ad reſcindendum contractum non præſumitur, vt eſt caſus. in l. dolus. & in l. ad reſcindendam. C. de reſcindend. venditio. & ſic contractus ſimulatus non præſumitur, vt not. tradit Angel. in l. interpoſitas. in fine. C. de
4 tranſactio. Quinimmo pactum de retrouendendo cum ſola precij paruitate dimidiam iuſti precij non contingente contractum eſſe ſimulatum, vel vſurarum præſumere non facit. non enim text. aliquis reperitur, qui dicat, ex ſola precij paruitate in vno tantum contractu interueniente cum pacto de retrouendendo contractum ſimulatum, vel vſurarium præſumi. Socin. ſen. conſil. ducenteſimo. quadrageſimooctauo. Nunquid ex duab. colum. prima, uerſicul. Secundo in dicto capitulo ad noſtram. uolum. ſecundo, & Veronen. in tractat. de ſimula. contrac. in ſexto caſu principali. Nec dictum capitu. ad noſtram. extra de emption. & uenditio. hoc dicit, quia actum ibi fuit, quod poſt certum tempus, & non ante, retroemere poſſet, ex quo aduerſum emptorem una inducitur mala præſumptio, quæ non ſubeſt, quando pactum eſt, ꝙ quandocunque, uel uſque ad certum tempus retroemere poſſit, ut probatur in l. ſecunda. C. de pactis inter empto. & uendito. Cùm ergo in contractu uenditionis fundi petiti nullam de retrouendendo cõuentionem interueniſſe conſtet, neque per teſtes ſuper tali articulo examinatos hoc probatur, concludendum eſt preſbyterum Philippum moleſtari non poſſe: His tamen non refragantibus contrariũ de iure uerius arbitror, & dico ipſum ad rem peti-
5 tam reſtituendam cõdemnandum fore. Et primo præſuppono contractum ſimulatum dupliciter, expreſsè ſcilicet, & tacitè, deprehendi poſſe. Expreſsè autem actum eſſe dicitur, quando hoc manifeſtè probari poteſt, quod ita dixerit, & expreſsè uoluerit uenditor, uel emptor; Tacitè uero ubi inter emptorem, & uenditorem actum eſſet, quod quamuis de uenditione inſtrumentum fieret, in ueritate tamen pignus eſſet, uel quod inter eos de pacto de retrouẽdendo, & non coram teſtibus actum eſſet, quia uenditor forte de emptoris fide confiſus fuit, ꝙ ex interuallo pactum de retrouendendo faceret;

6 Præſuppono quoque, quòd quamuis ex ſola precij paruitate dolus ad reſcindendum contractum ſufficiens minimè præſumatur, hoc tamen coniũctum cum alijs doli præſumptionem inducit, ut eſt gloſ. notab. in dict. l. dolus. in uerbo, non quantitate. quæ allegat. l. cùm hi. §. modus. ff. de tranſactio. ubi hoc optimè probatur, & tradit Veronen. in dicto tractat. de ſimula. contrac. in ſecunda præſumptione.
7 Præſuppono ultimo, quod per coniecturas actus præſumptiuus inducitur, ut probatur in capitul. requiſiſti. extra de teſtamen. capitul. illo nos. in fin. in uerbo præſumitur extra de pigno. & in d. ca. ad noſtram. in uerbo patet. extra de emptio. & uenditio. adeo, quòd contractus per coniecturas ſimulatus
8 præſumitur, cùm plerunque contractus ſimulatus ſecreto fiat. Et coniecturæ, ac præſumptiones ſufficiunt in his quæ ſecreto fiunt ſecundum Bald. in rubric. C. de probatio. in penultim. colum. in fin. Alexan. in l. fi. ff. de quæſt. & plenè probat in conſi. centeſimo octuageſimooctauo. Viſo proceſſu. columna prima. uerſicu. Comprobatur hoc. volum. ſeptimo. & tradit Veronen. in dicto tracta. de ſimula. contrac. in ſecundo caſu principali. His ſic præſuppoſitis dico contractum inter Mecum, & preſbyterum Philippum fuiſſe, & eſſe ſimulatum, cùm nedum precij paruitas, & læſio ultra dimidiũ iuſti precij probata fuerit, uerum etiam coniecturæ appareant, ex quibus ſimulatio facile deprehenditur; Conſtat enim ante uenditionem fundum petitum pro ducatorum duodecim quantitate pignori traditum fuiſſe Nicolao Polemi, & pro illius recuperatione duodecim ducati ſoluti fuerunt, & illico fundus preſbytero Philippo traditus fuit, ex qua præſumptione liquet uenditionem nõ interueniſſe, ſed potius de reſtituendo pactum quãdocunque eadem quantitas ſolueretur, cùm de iure non præſumatur Mecum a Nicolao Polemi pro duodecim ducatis reluiſſe, & incontinenti preſbytero Philippo pro eadem quantitate uendidiſſe, concludendum eſt igitur non uẽditionem liberam cõtractã fuiſſe ſed pignus cũ pacto de illud reſtituendo ad beneplacitũ Meci traditum fuiſſe, & ſic quandocunque per Mecum præſbytero Philippo duo-
9 decim ſoluerentur ducati, contractus igitur ſimulatus fuit, qui iuramento non ualidatur, Nam cum in ſimulato contractu deficiat conſenſus, iuramentum ad illum non extenditur. l. final. C. de non numerat. pecun. & habetur per gloſ. in l. ab emptione. ubi Bald. C. plus ualere quod agi. nec iurantem obligat, & relaxatio a iuramento non requiritur Bald. in l. prima, C. de oper. libertor. Iaſon in §. fuerat. colum. decimaoctaua, in fin. uerſicu. Aliud ſingulariſſimum. Inſtitu. de actio. & Felyn. in capitulo primo colum. ſeptima, poſt princ. uerſic. Ad idem vide Bald. extra de iureiurand. Accedat, quòd preſbyter Philippus in eius depoſitione fatetur rem petitam venditionis tempore plus ducatorum viginti non ualuiſſe, ergo minimè præſumendum eſt, pro duodecim venditam fuiſſe, ſed potius loco pignoris fuiſſe traditam, pro ut ante pro eadem quan-
10 titate Nicolao tradita fuerat. Quinimmo eam pro tali quantitate retinens in peccato mortali foret, cum in foro conſcientiæ, & de iure diuino contrahentibus minimè liceat, etiam citra dimidiam iuſti precij inter ſe decipere, præſertim eccleſiaſticis perſonis ſecundum gloſ. in cap. hoc ius porrectum. in verbo vt plus. 10. quæſtione vndecima, Quia perſonæ eccleſiaſticæ in ſuis actibus fraudem adhibere non debent, capitu. per tuas. extra de donatio. Et Eccleſia nemini laqueum parat, capitul. de viduis. l'vltimo. quod eſt cap. penultim. 27. quæſt. 1,

& Alexan

& Alex.conſi.122.Viſo proceſſu.col.1.num.5.uer
ſi.Et quia per ſoti.uol 5.tradit Veronen.in d.tract.
de ſimula.contrac.in 2.præſump.col,2. in fi. & ſeq.
ſub num.20.21.& 22.& Ferrari.caute.19. Sententia
ſcribentium.ad fi. uerſi. Hic eſt.& tradit Ari.Pinel.
in l.1.in 3.par.ſub numer.53.in fi.ſol.408. C.de bon.
mater. Et quamuis per hæc omnia in contrarium
deducta ſublata fuerint,nihilominus ſpecialius re-
ſpondendo dico magis communem opin. eſſe, ꝙ
ſi de precij paruitate cum pacto de retrouendendo
cõſtet, ſimulatus & fœneratitius dicitur cõtractus,
ut copioſe cõprobat Ferrari.in caute.17. Magna eſt
quæſtio. & Rota in recollectis per Caſſado. in de-
ciſione prima. in titulo. de uſur. Nec obſtat de
11 ſingularitate teſtium obiectio, quia quamuis
in ſumma, & ualore fundi uariare dicantur, ut
quia unus de triginta ducatis, alius de triginta du-
catis auri, & plus, & alius de quadraginta depo-
nat nihilominus in minori ſumma triginta ducato
rum ſimplicium probant, cùm in maiori ſumma
minor inſit, ut not. glo. in l. diem proferre.§. inde
quæritur ff.de arbi.& plene probat Alex. conſi.64.
Viſa conſultatione.in prin.uol.2. Et ex his conclu-
do presbiterum Philippum ad rei petitæ reſtitutio
nem condemnandum fore non obſtante iuramen
to in dicto contractu appoſito, & ita de iure reſpon
dendum cenſeo Ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ari-
min. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſi-
mæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua per eum, qui illam allegat, probari debet.*
2 *Præſumendum eſt pro ſententia, quæ in rem iudicatam tran*
ſitum fecit.
3 *Negatio citationis per acta illius cauſa probatur.*
4 *Relatio citationis ſoli actorum notario fieri poteſt.*
5 *Regula.l.ubi ceptum.ff.de iudi.quomodo procedat.*
6 *Citatio non requiritur, vbi per aliquem actum non infertur*
præiudicium, vel modicum.
7 *Dictio & c. quid comprehendat, & quid importet.*
8 *Actus in dubio iudicari debet, vt magis valeat, quàm pe-*
reat.
8 *Omiſſio notificationis productorum iurium actum non vi-*
ciat.
10 *Citatio non requiritur, vbi parte præſente fit actus.*
11 *Feriæ ob neceſſitatem hominum inductæ in cauſis ſummarijs*
& executiuis cauſæ proceſſum non impediunt.
12 *Solemnitas ſi in actu non requiritur, & illa minus legitime*
interueniat, actus non uiciatur.
13 *Citatio in prorogatione ſententiæ non requiritur, nec etiam*
eius notificatio.

CONSILIVM XCII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

PRO reſolutione eorum, quæ circa aſ-
ſertos nullitatis proceſſus, & ſententia-
rum obiecta fuerunt. Videtur, ultra alle
gata, & ad fauorem Marciãtonii a Por-
tu deducta, dicendum primam nullita-
tem non refragari, ex eo quia cum citationis nega
1 tio de Monaldo in relaxatione commiſſionis per
Auditorem Reuer.D.Legati ſit Monaldi fundamẽ
tum, per eum probari debebat, ut uoluit Bar.& cõ-
mun. Doc.in l.in illa.& ibi plene per Iaſ.in 4.col.in
prin.uerſi. Extra glo. de uerb. ob. & ex actis coram
præfato Auditore factis uera de tali citatione noti-
tia haberi poterat, quæ acta cùm in hoc iudicio per
Monaldum producta non fuerint, præſumptio eſt,
contra ipſum, ut in ſimili arguit Aymo.conſi.134.
Scripſi col.6.nu.17.uol.1.& præſumptio eſt ꝙ exe-
cutio citata parte & ſeruatis ſeruandis relaxata fue
2 rit. Cùm pro iudicis ſententia, quæ in rem iudicatã
tranſitum fecit, ſemper præſumendum ſit, niſi con
trarium appareat. ut eſt tex.& ibi not. communiter
Doc. in cap. quoniam contrà. extra de probatio. Si
enim acta illa per Monaldum producta fuiſſent, &
in eis de citatione non conſtaret, utique executio-
nem abſque citatione relaxatam fuiſſe diceretur.
3 Cùm talis negatiua, quod quis citatus non fuerit,
per acta illius cauſæ probari conſueuerit, Moder.
Arimineu.in tract.de nullita.proces.in rub.ex defe
ctu citationis.col.2.nume.14.uerſi.Conſueuit etiã.
& ea quæ penes acta fiunt, regulariter non proban
tur, niſi per actorum notarium.l. in fraudẽ.§.quo-
tiens.ff.de iure fiſ.& declarat Bal. in l.1.colu.1.in fi.
uerſi. Sed mihi uidetur.& colu pe. in fi.uerſ.Modo
quæritur qualiter.C.de fid. inſtr.& iure haſtæ fiſca.
lib.10. Et eo maxime quia citationis relatio ſoli a-
4 ctorum notario per nuncium fieri poteſt, ut decla-
rat Matania in ſuo tract.iudi.in 6. par. in materia ci
tationis.col.8.uerſi. Poteſt autem iſta relatio.num.
45.in 1.impreſ. fol.56. Nec refragatur, ſi diceretur,
executionis relaxatio prius coram D. Gubernato-
re Arimini petita fuit, per eum ergo & non per D.
Auditorem expediri debebat. iuxta tex.in l.ubi ce-
ptum.ff.de iudi. Quoniam reſpondetur quòd regu
la illius legis procedit, ubi per diuerſam partem op
poſitum fuiſſet, ut eſt ſingulare dictum Inno.in c.
cum M.Ferrarienſis.ubi per Fely.in 12.col.uerſi.Ex
tra gl. extra de conſtitu.& in c. ex tenore. colu.fi.in
prin. uerſi. Fallit nono, de reſcrip.& Afflic.in deciſ.
354. In cauſa reuocationis.col.2.num.3. & col.ſeq.
num.5.cum alijs plene congeſtis per Mod. Arimi.
in d.tract.de nullit.proceſ.ſub rub. Ex defec.iuriſd.
ordi.nume.103.uerſi. Et omni caſu. Sed coram D.
Auditore per Monaldum in dictæ executionis rela
xatione minime oppoſitum fuit, ergo &c. Ad ſecũ
dam, & tertiam nullitatem oppoſitam dupliciter
reſponderi poſſe opinor, primo quod quamuis in
perſona ſiue domi ſolitæ habitationis Monaldi in
ſententiarum reproductione citatio non interue-
nerit, illa tamen reproductio facta fuit, & inſtitum
ad dictam executionem præſente ſer Franciſco Mo
naldi procuratore, de cuius mandato in proceſſu
folio 17. conſtat, ergo &c. Reſpondetur, & ſecundo
quia per D.Guber.executio uigore illius inſtantiæ
relaxata non fuit, ut ex actis apparet, nec per illam
reproductionem & inſtantiam ullum fuit Monal-
do illatum præiudicium, ergo executio per D. Au
ditorem relaxata non dicitur nulla. Tertia quoque
nullitas circa exhibitionem executionum, & peti-
tionem notificationis tenuiæ oppoſita ultra per
procuratorẽ ex actorum inſpectione allegata, di
co quod cùm in tali exhibitione & petitione nul-
5 lum fieret Monaldo præiudicium ille actus eo nõ
citato fieri potuit ſecundum Bal.in l.ab eo. C.quo-
modo & quan. iud. cum concord.per Hyp. relatis
in repet.l. de unoquoque.nu.68. uerſi. Item alius
6 eſt caſus.ff.de re iud. Immo etiam ſi de modico age
retur præiudicio talis citatio omitti poterat, quia
ubi de modico agitur præiudicio, citatio non requi
ritur, quæ aliás neceſſaria eſſet, ut declarat Rota in
decri.616. Dominus Petrus.in antiquis. Cùm modi
cæ ſolemnitatis omiſſio actum non uiciet, ut habe

tur

tur in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtam. face.poſ. &
per Aymo.conſi.182. Videtur quòd indicium. col.
fi.ſub num.17.uol.1.Quarta nullitas de non notifi
catione productionis iurium oppoſita non refra-
7 gatur, cùm forma, & ſtatuti ſolemnitas per dictio-
nem &c.ſeruata fuerit, quæ nedum tenutæ notifi-
cationem, ſed iurium productionem comprehen
dit, cùm fuerit ex parte Iuliani de Bolis petitū iuxta
iuris formam & ſtatutorum municipalium notifi-
cari, & ita commiſſum & pronunciatum fuit, ut in
actis apparet, & in proceſſu fol.88. Et illa dictio &c.
per notarium ſub his uerbis extenditur. ut nuncius
iuxta ſtilum communem in mandatis habuit, & ſi
talis ſtilus non appareret, talis dictio ſubſtantialia
importabit, non autem actus in inſtrumento cele-
brari accidentalia ſecundum Alex. in l. gallus. §.&
quid ſi tantum.col.fi.in prin.uerſi. Adde quòd etiā
Cy.enim 9.ff.de libe.& poſthu.& in dubio ita præſu
mendum eſt, cum in dubio iudicādum ſit, ut actus
8 magis ualeat, quā pereat.l. quotiens. de uerbo. ob.
9 & l. quotiens. de reb. dubi. cum uulg. Et quamuis
huiuſmodi notificatio iurium productorum omiſ
ſa fuiſſet, cū modica dicatur ſolemnitas; talis tamē
omiſſio actum non uiciat, ut in præcedenti reſpon
ſione diximus, & plura adducit Iaſ. conſi.26. Omiſ-
ſis quibuſcunque.col.1.uerſi. Pro eadem parte.uo
lum.1.Quinta nullitas oppoſita tollitur per ea quæ
10 ex actis inſpici poſſunt, cum in proceſſu cōſtet.fol.
121.124.& 125.petitionem proclamationis ex par-
te Iuliani prædicti præſente ſer Franciſco Monaldi
procuratore factam fuiſſe, ideo de eo non require-
batur citatio.d.l.de unoquoque. ibi præſentib. om
nibus. Lanfr. in c.quoniā contra. in uerbo citatio-
nes. in 2.q. extra de proba.& habetur per Fely.in c.
1.colu.6.uerſi. Valet iudicium. extra de iudi. Sexta
11 quoque tollitur obiecta nullitas, tum quia ferijs
non obſtantib.in cauſis ſummarijs & executiuis nē
dum de iure communi, uerumetiam ex forma ſta-
tutorum, præſertim in ferijs ob neceſſitatem homi
num inductis procedi poteſt, ut declarat Alex.in l.
1.§.nunciatio col.3.num.18.ff.de no ope.nuncia.fa
cit tex.in clem.ſæpe.de uerb.ſignif.& tangit Maran.
in ſuo tract. iudiciali.in 16.diſtin. col.pe.in prin. uer
ſi. Vnum adde quod feriæ uindemiarum.fol. 39.in
4.par.princ. Tum etiam quia per Monaldum ferijs
renunciatum fuit, ut in indemnitatis inſtrumento
cum dicto Iuliano ſub die undecima menſis apri-
lis.1549.de quo in actis, confecto, legitur, literæ igi-
tur productæ abſque partis citatione non præiudi-
cant. Si enim ferijs non obſtantibus procedi pote-
rat, & minus ſolemniter proceſſum extitit, quia par
te non citata, non nocet, nec uiciatur actus. Nā ubi
12 aliquid de neceſſitate non requiritur, ſi illud adhi-
betur & inepte, aut minus ſolemniter, non uiciatur
actus.glo.eſt ſingularis. in §. multis autem modis,
in uerbo tranſitu.Inſti.de libertin. Soci. ſeni. conſi,
99. Circa primam. col.1.num.5.uol.4.& plene ſcri-
bit Aymo, in tract.de antiqui.tempo.in quarta par.
Sectione. Abſolutis.nu. 59. cum tribus ſeq.& Mod.
in d.tract.de nullita.proces.in rub. quib. mod. ſent.
nulla repara.pot.num.114.uerſi. Et notandum erit.
Ad ſeptimam nullitatem oppoſitam reſpondit D.
procurator cauſæ per inſpectionem proceſſus.idē
quò ad octauam dico. Cùm etiam talis ſolutio etiā
Monaldo non citato non præiudicat, nec ſententię
nullitatem inducat, nec ex forma & diſpoſitione
ſtatutorum requirebatur, & cum modici ſit mo-
menti nulla habetur conſideratio ut diximus ſu-
pra in tertia reſpōſione. Nona tollitur obiecta nul-
litas, cum appareat Monaldum per Tubicinam ci-
tatum fuiſſe, ut ex eius relatione cognoſcitur, & ci
taſſe intelligitur mòdo quò aliàs eum citauit, ut in
proceſſu conſtat, & in dubio cum aliter non appa
reat, præſumendum eſt citaſſe nedum ad feneſtras;
ſed in conuicinia. cum ipſe Tubicina ita conſueue-
rit iuxta ſtatutorum formam citare. ut in proceſſu
patet fol. 129.147. & 172.& ita præſumendum eſt;
ut actus magis ualeat, quàm pereat, iuribus ſupra al
legatis, Decima quoque tollitur nullitatis obiectio
ut dictum eſt ſupra in quarta reſponſione circa di-
13 ctionem &c. Vltima de citatione non facta in pro-
rogatione ſententiæ tollitur obiectio, cum in tali
prorogatione nulla requiratur citatio, nec notifica
tio, ex quo citatio ad ſententiam facta durat etiam
in prorogationis diem, ut declarat Abb.& ſequun-
tur alii communiter in c. conſuluit. col.1. nu. 4.&
num.8.extra.de offi.deleg. Alex.in l.ſi finita.§.Iulia
nus.col.14.num.48.uerſi.In quantum Bal.ff.de dā.
infec. Bal.in l.1.col.2.in fi.num. 19.uerſi.Modo hic
ulterius.C.quo, & quan.iud.ubi late. Maria.Soci.in
trac.de citatio.artic.27.num. 60.uerſi. Nono princi
paliter quæro.& quod in prorogatione citatio nō
requiratur, uoluit Cardi.in cle. ſæpe. §. & quia, in
16.q.de uerb.ſign.& belliſſime ſcribit Arc.in §.om
nis ſtipulatio.in ulti.colu.ad fi.Inſti.de uerb.ob.Et
ex iſtis uidetur fuiſſe ſatis iuridice reſponſum nulli
tatibus oppoſitis. Et ideo illis non obſtantibus, cū
remedium illud intentari non potuerit elapſo mē-
ſe ex forma & diſpoſitione ſtatutorum Arimini
ſub rub.quod ſolemnitas ſeruata circa tenutā præ-
iudicet poſt certum tempus.& etiam de iure com-
muni ut deciſiue conſuluit Deci.conſi. 449. Viſis
duobus.col.4.uerſi.Sexto dum conſultor conclu-
dit.num.24 cum pluribus ſeq. Concludendum eſt
Marcumantonium abſolui debere cum uictoria
expenſarum. Et ita de iure reſpondendū cenſeo
ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad lau
dem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis
matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad inſtrumenti validitatem requiruntur, alids inſtru-
mentum nullam facit fidem.*
2 *Procurator ſi penes acta conſtituitur, teſtium requiritur in-
ſcriptio.*
3 *Electio notarij ad acta ſcribendum, ad iudicem, & non ad
partem pertinet.*
*Notarius acta iudicij niſi de iudicis mandato ſcribere non po
teſt.eo.*
4 *Notario non creditur niſi in pertinentibus ad eius officium.*
5 *Notarius teſtium examen ſine iudicis commiſſione recipere
non poteſt.*
6 *Commiſſio alicui data ad teſtium examen recipiendum ma-
nu alterius notarij, & non illius ſcribentis apparere de-
bet.*
7 *Examen teſtium de partium conſenſu per aliquem nota-
rium factum non valet, niſi de licentia iudicis appareat.*
8 *Permiſſum in vno in alio prohibitum videtur.*
9 *Actuarius & curſor quis in eadem cauſa conſtitui poteſt,
& compatibilia dicuntur.*

CONSILIVM XCIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

NON uidetur in cauſa Andreæ Babrau
dubitandum examen teſtium contra ip
ſum per notarium Ferdinādum in cau-
ſa remiſſoriæ factum nullam facere fi-
1 dem, nec ſibi præiudicium inferre ex infra dicen-
dis,

dis. Nam certi iuris eſt, quòd ad inſtrumenti vali-
ditatem requiruntur teſtes, alioquin inſtrumen-
tum non probat; nullamque facit fidem. l. con-
tractus. C. de fide inſtrumen. per gloſſ. in l. generali.
C. de tribut. libro decimo. & habetur toto titul. de
2 fide inſtrumen. Quod etiam procedit ſi penes acta
conſtituatur procurator. Lap. in allegat. octuageſi-
maprima. Non valuit actus. columna prima. in fin.
cum multis concordan. per Dec. relatis in capitul.
quoniam contra, columna octaua, verſicul. Reten-
ta tamen communi opin. extra. de probatio. & tra-
dit Ruyn. conſil. centeſimo vigeſimoſexto. Super
dubio. columna prima. numero tertio. verſicu. Nec
obſt. quod dicta conuentio. volum. quarto. vbi re-
fert hanc eſſe magis communem opinion. quam-
uis aliter dicat. Roland. conſil. ſeptuageſimo. Quo-
niam. numero ſecundo. volu. primo. Immo etiam
coram ipſis teſtibus legi debet inſtrumentum, allo-
quin non probat. l. fideicommiſſa. §. quotiens. & ibi
Bald. de legatis tertio. In caſu autem noſtro, nec in
primo, nec in ſecundo mandato adhibiti fuerunt te
ſtes, ergo non probant. Nec allegata, & probata il-
lius patriæ conſuetudo refragatur, quòd inſtrumen
tum ſine teſtibus per actuarium confectum valeat,
quia in primo mandato non conſtat notarium Fer
dinandum in actuarium a iudicibus remiſſoriæ ele
ctum fuiſſe, vt de iure requirebatur. Nam electio
3 notarij, qui acta ſcribit, ad iudicem, & non ad par-
tem pertinet. d. capitul. quoniam contra. ibi iudex
adhibeat. & facit text. in capit. ſtatutum. §. cæterum.
de reſcrip. in ſexto. Et ideo dixit Bald. in d. cap. quo-
niam contra. quòd nullus notarius acta iudicij ſcri-
bere poteſt, niſi de iudicis mandato, & etiam proſe
quitur Fely. ibi in ſecunda columna. in ſecundo no-
tab. Nec dicatur, fuit tamen in ſecundo electus per
dictum Andream tunc in carceribus conſtitutum,
vt in actis apparet ex fide notarij Franciſci. Quoniã
4 reſpondetur, quòd quamuis eius fides in actis appa-
reat, illa tamen non probat, quia ipſi notario non
creditur, niſi in pertinentibus ad eius officium ſecũ-
dum Petr. & Cyn. in l. ſi quis decurio. in quarta op-
po. C. de falſ. Nec ſufficit, quod ipſe dicat in actua-
rium fuiſſe electum, quia hoc probare debet, non
enim ſtatur eius dicto ſine approbatione eius quod
dicit, vt habetur per Bald. in l. 2. ff. de teſtamen. vbi in
quit, quòd quamuis notarius in alicuius teſtamen-
to dicat. Titius teſtator ſanus mente, licet æger cor-
pore &c. non tamen per hoc notarij dictum proba
tur eſt ſanitas mentis dicti teſtatoris, niſi aliter probe-
tur, & ſic notarij dicto non ſtatur, niſi probetur, vt
in multis ſimilibus adducunt Mod. Bono. in l. 1. §. ſi
quis dicatur, in ſecunda, & tertia columna. ff. de quæ
ſtio. & tradit Afflict. in deciſione trecenteſima de-
cimaſeptima. In cauſa. Sed electum fuiſſe in actua-
rium per dictum Andream non eſt de pertinenti-
bus ad eius officiũ, alioquin ſequeretur, quod pro-
curationem paſſiue ſcribere poſſet, ideſt rogare ſe
de inſtrumento in quo ipſe ſit conſtitutus procu-
rator, & tamen ſi hoc faceret, non valeret, quia ſibi
auctoritatem, vel officium aſcribere non poteſt, ſe-
cundum Bald. in l. iudices. in fi. C. de fide inſtrumen.
quem ſequitur Felyn. in d. cap. quoniam contra. co-
lumna vndecima, numero ſeptuageſimotertio. ver
ſicul. Cũm ego Tabellio. Præterea poſito ſine veri
præiudicio, quòd aſſerta in periquam notarij Ferdi-
nandi electio legitime facta fuiſſet per Andream,
dico quod illius electionis confirmatio per delega-
tos iudices requirebatur, alioquin ſequeretur quòd
quilibet in ſua cauſa poſſet notarium, abſque con-
ſenſu, & approbatione iudicis in actuarium eligere
quod minime dicendum eſt, vt ſuperius dictum eſt,
& præcipue ad teſtes examinandos, cùm notarius
5 ſine iudicis commiſſione teſtium examinationem
recipere nequeat, vt per Bald. in l. 2. in princ. C. de
eden. in l. præcipimus. verſicul. Nota tex. ibi excipe-
re. C. de appellati. & in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis
autem. C. de teſtamen. Cùm ergo notarius ex natu-
ra officij tabellionatus auctoritatem receptionis te-
ſtium non habeat, aſcribendo ſibi hanc auctorita-
tem propriè ad iudicem, & non ad ſe pertinentem,
teſtes per ipſum examinati nullam faciunt proba-
6 tionem. Vlterius Archipresbytero, & Domino An
tonio de Coſta ipſorum teſtium examinatio com-
miſſa fuit, & tamen per dictos iudices Apoſtolicos
de aliqua commiſſione notario Ferdinando facta
non apparet, quæ per fidem alterius ſcripturæ, & nõ
ipſius ſcribentis apparere debet ſecundum magis
communem opi. quam tenet Hoſt. Ioan. And. Bal.
Ant. de Butr. Io. de Imol. Felyn. & alij in d. cap. quo-
niam contra. per l. 1. C. de mand. princ. & l. prohibi-
tum. C. de iure fiſci. libro decimo. & ſequitur Ioan.
Andr. in reg. cùm quid. de reg. iur. in ſexto. & Bald.
in d. l. iudices. cum multis concordantib. de quibus
per Alexand. conſil. ducenteſimo decimotertio. Vi-
ſo & opportune. columna ſecunda. verſic. Quinim-
mo de aliqua commiſſione. volum. ſecundo. conſi.
centeſimo primo. Circa primam. columna tertia.
ad fi. verſic. Item iſte teſtis. volum. ſexto. conſil. du-
centeſimo decimoſecundo. Ponderatis. columna
quarta. numero vigeſimoſecundo. verſic. Præterea
magis. cod. lib. & conſ. ducenteſimo ſexto. Viſo the
mate. columna ſecunda. in princ. numero ſexto. ver
ſicul. Et per not. per Innoc. volum. ſecundo. Afflict.
in d. deciſio. trecenteſimo decimoſeptimo. In cau-
ſa cuiuſdam legati. & Dec. in d. cap. quoniam con-
tra. columna vigeſimaſecunda. in princ. nume. quin
quageſimonono. conſil. quadrageſimoſecundo. Et
pro facultate. columna ſecunda. in princ. verſicul.
Vnde infert. & conſil. centeſimo quinquageſimo-
ſecundo. Caſus qui proponitur. columna penulti-
ma. in princ. numero ſexto. verſi. Immo ſecundum
communem opi. quam etiam late proſequitur Ca-
gnol. in l. ſi librarius. numero quadrageſimonono.
ff. de reg. iu. Cùm igitur per dictos iudices notarius
7 Ferdinãdus ad acta, nec ad teſtes examinandos, per
aliquam commiſſionem deputatus fuerit, con-
cludendum eſt teſtibus ſic examinatis nullam fidẽ
adhiberi debere, etiam quòd de partium conſenſu
examinati fuiſſent, vt habetur per Guil. de Cun. &
Bald. in l. repetita. C. de epiſc. & cler. & per Bald. in l.
in teſtamento. C. de teſtamen. ſequitur Alexand. d.
conſil. ducenteſimo decimotertio. columna ſecun
da. verſicul. Et quod dictus ſer Dominicus. Quinim
mo clare conſtat, quòd præfati iudices noluerunt
notarium Ferdinandum in actuarium deputare,
quia quemadmodum ipſum in Curſorem deputa-
runt, etiam in actuarium deputaſſent ſi voluiſſent.
8 Ex permiſſione enim vnius videtur alterius prohi-
bitio ſequi. l. cùm prætor ff. de iud. l. maritus. C. de
procura. & capit. nonne. cum ſimilib. extra. de præ-
9 ſump. Nec inconueniens videbatur, quod curſor &
actuarius in hac teſtium examinatione deputare-
tur, cum iſta duo compatibilia ſint, vt in eodem ca
ſu voluit Alb. de Roſa. in l. ſi conſul. in fi. ff. de adop.
& ita vt audio talis habetur in patria conſuetudo, &
propterea Andream a petitis abſoluendum eſſe cõ-
cludo ex regula. l. qui accuſare. C. de eden. & c. fi. §.
fi. cum ſimilib. ext. de iureiur. Et ita de iure reſpon-
dendum cenſeo ego Matthæus Brun. Iuriſc. Arim.
ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Vir-
ginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus fungitur vice delegantis.*
2 *Statutum, vel conſuetudo ſi extat in foro delegantis, & aliud in foro delegati, ſeruari debet ſtatutum, & conſuetudo fori delegantis, etiam quod delegatus ſit loci ordinarius.*
3 *Delegatus cauſam ſibi delegatam cognoſcere debet eo modo quo delegans cognoſcere debebat.*
Iuriſdictio delegati odioſa eſt, & reſtringenda.ibi.
4 *Ordinarius cui cauſa delegata fuit, ſi in ea proceſſit, vti delegatus proceſſiſſe præſumitur.*
5 *Sententia contra minorem indefenſum lata eſt ipſo iure nulla.*
6 *Bannum eſt ſententia interlocutoria.*
7 *Minor ſi citatus fuit, & non comparet, & bannitus fuit, tale bannum fuit nullum, & non tenet.*
8 *Curator minori per iudicem in criminali cauſa dandus eſt, antequàm contra ipſum ad aliquem actum procedatur, ne proceſſus fuit nullus.*
9 *Receptantes aliquem nulliter bannitum nulla pœna puniri poſſunt.*
10 *Iudex quando ſibi notorium eſt, quòd contra aliquem procedere non poteſt, etiam nemine inſtante eum abſoluere debet.*

CONSILIVM XCIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

BREVITER concludendum puto cō
tra receptantes Ioannem Seruum Ma-
gnificorum D. de Caſtellis aliàs banni-
tum nō poſſe, per Mag. Capitaneū Rhe-
ginum procedi, ex quo ſententia contra
dictum Ioannem lata eſt nulla, & nullo pacto tenet,
ut ex infra dicendis apparebit: & primo quia ut mi
hi ſupponitur, fuit ad dictum bannum per uiam de
1 legationis proceſſum. Et explorati iuris eſt delega-
tum fungi uice delegantis. l. ſolet. & ibi doct. ff. de iu
riſd. om. iud. c. ſanè quia. & ibi Abb in 1. notab. extra.
de offic deleg. ſed delegans ſi contra Io. prædictum
proceſſiſſet, iuxta ritum magnæ Curiæ coràm duo
2 bus teſtibus reum citari facere cogebatur, ergo ic ē
& delegatus. hinc dixit Ang. in l. & ſi prætor. ff. de of
fic. eius. quem ibi ſequitur Iaſo. in prin. quòd ſi una
eſt conſuetudo, uel ſtatutum in foro delegantis, &
aliud in foro delegati, delegatus ſtatutum, ſeu con-
ſuetudinem fori delegantis ſeruare debet, etiam ꝙ
ipſe ſit loci ordinarius, idem firmat Alex conſil. 164.
Circa dubitationem. in prin. uolum. 6. & Corn. con-
ſil. 114. Licet primo. col. 1. uerſi. Nam iudex. uol. 1. &
conſi. 187. In conſultatione. col. fi. nu. 17. volu. 4. Sed
in dicto banno talis citatio ſeruata non fuit, ergo
3 bannum eſt nullum. Confirmantur prædicta per
no. per Abb. in c. cum in ueteri. col. 2. ext. de elect. ꝙ
delegatus cauſam ſibi commiſſam cognoſcere de-
bet eo modo, quo delegans cognoſcere debebat, ra
tio enim eſſe poteſt, quia delegati iuriſdictio odioſa
eſt, & reſtringenda. ut no. in c. 1. de off. deleg. in 6. &
habetur per Alex. in l. fi. uerſ. Non obſt. tex. in d. §. in
nullo. ff. de iuriſd. om. iud ſi reſtringenda, ergo in il-
lis terminis in quibus delegans procedere debebat,
debebat ſimiliter, & delegatus, ne uideatur plus iuris
habere delegatus, quàm habeat ipſe delegans con-
4 tra iuris regulas. Et quamuis non appareat quomo
do ipſe proceſſerit, an vti ordinarius, vel delegatus,
præſumitur tamen (attenta commiſſione, & delega
tione ſibi facta) vti delegatum proceſſiſſe, vt late pro
ſequitur Felin c. cum ex officij. col. 11. ver. Sexta cō-
cluſio. extr. de præſcr. formam ergo conſuetudinis
& ſtatuti delegantis ſeruare debebat, & ſic coràm
duobus teſtibus citari debebat Ioannes prædictus
iuxta ritum magnæ Curiæ quo non ſeruato ſenten
tia banni dicitur nulla, vt pulchre conſuluit Rip. cō-
5 ſi. a. Sententia lata nu. 4. cum ſeq. in tit. de reſcr. Secū
do clarum eſt, ꝙ vbi contra minorem indefenſum
proceditur, ſententia contra ipſum lata eſt ipſo iure
nulla. l. non eo minus. & ibi doct. C. de proc. late per
Spec. In d. §. 1. col. 2. 3. & ſeq. in tit. de actore. ſed con-
tra Io. nullo curatore ſibi in minori ætate conſtitu-
to ad ſententiam proceſſum fuit, ergo bannum eſt
6 nullum, cùm bannum ſit ſententia interlocutoria,
ſecundum Bal. in l. ſi quis filio. §. eius qui. ff. de inof.
teſt. & in add. ad Spec. in tit. de ſen. col. 2. in prin. ver.
Sententia banni. & habetur in l. 1. cum aliis ſi. ff. de
requi. reis. Quinimmo in proprijs terminis dixit Al-
be. de Roſa. in tract. ſtatuto. in quarta part. q. 72. Sed
7 quid ſi minor inculpatur. quem refert. & ſequitur
conciuis noſter Aug. de Arim. In add. ad Ang. in li.
maleſi. in gl. Qui D. iudex videns. in 1. add. ꝙ ſi cōtra
minorem de aliquo maleficio inquiritur, & citatus
non comparet. & fuit bannitus, tale bannum nō va-
let, nec tenet: ſubdēs, Poteſtatē Paduæ, cum contra
minorem procederet, curatorem ſibi de peritorū
conſilio conſtituiſſe, & deinde contra ipſum proce
debat, alioquin ſi abſq; curatore proceſſiſſet, nullus
fuiſſet proceſſus. Et ideo no. dixit Ang. in d. lib. male
8 fi. in gl. Comparent dicti inquiſiti, & cōſitētur totū.
verſ. Neenō ſit bene cautus. quē late ſequūtur Mod.
Bono. in l. 1. in prin. in 7. requiſito. ff. de q. ꝙ cauti iu-
dices prius curatorē minori cōſtituere debent, quā
cōtra illum ad aliquos deueniāt actus, ne proceſſus
fiat nullus. Et ita vbique locorum obſeruatur, & ita
dū Romæ criminalibus cauſis Capitolij præeſſem,
obſeruaui. Cū igitur Io. Seruus prædictus fuerit nul
9 liter bannitus, ſequitur neceſſario receptātes ipſum
in pœnam conſtitutionū non incurriſſe, & propte-
rea eos non poſſe ad aliquam pœnā condemnari: ſi
enim Io. tanquam nulliter bannitus nullo pacto pu
niri poteſt, minus poſſunt eum receptantes. Et ubi
10 notoriū eſt iudici, ꝙ contra aliquē procedi non pōt,
ut in hoc caſu, per ea quæ ſuperius dicta ſunt, tūc iu
dex ēt nemine petēte eum abſoluere dēt. gl. eſt nor.
in l. qui cum maior. §. ſi patris. in verbo, calumnio-
ſam. ff. de bo. liber. & eſt gl. in l. ubi pactum. vbi Iaſo.
in 4. col. ver. No. ergo diligenter iſtam gl. C. de tran-
ſac. Et ex his concludo receptantes Io. præd nulliter
bannitum moleſtari nō poſſe, nec debere. Et ita de
iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus
Iuriſ. Arim. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorio
ſiſs. Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in recuſando conſultorem ratione ſuſpicionis ſufficit.*
2 *Differentia eſt inter ius ciuile, & ius canonicum in recuſando iudices ſuſpectos.*
Cauſa ſuſpicionis de iure canonico probari debet, ſecus de iure ciuili. ibid.
3 *Recuſatio conſultoris vſque ad ſeptimum gradum fieri poteſt.*
4 *Officialis epiſcopi ſi ſuſpectus allegatur, per epiſcopum ſuſpicio cognoſci debet, non autem per eundem ſuſpectum, ſi præſens extat epiſcopus: in eius vero abſentia eliguntur arbitri, vt de ſuſpicione cognoſcant.*
5 *Nullitas ſententiæ per Vicarium latæ, coram epiſcopo, vel eodem Vicario proponi poteſt.*
6 *Iudex nullitatis poteſt etiam ſuper cauſa principali pronunciare.*
7 *Iuramentum vbi ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruari debet.*

8 *Confeſſia inter perſonas a iure prohibitas facta, in fraudem legis facta preſumitur.*
9 *Confeſſio iurata per maritum ante mariti conſt. . . facta an ipſi noceat, vt exceptionem non numerata dotis infra biennium opponere non poſſit?*
Iuramentum tacitam habet conditionem, quam habet actus ſuper quo interponitur. ibidem.
10 *Exceptioni non numerata pecunia ſi cum iuramento renunciatum fuit, talis exceptio amplius opponi non poteſt.*
11 *Confeſſio quando pro parte uera apparet, in totum vera praſumitur.*

CONSILIVM XCV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO proceſſu cauſæ vertentis inter Antoninũ Muſolinum Rheginum ex parte vna agentem: & appellatum, & magiſtrum Antonellum Pizatum reum conuentum, & appellantem ex altera
breuiter tàm in cauſa ſuſpicionis allegate, quã ſuper
negocio principali per concluſiones procedendũ
1 puto. Concluſio igitur ſit, ꝙ cùm modici ſit præin-
dicij conſultorem ſuſpectum recuſare, ſufficit iura-
mentum per magiſtrum Antonellum præſtitum,
iuxta iudæorum ritum argum. l. theſaurus. ff. ad ex-
2 hiben. & c. ex literis. ext. de reſt. in integ. Et quãuis in
recuſatione iudicum differentia ſit inter ius ciuile,
& canonicum. quia de iure canonico operę preciũ
eſt ſuſpicionis cauſas plene probare. c. cum ſpeciali
extra de appella. c. ſuſpicionis. extra de offic. delega.
& not. per glo. 2. extra, vt lite non conteſta. De iure
uero ciuili hoc non requiritur, vt legitur & not. in
l. apertiſſimi. C. de iudic. In recuſatione tamen con-
ſultoris, procuratorum, & tabellionum, quia de
iure canonico reperitur immutatũ, militat adhuc,
& durat ratio poſita in d. l. apertiſſimi. & in his leui-
bus, in quib. de facili alius ſubrogari poteſt, expreſ-
ſio cauſæ, & plena probatio requiritur ſcd̃m Anch.
cõſ. 263. Subtiliter, & ad plenũ. cum quo cõcordat
Alex. conſ. 104. Circa primum. col. 1. vol. 5. hoc ſtã-
te dicendum eſt in hoc caſu ſuſpicionem per magi-
ſtrum Antonellum allegatam in perſonam. D. An-
nibalis della Gothera Conſultoris Reuer. D. Vicarij
Rhegini fuiſſe, & eſſe validam, nec alia requireba-
tur probatio, cùm ipſe dictum Conſultorem ſuſpe
ctum iurauerit, ex tali enim recuſatione magnum
non inferebatur præiudicium, vt præfati Docto. in-
quiunt, ad maiorem tamen cautelam magiſter
Antonellus per teſtes allegatam conſanguinitatem
probauit, qui matrẽ do. Conſultoris deponunt fuiſ
ſe ſororem auiæ d. Antonini, & ſic in primo conſan
guinitatis gradu, ex quo ſequitur ꝙ Dom. Conſul-
tor & Antoninus prędictus ſunt in ſecũdo, & tertio
3 gradu de iure canonico, & huiuſmodi recuſatio vſ-
que ad ſeptimum gradum fieri poteſt ſecundũ glo.
in c. poſtremo. extra. de appellat. quæ communiter
tenetur, & ita concludit Euſte. in trac. de recuſatio.
col. 3. & 4. Cũ ergo iurauerit, & ſuſpicionis cauſam
probauerit, & ſententia ſuper negocio principali
de eiuſdem Conſultoris conſilio lata fuerit, nulla
de tali ſuſpicione habita mentione, concludẽdum
eſt ſententiam illam fuiſſe, & eſſe nullam, cùm per
recuſationem fuerint ſibi ligatæ manus. l. 1. in fi. C.
ſi quacun. prædi. poteſta. & omnia per ipſum geſta
ſint nulla, vt eſt magis cõis ſentẽtia, vt late conſulut
Alex. conſi. 89. Diligẽter. vol. 1. quem refert, & ſequi
tur Marant. in ſuo Spec. in 4. par. in 16. diſt. col. 1. nu.
4 4. ver. Secundo dicitur. Præterea vbi epiſcopi officia
lis allegatur ſuſpectus, ſuſpicio per Epiſcopum, non
autem per eundem Cõſultorem ſuſpectum cogno
ſci debet, tex. eſt in c. ſi contra vnum. de offi. delega.
in 6. voluit Abb. in c. ſuper quæſtionum. & ibi Fely.
ext. co. ti. & Iaſ. in d. l. apertiſſimi. in 3. col. ver. Aduer
te tamẽ. præſertim vbi Epiſcopus reperitur preſens,
ſecus ſi eſſet abſens, quia eo caſu eliguntur arbitri,
vt de ſuſpicione cognoſcant, ſicuti in ipſius Epiſco-
pi recuſatione eligerentur, ita dixit Peru. in d. c. ſi cõ
tra. in princ. At in præſenti caſu quamuis Reueren-
diſſimus Archiepiſcopus Rheginus abſens eſſet, &
extra ſuam Dioceſim, & in Ciuitate Meſſana. nihi-
lominus quia in loco vicino aderat, cùm Meſſa-
na a Rhegio diſtet tantum per millaria nouem, ſu
ſpicio per ipſum cognoſci debebat, vt per Peruſi.
vbi ſup. in 4. not. quæ tamẽ nec per ipſum Archiepi
ſcopũ, nec per alium cognita fuit, vt patet ex actis,
ergo ſñia per Vicariũ lata de conſilio. D. Annibalis
ſuſpecti eſt nulla, & tanquam nulla pronũciari dẽt,
5 quę nullitas corã eodẽ Reue. Archiepiſcopo. vel co
rã eodẽ Vicario proponi poterat. vt uoluit Card. in
cle. 1. col. 2. in 7 q. de reſcr. & Fel. in c. ĩ literis. col. 3. in
fi. ver. Quis dicatur iudex competens. ext. de of. del.
& in c. per tuas. col. 1. ver. Quarto excommu. de ſent
6 excom. Qua declaratione ſecuta nullitatis iudex ẽt
ſuper principali negocio pronunciare poterat. l. ab
ſentẽ. ibi ſñiam reformat. C. de accu. & eſt expreſſũ
in l. j. §. j. ff. quæ ſent. ſine appel. recipi. Ex quib. iurib.
hẽtur ꝙ ſicut appellationis cã totã cãm ad ſuperio-
rẽ deuoluit, vt ſñiam ex noua cã reformare valeat,
vt l. 1. in prin. ff. de app. & l. per hãc. cũ concor. C. de
temp. appel. ita nullitatis cauſa ad ſuperiorem totã
cauſam deuoluit, vt primã ſñiam reformare poſſit
vt ſentire videtur Inn. in c. cùm cõtingat. ext. de of.
deleg. quę ſequitur Bar. in l. ſi vt proponis. la 1. nu. 4.
C. quomo. & quã. iud. & in l. ſi expreſſim. col. pe. ver.
Et dico ꝙ iudex. ff. de appella. & hæc eſt cõis omniũ
ſcribentium ſñia, vt late proſequitur Alex. conſ. 79.
Perſpectis uerbis. vol. 2. conſil. 53. Quæritur an ſtãte
nullitate. vol. 5. & conſ. 73. in cã appellationis. col. fi.
ver. Tertio rñdeo. vol. 6. & Prat. pap. in forma. appe.
a diffini. ſent. in gl. fuiſſe, & eſſe nullã. ante fi. uer. Sed
nunquid iudex. Et debet idem nullitatis iudex acto
rem in expenſis condẽnare, cùm ſuper eiſdẽ actis tã
negocij principalis, quàm nullitatis pronũciare ha
beat iux. gl. in c. ignorantia facti. de reg. iur. in 6. idẽ
firmat Rota. in deciſi. ducenteſimaquinquageſima
prima. Licet ſententia. in nouis. Ancharan. conſil.
trecenteſimo trigeſimoprimo. Viſis diligenter a-
ctis. in fin. Lanfranc. in capitu. quoniam contra. in
gloſſ. De expenſis. columna tertia. verſicu. Conclu
dite ſecundum Innocen. extra de probatio. vbi atte
ſtatur hanc eſſe communem Doctorum ſententiã
Iaſ. in d. l. properãdum. §. ſin autem alterutra. col. 7.
in fi. in nona & vltim. q. verſi. Adde ꝙ qui obtinuit.
C. de iudi. Capella Tholoſa. in deci. 22. Item fuit quę
ſitũ, an ille qui obtinuit. & ibi lattiſſimẽ Euſt. & dixi
ſup. conſi. 4. Viſo proceſſu. nu. 13. Et hæc ſuper nul-
litate ſententiæ dicta ſufficiant. Super meritis uero
cauſæ principalis concludo ſimiliter magiſtrũ An-
tonellũ a petitis per Antoninũ duplici capite abſol
uẽdũ eſſe, declarãdo prius futile, & eſſe male iudica
tũ ad fauorẽ d. Antonini, & bene appellatũ per mag
ſtrũ Antonellũ. Primo ex d. Antonini confeſſione,
qui in inſtrumento dotali confeſſus fuit, ſe bona ſta
bilia, mobilia, & pecunias, de quib. in ipſo inſtrumẽ
to pro æſtimatis, & cõſignatis recepiſſe, & de omni
bus dotib. integre ſatisfactũ remãſiſſe, præterquàm
de ducatis viginti duob. quos ſoluere debebat Frãci
ſcus Suppa, & de ducatis decem in trib. vicibus ſol-
uendis.

6 uendis Contra quam confeſſionem ipſe uenire nõ
poteſt. c. ſi cautio. de fide inſtrum. ſed illi ſtandum
eſt.l.cùm te.C.de tranſactio. cum ea ſit maior quoli
bet inſtrumento publico,&quibuſcunque teſtium
depoſitionibus. Bal.conſil.centeſimo nonageſimo.
ſecundo.Proponitur.column. ſecunda.circa finem
ſub numero octauo. uerſic. Sed ſupereſt.columna
ſecundo.& nulla ſit maior, & excellétior probatio,
quàm ea quæ fit per partis confeſſionem.l.genera-
liter.in fi.C.de non nume.pecu.c.per tuas.de proba.
cum concord.de quibus plene per Roland. conſil.
ſeptuageſimoprimo.Viſis.numero quadrageſimo.
cum pluribus ſeq. & conſil. ſeptuageſimoquinto.
interdictum.numero uigeſimotertio. verſic. Quod
autem.cum tribus ſeq.volum.ſecundo.poſt Aymo
conſil.61.Dominus Antonius. numer. 1.conſi.171.
Mag.Ioannes.num.quarto.& conſil.175.Edictum.
num.1.lib.1.& conſil.217. Fuit in retum. columna
pen.num.10.vol.ſecundo.immo eam ratione iura-
menti ſeruare tenetur,quod ſeruari debet,vbi abſq;
interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt. c. ſi uero. c. ad
noſtras.& c.& ſi Chriſtus.ext.de iureiur.&cap.licet.
7 eod.tit.in 6. Nec dicatur quod talis confeſſio de re-
cepto facta fuit inter perſonas a iure prohibitas,quo
caſu in fraudem legis facta præſumitur. l. cùm quis
decedens.§.Titio.de leg.3.& in l.qui teſtamentum.
9 vbi Bar.& alij ff.de proba. & cùm ante matrimonij
conſtantiam facta fuerit, marito non nocet, quin
non numeratæ dotis exceptionem opponere poſ-
ſit, præcipue cum opponendi tempora lapſa non
ſint.iux.no.per glo.in l.1.& l.fi.& auth.ibi poſita. C.
de do.cau.non num. etiam quòd dicta confeſſio iu
rata fuerit,quia iuramentum in ea interpoſitum ta-
citam conditionem habere intelligitur, quam ha-
bet actus ſuper quo interponitur.glo.in l.fi.C.de nõ
nume.pecu.& tradit Bald.Nouel.in tract.de dote.in
10.par.columna 3.in primo art.ubi inquit talem ex
ceptionem locum habere non obſtante iuramen-
to, & talem confeſſionem ſub ſpe futuræ numera-
tionis factam fuiſſe:& ideo nõ præiudicare,niſi pro
betur numeratio.Quoniam reſpondetur,quod im-
mo eiuſmodi confeſſio,cùm ante contractum ma-
trimonium facta fuerit,dicto Antonino nocet,præ
ſertim quia in dicto confeſſionis inſtrumento non
numeratæ dotis renunciatio interuenit.Bar.in l.aſſi
duis.in fi.C.qui potio.in pigno.habe. & hoc expreſ-
ſe voluit glo.fin.in l.1.C. de dote cau.non numera.
ubi inquit quòd ſi eſt exceptioni non numeratæ do
tis renunciatum,vel tempus opponendi illam exce
ptionem tranſactum eſſet, quòd talis confeſſio ma
rito præiudicat,ſecus tamen eſſet in præiudiciũ cre-
ditorum,ita declarat illam glo.Iaſ.in §.fuerat. colũ.
17.in prin.uerſic.Ego reſpondeo illam glo. Inſti.de
actio. Pro quo facit quod ſignanter uoluit Bal.in l.
pecuniæ.C.de ſolutio.quod ſi non numeratæ pecu
niæ exceptio opponi non poteſt,ut quia illi renun-
ciatum ſit,uel illius opponẽdæ tempus elapſum ſit,
quòd hoc caſu per ſolam de recepto confeſſionem
actualis,& uera numeratio probatur. Præterea non
10 ſolum tali exceptioni renunciatum fuit, uerumetiã
iuramentum interuenit. Et ubi quis exceptioni hu-
iuſmodi renunciauit,& iurauit ſe non contraueni-
re.dixit Bar.in l.fi.in 1.lect.C. de nonnume.pecu. ꝙ
hanc exceptionem opponere non poſſet, quia con
tra eius iuramentum ueniret, hoc idem firmat An-
gel.ibi,& in l.8.C.de dote cau.non nume.Corn.con
ſil.186.De duobus.col.pen.in prin.nu.14.uolu.2.ſe-
quitur Iaſ.in d.§.fuerat.col.17.ad fi. maxime in præ-
iudicium mariti, & Hyp.in ſing.327. Exceptio non
numeratæ pecuniæ.& eſt communis opin. ut refert
Corn.conſil.52.Quotidianus.col.2.uer. Licet enim
dubitetur.& conſil 284.In præſenti.col.1.nu.2.uerſi.
Tamen communiter.uol.1. Vltimo clare conſtat tã
ex teſtium Antonini depoſitione, quàm ex eius re-
ſponſione cum iuramento facta articulis mag.An-
tonelli (quibus uice poſitionum utuntur procura-
tores Rhegini)ex bonis ſtabilibus ſibi in inſtrumen
to dotali conſignatis fructus,& prouentus habuiſſe
& in ſuſtentationem matrimonij conuertiſſe, & ad
præſens bona illa poſſidere,ex quibus confeſſio per
ipſum de conſignatione, & receptione facta uerifi-
catur. Et ubi confeſſio pro parte uera apparet,in to
tum uera præſumitur,quia idem iudicamus de par-
te quò ad partem,quòd de toto totum.l.quæ de to-
ta.ff.de rei uend.& c.paſtoralis. §.item cùm totum.
ext.de offi.deleg.cum alijs conc. per Albe. relatis in
d.l.quæ de tota. & ut contrariorum eadẽ ſit diſcipli-
na.l.1.§.1.ff.de his quę ſunt ſui,uel alie.iur.l.ſi cõtra.
de nul.& pup.& l.inter ſtipulantem.§.ſacram. & ibi
Bar.de uerb.obl.& hoc arguendi modo utitur Soc.
d.conſi.82.col.1.uer.Confirmo.quem ſequitur Ay-
mo conſi.198.Videtur eſſe locus.col.2.in fin.nu 6.
uol.1.Pro quo facit, quia ubi cum confeſſione alia
indicia,præſumptiones,& coniecturæ concurrunt,
tunc confeſſio partis dotis receptæ ueram numera
tionem probat. Bal.in rub.C.de priu.dot.col.3.uer.
Vnde quæritur.de quo mentionem facit Abb.con-
ſil.73.Circa primum dubium.col.2.nu.5.in 2.pat.&
ſequitur Soc.d.conſ.82.col.1.uer. Pro quibus facit.
cum alijs quæ allegaui ſupra conſi.71.In cauſa inter
magiſt.Bartholomæum.nu.19.uer.Et ubi cum con
feſſione.& hæc eſt com.opi.ut atteſtatur Soc.ubi ſu
pra,a qua in iudicando non eſt recedendum,iurib.
uulg.Ex quibus omnibus concludo confeſſionem
de recepto cum renunciatione iurata ueram proba
re numerationẽ,& Antonino nocere: & ideo pro-
nunciandum fore male,& nulliter ad fauorem An
tonini iudicatum fuiſſe, & bene appellatum fuiſſe
pro parte magiſtri Antonelli,eum a petitis abſoluẽ-
do cum expenſarum uictoria,ut dixi.&ita de iure re
ſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc.
Arim.ad laudem omnipotentis Dei, acglorioſiſſi-
mæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in cauſa matrimoniali ante litis conteſtationem examinari non poſſunt niſi reo contumace, vel malicioſè latitante, vel peremptoriè citato.*

2 *Reus perſonaliter, & non domi citari debet, quando in ciuitate reperitur.*

3 *Reus qualiter proteſtari debeat ne teſtes ad perpetuam rei memoriam examinentur.*

CONSILIVM XCVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN hac matrimoniali cauſa breuiter inſi-
ſtendum puto,quia quamuis per ritum
magnæ Curiæ Siciliæ ultra Farum diſpo
natur, quòd non obſtante clementina,
diſpendioſam.de iud.ordinarie proceda
1 tur, nihilominus dico teſtes ad perpetuam rei me-
moriam ante litis conteſtationem examinari nõ po
tuiſſe,niſi reo contumace,uel perẽptorie citato,ſeu
malicioſe latitante,ut eſt tex. in c.quoniam frequen
ter §.porro.ext.ut lite non conteſt. Et poſito, quod
examinari potuiſſent, reus perſonaliter, & non do-
mi citari debẽat. cũ citationis tpe in ciuitate reperie-
batur, ut eſt cõis doctorum ſententia in l.4. §. præ-

tor ait. ff. de dam. infect. & pulchre declarat Angel. in §. & hoc vero. in princip. & columna ſecunda, verſicul. Sed quæro an eo caſu. in authen. de teſtib.
3 & tali citatione ſic executa non obſtante, procurator rei eadem die in receptionem dictorum teſtium in talem procedendi modum non aſſentiens, proteſtatus fuit, quòd ritu, & ordine ſeruato procederetur, quam cautelam reorum aduocatis tradit Angel. in d. §. & hoc vero. columna prima. verſicul. Et ideo ſit cautus, quem ſequitur Veronen. ad impediendum dictorum teſtium examen. In caut. ſeptuageſimaſecunda. Tu ſcis. & caut. centeſima quinquageſimatertia. Vt poſſes. Non ſeruata igitur per actorem hac forma examinatio redditur nulla, ut tradit Pract. Papien. in for. recipien. teſtes ad perpe. rei memo. in princ. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminenſ. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen. Et ita iudicatum fuit.

Matthæi Bruni Primi Libri finis.

CONSILIORVM,

SIVE

RESPONSORVM

MATTHAEI BRVNI

ARIMINENSIS,

PRAESTANTISSIMI, CELEBERRIMIQ.

IVRISCONSVLTI.

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi an de iure requiratur, quòd ſit in ſacris conſtitutus, vel ſufficiat ipſum ad minores ordines promotum fuiſſe? & num. 5.*
2 *Epiſcopus niſi in ſacris ſit conſtitutus, eligi non poteſt.*
3 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus largo modo in ſacris conſtitutus dicitur.*
4 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus officia temporalia habere non poteſt.*
6 *Laicus Epiſcopi Vicarius eſſe non poteſt.*
7 *Clericus coniugatus Epiſcopi vicarius eſſe non poteſt, nec eccleſiaſtico gaudet priuilegio.*
8 *Vicarius perpetuus ſaltem infra annum ſacerdos eſſe debet.*
9 *Appellatione clerici venit epiſcopus.*
10 *Ad validitatem excommunicationis non requiritur excommunicantem eſſe ſacerdotem.*
11 *Excommunicare, ſuſpendere, & benedicere, ad epiſcopum, non ad ſacerdotem ſpectat.*
12 *Excommunicatio eſt epiſcopi, & non alterius mucro. Archidiaconus de iure excommunicare non poteſt.*

CONSILIVM XCVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

REQVISITVS a Reuer.D. meo.D.Auguſtino Gonzaga Archiepiſcopo Rhegino nũquid de iure ſufficiat Epiſco-
1 pi Vicariũ ad minores duntaxat ordines promotũ fuiſſe, uel requiratur ipſum in ſacris conſtitutũ? Prima frõte dicẽdũ uidebatur, ꝙ in ſacris cõſtitutũ eſſe requiratur, ex eo ꝙ unũ, & idẽ cũ Epiſcopo ratione unitatis immediate dicatur, & unum tantum ſit caput, & non diuo, ut late proſequitur Ant. de Prætis in ſuo clypeo paſtorali. c. 6. & 7. at requiri
2 tur vt Epiſ. ſit in ſacris conſtitutus, alioquin eligi nõ poſſet. c. a multis. de æta. & qual. & eſt tex. in c. de Syracuſanæ. §. ecce. 28. diſt. ergo & Vicarius eodẽ mõ cẽſeri dẽt, ne inter eos aliqua profeſſionis diſparitas inueniatur, cùm homines diſparis profeſſionis in eodẽ officio aſſociari nõ debeãt. iux. illud non arabis in boue ſimul, & aſino, ut habetur in Deut. c. 22, & c. in nona. 16. q. 7. & ẽt tradit Ant. de Præt. in d. c. 6. nu. 43. & Aymo conſ. 96. D. Ioffredus. col. 1. nu. 1. uol. 1. cum conc. de quibus ibi per eum. & ad hoc ut Vicarius ea; quæ ad iuriſdictionem neceſſaria ſunt, gerere poſſit, & præſertim ſacramenta miniſtrare, & alia quæ in ſimilibus fieri conſueuerunt, & oportu
3 na ſunt. Quib. tñ non refragantibus dico ſatis eſſe ipſum ſolũmodo clericum eſſe & primæ tonſuræ. Et imprimis præſupponendum cẽſeo clericum ad minores ordines promotum largo mõ in ſacris cõſtitutũ dici, quia oẽs ordines eccleſiaſtici ſacri dicũtur. gl. In ſumma. 32. diſt. & late per Card. in cle. 2. in 7. oppo. de æta. & qua. & tradit Abb. in c. clericis. col. 1. in fi. in 1. q. n. 7. ext. ne cler. uel mona. Secundo prę
4 mitto quòd clericus ad minores ordines promotus officia temporalia, ſiue ſecularia, exercere non debet. ut eſt tex. & ibi no. Abb. in c. clerici. in 2. no. de uita & hone. cler. nec Principis ſecularis in iuſtitia miniſtranda officialis eſſe põt, nec aliquod ſeculare officium obtinere. ut eſt tex. in c. ſed nec procurationes. & ibi Abb. in 1. no. ne cler. uel mona. Tertio prę mitto, ꝙ omnes clerici ẽt in minoribus ordinibus conſtituti ſunt de foro eccleſiæ. c. cum non ab homine. de iud. & c. 2. de for. comp. cum conc. de quibus per Dec. in c. eccleſia S. Mariæ. col. 2. in prin. ſub nu. 5. uer. Secundo principaliter prẹmitto. ext. de cõſti. Quarto, & ultimo præmitto, ꝙ oẽs qui non ſunt layci, dicuntur clerici. c. duo ſunt genera. 12. q. 1. Vñ dixit Barb. in tract. de præſtan. Card. in 7. q. Baſilica 1. par. nu. 2. uerſ. Quinto oẽs ꝙ in quacũq; dignitate
5 cõſtituti, clerici ſunt, ex quo electi ſunt ad ſeruitium Dei. His ſic præmiſſis, dico clericũ ad minores ordines promotũ poſſe officiũ Vicariatus epiſcopi exercere, quia in exercẽda iuriſdictione non requiritur, ꝙ in ſacris conſtitutus ſit, cùm ipſe de eccleſiaſtica iuriſdictione effectus ſit, & eccleſiæ immunitate gaudeat & ꝙ ſit clericus primæ tonſuræ, ut tradit Dec. in d. uer. Secũdo principaliter prẹmitto. & plene per Rol. conſ. 4. In cã Inquiſitionis. col. 3. nu. 17. uolu. 1. & inter eccleſiaſticas perſonas cenſeatur ex quo ſecularia exercere prohibitus eſt, ut eſt d. no. Abb. in d. c. clericis. poſt Inno. ext. ne cler. uel mona. ubi tex. prohibet clericos in ſacris ordinib. conſtitutos ſanguinis cauſam dicere. & doct. ibi illũ tex ẽt ad clericos in minorib. conſtitutos extendunt. Cũ ergo clerici ad minores ord. promoti ſint prohibiti ſanguinis cãs dicere, & de foro ſint eccleſiaſtico, & pro eccleſiaſticis habeãtur, cõcludẽdum eſt ipſos in Epiſc.
6 uicarios eligi poſſe, cũ iura nõ prohibeãt, niſi puros & meros laycos eſſe Vicarios, vt ẽ tex. ĩ d. c. in nona

& in c.contingit.ext.de arb.& com.tenent Card.in c.
decernimus.cū multis cōc.vt ibi p Abb.in 5.col.ver.
Quęro nūquid laycus.& ibi Fel.in 2.col.in fi.ver.Lai
cus non poteſt.& ibi Dec.in 12.col.nu.21.uer. Quin
to quæritur.ext.de iud.& Lanfr.in tract. de arb.in 2.
par.ad fi.ver. Subdit idem D.Ant.& prohibeant etiā
7 clericos coniugatos,ut inquiunt doc. in c.Ioannes.
ext.de cler.coniug.& in c.vnico.eo.tit. in 6.& illum
qui maleficiorum iudex fuit, & capitales executio-
nes fecit,quamuis poſtea clericus efficiatur,vt Fely.
inquit in d.c.decernimus.colū.2.ad fi.ver.ſFallit pri-
mo.& ibi Dec.in d.uerſ. Quinto quæritur.per nota.
per Bal.in proh œ.Gregoria.in 4.col.nu.18.uer.Quę
ro nūquid ille.Quia ipſi coniugati ecclesiaſtico pri-
uilegio non gaudent,niſi in duobus caſibus,ut ibi,
quod in clerico non coniugato ſecus eſt, ut ſentit
Imo.in d.c.Ioannes.col.6.in prin.nu.18.uerſi.Circa
quintam oppo.dum quærit an clericus coniugatus
incedens in habitu, & tonſura poſſit eſſe Epiſcopi
Vicarius? & concludit quòd non, ergo ſequitur ꝙ
ſi non eſt coniugatus,ſed ſimpliciter clericus,poteſt
eſſe Vicarius Epiſcopi, & idem dicendum eſt in eo
qui maleficiorum iuriſdictionem non exercuit. ſed
ſolum clericus fuit,Cùm igitur laycis,& clericis cō-
iugatis, & maleficiorum iudici etiam clerico prohi
beatur,cæteris conceſſum, & permiſſum eſſe dici-
tur. l.cùm prætor.ff.de iud. & c.qualis cum gl.pen.
25.diſt.Confirmantur prædicta, nam ſi clericum ad
minores ordines promotum ad perpetuam Vica-
riam eligi, & conſtitui permiſſum eſt, ut declarat
Card.in cle.1.in pen.q.de offic.uica. & ad dignitatē,
& prælaturam,ut idem tenet in c.dudum.il 2.ext.de
elect.multo magis in Epiſcopi Vicarium dicēdum
eſt,qui temporalis,& non perpetuus eſt.auth.mul-
to magis.C.de ſac.ſan.eccl.præſertim cùm de neceſ
8 ſitate requiratur perpetuum Vicarium ſacerdotē
eſſe,ut ea poſſit quæ rector facere tenetur.c.licet Ca
non.de elect.in 6.ſaltem infra annum, ut inquit ibi
tex.& gl.in d.cle.1.de offi.vica.Non ob.quæ in con-
trarium adducta fuerunt, quoniam illa procedunt,
& locum ſibi uendicant in iuriſdictione exercenda
ut idem ſit officium, & tribunal,& unum caput, &
non duo.iux.tex.in c.2.de conſuet.in 6. Ad illud de
diſparitate reſpondetur,quia tūc diſparis eſſent pro-
feſſionis, ſi Vicarius laycus eſſet, ut in his terminis
loquitur tex.in d.c. innoua. uel prout declarat Ay-
mo.d.conſ.96.col.1.& 2. At Vicarius clericus in mi
noribus ordinibus conſtitutus diſparis,& inæqualis
9 profeſſionis cum Epiſcopo eſſe non dicitur, cùm
appellatione clerici etiam veniat Epiſcopus, vt eſt
tex.in c.cleros.21.diſt.iunc.ibi gl. Et ſi recte ponde-
retur tex. in d.c. innoua. vult quòd Epiſcopus unū
ex clero Vicarium ſuum conſtituere debeat, ergo
non requiritur ꝙ in ſacris conſtitutus ſit,ſed ſufficit
ꝙ clericus ſit, & ſic ad minores ordines promotus.
& ita tenet Abb.in c.quoniam.col.2.uer. An aūt ex
tra iſtum caſum.de off.ord.Nec dicatur(ut a nōnul-
lis inſipide loquentibus audio)clericum in minori-
bus conſtitutum Epiſcopi Vicarium non poſſe be-
nedicere,nec ſuſpēdere,nec excommunicare. Quo
10 niam de iure contrarium eſſe dico.Nam ad excom-
municationis, & ſimilium ualiditatē ſacerdotiū in
excōicante non requiritur,ut tradit Abb.in c.tranſ-
miſſam.in 1.no.ext.de elec.& in c.ab excōicato.col.
3.ad fi.ſub nu.16.uer.Ex quo infertur.de reſcr.dicēs
ꝙ Vicarius Epiſc.licet non ſit ſacerdos,pōt tñ excōi
care, & abſoluere, immo minores ſufficiunt ordi-
nes,vt ſentit idē,cum quo trāſit Fel.in c.dilecta. uer.
No.bene.ext.de maio.& obe.Et poſito etiā ꝙ Vica-
rius ſacerdos eſſet,propria tamen auctoritate excōi
care,& ſuſpēdere,& alia ſimilia facere nō poſſet. gl.
in c.hęc quidem. in uerbo,layco. 96.diſt.& tradit
Dec.in c.cùm in cunctis.§.inferiora.ſub nu.7. ext.
de elect.niſi ab Epiſcopo auctoritas,& iuriſdictio ſi
11 bi conceſſa foret,cùm proprie ad Epiſcopum,& nō
ad ſacerdotem ſpectet talia facere, ut habetur per
Abb.& alios in c ſi ſacerdos.de offi.ord.cū per ſim-
plicem ſacerdotem fieri non poſſit,niſi aliquam ha
beat iuriſdictionem,ut no.Abb. in c.cùm cōtingat.
nu.30.de for.comp.Quia excōicatio eſt proprie Epi
12 ſcopi mucro,& non alterius.c.uiſis.in fi.16.q.2.& gl.
in d.uerbo,layco.Spec.in §.fi.uer.Et nunquid.de re
cuſa.nu.105. & excōicatio eſt iuriſdictionis potius,
quàm ordinis.ut no.gl.in c.prætor,in uerbo,ducib.
ſub §.Ad hoc uero.32.diſt.& tradit Abb.in c.cano-
nica.nu.3. de ſen.excōm. Sed Epiſcopus ſpiritualia
clerico committere poteſt, vt fatentur omnes in d.
c.decernimus.de iu.d.ergo &c. Ampliusdico, ꝙ et
13 Archidiaconus,qui Vicarius & oculus Epiſcopi di-
citur,ut eſt tex.in c.1.& in c.ad hæc.uer.Item in epi-
ſtola.de off.Archid.excōicare non poteſt.ut eſt tex.
in c.Archidiaconis.eo.tit. & tradit Abb.in d.c.cum
in cunctis.§.inferiora.col.1.ſub nu.4.uerſi. Sed ubi
non habet.& in c.Odoardus.col.pen. in prin. uerſi.
Sed hic ponitur.ext.de ſolu.niſi ab Epiſcopo aucto-
ritas ſibi cōceſſa fuerit,uel niſi de conſuetudine cō-
trarium ſeruetur,ut inquit tex. & gl. in d.c.Archid.
ergo &c. Et quamuis Vicarius clericus ad minores
tantum ordines promotus ſacramenta miniſtrare
nequeat, poteſt tamē per alios miniſtrare, quia qui
per alium facit,per ſeipſum facere uidetur. l.1.§.de-
iecisse.ff.de ui,& ui arma,& ſæpe aliquid committe
re poſſumus,quod per noſmetipſos minime expli-
care ualemus.l.continuus.§.ſi ab eo.& ibi gl. & do-
cto.ff.de uerb.obl.cum ſim. Et ex his omnia in con
trarium adducta tolluntur,& ſic remanet firma cō-
cluſio,ꝙ clericus ad minores ordines promotus in
miniſtrāda iuſtitia,& iuriſdictione eccleſiaſtica exer
cēda Vicarius ab Epiſc.conſtitui poteſt, & iura quæ
in Vicario ſacerdote loquuntur, in Vicario perpe-
tuo procedunt,uidelicet in eo,qui animarum curā
habet,& officiū rectoris Eccleſiæ parochialis exer-
cere tenetur, & non in Vicario tēporali iuriſdictio-
nē contentioſam exercente. & ita intelligunt doct.
in d.cle.1.de offi.uica. quæ proprie in perpetuis Vi-
carijs,& non in temporalibus loquitur. Et ita de iu
re reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brun. Iu-
riſc.Arim. ad laudem omnipotentis Dei,ac glorio-
ſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus, an abſque ordinarij conſenſu per vnum ex cō patronis legari poſſit, & an huiuſmodi legatum valeat? & num.4. & 6.*

2 *Rationes per quas ordinarij conſenſus requiritur in remittendo, ſiue relaxando alteri iuſpatronatus, quæ ſint.*

3 *Nemo præſumitur ſuæ ſalutis immemor.*

5 *A communi opinione in iudicando non eſt recedendum.*

CONSILIVM XCVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cā appellationis iuriſpatronat. Mag.
Do.Heleonoræ,& Margaritæ ſororū,&
hæredū uniuerſaliū q. Sir Carlutij Pitiu
Catacenſis, dicendum uidetur fuiſſe,&
eſſe bene appellatū pro parte Hierony-
mi Pitii,& male iudicatū ad fauorē d.Do.mulierū,
ex eo ꝙ legatū Hiero.factū p Sir Carlutiū eius fratrē
& cōpatronū de d.iurepatr. abſq; ordinarij cōſenſu
ualere uideatur, quāuis in laycū factum fuerit,quia

cum

cum iuſpatronatus compatrono fratri maxime in
teſtamento remittitur, ſiue relaxatur, ceſſant om-
nes rationes, ex quibus ordinarij conſenſus requiri-
2 tur, quarum prima eſt ipſius Diœceſani indagatio,
an legatarius, cui iuſpatronatus relaxatur, eccleſiæ
ſit expediens. Secunda quia conſenſus cauſa efficiẽs
videtur in donatione, ſeu relaxatione faciendi lega
tarium in dicto iurepatronatus capacem. Tertia vt
inueſtigare naleat Epiſc. an in d. donatione, ſeu rela
xatione aliqua Simoniæ labes, ſeu illicita pactio in-
teruenia, quibus rationibus ceſſantibus firmum re
manebit legatum: duæ primæ ceſſant, ex quo inda-
gare non oportet, an Hieronymus ſit eccleſiæ expe
diens, cùm iam legatum ſibi factum reperiatur cõ-
patronus, nec indagare opus eſt, eum iuriſpatrona-
tus capacem fieri, cùm iam ſit capax, vt etiam præfa
tæ Dominæ mulieres fatentur. Et quamuis per eas
negetur tertiam ceſſare rationem, cum inter legata-
rium, & teſtatorem dicatur ſimoniæ labem cadere
potuiſſe, reſponderi poſſe videtur, vt reſpondet Epi
ſco. Lambert. in tract. de iurepatr. in 12. art. 1. q. prin.
2. par. 1. lib. in 2. col. verſ. Omnia iſta plane procede-
rent. quod ſi iuriſpatronatus translatio per legatum in
teſtamento in compatronum fieret, vt in præſenti
3 caſu, non eſt de Simonia dubitandum. Cùm nemo
ſit ſuæ ſaluris immemor. l. ſi quis in graui. §. ſi quis
moriens. ff. ad Sylla. & c. litteras: vbi gl. in verbo, veri-
ſimilibus ext. de præſump. Et tanto magis cùm in cõ-
patronum fratrem vtrinque coniunctum fiat, quod
ſecus eſſet ſi in compatronum penitus extraneũ fie
ri contingeret, tunc. n. indagationis ratio militaret,
an in huiuſmodi relaxatione, & legato interueneris
Simonia, quia in extraneũ nulla cadit affectio, quæ
inter fratres, & conſanguineos cadit, ideo nimirum
ſi Epiſcopi conſenſus in relaxatione extraneo facta
requiritur, & ita procedunt no. per doct. ſuper hoc
art. loquentes, & dicta per Cur. in tract. de iurepatr.
in gl. Pro eo quod. in 2. q. & alijs locis per eum cita-
tis. Vbi vero in compatronum conſanguineũ, & ſic
in fratrem, vt in occurrenti caſu, ſit relaxatio, ſimo-
niam cadere non præſumunt, immo ex affectione
fraterna procedere. arg. eorum, quæ no. per doct. in
c. licet Tranenſes. de offi. deleg. & eſt tex. in l. nec ad-
iecit. ff. pro ſoc. & tradit Bal. in l. voluntatis. col. ſi. cir
ca fi. ver. Item legatum. C. de fideic. & Anch. conſil.
432. B. filijs. nu. 3. vbi legata ob merita, & affectionẽ
relinquuntur, merito conſenſus non requiritur, ſu-
blata ergo ſimoniæ ſuſpicione omnia dictarum mu
lierum fundamenta tolli videntur, quia ſi legatum
ſine Epiſcopi conſenſu valet, ius præſentandi tantũ
ad Hieronymum legatarium ſpectat, & non ad ip-
ſas dominas mulieres, præſentatio igitur, & inſtitu-
tio in eius filium facta ualet, & tenet, & conſequen-
ter per Reuer. D. Vicarium Cataceenſem ad fauorẽ
d. D. mulierum male iudicatum fuit. Prædictis tamẽ
minime refragantibus contrarium de iure verius eſ
ſe exiſtimo. Nam in iure clarum eſt, quòd vbi iuſpa
4 tronatus ex vltima voluntate in laicum transfertur,
Epiſcopi conſenſus requiritur. tex. eſt in c. illud. &
ibi no. Cald. Io. And. Card. Flo. & Abb. ext. de iurepa
tro. & ita ibi com. teneri concludunt: idem firmat
Cald. conſi. 6. An valeat præſentatio. in tit. de iurepa
tro. & ſequitur Cur. in d. trac. de iurepatro. in d. 2. q.
ver. Circa aliud mẽb. & in gl. Ipſe, vel is. in 7. q. Et quã
uis Epiſc. Lambert. in loco prææallegato nonnullis ra
tionibus hanc opi. impugnare conetur, quod Epiſcopi
conſenſus non requiratur, vbi translatio per legatũ
ſit in compatronum, atteſtatur tamen opi. com. &
magis tutam eſſe, quod requiratur, & diſputatiue, &
non deciſiue procedit, & quamuis contrarium con
cludat, ſatis tamen eſt nobis com. opi. eſſe, quod ordina

rij conſenſus requiratur, à qua com. opi. in iudican-
5 do non eſt recedendum. c. Capellanus. & ibi docto.
extr. de fer. per Abb. & alios in c. 1. ext. de conſt. Bald.
in l. 1. in fi. ff. de ſenato. & l. 1. in fi. ff. de offi. quæſt. per
Bar. & alios in l. fi. C. de pœna iud. qui male iud. com.
concord. per Alexã. relatis conſil. 25. Viſo proceſſu.
verſ. Et ex hoc capite. vol. 6. Nec ob. quod ipſe com. opi.
6 limitare videatur, habere locum in donatione com
patrono, & extraneo facta, ſecus in legato compa-
trono, & fratri, ſeu conſanguineo facto, tunc enim
ſecundum eum allegata ſuſpicionis ſimoniæ ratio
ceſſat, cùm ſuæ ſalutis memor præſumatur, nec in
coniuncta perſona ſimoniæ labes præſumatur, &
ſic arguit a ratione ceſſante, vt com. opi. ad donatio
nem compatrono extraneo factã reſtringatur. Quo
niam ad hoc reſpondetur, quod talis reſtrictio nec iu-
re, nec lege, neque auctoritate fundatur, cùm nec ca-
non, nec auctoritas per eum allegetur. In hoc igitur
remanet com. opi. indiſtincte procedens, vt ſiue in
donatione, ſiue in legato, ſiue extraneo, vel conſan-
guineo requiratur Epiſcopi conſenſus, ratio autem
per eum allegata videtur inepta, quoniam ſi ad do-
nationem tantum reſtringeretur; & quod ſuſpicio in
legato, & conſanguineo ceſſat, ſequeretur quo ad
legatum quòd in quocunque caſu iuſpatronatus
legetur, nunquam requireretur Epiſcopi conſen-
ſus attenta ratione, quia ſemper ſimoniæ ſuſpicio
ceſſaret, cum non præſumeretur legans ſuæ ſalutis
immemor, ex conſequenti ceſſante ſuſpicionis ra-
tione quodlibet legatum laico factum, & nedum ex-
traneo, ſed fratri, conſanguineo, & filio valere debe-
ret, & tamen ipſemet Epiſc. Lambert. in 2. par. pri-
mi libri in 6. q. princ. art. ſecundo, concludit com-
munem opi. eſſe, quòd legatum iuriſpatronatus fi-
lio, & fratri, ac coniunctæ perſonæ factum, quando
ſit laico, abſque Epiſcopi conſenſu, non valet, ratio
igitur qua in legato ſe fundat, non operatur, cùm
etiam in legato, & conſanguineo Epiſcopi conſen-
ſus requiratur. Præterea in d. 2. art. 6. q. de donatione
ad legatum arguit, quoniam legatum eſt donatio.
§. 1. Inſt. de leg. cum ſimilib. & tamen inquit dicta in
donatione militare in legato, ſed in donatione cõ-
patrono facta concludit ipſe in præmiſſa q. v. princ.
2. par. primi libri. 12. art. communem eſſe opi. & ip-
ſe eam ſequitur; donationem in compatronum,
abſque ordinarij conſenſu non valere, eodem igi-
tur modo eſſe debet in legato, cùm donatio ſit, & ſi
allegata ceſſationis ſuſpicionis ratio militaret, ſe-
queretur quòd legatum abſque ordinarij conſenſu
ualeret, cùm memor ſuæ ſalutis præſumatur, & per-
ſonarum coniunctio, & conſanguinitas non opera
tur magis, quàm in extraneo, quoniam etiam in fi-
lio, & fratre legatum, abſque conſenſu Epiſcopi nõ
valet, vt ipſemet Lamber. fatetur com. eſſe opi. in d.
2. art. 6. q. conſequenter limitatio, & reſtrictio ipſius
ad legatum, & ad coniunctam perſonam ceſſante
ratione per eum adducta, & non operante magis in
coniuncta perſona, quàm in extraneo non proce-
dit; remanet ergo com. opi. indiſtincte procedens
abſque præmiſſa limitatione legati, & coniunctæ
perſonæ, ut ſiue donetur, ſiue compatrono laico ex-
traneo, aut conſanguineo legetur, Epiſcopi conſen-
ſum requiri. Et ex his ſublata uidentur omnia ex di-
uerſo adducta: & cõcludo partes D. iudicis ad quẽ,
fore, & eſſe in pronunciando fuiſſe; & eſſe bene iu-
dicatum ad fauorem dictarum D. mulierum, & ma
le ex parte Hieronymi Petri appellatum, cum expẽ
ſarum victoria. Et ita de iure reſpondendum cen-
ſeo ego Mathæus Brun. Iuriſcon. Ariminẽ. ad laudem
omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virginis matris
Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Quadrimeſtre ad præſentandum in iurepatronatus datur laicis.*

2 *Epiſcopus rectorem in eccleſia iuriſpatronatus elapſo tempore ad præſentandum dato inſtituere poteſt, & quomodo hoc procedat. num. 5.*

3 *Patronus ſi poſt factam per Epiſcopum inſtitutionem ſententiam contra alium compatronum obtinuit, alium præſentare non poterit, ſed prius inſtitutum repræſentare cogitur.*

4 *Inſtitutus ab Epiſcopo poſt quadrimeſtre debet patronum poſt obtentam ſententiam in patronum, & non Epiſcopum recognoſcere.*

6 *Patronus ſi infra tempus ſibi a iure præfixum non præſentauit, poterit Epiſcopus victorem ſaluo iure vincentis ordinare.*

7 *Patronus unus ex duobus ſi infra terminum a iure ſtatutū præſentauit, & antequam ab Epiſcopo præſentatus confirmetur, quæſtio de iure poſſeſſionis mota ſit, præſentatus confirmari debet, quamuis elapſus ſit terminus.*

CONSILIVM XCIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa uertente inter Hieronymum Philocamum filium & procuratorem D. Heleonoræ eius matris hæredis Andreę de Muſolinis de Rhegio ex una, & magnificū D. Sebaſtianū Spataforam Meſſanenſem uti eius filiorum adminiſtratorē, & mag. D. Petri de Siagno hæredū. q. Bernardi de Muſolinis procuratorem ex altera, ſuper iurepatronatus Capellæ Sanctæ Mariæ de Pediglioſa impræſen-
1 tiarum uocantis, dicendum uidetur Reuer. D. Archiepiſcopum elapſo quadrimeſtre, ꝙ ad præſentādum laicis datur, iuxta tex. in c. 1. §. fi. de iurepatro.
2 in 6. poſſe ad eius libitum rectorem inſtituere, cum quæſtio inter patronos infra quadrimeſtre terminata non fuerit. c. 1. c. cam te. c. cūm propter. & c. ſi vero. extra de iurepat. & d. c. 1. eo. tit. in 6. vbi in dictis iuribus probatur, quod ſi inter patronos ſuper iure pręſentandi quæſtio orta eſt, & non fuerit infra quatuor menſes, ſi laici ſunt, & infra ſex, ſi eccleſiaſtici ſint patroni, diffinita, quod ordinarius rectorem inſtituere poteſt, ne eccleſia de rectore pa-
3 tiatur. Amplius inquit Abb. in d. c. ſi vero. quod patronus, qui poſtea pro ſe ſententiam obtinuerit, alium, ſi vellet, præſentare non poterit, immo inſtitutū per ordinarium repræſentare cogitur, & hoc ſolum conſequitur, quia in futurum, cūm opus fuerit, alium poſt inſtituti mortem pręſentare poterit, quia inſtitutio per ordinarium facta, intelligitur ſaluo iure vincentis facta, vt inquit Abb. in c. cū vos. poſt gl. ibi extra de off. ord. & dicunt Doct. ꝙ ille in-
4 ſtitutus poſt victoriam, & litem finitam recognoſcere debet uictorem & nō Antiſtitem in patronū. cūm in ea inſtitutione uictori ius conſeruatū fuerit. Nec obſtat, ſi dicatur, immo Archiepiſcopus Economum deputare debet ad conſeruandum beneficii redditus illi qui poſt litem finitam inſtitutus fuerit iuxta tex. in d. cū uos, & habetur per Curti. in tracta. de iurepatro. in glo. Honorificentia. in 24. q. Quia reſpondetur hoc procedere quando lis inter præſentatos eſſet, ut ibidem refert Curti. ſecus ſi inter patronos, ut in præſenti caſu. His tamen minime refragantibus contrarium in hoc caſu uerius eſſe arbitror, & ut ueritas clarius habeatur, diſtinguendum puto. Nā aliud eſt litem inter patronos præſentare uolētes uerſari, aliud inter ipſos præſentatos. Itē aliud eſt, patronū intra tempus a iure præfixū præſentare, & antequā pręſentatus fuiſſet con-
5 firmatus, lis patrono mota fuit. Primo caſu diſtinguēdū eſt, aut patroni pręſentauerūt, aut nō, ſi præſentauerunt, & lis intra tēpus a iure ſtatutū deciſa nō fuit, tūc quāuis de rectore ordinarius prouiderē debeat, & ꝓuiderit, dico tamē ꝙ lite finita prius præſentato pręiudicium inferri non poteſt. cum ex pręſentatione primo fuerit ſibi ius quæſitū, ut not. in c. dilectus. ex. de offi. lega. alioquin ordinarius de facili patronū ſupplātare poſſet. nā cū patronus pręſentare nō teneatur niſi in fine quadrimeſtris, & epiſcopus perſonā præſentatā examini ſubijcere debeat, & edictū emanare iuxta formā. c. ſi. ext. de electio. hæc quæſtio infra illud tēpus de facili expediri nō poſſet, ideo ordinarius in præiudicium prius præſentati, cui ius ex pręſentatione iā quæſitū eſt, rectorē inſtituere nō poteſt. & hoc idē uolūt cōiter Doct. ut refert & ſequitur Abb. in d. c. cū uos. col. fi. uerſi. Idē eſt quādo eſt cōtētio. Si uero nō præſenta-
6 uerūt, & tunc iura ſupra in cōtrariū allegata locū ſibi uēdicāt, ꝙ Epiſcopus rectorē ſaluo iure uincētis ordinare poterit, ut inquit tex. in d. cū propter. Secūdo caſu principali, quādo lis inter præſentatos uerſatur, & hic nō eſt caſus noſter, & tunc Epiſcopus, ſi nōdū quæſtio in dicto tēpore deciſa ſit, Economū deputabit, qui fructus recipere debeat, & eos in Eccleſiæ utilitatē expēdere, uel cōſeruare, uſque quo lis terminata fuerit, & ita intelligatur tex.
7 in d. c. cū uos. & Curt. in d. 24. q. Tertio caſu, ſi unus ex duob. patronis infra terminū a iure ſtatutū præſentauit, & antequā præſentatus ab ordinario confirmetur, quæſtio de iure poſſeſſionis uel proprietatis ſibi mota fuiſſet, tūc licet terminus a iure præfixus ſit elapſus, præſentatus tamē cōfirmari debet ſēm Ant. de Bu. quē ibi ſequitur Abb. in c. 2. circa fi. uerſi. Sed domino Ant. nō placet. ext. de reſtitu. in integ. ubi inquiunt ꝙ ſi a bonęfidei poſſeſſore ante litē motā præſentatio facta fuit, cōfirmatio fieri debet, quāuis ante cōfirmationē lis ſuper iure, ſeu iuris proprietate eligēdi mota ſit, & rationē ibi aſſignat Abb. quia ex quo ante litē motā præſentatio facta fuit, nō ſubiacet amplius reſtitutioni per conteſtationē poſtea factā, nā ſicut fructus percepti reſtitutioni nō ſubiacēt niſi a tēpore litis cōteſtatę, ita nec uirtus huius pręſentationis iā ante litē cōteſtatā ſuperiori oblatæ per ſuperuenientē cōteſtationē impediri debet, & hoc dictū pro notabili refert, & ſequitur Curt. in d. tract. in glo. Cōpetēs. 23. q. in fi. At in caſu noſtro ſtatim poſt obitū Abbatis Muſolini ultimi rectoris, & antequā lis ſuper poſſeſſione uel iure proprietatis huius iurispatronatus, præſentatio facta fuit, ut ex actorū facie dignoſcitur, idcirco cōcludendū eſt quæſtionē poſtmodū ortā non obeſſe, nec cōfirmationē faciēdā impedire. Ex ex his clara patet ad oppoſita reſpōſio. & ita de iure reſpōdendum cenſeo, ego Matthęus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphitheotica in hæreditarijs bonis non comprehenduntur, maxime ſi eccleſiaſtica ſunt.*

2 *Bona emphiteotica an in actione familiæ herciſcundę, & in hæreditatis petitione veniant?*

3 *Voluntas teſtatoris in vltimis voluntatibus primum obtinet locum, & nedum expreſſa ſufficit, ſed tacita quę ex coniecturis colligi poteſt.*

4 Verba

4 *Verba ſunt intrinſecę mentis expreſſiua.*
5 *Bona emphiteotica an per viam inſtitutionis extraneæ perſonæ abſque conſenſu eccleſię relinqui poſſint?*
6 *Bonorum appellatione veniunt emphiteotica bona, & quodlibet ius ſucceſſionis etiam bona emphiteotica comprehendens.*
7 *Copula, &, de natura eius eſt, quod inter diuerſa ponatur.*
8 *Appellatione hereditatis bona mobilia, immobilia, & alia iura veniunt.*
9 *Nemo ex ſuo delicto premium reportare debet.*
Delictum pœnam, & non prerogatiuam meretur ibidem.
Nemo ex ulterius delicto pœnam meretur ibidem.

CONSILIVM C.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO Soucrini teſtamento, & diligenter
conſideratis illius verbis, dicēdum videtur Angelicam eius vxorem per diuiſionem cum eius filiabus faciendam non
poſſe ſuper bonis liberis, & emphyteoticis quintam bonorum partem, in qua fuit inſtituta, conſequi, cùm diſpoſuerit teſtator, ꝙ caſu quo
bona, & hæreditatis iura inter ipſam & eius filias diuiderentur, ipſa eius ratam, & portionem de, & ſuper bonis mobilibus, & immobilibus proprijs dictæ hæreditatis ad eius electionem habeat, & conſequi poſſit, ex quo enim teſtator ſe ad ſuæ hæreditatis bona reſtrinxit, dici non poteſt emphyteotica bona comprehendere voluiſſe, cùm hæc emphyteotica uti eccleſiaſtica, hæreditaria ſeu de Soucrini hæreditate non dicantur, ex eo, ꝙ hęc emphyteoſis pro ſe filijs, & nepotibus, non autem pro hæredibus recepta fuit, hęc igitur quinta portio de bonis tantum hæreditarijs debetur, in quibus eccleſiæ
1 emphyteotica non compræhenduntur ſecundum
magis communes Doctorum concluſiones, vt per
Bar. in l. itém videndum. §. fi. ff. de pet. hær. in l. quod
dicitur. & ibi Alexand. ff. de uerborum obligation.
idem Alexand. conſilio 100. Super primo caſu. colum. fi. verſi. Et pro certo valdè rigoroſum. uolu. 5.
Non ob. ꝙ a principio teſtator Angelicam, & eius filias tam in bonis proprijs, quàm emphyteoticis ęquis portionibus hęredes inſtituerit, quia id locum habere voluit ſtantibus omnib. eius filiab. in communi familia cum Angelica eius vxore, conſiderās igitur quòd ſeparatio, & diuiſio inter eas euenire
poſſet, voluit ipſam habere, & conſequi poſſe tantum ſuper bonis proprijs dictę hęreditatis eius quintam portionem de bonis, & iurib. dictæ hæreditatis & non de emphyteoticis, ſi enim etiam de bonis emphyteoticis intelligere voluiſſet, vtique expreſſiſſet, prout in principio teſtamenti expreſſit. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tol. & ca. 2. §.
2 vnde ſi circa. extra de tranſla. Epiſ. cum ſimi. Nec refragatur, ſi diceretur quod bona emphyteotica in actione familiæ herciſcūdæ, & ſic in hęreditatis diuiſione veniūt. l. cū prædia. ff. fam. herc. ergo tā propria quàm emphyteotica diuidi debent, vel ſaltem quintam de proprijs bonis portionē, habita ēt emphyteoticorū conſideratione Angelicæ cōſignari. Quoniā reſpōdetur, ꝙ illud planè procedit in bonis emphyteoticis ab alio, quā ab Eccleſia cōceſſis, quia illa ſine dubio ad quoſcūq; uńiuerſales hæredes, nos vero, in emphyteoſi eccleſiaſtica ſumus, quæ ad filios tantum ut filios tranſit, non autem ad hæredes, & hoc tam ex inueſtituræ forma quam etiam de iure communi, vt eſt tex. in §. emphyteoſim. in authent. de non alienan. aut permut. reb. & per not. per doc. communiter. in l. ēt. vbi Alex. & alij. ff. ſol. mat. Nec dicatur ꝙ cū Angelica poſſet tāquā hæres bona emphyteotica petere ſi penes tertiā perſonā reperirentur, ergo ēt inter hæredes diuidi dēnt, cū illa in hæreditatis petitione veniāt. d. l. itē vidēdū. §. fi. cū ibi not. & in l. ſeq. Quia rńdetur pro vt ſupra proximè, ꝙ illud in bonis emphyteoticis a priuato, & nō ab eccleſia cōceſſis procedit, ita tenet Cy. & Bar. in d. l. itē vidēdū. §. fi. Sed poſito ꝙ in hæreditatis petitione eccleſiaſtica veniāt, vt ſentit Bar. in l. vt iuriſiurādi. §. ſi liberi. circa prin. ff. de ope. lib. Illud tamē verū eſt, quū quis emphyteoſim pro ſe filijs, & hæredibus recepiſſet, eo. n. caſu cū ita demū emphyteoſis haberi poſſit, ſi ſit hæres, poterit ēt hæreditatis petitione ad rē emphyteoticam agere, ſecus ſi illa qualitas, ſ. hæredibus, adiecta non ſit, vt in caſu præſenti, per id quod hētur in d. §. ſi liberi. & ita loquit ibi Bart. Prædictis tamen non refragantib. puto Angelicā eius quintā portionem conſequi poſſe ſuper bonis mobilib. & immobilib. proprijs teſtatoris habita oīum bonorū tàm propriorū, quàm emphyteoticorū per Soucrinū teſtatorē relictorum conſideratione: Et ad
3 hoc tenēdum moueor tā ex expreſſa teſtatoris voluntate, quæ in vltimis voluntatib. primum locū obtinet. l. in conditionib. primum locum. ff. de cōd. & dem. & l. cùm quæſtio. in fi. C. de leg. cum ſi. quàm etiam ex tacita, quæ ex coniecturis colligi poteſt, & quæ ſufficeret. l. cùm proponeretur. in fi. l. qui ſolidum. §. 1. de leg. 2. l. cùm auus. de cond. & demonſt. & l. licet imperator. vbi Barto. ff. de lega. 1. cum talis mens teſtatoris eſſe videatur, qualem verba ſignifi
4 cant, quia verba ſunt intrinſecæ mentis expreſſiua. l. labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppel. leg. & c. ſecundo requiris. cum ſim. extr. de appella. Nam clarùm eſt, ꝙ Angelica cum eius filiabus in omnib. bonis tàm proprijs quàm emphyteoticis hæres inſtituta fuit, vt verba teſtamenti ſonant, & talis inſtitutio ēt quo
5 ad emphyteotica bona reſpectu Angelicæ valuit, quamuis abſq; licentia, & conſenſu Eccleſiæ facta fuerit, vt voluit Spec. in §. Nunc aliqua. verſicu. 115. de loc. quem ſequitur Iaſ. in l. fi. colum. 34. in fi. verſi. Et quid ſi ſit emphyteoſis eccleſiaſtica. C. de iure emphyt. Cùm ergo teſtator eam in quinta portione omnium bonorum tam allodialium quàm emphyteoticorum inſtituerit, conſequens eſt, ꝙ in diuiſione facienda de bonis proprijs, & emphyteoticis, ipſa iuxta teſtatoris voluntatē ſuper bonis tantum proprijs, & allodialib. quintam portionē conſequi debeat; Quod euidēti ratione demonſtratur. Nam teſtator dum dixit, ꝙ caſu quo dictæ ſuæ hæreditatis bona, & iura diuidere neceſſe foret, voluit Angelicam eius ratam, & dictorum bonorum, & iurium dictæ hęreditaris portionem conſequi debere de, & ſuper pecuniarum quantitatib. & aliorū bonorū mobilium, & immobiliū propriorū dictæ hæreditatis ad ipſius Angelicæ electionem. Negari non poteſt quin in diuiſione inter hæredes faciēda nedū bona propria, & allodialia, verum etiam emphyteotica diuidi debeant, ſequitur ergo ꝙ Angelica de omnib. diuidēdis eius quintam portionem de, & ſuper bonis mobilib. & immobilib. proprijs ac allodialib. ſolummodo detrahendam conſequi debet, vt teſtator expreſſit: Præterea cùm teſtator de bonis mentionem fecerit, dubitandum non videtur, ꝙ Angelica eius ratam, & portionē ēt bonorum emphyteoticorum ſuper pecuniarum quātitatib. & aliorū bonorū mobiliū, & immobilium pro
6 priorum, & alodialium cōſequi debeat. Cùm in iure clarum ſit, ꝙ appellatione bonorū bona emphyteotica ueniāt. l. bonorum appellatio. ff. de uer. ſig.

noluit

ſoluit Spe.in d.§.Nunc aliqua.verſic.156.ibi.Item
alia ratione.quā refert,& ſequitur Iaſ.in l. ſi non ſor
tem.§.libertus.col.fi.in prin.ff.de cond.indeb. Pari.
conſi.31.Viſo teſtamento.colum.fina.num.61.ver-
ſi.Appellatione iſtorum.uol.2.Campeg.in tract.de
dote.in 5.par.q.42.Iaſ.in l.quod dicitur.col.19.uer-
ſi.Ad ſecundum.in ulti.lectura.de uerb.ob.& in
auth.Vnde ſi parens,col.2.uerſ.Limita prædicta.C.
de inoffi.teſta.Ferrati.in caut.37.A communiter.
col.2.in fi.& tradit Soci.Iuni.conſi.71.Viſo thema-
te.col.pe.in prin.uerſi.Vnde quicquid.uolu.1.cum
alijs per Tiraque.eclatis in tract.de utroque retrac.
§.in uerbo Aucuns Biens,Bona quæplam.in glo.
7 1.in prin.num.1.fol.26.Quod per copulam,&,etiā
demonſtratur, poſitam inter uerbum,bona,& uer
bum,iura hæreditatis.quæ inter ſe diuerſa ſunt.Nā
bonorum appellatione uenit quodlibet ius ſucceſ-
ſionis etiam bona emphiteotica compræhendens.
d.l.bonorum appellatio.appellatione autem iuriū
hæreditatis bona emphiteotica comprehenſa nō
intelliguntur, quia emphiteoſis iure hæreditario
non uenit, niſi ex forma initi contractus pro ſe fi-
lijs & hæredibus recepta fuiſſet, ut ſupra dictū eſt.
Cùm igitur diuerſa ſint,& non modico interuallo
bona ab hæreditate differant,ut inquit Alcia.in d.
l.bonorum appellatio.in prin.& ut diuerſa ponan
tur,prout eſt de natura copulæ,ut not.per glo.&
Bal.in rub.ff.de inr.& fac.igno.per Corne.cōſ.289.
Circa primum.col.2.in prin.uolu.4.ubi ſpecialiter
dixit loquens de bonis,& iuribus, quòd ut diuerſa
ponuntur, not.per Iaſ.in l.1.in prin.ff.de re iudi.tra
dit Deci.conſi.378.Viſo conſi.col.pe.uerſi.Cum er
go in iſto caſu.& late per Pariſ.conſi.92.Communi-
catio.col.1.in fi.uolu.1.concludendum eſt ex ui il-
lius uerbi,bona,compræhenſa fuiſſe emphiteoticā
& conſequenter dicendum eſt diuiſionem de bo-
nis tam alodialibus quàm emphiteoticis fieri de-
bere,& facta eorum æſtimatione id totum, quod
quintam portionem comprehendet, ſuper bonis
alodialibus Angelicæ debebitur, iuxta eius mariti
uoluntatē,& niſi dictum uerbum (bona) intellige-
remus emphiteotica compræhendere, ut dictum
eſt,ſequeretur quod illud fruſtra appoſitum fuiſſet
& ſine effectu aliquid operandi cōtra tex.in l.ſi quā
do.de leg.1.& c.ſi papa.de priuile.in 6.& cōtra not.
per Bal.in rub.C.de cōtrahen.emptio.in nona quæ
ſtione.dicentem quòd omne uerbum,omnis ſilla
ba, & omnis dictio in quauis diſpoſitione appoſi-
ta,fruſtra appoſita eſſe non debet,ſed cum miniſte
rio operandi.& ita refert & ſequitur Cur.ſeni.con-
ſi.73.Super memorata.col.3.in fi.uerſic.Quia om-
ne uerbum.cū ſatis fuiſſet,ſi teſtator dixiſſet, ꝙ ca-
ſu quo neceſſe foret hęreditatem,uel hęreditatis iu
ra diuidere, quod idem eſt, ex quo hæreditatis ap-
8 pellatione ueniunt bona mobilia, immobilia, &
alia iura.l.hæreditas.ff.de reg.iur.& l.nihil aliud.ff.
de uerbo.ſigni.& tradit Soci.Iuni.conſi.170.Circa
primum dubium.in fi.uol.2.ipſa eius ratam & por
tionem habeat &c.Pro quibus faciunt tradita per
Deci.conſi.597.Superiori anno.col.2.in fi.uerſi.Se
cundo reſpondetur.dicens quòd ſi dicitur ꝙ nomi
nati ſuccedant in bonis & in hæreditate teſtatoris,
quod hæc uerba uidentur omnia compræhendere
quia ea ſimul poſita(in bonis & in hæreditate) plu-
ra includunt, quàm alterum uerbum ex eis, ut in
not.q.tradit Ang.Areti.in tract.de teſtamen.in uer-
bo,& iuſſit eam eſſe tacitam.in fi.Ex quibus omni-
bus ſatis conſtat non ſolum de expreſſa,ſed de taci
ta quoque teſtatoris mente, quod in diuiſione fa-
cienda Angelica eius quintā portionē ſuper pro-
prijs bonis habita emphiteoticorum conſideratio-

ne conſequi debeat.Et quamuis per ſupradicta his,
quæ in contrarium adducta fuerunt, reſponſio pa
tere uideatur,nihilominus particularius reſponden
do dicimus primam obiectionem non refragari,
ex quo (ut dictum eſt) appellatione bonorum em-
phiteotica comprąhenduntur, & teſtator nedum
bona,ſed hæreditatis iura expreſſit,quæ inter ſe dif-
ferunt,ut dixi,& ideo ut diuerſa ſaltem uirtute in-
terpoſitæ copulæ intelligi debent bona emphiteo
tica ac etiam propria,& ut fruſtra uerba illa bona
appoſita non uideantur,& ſine effectu aliquid ope
randi, quod ſecus eſſet, ſi teſtator tantum dixiſſet,
caſu quo neceſſe eſſet bona ſuę hęreditatis,uel eius
hæreditatem diuidere,ut in contrario dicitur,& tra
dit Deci.d.conſi.597.d.uerſ.Secundo reſpondetur.
Nam huic cum emphiteoſis in quæſtione noſtra
nō ſit hæreditaria,bona emphiteotica non cōpræ-
henderentur,& ſic obiectio prima deducta proce
deret.Nec ſecunda obiectio de bonorum emphi-
teoticorum expreſſione refragatur,quia quamuis
uerbaliter non expreſſerit,ex mente tamen iuris ſa
tis expreſſe dicitur,cum appellatione bonorū em
phiteotica ueniant, & talis quoque fuit mens teſta
toris,ex quo in multis uoluit Angelicam eius uxo
rem tā in una,& eadem familia quàm extra familiā
commorando honorare,& priuilegiare,ut ex teno
re teſtamenti in eius fine dignoſcitur. Nec dicendū
eſt quod teſtator tantum intelligere uoluit, ubi in
una & eadem familia Angelica permanſerit, quia
cum diuiſio ex culpa & defectu ipſarum & nō An
gelicæ earum matris procedat, uiderentur filiæ (ſi
talem admitteremus intellectum) magis dilectæ,&
magis ob earum culpam priuilegiatæ, quàm abſ-
9 que earum defectu,& ſic earum delictum reporta
ret præmium,& non pœnam contra tex.in l.non
fraudantur.§.nemo ex ſuo delicto.& ibi Mod.ff.de
reg.iur.& contra tex.in l.relegatorum.in fi.ff.de in
terd.& relega.cum delictum pœnam,& non impu
nitatem,uel prærogatiuā mereatur.l.nunquam.ff.
de priua.delic.& l.sancimus.C.de pœnis.& nemo
ex dolo,malicia,ac defectu commodum reporta-
re debet.c.intelleximus.cum ſimil.extra de iudi.per
Io.de Ana.conſi.80.Viſis & intellectis.ante fi. Et
hoc caſu filiæ culpoſæ & delinquentes melioris eſ-
ſent conditionis,quam Angelica earū mater, quæ
nullam commiſit culpam,nec delictum,quod ab-
ſurdiſſimum exiſtimaretur & ridiculum, ut inquit
Iuriſconſ.in l.inficiando.§.infans.ibi quid enim tā
ridiculum.ff.de furt.tradit Iaſ.in l.ſi donaturus.§.fi.
col.pe.in fi.uerſi.Pulchrum dubium eſt.ff.de con-
ditio.ob cau.& eſt glo.fi.in c.pe.extra de colluſio.
detegen.Et ideo ſi uoluit teſtator, quod dum An-
gelica in communione cum filiabus moraretur,
portionem æqualem communicans,& comprehē
ſis etiam bonis emphiteoticis cōſequeretur, quā-
to magis dicendum eſt,uoluiſſe eandē habere por
tionem ſecuta abſque eius culpa diuiſione,cum ne
mo ex alterius delicto pœnam mereatur.d.l.ſanci-
mus.cum ſimil.Et ſi aliter diceremus,eſſet contra
teſtatoris mentem, quod nullo pacto dicendū eſt.
Minuſque tertia refragatur obiectio, quia in quæ-
ſtione noſtra de diuiſione bonorū emphiteotico-
rum facienda non tractatur,ita & taliter quod de il-
lis portio aliqua Angelicæ aſſignetur, ſed de quin-
ta tantum portione tractatur (facta tam bonorum
alodialium,quàm emphiteoticorum æſtimatione
cum pecuniarum,bonorumque mobilium quan
titate quæ reperitur)ſuper dicta quantitate pecunia-
rum,bonorum mobilium, & immobilium alodia
lium dictæ hæreditatis aſſignanda, & ideo in caſu
propoſito non refert ſiue emphiteoſis à priuato,
uel

uel ab eccleſia conceſſa fuerit, & ad compræhẽſos
in inueſtitura, uel ad extraneas perſonas tranſeat,
cum hoc non quæramus, ſed quintam dumtaxat
portionem omnium bonorũ ſuper bonis alodiali-
bus aſſignandam, ut dictum eſt, & eodem modo vl
timum tollitur obiectum, & ſic remanet conclu-
ſio, ꝙ Angelica eius quintam portionem ſuper bo
nis mobilibus, & immobilibus liberis, facto calcu-
lo, & æſtimatione tàm allodialiũ quàm emphyteo-
ticorum conſequi debet. & ita de iure reſpondendũ
cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Arimin. ad lau
dem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis
matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Remedium, c. reintegranda. 3. q. 1. intentans quid allegare debet, vt obtineat.*
2 *Remedium, c. reintegranda, contra titulo poſſidentem non cõpetit, maximè quando poſſeſſio non eſt vitioſa.*
3 *Reo magis, quàm actori fauendum eſt in deciſione cauſarum.*
4 *Spoliatus auctoritate iudicis tria probare tenetur, vt obtineat.*
5 *Remedium, c. reintegranda, locum non habet, quando ſpoliatus culpa ſua a poſſeſſione cecidit.*

CONSILIVM CI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

NON uidetur dubitandum partes D. Gu-
bernatoris fore, & eſſe in abſoluendo
Marcumantonium a Portu a petitis per
Monaldum, per regulam. l. qui accuſa-
1 re. C. de edend. cum uulgar. Tùm quia
agens remedio canonis reintegranda. 3. q. 1. domi-
nium in libello allegare tenetur per illum tex. dum
inquit res eccleſiæ, vel proprias; nec poſſeſſorium,
& ſe actus poſſeſſorios feciſſe; quos domini & rerũ
ſuarum poſſeſſores facere ſolent, probare ſufficit,
per hanc enim probationem dominium allegatũ
non fuit, nec uerba illa neceſſario inferunt illum
agentem dominium habuiſſe, cùm quis actus illos
gerere poſſit, & tamẽ non ſit vere dominus. Et pro-
pterea Doc. In l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
acqui. poſſ. dicunt in caſu propoſito poſſeſſorium
dumtaxat intẽtatum cenſeri, nec petitorum cumu-
latum eſſe, quod quidem non eſſet, ſi dominij alle-
gationem illa uerba continerent. Monaldus igitur
illo agens remedio, & dominium non allegans ſuc
cumbere debet, ſecundum Pau. de Caſt. conſi. 105.
In quæſtione. ad fin. uolum. 1. in nouis. quem refert
& ſequitur Grat. conſi. 123. In hac cauſa. in fi. volu.
2 1. Tùm etiam quia remedium illud intentatum con
tra Marcumantonium titulo, & bona fide poſſiden
tem non competit, ut conſuluit Alex. conſi. 118. In
cauſa, & lite. colum. 2. uerſi. Et ꝙ iſtud ſit ueriſſimũ.
uolum. 2. & conſi. 89. Excellentiſſimi. colum. 1. uer
ſic. Accedo ad poſſeſſorium. uolum. 5. quam opin.
quoque conſulendo tenuit Corne. conſil. 18. Viſa.
colum. pen. poſt medium. & colum. fi. in prin. uerſ.
Et omnia prædicta. volum. 1. & eam tanquam com
munem ſequitur idem Corn. conſ. 23. Viſo. colum.
pen. in fi. uerſi. Nam conſtat. & colum. fin. in princ.
uerſi. Ang. etiam. eod. uolum. 1. eam tenet Soc. in l.
rem quæ nobis. colum. 5. uerſi. Circa quartam prin
cipalem. q. ff. de acqui. poſſ. & eam refert eſſe magis
commu. opi. idem Soc. conſi. 39. In quæſtione quæ
uertitur. col. 2. uer. Circa ſecundam. q. uol. 3. & conſ.
266. In cauſa quæ uertitur. colum. 5. uerſi. Secundo
eadem concluſio uolu. 2. ubi hanc opi. in caſu no-
ſtro per quatuor col. firmat. eandem ſequitur Alb.
Bru. conſi. 19. In cauſa comitatus Roſatæ. col. pe. in
fi. nu. 25. verſicu. Item non potuit. & conſi. 21. Circa
motiuum. col. 2. ad fi. ver. Quarto ex perſona quẽ re
fert, & ſequitur Rub. Alex. conſ. 167. Præſens caſus.
col. 3. uer. Ex alio capite. & Soc. iun. cõſ. 47. Viſo præ
dicto. col. fi. uer. Secundo hoc probatur. & cõſi. ſeq.
nu. 13. uol. 2. & ſecundum hanc opi. conſuluit Ruy.
conſ. 49. Si probatum eſt. col. 6. in prin. uer. Poſtquã
igitur voluit. vol. 4. & eam atteſtatur cõem Pari. cõ-
ſi. 1. Viſa facti narratione. col. 27. in prin. nu. 166. ver.
Quo ſtante reſultat. volum. 1. & Rolan. conſil. 50. In
hoc remedio. colum. 3. in princ. num. 11. verſi. Nec
præmiſſis. volum. 2. Et eo maximè quando vitioſa
non eſt poſſeſſio, & a poſſeſſore vitioſo cauſam nõ
habet, vt eſt in caſu propoſito, cùm poſſeſſio Petri
del Toſo auctoris Marciantonij rei conuẽti vitioſa
non fuerit, ſed cum titulo, & bona fide, vt cõiter te-
nent præfati doc. & Ripa in rep. c. ſæpe col. 7. in prin.
ſub nu. 28. ver. Circa ſecundum caſum & nu. 33. ext.
de reſt. ſpo. & cõſ. 1. Cùm Gaucherius. col. fi. in prin.
ſub num. 28. ver. Circa ſecundum caſum. & nu. 33.
extra de reſt. ſpo. & conſ. 1. Cùm Gaucherius. col. fi.
in prin. nu. 7. ver. Quarto dixi. ſub rub. de reſt. ſpo. &
remed. cano. reintegr. Et ideo dixit Ang. cõſ. 157. In
prædicta quæſtione. col. 1. verſic. Et ſi illud interdi-
ctum, quod ſi aliquis ex medijs poſſeſſorijs bonam
fidẽ habuit, vitium malæfidei in perſona illius poſſeſ
ſoris, qui poſſeſſionẽ bona fide adeptus eſt, purga-
tũ fuit, & remediũ poſſeſſoriũ cõtra iſtũ nõ cõpetit:
& ꝙ Petrus auctor bonæfidei poſſeſſor fuerit, & cũ
titulo, in proceſſu patet fol. 139. cùm in peritæ do-
mus ſubhaſtatione ſexcẽtas quinquaginta libras ob
tulerit, & eã pro illo precio cõparuit, & deinde illã
Marcoantonio reo conuẽto vendidit, vt ex vẽditio
nis inſtrumento in actis producto conſtat; Et eſto,
ꝙ nonnulli contrariam teneãt opinionem ꝙ reme
dium illud aduerſus titulo, & bonafide poſſidentẽ
competat, vt refert Soc. in d. l. rem quæ nobis. & Ro
lan. conſ. 72. In cauſa. col. 3. in fi. ſub nu. 7. verſi. Quia
reſpõdetur. vo. 2. & Beniut. in deci. 33. Dubitatũ fuit.
altera tñ magis cõis eſt, ut atteſtantur prædicti doc.
Et poſito ꝙ utraque magis cõis diceretur, ut atteſta
tur Plot. in rep. l. ſi quando. nu. 65. uer. Remediũ poſ
ſeſſorium. & nu. 115. uerſi. In iſto autem iudicio. C.
unde ui. in dubijs tamen opinionibus pro reo iu-
dicandum eſt l. Arianus. ff. de acti. & obligatio. in-
quit Alber. Brun. dicto conſil. uigeſimoprimo. nu-
3 me. ſexto. Cùm fauorabiliores rei potius quàm a-
ctores habeantur, regul. fauorabiliores. ff. de regul.
iur. præſertim in deciſionibus cauſarum, ut tradit
Dec. In capitu. primo, col. uigeſimaprima in fin, ſub
numero quadrageſimoſexto, in fin. uerſicu. Docto
4 res circa hoc. extra de probatio. Alia quoque ra-
tione remedium hoc intentatum nullo pacto con-
tra Marcumantonium competere dico. Quia ubi
quis iudicis auctoritate ſpoliatus dicitur, & reinte-
grari petit, tria probari debent, quamuis contra a-
lium ſpoliantem duo ſufficiant, ut magiſtraliter ſcri
bit Geminian. conſilio 146. Dominus Burgenſis.
ubi in propoſito inquit, ꝙ quando agitur de ſpolia
tione a iudice cõpetenti in forma iudicij facta, agẽs
eius priorem poſſeſſionem, ſpoliationem, & ſpolia
tionis iniuſtitiam probare debet, at in caſu propoſi
to de ſpoliationis iuſtitia minimè probatum fuit,
& in dubio pro iudice præſumitur. ca. in præſentia.
ext. de renun. ergo &c. Imò iudex iuſtiſſimè execu-
tionẽ cõmittens uirtute obligationis cõtra Monal
dũ proceſſit, qui ex iuſta cauſa cecidiſſe, & priuatus
fuiſſe

fuiſſe dicitur, quo caſu ceſſat remedium. d. c. reintegrãda. quia illud locum ſibi nõ uẽdicat, ubi quis ex ſua cã, & ꝓpria culpa, poſſeſſione ſua priuatur, p ea quæ tradunt Inno. & doc. in d. c. ſæpe. & ita loquitur text. in d. cap. reintegranda. dum dicit per quaſcunque iniuſtas cauſas, ſecus igitur ſi iuſte, ut inquit ibi Gemi. & tradit Alex. conſ. 6. Circa proceſſum. colu. 3. uerſi. Secundo reſpondeo. uol. 3. & Pariſi. d. cõſi. 1. num. 164. uol. 1. & Roland. d. conſi. 72. col. 4. nũ. 2. uerſi. Et maxime remedium. ubi inquiunt remedium illud competere quãdo quis abſque eius culpa a poſſeſſione eccidit, ſecus ergo quando quis priuatur, & culpa ſua a poſſeſſione eccidit, ut in caſu propoſito contigit. Concludendum eſt igitur dictũ remedium in caſu noſtro locum non habere, & in his terminis conſuluit Deci. conſi. 449. Viſis duob. col. pe. in prin. uerſi. Sed etiam dato quòd conſtitutum. & conſi. 125. In cauſa ſpoliationis. ubi elegantiſſime loquitur. & conſ. 191. In cauſa quæ agitatur. col. pe. uerſi. Quinto hoc comprobatur. & ita conſuluit Ruy. d. cõſi. 49. col. 6. uerſi. Et hac ratione ſpoliatus. & ante eum Iaſ. conſi. 9 Facti ſeries. in prin. volu. 3. Curt. Iuni. conſ. 175. Contra ea quæ ſuperius. num. 5. ubi de communi opi. atteſtatur. & Pariſi. d. conſi. 1. nume. 165. cum multis concord. ibi per eũ citatis. ubi conſuluerunt ſpoliatum a iudice tali remedio agentem obtinere non poſſe, ut patet ex his quæ ſcribunt Mod. Fanen. in tract. de pigno. in 2. memb. tertiæ partis. nu. 21. & 22. ubi declarant regulam, quod ſpoliatus ante omnia reſtitui debet, nõ procedere in ſpoliatione per iudicem iudicialiter procedentem facta, & quando hoc ſit, plene ibi per eos declaratur, & idem firmat Deci. in c. referente. in 2. not. extra de præben. Boeri. in deciſ. 238. Expoliato. col. 2. in fi. uerſi. Quinimmo ſpoliatus. num. 4. & Ripa conſi. 1. Non uidetur. col. pe. ſub nume. 16. uerſi. Immo contrarium. in tit. de ſent. & re iudi. Et ſic patet Marcumantonium a petitis in cauſa ſpoliationis de qua agitur, abſoluendum eſſe, ut idem concludit Deci. d. conſ. 125. colu. 2. in prin. uerſi. Sed tamen prædictis non obſtantibus. & ita de iure concludendum & reſpondendũ cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas qualibet ex decem hominibus, & minori numero conſtare poteſt.*
Quinque uiri caſtri vel uillæ vniuerſitatem faciunt. ibid.
2 *Vniuerſitas omnibus alijs decedentibus in vno remanet.*
3 *Vniuerſitas ſindicum ad cauſas etiam extraneam perſonam ſine iudicis loci decreto conſtituere poteſt, & nu. 8.*
4 *Sindicum aduerſarij poſitionibus vniuerſitatis nomine reſpondere poteſt.*
5 *Nomina conſtituentium Sindicum an de neceſſitate requiratur, quòd exprimatur?*
6 *Exceptio quòd non es procurator, nec Sindicus, an poſt litem conteſtatam opponi poſſit?*
Procurator lite conteſtata effectus eſt litis dominus, & eadem perſona cum domino cenſetur, eo.
Litis conteſtatio procuratoris perſonam legitimat. ibid.
7 *Procurator per litis conteſtationem admiſſus per exceptionem procuratorij amplius repelli non poteſt, cùm in quaſi poſſeſſione officij procuratoris ſit.*

CONSILIVM CII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa vniuerſitatis Calaſtræ, & Banciæ ſuppoſita diuiſione regionis, ſiue contratę Sancti Laurentij in monte in quatuor partes a tempore de quo memoria in contrarium non extat, ut teſtes ſuper articulo nouiſſime producto deponere uidentur, uniuerſitas de per ſe dicitur Calaſtrę contrata, & de per ſe altera Bancię, cum diuerſo uocabulo nuncupentur iuxta tex. in l. ſi codicilli. C. de
1 codicil. Et una quæque ex decem hominibus, & minori numero, alijs in loco non exiſtentibus, conſtare poteſt, ut Iuriſcon. inquit, l. Neratius. ff. de uerbo. ſigni. & quinque uiri uillæ ſeu caſtri uniuerſitatem faciunt ſecundũ Bal. in c. nullus. uerſi. Quæro quot homines. extra de electio. Quæ in uno alijs decedentibus remanere dicitur, ut ibi not. in glo. & uo-
2 lunt Doc. in l. ſicut. §. fi. quod cuiuſque uniuer.
3 Quo ſtante Sindicos ad hanc cauſam conſtituere potuit. c. fi. extra de procurato. etiam abſque alicuius iudicis, uel loci officialis decreto, ut tradit Bar. poſt glo. in l. actor. ff. rem ratam habe. Abb. in c. 1. columna ſecunda. in fi. extra de ſynd. & Are. in §. Præterea. il ſecundo. columna 24. ſub num. 38. uerſ. Sed
4 aduertas. Inſt. de except. Et illi poſitionibus aduerſariorum reſpondere poſſunt. c. præſentium. ubi eſt tex. rotundus. de teſti. in 6. & eſt tex. & ibi glo. not. ſignat in l. 2. §. hoc etiam. & ibi Cur. iun. prope fin. C. de iure calum. alioquin ridiculum eſſet, ut omnes de uniuerſitate interrogarentur, ut inquit ibi gloſ. & ideo ſecundum eam ſufficit per ſyndicos reſpon-
5 ſio. Nec dicatur in ſyndicatus inſtrumẽto non fuerunt nomina conſtituẽtium expreſſa, cùm uniuerſitas prædicta in paucis conſiſtat, ut Are. inquit in d. §. Præterea. col. 24. in prin. uerſi. Secũdo opponitur. ergo mandatum illud & creatio illa non tenet, & ex conſequenti illorum reſponſio non ſufficit. Quoniam reſpondetur ſecundum ueriorem & cõmunem Doctorum opinionem nominum expreſſionem de neceſſitate non requiri, ut eleganter conſuluit Oldrad. conſi. 100. In executione. quem tacito auctore ſequitur Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de Sindi. uerſi. Quid ſi in aliquo inſtrumento. in uerbo porro. & Abb. in d. c. 1. col. 2. circa fi. uerſ. An autem in conſtitutione Sindici. & in c. quanto. ante fi. extra de his quę fiunt a præla. ſine conſen. capi.
6 Præterea contra Sindicum talis oppoſitio, quod procurator eſſe non potes, in caſu noſtro minime fieri poteſt, ex quo ante litem conteſtatam opponi & decidi debebat, nam lite conteſtata effectus eſt litis dominus, & eadem perſona cum domino cenſetur. glo. fi. in l. ſi procurator. la 2. ff. de excep. doli. Iaſ. in l. procuratoribus. C. de procura. & tradit Vanti. in tract. de nullita. proceſ. ſub rub. de nullita. ex defec. inhabili. ſeu manda. num. 135. Et litis conteſtatio procuratoris perſonam legitimat. Bal. in d. l. 2. §. hoc etiam. & tradit Abb. in c. in noſtra. colu. fi. uerſi. In glo. in uerbo falſi. extra. de procura. & præſertim in caſu propoſito in quo iudex tẽpore litis conteſtationis procuratorum perſonas legitimauit, & pro legitimatis haberi uoluit & mandauit ipſis procuratoribus præſentibus, ut in actis apparet, & ubi pronunciatum eſt procuratores pro legitimatis haberi, uel mandata præſentibus procuratoribus eſſe legitima, amplius opponi nõ poteſt, pro-

cura-

curatorem non eſſe legitimum,ut decidit Bart.in l. licet.C.de procu.& not.Bar.& alij in l. pomponius. §.rati.ff.eo.per l.fi.C.de fid. inſt. cum alijs per Alex. relatis conſ.61.Viſo proceſſu.col.1.nu.2.uer. Et primo opponitur. uol. 5. Et quamuis regulariter lite conteſtata, & quandocunque contra procuratorẽ
7 opponi poſſit,quòd procurator nõ ſit.d.l.licet. Fallit tamen quando per aduerſarium admiſſus fuit, nam cum admittendo uidetur admittens cum in quaſi poſſeſſione officij procuratoris poſuiſſe. Vnde talis quaſi poſſeſſio onus probandi contrarium transfert in admittentem eum,etiam, ꝙ ante litem conteſtatam de procuratorij nullitate oppoſitum fuiſſet,& non deciſum ſecundum Alex.in d.l. licet. colum.1.in fi.& conſi.102 Viſo proceſſu poſt princ. uolum.5.Per admiſſionem.n. litis conteſtatæ eiuſmodi exceptio amplius opponi non poteſt ſecundum Inno.& Gemi.in c.1.§.1.de elect.in 6.& idem Inno.in c.quoniam contra.in glo.Inſtrumentorũ. extra de proba.& ibi Fel.in pe.col.ad fi.uerſi.Septimo quęro.& Alex.in d.l.licet.Non obſtant not.per Franc.in d.c.pręſentium.in 2.col.dum inquit quòd ſi aliqui de Collegio particulariter melius eſſent informati,ꝙ tunc dicẽdum uideretur,ꝙ ipſi cogi poſſint. Quoniam reſpondetur hoc procedere poſſe quãdo ſindicus extraneus eſſet,cũ talis quoq; conſtitui poteſt,ut uoluit Abb.in d.c.1.col.1.uer.In ea.gl.de Sindi.Nam tali caſu cùm ipſe de negocijs vniuerſitatis non ſit informatus, nonnulli de uniuerſitate qui melius informati eſſent,compelli poſſunt, & ita præſupponit ibi Peruſi.Secus dicendum eſt in Sindicis de loco illius uniuerſitatis, qui cùm ſint eiuſdẽ cõtratæ,& informatiſſimi ſicut cæteri de uniuerſitate circa oĩa eorũ negocia,non ſunt aliter alij uniuerſitate requirendi, ſed ſufficit, ꝙ Sindici,qui cauſam agitant tanquam uiri de omnib. negocijs uniuerſitatis bene informati poſitionib.reſpõdeãt. Nec dici poteſt alios eſſe melius informatos, quia cum de negocijs uniuerſitatis tractetur, & non de particularib.omnes informati dicuntur,& eo maxime quia præſumitur uniuerſitatẽ hos Sindicos uti melius informatos conſtituiſſe,cum de ſagaciorib. dictæ uniuerſitatis ſint, nec præſumendũ nec credẽdum eſt ꝙ uniuerſitas in huiuſmodi cauſa Sindicos non informatos conſtituere uoluerit, & ideo ad reſponſionẽ poſitionum aduerſariorum admitti debent.Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brun.Iuriſc.Arimi.ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio licet alicui contra inquiſitionem aduerſus ipſum formatam competat,ſi inquiſitioni reſpondendo oppoſita non fuit,reſpondenti præiudicium infert.*

2 *Reſponſio ſimpliciter poſitionib.facta cum omnib.qualitatib. de quib.in poſitione,facta intelligitur, & ſecundum præcedentem interrogationem,ſed contra nu. 11.*

3 *Confeſſio, vel negatio poſitionibus facta ſemper interpretari debet,ita,& taliter,quòd reſpondens in contrarietatem non incidat.*

4 *Pręſumptio,quòd quis ſe incontinenti corrigat, a iure reprobatur.*

5 *Reſponſiones poſitionum vbi ſibi contraria videntur, interpretari debent, quòd prima dicta ad ultima trahantur, & vltima ad prima,vt contrarietas euitetur.*

6 *Confeſſio in dubio in fauorem confitentis interpretari debet, & actor ſuper illa ſe fundare non poteſt, niſi prius per confitentem declaratum fuerit.*

7 *Poſitioni contrarię minimè reſpondẽdum eſt,ſiue ex parte ponentis, ſiue ex parte reſpondentis contrarietas procedat,*
& ſi reſponſio facta fuit,non nocet,ex quo admittenda non erit.

8 *Poſitio ab altera pendens quę negata fuit,tãquam ſuperflua admitti non debet.*

9 *Reſponſio poſitionib.facta tunc pręiudicat,quando per partẽ vel eius procuratorem proteſtatio facta non fuit, quòd impertinentes non admittantur.*

10 *Teſtes ſuper capitulis non admittendis examinati nullam fidem faciunt.*

CONSILIVM CIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur,dicendum uidetur Hyppolitam per eius reſpõſionem poſitioni agentum factam ſibi præiudicaſſe,dum dixit ꝙ poſtmodum Alexãder deceſſit relicto hęrede Hortenſio,& ſic per talem reſponſionem agentium intentionẽ fundatam eſſe. Et primo: Nam quamuis Hyppolita poſitioni illi reſpondere non teneretur, ex quo in præcedenti poſitione Cæſarem, & Alexandrum poſt Raynaldi mortem uixiſſe negauit, quia tamen poſitionem fatendo reſpondit,ſibi præiudicaſſe uidetur,pro hoc adduci poteſt tex.in ca. 1.de accuſatio. in 6. ubi probatur, quòd quãuis parti exceptio
1 contra inquiſitionem aduerſus eam formatam cõpetat,ſi illa tamen prætermiſſa inquiſitioni reſpondet,præiudicium ſibi generat.Ad idem glo.uidetur not.in c.ſi.in gl. fi. extra de iuram.calum.dicens, ꝙ quamuis pars ad interrogationem reſpondere non teneatur,niſi ad diuerſæ partis petitionem tantum, ſi tamen reſpondet,reſponſio ualet, & ſibi præiudicium infert,arg.l.ſi ſine interrogatione. ff. de interrog.actio.& idem tenent domini de Rota in deciſi. 21.Voluerunt.in nouis.ubi inquiunt.quòd licet interrogationi reſpondendum non eſſet, quia non fiebat,prout fieri debebat,ſi tamen pars reſpondet, ſibi præiudicat, & ita in caſu propoſito conſuluit Abb.conſil.fina.in ſecunda part. Secundo confirmantur prædicta,nam reſponſio poſitionibus ſimpliciter facta,cum omnibus qualitatibus, de quib. in poſitione, facta intelligitur, & reſpõſio ſecundũ pręcedentẽ interrogationẽ intelligitur.§.præterea. inſti.de inutili.ſtipula.& l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff. de interrog.act. doctrina eſt Bal.in l.1.col. penultim.uerſicu.Sed nunquid.C.de edili.actio. & hanc opin.inquit Iaſ.eſſe communem in l.ſi cui ſerui.§.ſi a filio.colum.ſecunda, verſicu. Contrarium tenent.ff.de legat.primo.Cum ergo Hyppolita poſitionem ſimpliciter cõfeſſa fuerit, totam cum illa dictione(poſtmodum)fateri uidetur, quę dictio ſecundum præcedentem poſitionem importat poſt mortem Raynaldi, ergo ſimpliciter reſpondens ſibi præiudicauit, & ſic agentium intentio fundata
2 uidetur. His tamen minimè refragantibus,contrarium de iure ex ſequentibus uerius eſſe arbitror. Et primo,nam confeſſio,uel negatio poſitionibus facta ſemper intelligi,& interpretari debet taliter, ꝙ reſpondens in contrarietatem non incidat, ut not. Cyn.& Bald.in l.cum falſa.C.de iuris, & fac. ignor. & ſequitur Alexan.conſi.quadrageſimoquarto.Viſo,& diſcuſſo.col.pen.uerſi.Quia reſpondeo.& præſuppono.uol.2.At ſi Hyppolitæ reſponſio intelligeretur,ꝙ Alexander poſt Raynaldi obitum deceſſit, ſibi ipſi contraria foret, quia in poſitione præcedẽti negauit Alexandrum poſt Raynaldi mortem ſuperuixiſſe,ad euitandam igitur hanc contrarietatem ſumenda eſt interpretatio, ut reſponſio per eã

in hac

in hac poſitione facta cum præcedenti conforme-
tur,& ſic intelligere uoluerit Alexandrum mortuũ
fuiſſe,ſed non poſt mortem Raynaldi,ex quo in an
tecedenti poſitione Alexandrum poſt obitũ Ray-
4 naldi uixiſſe negauit. Nec præſumendum eſt,quod
incontinenti ſeipſam corrigere uoluerit, cùm talis
præſumptio a iure reprobetur.l. non ad ea.ff.de cõ
di.& demon. Secundo moueor, nam ubi poſitio-
5 num reſponſiones ſibi repugnare uidentur, ſic in-
terpretari debent,quòd prima dicta ad ultima,& ul
tima ad prima trahantur,ut contrarietas euitetur,ſe
cundum Bal.in d.l.cum falſa. circa fi.quod eſt mẽ-
ti tenendum ſecundum eum, ꝙ ſequitur Iaſ. in l.fi.
§.idem quæſiit,ff.de condi.inde. reſponſio igitur in
hac ultima poſitione facta ad præcedentem trahi-
tur,& ſecundum eam intelligi debet,ut dicta repu-
gnantia euitetur. Et ideo dixit Oldra.conſ.263.Do-
minus Egidius.col.2. in prin.nu.5.uerſi. Ex his con
ſiderationibus, quòd negata poſitione aliqua non
tenetur negans ad dependentem reſpondere,ne vi-
delicet dependẽtẽ confitẽdo ſibi ipſi contrarius eſ-
6 ſet.Confirmantur prædicta, Nam confeſſio in du-
bio.n.confitentis fauorem interpretari debet,& po
nens ſuper illa attenta dicta contrarietate ſe funda-
re non poteſt, niſi prius per confitentem declara-
tio facta fuerit,ita not.dixit Ant.de But.in c.ex lite
ris.il primo.extra de ſponſali.quem refert,& ſequi-
tur Alex. conſi. 183.Viſo puncto.colu.fi.uerſi.Qui
nimmo abſque alia declaratione.uolu.5.& conſi.
171.In cauſa & lite.col.pe.in fi.numer.14.uerſi.Pro
quo facit.uolu.6.& Deci.poſt alios conſi.278. Non
leuis col.pe.ad fi.num.6.uerſi.Et pro fundamento
conſi.118. Viſo inſtrumento.col.2. uerſi. Secundo
principaliter.conſi.439. Viſis his.nu.2.& conſ.493.
7 Viſo tenore.col.2.numero 16.uerſi.Quia in dubio.
Præterea poſitioni contrariæ, ſiue contrarietas ex
parte ponentis reſultet, ſiue ex parte reſpondentis
procedat,reſpondendum non eſt,& ſi reſponſio fa
cta fuit,non nocet,ex quo admittenda non erat ſe-
cundum Curt. Iunio.in tract.poſitio. col.6.in prin.
uerſi.Duodecimum erit breuiloquium. quem le-
git in l.2.§.Quod obſeruari. ſub num.40. uerſi.An-
tequam procedam. C. de iuram. calum. ne igitur
Hyppolita in hanc contrarietatem incidat,dicta po
ſitio reijcienda eſt,& reſponſio pro nulla haberi de
bet,& ita concordant omnes ut inquit ibi Curt.&
firmat Lanfr.in c.quoniam contra. in glo.reſpon-
ſiones.in tertia regula.ext.de probatio.Cõfirmãtur
8 quoque prædicta alia ratione. Habemus.n.ꝙ poſi-
tio ab alia pendens quæ ſupra negata fuit,tanquã
ſuperflua ex duplici capite admitti nõ debet,primo
quia ponentẽ non releuat, ſecundò quia de facili
reſpondens periurium incurrere poſſet, & ideo iu-
dex multum cauere debet,ne in periurium reſpon
dens incidat arg.l.1.C.ſi aduer.uendi.ita dixit Iac.de
Are.in tract.poſitio. in ſummario.col.6.uerſi. No-
uiſſime autem.& tradit Bar.in tract.de ordi.iudi.nu
mero 14.uerſi.Et not.quod ad omnes interrogatio
nes.Sed hæc poſitio cũ illo aduerbio (poſt modũ)
a præcedenti poſitione pendet, in qua ponebatur
Alexandrum poſt obitum Raynaldi uixiſſe, quæ
per Hyppolitam negata fuit,ergo non eſt admittẽ-
da,quinimmo reijcienda eſt.ergo in aliquo ſibi nõ
præiudicat, Et quamuis per prædicta in contrariũ
9 adducta tollantur, Nihilominus particulariter re-
ſpondendo,dicimus.quòd tunc reſponſio per Hyp
politam facta ſibi forte præiudicare poſſet, ſaltem,
quando per eam,uel eius procuratorem proteſta-
tio minime facta fuiſſet.quòd poſitiones imperti-
nentes non admittantur, uel per iudicem interlo-
cutum non fuiſſet,eas ſaluo iure impertinentium
admitti debere iuxta not.per Bar.in l.ſi duo patro-
ni.§.idem iulianus.ad fi.ff.de iureiu. & per Ang.in
l.ſi quis libertatem.ff.de peti.hæredi. & licet ipſa re-
ſponderit,ſibique in aliquo præiudicaſſe uideatur,
attamen per reſponſionem factam præiudicium
aliquod ſibi generaſſe non intelligitur:ſi enim po-
ſitio admittenda non erat,ut dictum eſt,reſponſio
facta non obeſt, immo nulla eſt ſecundum Gemi.
ſuper glo.2. ante prohęmium.li.6. prout teſtes ſu-
10 per capitulis non admittendis examinati nullam fi
dem faciunt,ita Curti.in dicto tract. poſitio.in 5.co
lum.ad fi. uerſ. Et not.quod iſta clauſula. & Alex.
conſi.166.In cauſa & lite.col.2.uerſi.Præterea om-
nia dicta.uol.6.Nec refragatur ſecundum de reſpõ
ſione facta,quæ cum omnibus ſuis qualitatibus fa-
cta intelligitur, quia quamuis reſponſio ad primã
11 obiectionem data, ad hoc ſecundum etiam ada-
ptari poſſit, & ſufficiat, ſpecialius tamen reſpon-
dendo dicimus quòd immo opi. Bart. in contra-
rium per Doc. allegata in d.l. ſi cui ſerui.§.ſi a filio.
eſt magis communis,uidelicet quòd reſponſio fa-
cta non intelligatur cum omnibus qualitatibus, &
ſi ſimpliciter facta ſit, & ideo Pau. de Ca.inquit ibi
quòd procuratores, & aduocati communiter ſe-
quuntur opi.Bar.& durum eſſet contrarium in pra
tica obtinere.& eam magis communem atteſtatur
Curt.in d.tract.poſitio.col.3.in prin.eam etiam ſe-
quitur Imo.in l.ſi dubitetur.§.1.uerſi.Vltimo tene
menti.ſub num.5.ff.de fideius. eam quoque ſequi-
tur Roma.conſ.455.In caſu præmiſſo. Abb. in c.2.
numer.16.verſi.Sed iuxta prædicta.extra de petitio.
Matthesila in no.43.No.quod ſi in poſitione. & ibi
Mod.de magis communi opi.atteſtantur cũ Bar.in
d.§.ſi a filio.Alex.d.conſi.171.coln.1.Corne.conſi.
208.Videtur prima facie.col.fi. uerſi. Nec etiam ob
ſtat.uol.1.& Soci.ſeni.conſi.212.Viſo proceſſu.nu.
28.uol.4.Si igitur reſponſio cum omnibus qualita
tibus in interrogatione appoſitis facta non intelli-
gitur, dicendum eſt,reſponſionem de morte tantũ
abſque illa dictione(poſtmodum)intelligi,& in re-
ſpondentis fauorem & commodum interpretatio
nem capere debemus,ut dictum eſt ſupra, contra
actores in ea ſe fundantes, & ita concludendum,&
de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Bru-
nus Iuriſconſ.Ariminen. ad laudem omnipotentis
Dei,ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Actus ubi alia hora quàm quis citatus fuerit,expeditur,nõ valet.& num.3.*
2 *Pendente citationis termino iudicis officium conquieſcit.*
3 *Iudex actum,ad quem quis citatus eſt, alterare non poteſt.*
4 *Notificatio actus inualidi notificanti non prodeſt,nec notificato nocet.*
5 *Appellatio quo caſu non deuoluat,& iuriſdictionem appellationum iudici non tribuat.& nu.7.*
6 *Diuerſitas cauſarum ex perſonarum diuerſitate inducitur.*

CONSILIVM CIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

DVBITANDVM non uidetur partes iudicis appellationum fore & eſſe in pronunciando imprimis terminũ Gaudentio de Baptiſtis ſtatutum ad iuſtificandum & impugnandum ſuper aſſerta appellatione per eum contra Franciſcum Burlo
num

num interpoſita nulliter eſſe præfixum, & conſe-
quenter cum expenſarum condemnatione reuocã
dum, ex eo quòd terminus iſte ante citationis horã
fuit expeditus. Et ubi actus alia hora, quàm quis ci
tatus fuerit, expeditur, actus ille non ualet. Ant. de
But. in c. 1. & ibi Barba. extra de iudi. per tex. in l. aut
qui aliter. in prin. ff. quod ui aut clam. ubi Bar. not.
quòd ſi quiſpiam ad aliquem actum citatur, ſi ille
actus aliter agitur uel in quantitate, uel in ſubſtan-
tia, quàm in citatione dictum fuerit, parte non cita
1 ta, & clandeſtine factus dicitur, ut ibi eſt caſus. &
ideo inquit, quòd ſi quis ad appellandum terminũ
haberet, & terminus ille ante citationis horam ex-
peditus eſſet, non ualeret, & idem & clarius repetit
in l. fi. in fi. ff. co. cum alijs concord. per Mod. Ari-
min. traditis in tract. de nullita. proceſ. in rub. ex de-
fec. citatio. num. 74. uerſi. Et quamuis citatio. Et ra
tio eſt quia pẽdente citationis termino iudicis offi-
2 cium conquieſcit, ut eſt tex. in l. ſiue pars. C. de dila
tio. & ibi Bar. Alberi. Bal. Ang. Saly. & Pau. de Ca. &
per talem citationem ius acquirit citatus, ut pendẽ
te termino ad comparendum præfixo, per illud tẽ-
pus expectari debeat. c. cum inter diuerſas. extra de
electio. Imo. in c. fi. extra de his quæ fiunt a præla. &
3 eſt tantæ importantiæ citatio ad diem certam præ-
fixa, quòd iudex actum ad quem quis eſt citatus,
nullo pacto alterare poteſt, & ſi alteraret, non uale
ret, ita Maria. Soci. in tract. de citatio. artic. 31. colu.
pe. ad fi. uerſi. Inſuper eſt etiam ſuſpenſius. Cum igi
tur Franciſcus ad primam iuris diem citatus fuerit
ad uidendum ſtatui terminum ad iuſtificandum,
& impugnandum, & terminus ille ante citationis
diem ſtatutus fuerit, utique non ualet. nec tenet. &
eſt ipſo iure nullus, ut dicit ibi Bal. & Alberi. in ulti.
col. in prin. uerſi. Si uero in præiudicium. Nec noti-
ficatio poſt præfixum terminum facta ſufficit, quia
4 illa nihil operatur, cùm notificatio actus inualidi
notificanti non proſit, ex quo citatio emanata fuit
ut citatus de actu fiendo certiorari poſſit, & illi con
tradicere, cum ad hunc finem citatio adinuẽta fue-
rit, ut tradunt præfati Mod. Ariminen. in eadẽ rub.
num. 30. uerſi. Redeundo igitur. Si ergo actus ho-
ra ad comparendum non præfixa fuerit expeditus,
actum illum iam expeditum citatus in hora notifi
cationis impedire non poteſt, actus ergo ille & ſic
terminus ad iuſtificandum, & impugnandum nul-
liter fuit ſtatutus, ideo per appellationum iudicem
tanquam nullus cum condemnatione partis aduer
ſæ in expenſis reuocari debet. Et hæc quoad termi-
num ſtatutum ſufficiant: Quo uerò ad aſſertæ ap-
5 pellationis deuolutionem dicimus ſimiliter aſſer-
tam appellationem contra Franciſcum Burlonum
interpoſitam non deuoluere, nec eidem iudici ul-
lam iuriſdictionem tribuere pronunciandum eſſe,
cum ex inſpectione ſententiæ, a qua ex parte prædi
cti Gaudentij appellatum fuiſſe dicitur, & per eum
in actis eiuſdem iudicis exhibitæ in originalibus ſer.
Franciſci Panigalis, clariſſime pateat, illam ad fauo-
rem dicti Franciſci latam non fuiſſe, nec ipſum in
ea ullo pacto compræhenſum, nec nominatum.
6 Ex citatione igitur & inhibitione per partem aduer
ſam facta, & ex inſpectione perſonarum diuerſitas
oſtenditur, & cauſarum diuerſitas ex perſonarum
diuerſitate inducitur. l. cum quæritur. & l. & an ea-
dem. ff. de excep. rei iudi. C. res inter alios acta. in ru
bro & nigro. & facit tex. & ibi late per Alex. in l. ſæ-
7 pe. ff. de re iudi. Cùm ergo perſona appellata, & per-
ſona citata & inhibita non ſit eadem, ſed diuerſa,
cùm ad fauorem magiſtri Ioannis de Tauzano ſen
tentia contra dictum Gaudentium, & non ad fauo
rem Franciſci Burloni lata fuerit, concludendum
eſt aſſertam appellationem quò ad Franciſcum ap
pellationum iudici iuriſdictionem non tribuere,
& propterea cauſam non deuoluere, ut etiam in
notabili, & ſimili caſu conſuluit Corne. conſi. 313.
Videtur prima facie. col. 2. uerſi. Dato etiam. uol. 3.
merito concludendum eſt ut ſupra, cum expenſa-
rum uictoria ut dixi, & ita de iure reſpondendum
cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen.
ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uir-
ginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 Legatum alimentorum uxori factum an extra domum non communicatis eius dotibus, & laboribus debeatur?

2 Qualitas communicandi dotes in teſtamento appoſita an in codicillis repetita intelligatur? & num. 4. & num. 8.

3 Repetitio legatorum, vel fideicommiſſorum quando a lege, a ſubſtituto, uel a uenientibus ab inteſtato fit, conditio repetita cenſetur, Secus ſi a teſtatore fiat.

5 Conditio in inſtitutione appoſita, in ſubſtitutione ſimpliciter facta, repetita non cenſetur.

6 Voluntatis mutatio non præſumitur.

7 Verba teſtatoris intelligi debent, ut aliquid operentur, & ne fruſtra appoſita uideantur.

9 Uxor, cui alimenta extra domum ſi cum eius hærede ſtare nõ poſſet, relicta fuerunt, an hoc onus & conditionem probare teneatur?

Negatiua quando eſt alicuius fundamentum, per ipſum probari debet. ibidem.

10 Arbitratores in compromiſſo electi arbitrari habẽt id quod eſt uериſimile credendum, & probationes non plenas ſed perſuaſiuas recipere poſſunt, & ſecundum eorum conſcientiam iudicare.

CONSILIVM CV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

QVia corã doctiſſimo uiro agitur, quàm
breuibus potero, pro parte D. Camillæ
de Bonamicis olim Troiani Belmõtis
uxoris fundamẽta explicare conabor.
Conſideratis igitur uerbis legati D. Ca-
millæ per eius maritum tam in teſtamento, quàm
1 in codicillis facti, dubitandum non uidetur eam ali
mentorum legatum extra domum non communi
catis etiam eius dotibus & laboribus cum teſtato-
ris hærede, conſequi debere. Quamuis enim in lega
to in teſtamento facto teſtator D. Camillæ uictum,
& ueſtitum in eius teſtatoris domo reliquerit cum
eius hærede habitando, doteſque ac eius labores
communicando, & caſte atque honeſte uiuendo,
uitamque uidualem ſeruando; in codicillis tamen
aliter diſpoſuit, dicens in euentum in quem D. Ca-
milla cum eius teſtatoris hærede ſtare & habitare
non poſſet, iure legati uictum & ueſtitum conde-
center extra domum de bonis ipſius teſtatoris ei-
dem reliquit, donec ipſa uitam uidualem caſtam,
& honeſtam ſeruauerit. Item eidem omnes anulos
& collanas reliquit. Ex quibus codicillorum uer-
bis apertiſſime conſtat, quod ipſa uictum, & ueſti-
tum extra domum teſtatoris non communicatis
aliter eius dotibus & laboribus conſequi debet, ſi
enim uoluiſſet teſtator eas communicari, expreſſiſ-
ſet, ſicut in teſtamento expreſſit. arg. l. unicæ. §. ſin
2 autem ad deficientis. cum ſimi. C. de cadu. tol. Nec
dicatur, illa qualitas communicandi dotes & labo
res expreſſe in teſtamento appoſita, in codicillis re

petita

petita cenſetur, quia vt inquit Bar. in l. in repetendis.
col. 1. ver. Quandoque eſt perſonarum, & rerum idẽ
titas. ff. de leg. 3. ſi in eodem teſtamento una res ſub
conditione legatur, & deinde idem legatum eidem
& ab eodem teſtatore in ſeparato capitulo teſtamẽ
ti mediantibus alijs capitulis repetatur, tunc qualita
tis repetitio non inducitur, ſed correctio, per tex. in
l. non ad ea. de cond. & demon. idem Bar. conſil. 19.
Cola reliquit. in 1. par. Socy. ſen. conſ. 92. Circa pri-
mum. col. 6. verſ. Quo præſuppoſito. vol. 1. vbi tenet
primum legatum cum eadem conditione repetitũ
non videri. idem firmat conſi. 140. Conſiderato te-
ſtamento. col. 3. in princ. verſic. Primo quia virtute.
3 eod. lib. dicens, quòd licet quando legatorum, vel fi
deicommiſſorum repetitio fit a legẽ, a ſubſtituto,
vel a venientibus ab inteſtato, conditio repetita cen
ſeatur, ut eſt tex. & ibi no. Bar. & doct. in l. peculium,
§. fi. de leg. 2. quando tamen repetitio fit a teſtatore,
dicta conditio repetita non cenſetur. caſus eſt, & ibi
no. Bar. & omnes in l. ſi cui. la 2 §. 1. de leg. 1. & nota.
glo. Bar. Bald. & omnes in l. cum pater. §. ab inteſta-
to. de leg. 2. Cùm ergo in caſu propoſito ſimus in re
petitione, quæ fit a teſtatore, dicendum eſt legatum
pure, prout ſtat, & abſque illa qualitate de commu-
nicandis eius dotibus, & laboribus relictum cenſeri.
4 Confirmantur prędicta per no. per Ang. in propriis
terminis conſil. 294. Quoniam in vltimis voluntati-
bus. col. pen. in fi. uerſ. Venio ad ſecundum. ubi quæ
rit an conditio adiecta legato in teſtamento facto,
in codicillis repetita cenſeatur? & concludit ꝙ nõ;
quia quicquid erat in teſtamento legatum, ſub alijs
conditionibus legatur in codicillis, unde per noua-
rum cõditionum adiectionem ab omnibus primi-
tiuis conditionibus receſſum eſſe intelligitur. l. ſi mi
hi, & tibi. §. in legatis. de leg. 1. & l. translatio. in fi. cũ
concord. ff. de adim. leg. ſi receſſum eſt, conditio igi
tur repetita dici non poteſt, ſi enim repetita dicere-
tur, conditionis prædictæ repetitio uitiaret legatum
nouiſſime in codicillis factum. Corroborantur prę
dicta per tex. in d. l. non ad ea. in uer. Si prius. de con
di. & demon. ubi dicitur, quòd ſi primo ſub condi-
tione, deinde pure in eodem teſtamento relictum
ſit, præſens debetur, idem econtra, ſi primo pure, ſe-
cundo ſub conditione eadem quantitas relicta ſit,
legatum ſub conditione inſpecta poſteriori uolun-
tate debetur. l. cum centum. ff. de adim. lega. ad idem
eſt tex. in l. ſi tibi rem certam. eod. tit. ubi ſi res certa
alicui cum fideicommiſſi onere relicta ſit, & iterũ
eadem res eidem ſimpliciter legata fuerit, abſque
onere fideicommiſſi debetur, quia poſterior ſcrip-
5 tura attenditur. Facit etiam tex. in l. ſub conditione.
ff. de hæred. inſt. ubi conditio in inſtitutione appoſi-
ta in ſubſtitutione ſimpliciter facta repetita non ui
detur, ita ergo in caſu propoſito dicẽdum eſt, quòd
quamuis in teſtamento legatum ſub conditione
communicandi dotes, & labores Dom. Camillæ re
lictum fuerit, attamen cùm in codicillis poſtea fa-
ctis iterum idem legatum ſimpliciter factum ſit, ta-
le legatum inſpecta poſteriori volũtate purum red-
ditur, quod nedum in teſtamento, ſed in codicillis
quoque procedit, ut inquit tex. in d. l. cum centum
in fi. quia quod in codicillis ſcriptum eſt, in teſtamẽ
to ſcriptum uidetur. l. 2. §. codicillorum. ff. de iure
codic. & non eſt nouum, quod in teſtamento diſpo
ſitum in codicillis ab eodem poſtea factis reforme-
tur. l. libertis. la 2. in prin. ff. de dim. & cib. leg. & l. Au
relius. §. teſtator. cum ſimi. ff. de lib. leg. Et quia teſta
tor in codicillis inquit velle detrahere, & de teſtamẽ
to adimere, & eidem addere, & de legato in teſtamẽ
to facto illam communicandi dotes, & labores qua
litatem detraxit, dicens quòd ſi cum eius hærede ſta
re non poſſet, ei uictum, & ueſtitum de ipſius teſta-
toris bonis extra domum legauit, addendo quoque
anulos, & collanas, quæ in teſtamento relicta non
fuerunt, legatum ergo in codicillis factum, ut ſim-
pliciter factum eſt, attenditur, iuribus ſupra allega-
6 tis. Nec dicatur, cùm conſtet conditionem in teſta-
mento appoſitam, non uideri teſtatorem in dubio
ab ea receſſiſſe, niſi expreſſe appareat, cùm volunta
tis mutatio non præſumatur. c. maiores. ext. de bap-
tiſma. & c. licet. de proc. in 6. & in teſtatore eſt text.
cum glo. ibi in l. Lucius. la prima. de leg. 2. in l. 3. ff. de
proba. facit tex. in l. eum qui mutatam. ff. eod. & lo-
cum habet quod dicitur in l. ſancimus. C. de teſtam.
quod non mutatur, cur ſtare prohibetur, & tradit
Abb. conſil 4. In quæſtione quæ uertitur. col. penul.
uerſic. Non obſtat ſi dicatur. in 2. par. ubi allegat d. l.
eum qui mutatam. Quoniam reſpondetur, quòd a-
pertiſſime apparet ex teſtatoris uerbis ipſum uoluiſ
ſe legatum in teſtamento factum mutare. Nam in
codicillis prius legatum eidem D. Camillæ in teſta
mento relictum repetit, deinde inquit quod cũ uo-
luntas ambulatoria ſit, uſque ad mortem, & quæcũ
prædictorum in dicto teſtamento diſpoſitorum, &
quæ in eo continentur, mutare intendat, ideirco idẽ
Troianus omni meliori modo &c. de eod. teſtamen
to detraxit, & ademit, eidẽq; reſpectiue addidit &c.
& teſtatoris uerba facientis codicillos, & dicẽtis mu
tare velle, addimere, & addere uelle, ad mutationem,
ademptionem, & additionem, quæ inferius legi po
teſt, referuntur. arg. l. 1. in prin. & quod ibi not. Bar. ff.
quæ in teſta. delen. Vnde cùm in codicillis appareat
legatum in teſtamento relictum fuiſſe mutatum, ui
delicet ſi ipſa Dom. Camilla in domo cum eius hæ-
rede ſtare non poſſet, quòd ipſa uictum, & ueſtitum
extra domum de bonis ipſius teſtatoris cõſequi de-
beat, & in teſtamento teſtator D. Camillæ uictum, &
ueſtitum in domo ipſius teſtatoris cum eius hære-
de habitando, eiuſque dotes, & labores communi-
cando reliquerit, dicẽdum eſt mutationem factam
fuiſſe, & nedum mutatum fuit d. legatum in teſta-
mento relictum, ſed ab eo fuit ademptum, ex quo
in primo appoſita fuit conditio de dotibus & labo-
ribus communicandis, in ſecundo autem nihil ap-
poſitum fuit. Apparet etiam de additione, quia in
ſecũdo legato anuli, torques, pecuniæ penes ipſam
exiſtentes, & omnia animalia bouina relicta fuerũt
& tamẽ in primo nihil de his ſibi relictum fuit, om-
nia igitur quæ per teſtatorem de mutatione, adem-
ptione, & additione dicuntur, in relicto uerificata
fuerunt. Et ſi diceretur, communicandi dotes, & la-
bores conditionem in ſecundo legato ademptam
non fuiſſe, adhuc reſpondetur, quòd hoc legatum
repugnantiam pateretur contra l. ubi repugnantia.
cum concord. ibi per gl. relatis. ff. de reg. iur. ex quo
in primo fertur dotes, ac labores in uictu, & ueſtitu
communicari, in ſecundo autem quòd ipſa extra
domum de bonis ipſius teſtatoris uictum, & ueſtitũ
habeat, & ſi communicarẽtur dotes, hoc ultimum
legatum ſuum non operaretur effectum ſecũdum
uerba, & teſtatoris mentem, uolentis ſibi uictum, &
7 ueſtitum de bonis ipſius teſtatoris præſtari, & nihil-
ominus teſtatoris uerba intelligi debent, ut aliquid
operentur. l. ſi quando. cum ſim. de leg. 1. & ne fru-
ſtra ſint appoſita iuata no. per Bal. in rub. C. de con-
trah. emp. in 9. q. Cùm omne uerbum, omnis ſilla-
ba, & omnis dictio in quauis diſpoſitione appoſita
non debeant eſſe fruſtra appoſita, ſed cum operan-
di miniſterio. glo. in cap. ſolitæ. de maiori. & obed.
in cap. ſi Romanorum. decimanona diſtinctio. & in
l. prima. ff. quod met. cauſ. & declarat Curt. ſen. con-
ſil. 73. Super memorata. columna tertia. in fin. uerſi.

Quia

Quia omne uerbnm. Pro quibus faciuntquæ in ſimili conſuluit Paul.de Caſtr.conſil. 224. Legatum

8 prædictum.uolu.2.in nouiſ. Fortificantur prædicta per not.per Alex.conſi.66 Viſo teſtamento.colu.1. & 2.uol.3.ubi conſuluit ſimiliter qualitatem in primo legato appoſitam in ſecundo repetitam non cẽſeri,dicens quòd ſi in primo legato adiecta fuit conditio,ſcilicet donec uitam uidualem. caſtam,honeſtamq; ſeruauerit,quæ conditio diſpoſitionem conditionalem facit.l.pater Seuerinam. de cond. & demon.cum concord. In ſecundo autem legato alia ſeparata conditio adiecta fuit mutata prima, uidelicet ſi in domo cum eius hærede ſtare, & habitare non poſſet, quòd cum ſecundum legatum aliam habeat conditionem, quàm habebat primum, uiduitatis conditio, quæ in primo appoſita fuit, in ſecundo repetita uideri non debet, ita in caſu propoſito,nam in legato facto in teſtamento uictus,& ueſtitus in domo teſtatoris hac cõditione relictus fuit, quòd dotes, & labores Do.Camillæ communicari deberent, in legato autem in codicillis relicto alia eſt appoſita conditio, uidelicet in euentum in quẽ D.Camilla cum eius hærede morari non poſſet,eidem uictum, & ueſtitum de bonis teſtatoris extra domum reliquit,quæ cum diuerſa ſit a prima conditio, repetita cenſeri non debet,in iuribus ſupra allegatis. Et ubi antiquæ diſpoſitioni aliquid adijcitur, uel detrahitur,noua dicitur diſpoſitio.l.ius ciuile.& ibi no.Bar.Bal.& omnes.ff.de iuſt.& iur. Et clauſula in teſtamento appoſita per codicillos mutata cenſetur ſi in eis omiſſa fuit illa a teſtatore codicillante, ideo ultimæ ſtandum eſt diſpoſitioni,l.pacta nouiſſima.cum ibi plene no.C.de pact.l.ſi quis in principio teſtamenti.de leg.3.tradit no.Cur.ſen.conſi.42. Quia inquit Bal.col.11.ad fi.uer.Vltimo reſpondeo. & Bal.conſil.232.Proponitur in facto.uolu.5. Cùm igitur ultimum legatum ſimpliciter factum fuerit, conditio in primo appoſita repetita dici nõ poteſt. Quòd etiam clariſſime patet,ut ſuperius dictum eſt, per illa uerba in codicillis appoſita, uidelicet de dicto teſtamento detraxit,& ademit: nam ſi conditio illa communicandi dotes,& labores in codicillis repetita intelligeretur,fruſtra in codicillis dixiſſet teſtator,detraxit,& ademit,& hæc uerba in alio uerificari nequeunt, quàm in detractione communicandi dotes,& labores.Quod etiam per alia uerba (de bonis ipſius teſtatoris) ſupra demõſtrauimus. Si enim dotes,& labores Do. Camillæ communicarentur, haud uerum eſſet,quòd uictus, & ueſtitus de teſtatoris bonis præſtarentur,ſed tam de bonis teſtatoris quàm D.Camillæ præſtarentur,quod contra expreſſam teſtatoris mentem,& uoluntatem eſſet,& contra naturam ipſorum uerborum. remanet igitur firma concluſio,quòd cum Do.Camillæ in domo cũ teſtatoris hærede morari non poſſit,quòd ipſa extra domum de teſtatoris bonis nedum uictum, ueſtitumq;, ſed etiam eius dotes liberas,& ab omni grauamine exemptas conſequi debet. Sed hic in dubiũ

9 reuocatur, cui onus probandi cauſam incumbat, quòd Do. Camilla cum teſtatoris hærede in domo commorari non ualeat? Pet. de Ancha. conſi.254. Super primo quæſito non multum inſiſtendum, quem ſequitur Iaſ.in l.diuortio.col.8.uerſ.Quis autem teneatur probare.ff.ſolu.mat. & in l.in illa.col. antep.uerſ.Extr.gl.de uer.ob. concludit ꝙ legataria hoc probare tenetur,cùm ſuæ ſit intentionis fundamentũ,iuxta tradita per Bar.& ſcribẽtes in d.l.in illa. Subdens ꝙ mulier antequam cum hæredib. litiget, bene præparata eſſe dẽt,ne ſibi aliquid in probationib. deficiat, quia hanc hæredum culpam probare difficile eſt. An autem ex uerbo eius per eam probatum fuerit,ut in uictoria eſſe dicatur? Dicendum puto, ꝙ ſi hæredis mores D. Camillæ non placent, in eius eſt arbitrio extra hæredis domum uitam ſuã ducere,& ab hærede alimenta percipere, & ſic illorum uerborum ſenſus erit,ſi ipſa cum teſtatoris hęrede morari non poſſet, hoc igitur ſtante ſolo uerbo D. Camillæ alio non exquiſito ſuffragio ſtandũ erit.ita tenet pract.Pap.in for.lib.ad dotem,& uſum fruct.in glo. Ac etiam alimentis.circa fi.uer.Hic autem de uno quæritur.Quod ſecus eſſet,ſi quid extrinſecus probandum ueniret,ut ibi concludit. Et tanto magis ſolo eius uerbo ſtandum eſt, quia in proceſſu probatum eſt Magnificum Equitem Do.Ioannẽ Baptiſtam Belmontem teſtatoris hæredem matrimonium cum D.Prudentia de Deotaleuis muliere nobili contraxiſſe, cum quibus difficillimum, immo impoſſibile foret D.Camillam pacifice, & quiete morari,& habitare poſſe,attentis quoque altercationibus,& iurgijs inter ipſam, & præfatum Equitẽ præhabitis,& quia rara ſolet eſſe inter tales perſonas amicitia,& beneuolentia, ut unicuique notum eſt, prout etiam in fratribus idem eſſe uidemus iuxta illud Ouidij carmen,fratrum quoque gratia rara eſt. Amplius dico,ꝙ cum D. Camilla in hæredis domo morari nolit, ex quo ſtandi cum ipſo neceſſitas ei non imponitur, alibi alimentari debet ſecundum Bar.in d.l.diuortio.in prin.ff.ſol.mat. per tex. in l.libertis quos,§.fi.ff.de alim.& cib.leg. Et quòd extra domum hæredis alimenta debeantur,tenet Spec.in §.1.col.6.ſub nu.30.uer.Sed pone uxor. qui filij ſint legit.diſtinguens an hæres ſit filius,uel extraneus,& an cũ eis morari ſine contẽtione,& honeſte nõ ualeat,& tunc ſiue ſit filius,uel non, extra domum alimenta conſequi poteſt,prout etiam expreſſe diſpoſuit teſtator in codicillis,ad idem Pau.de Caſt.& Iaſ. in l.1.C.de leg.& idem Iaſ.in d.l.diuortio.in prin.ſcolũ.8.in prin.uer.Pondera ergo ꝙ communiter Dec. ubi refert hanc eſſe com.opi. doct.ſiue alimenta ex legis,ſiue teſtatoris diſpoſitione debeantur,ꝙ alimẽtanda poteſt ſeorſum alimenta habere, & cum hærede morari non tenetur. ſequitur Capyc. in deciſ. 24.In cauſa Lucentis.col.3.in prin.uer.Tertio an debeat.& idem conſuluit Paul.de Caſt.conſi.167 Cõſiderandum eſt hic.uol.1.in nouiſ. & Boer. in deciſ. 195.Vltimo determinata fuit quæſtio. Concludo igitur attenta uxore nouiſſime per præfatum Equitem traducta, & altercationibus inter eos præhabitis,& quòd per teſtatorem D. Camilla cum hærede morari non neceſſitatur,ut dixi,& attento compromiſſo inter partes facto de iure,& de facto, (in qua

10 cauſa arbitratores id quod ueriſimiliter credẽdum eſt,arbitrari debent ſecundum Corn. conſil.251. In ha conſultatione.col.2.in fi.uol.3.& ſecundum eorum conſcientiam iudicare poſſunt,& probationes non plenas,ſed perſuaſiuas recipere, ut not.Bal.in l.ſolam.in fi.C.de teſti.quem ſequitur Dec.conſ.178. In cauſa quæ proponitur.in fi.) pronunciari debere præfatum Equitem teneri ad reſtitutionem domũ, & ad uictum,& ueſtitum extra domum iuxta qualitatem,conditionem ac ipſius teſtatoris,& Do.Camillæ, facultates præſtandum non communicatis aliter dotibus, & laboribus donec ipſa uitam uidualem,caſtam,& honeſtam ſeruauerit. Et ita dico & de iure reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſconſultus Ariminenſis, ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis qualiter intentari debet, & qualiter probari, vt quis in eo obtinere valeat. & nu. 3.*
2 *Interdictum retinendæ poſſeſſionis contra moleſtantem, & turbantem poſſidenti datur.*
4 *Poſſeſſio per inſtrumenta probari non poteſt, niſi per locationis inſtrumenta contra conductorem.*
Facta non præſumuntur, niſi probentur. ibid.
5 *Interdictum de itinere, actuq́; priuato cui competat, & qualiter probari debeat?*

CONSILIVM CVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO compromiſſo, & toto proceſſu per
arbitros ad me tranſmiſſo dico, & con-
ſulo arbitrorum partes eſſe in Baraba-
num a petitis abſoluendo ex infra dedu
1 cendis. Conſidero imprimis poſſeſſorij
caput per actores intentati ex tenore libelli, qui at-
tendi debet iuxta tradita per Bar. & Alex. in l. Aure-
lius. §. ſticho. ff. de lib. leg. In eo enim clariſſime pa-
ret retinendæ poſſeſſorium, ut ex libelli facie digno
ſcitur, intentatum fuiſſe, & ut colligitur ex not. per
Bar. in l. 1. §. interdictum. col. pen. & fi. ff. vti poſſide.
per Cano. in c. licet cauſam. ext. de prob. & per Are.
in §. quadrupli. Inſt. de act. Vt igitur quis in tali poſ-
ſeſſorio obtinere poſſit, operæpretium eſt, ut ſe poſ-
ſidere probet, & aduerſarium turbare, & moleſtare
ipſum: hoc enim interdictum contra turbantem,
2 & moleſtantem poſſidenti datur, ut no. tradit Bar. in
l. 1. §. huius autem. ff. uti poſſide. & in l. 1. C. eo. Aret.
in §. retinendæ. Inſt. de interd. & copioſe doct. in d. c.
licet cauſam. Et quia per actores huiuſmodi neceſ-
ſaria, & requiſita minime probata fuerunt, quamuis
in libello deducta fuerint, merito ſuccumbere de-
3 bent. l. qui accuſare. cum vulg. C. de eden. Quinim-
mo in huiuſmodi poſſeſſorio probari requireba-
tur actores tempore litis conteſtatæ poſſidere, vt in
quit tex. in §. hodie. Inſt. de interd. & uidetur text. in
c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. & ita no. glo. & doct. in
d. l. 1. C. ut poſſide. Bar. in l. 1. §. fi. col. 1. verſi. Aduerte
quandoque. & col. fi. ver. Item ſemper. ff. eod. tradit
pract. Pap. in for. lib. pro turba. poſſeſ. in gl. hodie te-
net & poſſidet. & per Are. in d. §. quadrupli. col. ante
repen. num. 48. & in d. §. retinendæ. cum alijs per Pa-
riſ. relatis conſ. 112. Si originem. col. pen. uerſic. Præ
terea ut quis poſſit. uol. 1. Et ſi lis conteſtata nõ fuit,
ut in caſu propoſito, actores ſe poſſediſſe tempore
quo lis conteſtari debuiſſet, probare debebant, uide
licet tempore quo Barabanus contumax eſſe cœpit.
Bar. in ſua diſputatione incip. Accuſatus de ui turba
tiua. in 23. colũ. ubi allegat in argu. l. ſi cum. in fi. ff. ſi
quis cautio. ſequitur Alex. conſil. 88. Quoniam om-
ni datum. col. 1. uol. 5. Quod quidem minime articu
latum, nec probatum fuit: Barabanus igitur a peti-
4 tis abſolui debet. Nec inſtrumenta per actores pro-
ducta in probando allegatæ viæ uicinalis poſſeſſio-
nem refragantur, quoniam per inſtrumenta poſſeſ
ſio probari non poteſt. c. inter dilectos. extr. de fide
inſtr. & l. prædia. cum ibi no. ff. de acq. poſ. niſi loca-
tionis inſtrumenta forent, quæ per locatorem con-
tra conducentem producerẽtur, ut habetur per do-
cto. in l. ſi quis conductionis. C. locat. & tradit Deci.
conſil. 56. In cauſa. col. 2. uer. Quarto contra Bar. uo
lu. 1. quod in præſenti caſu non eſt, ſed per teſtes de
poſſeſſionis actu deponẽtes probari debet, quæ poſ
ſeſſio eſt, quid facti. l. 1. in prin. & §. ſi uir. ff. de acq. 3
poſ. not. in c. cum noſtris. ext. de conceſ. præben. &
facta non præſumuntur, niſi probentur. l. in bello.
§. factæ. ff. de poſtli. reuer. debebant igitur teſtes de-
ponere actores uidiſſe, & eorum anteceſſores, ſeu
eorum colonos poſſediſſe, ut no. gl. Bar. Alex. & alij
ſcribentes in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de uer-
bo. obl. cum alijs per Dec. relatis. d. conſi. 56. col. 1. &
2. Hoc autem per actores, nec articulatum, nec pro
batum fuit, ut in proceſſu patet, conſequenter in
5 hoc poſſeſſorio obtinere nequeunt, minuſq́; in in-
terdicto de itinere, actuq́; priuato obtinere poſſunt
ſi tale interdictum in hac cauſa per eos intentatum
fuiſſe diceretur, quia ut inquit Bart. in l. 1. §. hoc in-
terdicto. col. 2. uer. Venio ad ſequentem gl. ff. de iti-
ne. actuq́; priua. ad hoc, ut tale competat interdictũ
debet quis per illud iter iure ſeruitutis iniſſe, & per
teſtes probari debet, quòd ipſi per illud iter ipſum
ire uiderunt, & quòd ipſe dicto itinere iure ſeruitu-
tis uſus fuit, quæ quidem minime probata fuerunt,
ergo &c. Concludo igitur, & conſulo partes arbi-
trorum in hac cauſa electorum fore, & eſſe in abſol
uendo Barabanum a petitis per actores, eos in expẽ
ſis condẽnando per regulam d. l. qui accuſare. Poſ-
ſunt tamen arbitri per oblationem a Barabano in
proceſſu factam, actoribus uiam per eius Curiam
aſſignare iuxta formam contractus emptionis Ioã-
nis Ambroſij in actis producti, per ipſos arbitros de
ſignandam, declarando eam perpetuo ſic remanſu
ram. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Mat-
thæus Brunus Iuriſc. Arim. ad laudem omnipoten-
tis Dei, ac glorioſiſſimæ Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes poſt proceſſum ad conſulendum tranſmiſſum pro veritate habenda, per arbitratores recipi poſſunt.*
2 *Arbitratores præſcriptionem oppoſitam, & coram eis probatam admittere non debent, ſed eam reijcere, ac ſi nulla eſſet præſcriptio.*
3 *Proceſſus coram arbitratoribus nullus eſſe dicitur, & nullum iudicium.*
4 *Iudex ordinarius poſt commiſſam cauſam conſilio ſapientis teſtes admittere non poteſt.*

CONSILIVM CVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti articulo inſiſtendum
non uidetur, cum in cauſa compromiſ
ſoria de iure, & de facto terminãda pro-
1 cedatur, ſed concludendum eſt teſtium
depoſitiones poſt proceſſum per arbi-
tratores ad conſulendum tranſmiſſum, recipi debe-
re, cum uſque ad ſententiæ prolationem arbitratori
bus veritatem indagare permiſſum ſit, & ipſi ab om
ni ſolemnitate a iure ciuili introducta abſolui ſint,
& in meris iuriſgentium terminis remaneant. Bart.
in extrauag. ad reprimendum. in gl. ſine figura iudi-
cij. Inno. in c. quintauallis. poſt prin. uerſi. Item corã
huiuſmodi arbitratoribus. ext. de iureiur. & Lanfrã.
2 in trac. de arb. in ult. par. q. 42. Et ideo inquit idẽ Lã-
frã. in repe. c. quoniam contra. in glo. Confeſſiones.
col. 6. in fi. uer. Si tamen coram arbitratore. extra. de
prob. ꝙ ſi corã arbitratorib. de præſcriptione oppo-
natur, & ꝓbetur, ꝙ nullã de præſcriptione rõnẽ ha-
bere

bere debenti,immo illam reijcere,& procedere pe-
rinde ac ſi nulla eſſet præſcriptio.allegat Ang.hoc
3 ſingulariter dicētem in.l.1.C.de præſcrip.30.uel 40.
anno.Quia coram arbitratoribus nullus eſt proceſ-
ſus,& nullum eſt iudicium ,ex eo ꝙ coram eis nul-
lum fieri dicitur iudicium,ut ſingulariter inquit In
no.in.d.c.quintauallis.in.d.uer.Item coram huiuſ-
modi.& col.fi.uerſic.Arbitrator autem eſt,ſequitur
Bal.cōſ.6.Statuto ciuitatis Paduæ.in fi.uol.1.Quod
4 in cauſa ordinaria ſecus eſſet .Quia poſtquam cau-
ſa eſt conſilio Sapientis commiſſa, ordinarius , ſiue
conſultor alias probationes admittere non poteſt,
ut elegāter declarat Iaſ.in l.in pecuniariis.col.fi. in fi.
ff.de feri.Alex.conſ.237.Ponperatis.col.fi.ver.Non
etiam eſt oportunū.vol.6.& Fel.in ca. cùm dilectus.
col.4.in fi.verſi.Alio modo.ext.de fid.inſt.& ita con
cludo,& iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Bru. Iuriſc.
Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei ac glorio-
ſiſſimæ uirginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium , & futurorum inter patrem , & filium facta nullo vſufructu reſeruato non valet.*

2 *Donatio cauſa mortis per pœnitentiam reuocatur,quando donans cum hærede mortuus eſt,ſecus ſi ſine hærede. vt in numero 5.*

3 *Donatio mortis cauſa , etiam , quòd ſit omnium bonorum præſentium , & futurorum , teſtamenti factionem non aufert.*

4 *Donatio inter patrem , & filium abſque iuramento non valet ſi inter viuos facta fuit , ſecus ſi eſt mortis cauſa donatio.*

CONSILIVM CVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 VIDEBATVR dicendum donationē
per Salomonem hebreum Danieli eius
filio legitimo,& naturali factam nō va-
lere poſt eius mortē, ex eo ꝙ de omnib.
bonis pręſentib.& futuris,iurib. & actio
nib. facta fuerit nullo reſeruato vſufructu , de quo
teſtari poſſet,vt uolunt cōmuniter Doc.in l.fi.C.de
pac.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver-
borum obliga. & tanto magis quia nullum in ea in
teruenit iuramentum, per quod firmari poſſet , vt
conſuluit Dec.conſil.239. Primo non uidetur.col.
1.vol.2.& Rol.cōſ.77.Pręſuppoſita.in prin.vol.1.nec
donans teſtamētum condidit,nec reperitur,ꝙ poſt
eius mortem quiſpiam eius hæreditatem adiuerit,
2 Ideo videtur,ꝙ ſicut per pęnitentiam donatio cau-
ſa mortis reuocatur,quando talis donans cū hęrede
defunctus eſt,ut uolunt doc.in l.nō omnis. ff.ſi cer.
pet.ita ēt quando ſine hærede deceſſit. Contrarium
3 tamē in caſu propoſito uerius eſſe arbitror, ex quo
ſumus in donatione cauſa mortis, quæ cū de per ſe,
& ex pacto in contractu appoſito reuocabilis ſit, li-
berā teſtamenti factionem auferre non poteſt,ēt ꝙ
de omnib.bonis pręſētib.& futuris facta fuerit. Nec
vt dicta donatio conualeſcat,ad veram,ſeu fictā tra-
ditionē proceſſū fuiſſe requiritur , vt cōſuluit Paul.
de Caſt.conſ.75.Notandū eſt.col.fi.ibi,quia talis do
natio cùm ſit reuocabilis.& ibi, & hoc præſuppoſi-
4 to.vol.2.in nouis.Nec dicatur, hæc eſt inter patrē &
filiū donatio,quæ iuramento firmata non fuit,ideo
non valet,vt voluit Bar. & communiter ſcribētes in
l.frater a fratre.in vlt.q.ff.de cond. indeb. Quoniam
reſpondetur in donatione mortis cauſa non proce
dere,vt in terminis voluit Bal.cōmuniter approba-
tus in l.ſi mortis.ver.Quarto ſi pater.C.ad l.falc.Nec
in contrarium adducta refragantur,quia illa in irre-
uocabili donatione inter viuos facta procedunt , vt
5 fatentur omnes in iuribus ſupra allegatis. Nec eſt
verum , ꝙ per pœnitentiam talis donatio per non
hæredis exiſtentiam reuocata ſit,quia immo ſingu-
lariter dixit Aug.in l.qui Romæ.§. flauius. de verb.
ob.quem refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.nō omnis.in 2.
col.in fi.uerſi.Secundo ſingulariter limita.quòd do
natoris pœnitentia ſine hærede decedentis,donatio
cauſa mortis non reuocatur.allegat. l. 1. ff. qui ſine
mand. ad liber. per ue. dicens mirandum non eſſe ,
quia ad dictæ donationis confirmationē hæredita-
tis aditio non requiritur,vt not.tradit gl.in l.filiæ.C.
fam.herc.nec quis eam hærede etiam non exiſtente
reuocabit,& ſic firma remanet concluſio,ꝙ morte
Salomonis donatio confirmata valet, & tenet nul-
lo quoq; dato,nec exiſtente hærede,& ita concludē
dū,& de iure perſtrictis uerbis reſpondendum cen-
ſeo ego Matthæus Brun.Iuriſcon.Arim: ad laudem
omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virginis matris
Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum penes mercatorem abſque creditoris voluntate factum,qui poſtea decoxit,deponentis periculo cadit.*

2 *Pecunię pro dotium aſſecuratione de vxoris voluntate penes campſorem integrę opinionis depoſitę, vxoris periculo cedunt,ſi depoſitarius fugam arripuit .*

3 *Eligenti nummularium de quo omnes diligentes communiter confidiſſent ,culpa imputari non poteſt.*

4 *Tutores , & curatores minorum pecunias penes campſorem deponentes,ad quem omnes currebant,ad pecunias per cāpſoris fugam deperditas non tenentur .*

CONSILIVM CIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 IN caſu de quo quæritur,clarum eſt,ſi pe
cunię de creditoris voluntate penes ali-
quem depoſitæ non fuerunt, deponen-
tis eſſe periculum, ſi depoſitarius deco-
xit , & eo maximè quando in poteſtate
deponentis erat,depoſitum per creditorem non ac-
ceptatū repetere,ut not.uoluit Bart. in l.acceptam.
circa fin.C.de uſu.& idem Bal.ibi in 1.col.uerſic. In
tex.ibi receperit.Et hoc eſt, quia in debitoris domi-
nio depoſitum erat , illius ergo periculū eſſe fertur,
quia res domini periculo perit.l.pignus.C. de pign.
ac.cum aliis per Dec.relatis conſ.543.in caſu propo
ſito.col.fi.uer.In quarto dubio.Sed ſtante pacto, &
conuentione,ꝙ D.Sixtus de Magnis Latrenſis pecu
nias pro dotib. D.Deliæ eius vxoris aſſecurandis pe
nes cāpſorē per ipſum nominandū deponere potue
2 rit,contrarū concludēdū arbitror,& in iure clariſſi
mū eſſe pecuniarū deperditarū periculum ad D.Six-
tū deponētē nō ſpectare,ſed ad D.Deliā,pro cuius aſ
ſecuratione de eius uoluntate depoſitæ fuerunt pe-
cunię,ex eo,ꝙ Nicolaus Bagarinus depoſitarius pu
blicus Romæ cāpſor pecuniarū deperditarū tpe in-
tegræ opinionis reputatus erat.D.Sixto igitur culpa
imputari nō pōt,quāuis ille fugā arripuerit, & peni
tus decoxerit,ut not.uoluit Bart. in l.ſi ſoluturus.in
3 1.not.ff.de ſolu.dicens,ꝙ ſi quis nummularium ta-

lem elegerit, de quo omnẽs diligẽtes communiter confidiſſent, ſufficit, vt ei culpa imputari nequeat; idem tenet Bar. Bal. & Alex. in d.l. acceptam. in 1. colu. in 9.q. & Bar. in d.l. pignus. in 1. lectura. & ibi ſing. not. Ang. & Neguſan. in tract. de pigno. in tertio mẽb. quintæ par. ſub nu. 26. uerſi. Septimo requiritur. quẽ referũt Mod. Vercel. in reperi. l. 2. q. 18. nu. 3. C. de pact. inter emp. & uẽd. Et propterea ad pro-
4 poſitum dixit Ang. in l. ſi a bonæfidei. in prin. ff. de rei uẽd. ꝙ ualde facit pro tutorib. & curatorib. qui minorum pecunias apud campſorem depoſuerũt, ad cuius fidem communiter currebant omnes, uo perditis pecuniis per fugã & dicti cãpſoris ceſſationẽ minime teneãtur, & ideo in caſu reſtitutionis dotis D. Delicæ dico & cõcludo D. Sixtũ nullo pacto ad pecunias per fugã & ceſſationẽ Bagattini deperditas teneri, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quamdiu ex teſtamento adiri poteſt ab inteſtato non defertur, & quomodo procedat vide num. 14.*
2 *Scriptura teſtamenti in qua cancellationes ſunt, ſuſpecta redditur.*
Notarius de cancellationibus in teſtamento appoſitis mentionem facere debet. ibidem.
3 *Cancellationes in teſtamento reperta, ad hoc, vt teſtamentum caſſatum & cancellatum dicitur, requiritur quòd de teſtatoris voluntate cum die, & coram teſtibus facta fuerint.*
4 *Hæreditatis petitio triginta annorum ſpatio præſcribitur.*
5 *Hæres in mala fide exiſtens nullo pacto præſcribere poteſt, quando de iure quæſito tollendo agitur, ſecus ſi de iure quærendo agatur.*
6 *Ius adeundi triginta annis præſcribitur.*
7 *Filia ſi primo capite (vnde liberi) eſt excluſa, ex quo patris hæreditatem intra triginta annos non adiuit, ex alio capite vnde legitimi, intra alios triginta annos adire poteſt, niſi hæreditaria bona præſcripta ſint.*
8 *Poſſeſſor bonæfidei rem hæreditariam longo tempore præſcribens etiam ante triginta annorum lapſum aduerſus filium ſe tueri poteſt.*
9 *Filius quamuis per præſcriptionem non ſit a iure veniendi ad ſucceſſionem excluſus, a iure tamen agendi petitione hæreditatis ad rem per tertium poſſeſſam ſpatio triginta annorum, vel a iure agendi rei vendicatione, vel publiciana excluditur.*
10 *Prothocollum notarij defuncti, vt in publicam formam redigi valeat, quid requiratur.*
11 *Verba per notarium poſt completum teſtamentum appoſita, videlicet, Actum, lectum, & publicatum fuit præſens teſtamentum, an de neceſſitate ſint, & quæ ad validitatem, & dicti teſtamenti perfectionem expreſſe requirantur.*
12 *Actum in tali ciuitate dici non ſufficit in fine inſtrumenti, niſi locus ſpecificatus apponatur, in quo talia fieri conſueuerunt, aliàs prothocollum nullam faceret fidẽ, nec ex nimia generalitate publicari poſſet.*
13 *Filius in patris defuncti ſucceſſione primum obtinet locum.*
15 *Præſcriptio contra hæreditatem iacentem, & contra filiam, quæ nondum adiuit hæreditatem, minime currit.*
16 *Præſcriptio an & quando impediatur, vbi de adeundi & acquirendi iure præſcribendo agitur, quod perſonæ, cui delata erat, competit.*
17 *Filius ad patris ſucceſſionem ex triplici capite, videlicet per caput, vnde liberi, per vnde legitimi, & per vnde cognati venire poteſt.*
18 *Præſcriptio rerum hæreditariarum ab alio poſſeſſarum ante aditam hæreditatem minime currit.*
19 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ peti poteſt.*
20 *Reſtitutionis beneficium, quod ex capite ignorantiæ conceditur, a die ſcientiæ currere incipit.*
Quadriennium ad petendam reſtitutionem ex capite ignorantiæ datum, ab initio eſt vtile, & ignoranti non currit. ibid.
21 *Mulier ius ignorare præſumitur, & facilius iuris ignorantia in muliere quàm in maſculo præſumitur.*
22 *Filius teſtamentum paternum ignorare præſumitur. & an valeat, vel nõ.*
23 *Teſtamenti uitium ſi poſt diuiſionem inter uerum hæredem, & hæredem putatiuum factam apparet, probato teſtamenti vitio hæredi vero non præiudicat.*

CONSILIVM CX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN præſenti conſultatione, Prima cõſideratione dicendum uideretur, Lucretiæ de Mantellis ius agendi petitione hæreditatis ab inteſtato contra Gabrielem de Mantellis ex rationibus infra dicen-
1 dis non competere. Et primo, quia quamdiu hæreditas ex teſtamento adiri poteſt, ab inteſtato non defertur. l. quamdiu. la 2. ff. de acq. hæred. l. quamdiu. ff. de reg. iur. & l. antequàm. C. commu. de ſucceſ. cum uolg. ſed Gabriel ex teſtamento Blaſij patrui ſui inſtitutus eius hæreditatem adiuit, ergo &c.
2 Nec dicatur, teſtamentum illud cancellatum reperitur, & teſtamenti ſcriptura, in qua cancellationes, ut in iſta, reperiuntur, ſuſpecta redditur. l. fina. C. de edic. Diu. Adr. tol. c. inter dilectos. ext. de fide inſtrumen. Spec. in §. Primo igitur. col. 2. uerſ. Item excipitur contra reſcriptum. in tit. de reſcrip. præſentatio. & Inno. in c. 1. col. fin. ext. de fide inſtrum. Et præcipue ubi notarius nullam de cancellationibus mentionem fecit, prout facere debebat, ut uoluit Bar. in l. 1. §. fi. ff. de ſecun. tab. in l. 1. poſt princ. ff. de his quæ in teſta. delen. & in l. 2. §. 1. ff. quemadmo. teſtam. aperi. ubi inquit quòd quamuis teſtamentum cum interlineaturis, & raſuris cancellatum appareat, nihilominus ipſum publicari peti poteſt, & licet publicatum ſit, ſuſpectum tamen remanet. allegat id quod habetur in l. prima. in fi. ff. eod. & quod no. Inno. in cap. quoniam contra. extra de probatio. ſucceſſio
3 igitur ab inteſtato locum habet. Ad hoc reſponderi poſſe uidetur, quòd tales cancellationes Gabrieli non nocent, quia ad hoc ut teſtamentum caſſatum, & cãcellatum dici faciant, requiritur quod de teſtatoris uoluntate, & cum die, & coram teſtibus factæ fuerint, & in publicam formam redactæ, ut tradit Hyp. in ſing. 466. Qm̃ multi ſunt. & præſertim q̃a hmõi cãcellatiões a no. corrupto fieri potuiſſẽt, ex quo illas debite non ſolẽnizauit, ut uoluit Ang. conſi. 346. Cauſa cancellationis. & ante eum Io. Andre. in addi. ad Spec. in §. Oſtenſo. uerſicu. Illud quoque prætereundum non eſt. in uerbo, uerior eſt. de inſtrumen. editio. & ideo pro non factis habentur, & tanto magis, quia per quem factæ fuerint, minime conſtat, ut uoluit Paul. de Caſt. conſ. 131. Dubiũ facit. uol. 2. in nuui. quem refert, & ſequitur Alex. conſil. 14. Viſis, & conſideratis. colomna tertia. in fi. numero 13. uerſic. Vel ſi uellemus dicere. uol. 6. Secundò, quia poſito, quòd teſtamentum non ualeret, a dicta tamen petitione excluditur, ex eo quia
4 triginta annorum tempus, & ultra elapſum eſt, & hæ-

reditatis

reditatis petitio triginta annorũ ſpacio præſcribitur. l.hæreditas.C.de peti.hæred.& declarat Balb.in trac. de præſcrip.in 16.q.prin.in quarta par.quartæ partis
5 prin Nec dicatur,quòd ex quo Gabriel hæres inſtitutus de cancellato teſtamento ſcientiam habuit, & quod in eo omnes de iure requiſitæ ſolemnitates omiſſæ fuerint, uideatur eſſe in mala fide, unde nullo unquam tempore præſcribere potuerit iuxta tex.in c.fi.ext.de præſcr. & c. poſſeſſor malæfidei. de reg.iur.in 6.Quia reſponderi poſſe uidetur, ꝙ quamuis communis ſit opinio,quod malęfidei poſſeſſor nullo tempore pręſcribere valeat,illa tamen locum ſibi uendicat,ubi de iure iam quæſito tollendo agitur,ſecus ſi de iure quærendo agatur,tunc enim mala fides præſcriptionem nõ impedit,& ratio eſt,quia tunc non eſt proprie dare malam fidem,vbi adhuc non eſt ius parti quæſitum, quæ illo caſu damnum aliquod pati dici non poteſt,ſed non acquirere dici poteſt,ita declarat Anch.in c.ſine poſſeſſione. de regu.iur.in 6.refert & ſequitur Soc.ſen.conſi.63.in cã uertente inter dominam Catherinam.col.3. uerſic. Præterea hanc partem.uolu.1. & idem firmat & ſequitur Balb.in d.tract.de præſcr. in 2.par. tertiæ par. prin.in 13.q.priu.col.fi.uer. Tertio limitatur ſingulariter. & in quarta parte quintæ partis princ. in 3. q. uerſic. Confirmatur iſta opinio. idem firmat Dec. conſi.554.Quod ſupra accurate.in prin.uerſic.Non obſt.mala fides.& Pariſi.conſ.7. Etſi in præſenti.col. fi.uer.Tamen iſtis non obſt.uol.1.& conſi.16. Circa præſentem.nu.132.cum duobus ſeq.vol.2. Vbi proprie contra uolentem adire hæreditatem loquitur, ideo Gabrielem eſſe in mala fide dici non poteſt,ex quo Lucretia nunquam declarauit hæredem eſſe velle, quamuis ipſe teſtamentum cancellatum, & non valere ſciuerit, requiritur enim quòd ipſa hæredem eſſe nelle declarauerit, vt Gabrielem bona hæreditaria detinentem in mala fide conſtituat, ita
6 dixit & declarat Pariſi.d.conſi.7.uerſus fi.Et propterea dixit Balb.in d.13.q.princ.ante fin.quòd in iure adeundi, quod tollitur, & triginta annis præſcribitur,ut communiter concludunt doct.in l.licet.C.de iure delib.& idem Balb.in 19.q.in quarta parte prin. mala fides præſcriptionem non impedit, quia ante agnitionem,vel hæreditatis aditionem re quęſitum
7 dici non poteſt. Et quamuis doct.communiter in d.l.licet.ubi Bal.ante alios,dicãt,quòd filiæ ſi per triginta annos ſteterit, quòd hæreditatem paternam nõ adiuerit,fit a primo capite (unde liberi) excluſa, & adhuc ex alio generali legitimorum capite intra alios triginta annos adire ualeat,taliter quod in effectu tali iuri adeundi præſcriptum non erit, niſi uſq; ad ſexaginta annos,ut tradit Balb.in d. 16.q.princ.in quarta parte quartæ partis principalis. & declarat
8 Gualden.in tract.de arte teſtan. caut. 6. Ius adeundi de acq.hæred.Limitatur tamen quò ad bona hæreditaria non præſcripta procedere.Nam ſi bonæfidei poſſeſſor rem hæreditariam longo tempore cum titulo præſcripſiſſet, uidelicet annis decem inter præſentes,& inter abſentes uiginti, præſcriptione ſe tueri poſſet aduerſus filium etiam ante lapſum triginta annorum, quia quamuis a iure adeundi, ſeu ad hæreditatem ueniendi non eſſet excluſus, dominio tamen,& actioni præſcriptum eſſet, & conſequenter illud adeundi ius per indirectum quo ad bona præſcripta tolleretur, idem ſi bona hæreditaria per annos triginta bona fide abſque titulo præſcripſiſſet,& ſic utile dominium acquiſiuiſſet. iux.l. ſi quis emptionis.§.1.C.de præſcrip.30.annor.ita declarat Balb.in d.19.q.in ult.col.uer.Prædictam communẽ concluſionem.ubi allegat Bal.poſt gl.in l.fi.C.fini. regun.& Alex.conſ.89.Viſo puncto.col.2. cir.prin. uer. Aut nolumus dicere.uol.2.qui aperte tenet,ꝙ fi
9 lius quamuis non ſit a iure ueniendi ad ſucceſſionẽ excluſus, præſcriptione tamen excluditur a iure agendi petitione hæreditatis ad rem per tertium poſſeſſam ſpacio annorum triginta, vel a iure agendi rei vendicatione, vel publiciana, ex quo poſſeſſor rei,quæ petitur, ſpacio annorum triginta poſſederit. Cum ergo Gabriel bona prædicta hæreditaria per triginta annos, & ultra poſſederit,concludendũ eſt Lucretiam ab hæreditatis petitione excluſum eſ
10 ſe. Prædictis tamen non refragantibus contrarium de iure verius eſſe arbitror.ſ.quòd Lucretia non obſtante dicto teſtamento in hæreditatis petitione ab inteſtato obtinere poſſit.Clarum eſt enim quòd teſtamenti prothocollum notarij defuncti, ut publicari,& in formam publicam,& auctenticam redigi ualeat,requiritur quòd in eo omnes de iure ſeruandæ ſolemnitates ſeruatæ ſint, de quibus per doct. in l.hac conſultiſſima.C.de teſt.& in l.fideicom.§.quotiens.& ibi Bar.de leg.3.facit tex.in l.Lucius.ff.de mili.teſt.tradit Corn.conſi.226.Licet in hac.cir. fi. uol. 3.& conſ.70.Duo ueniunt.col.1.in fi.uer.Et prothocollo.uol.4.& plene per Ang.de Gambellio.in trac. de teſt.& præcipue in gl.106. Factum,lectum,perfectum fuit dictum teſtamẽtum.ſed in fine imbreuiaturæ præſentis teſtamẽti ſolemnitates de iure requiſitæ ſeruatæ non fuerint,quia dicitur tantum, Actũ Arimini,præſentibus talibus teſtibus &c. Et nihilo
11 minus requiritur,quòd dicatur Actum,lectum,perfectum, & publicatum fuit præſens teſtamentum, ut uoluit Ang.ubi ſupra,uel ſaltem dici, Actum &c. per quam dictionem &c.lectum,& publicatum cõtinetur,ut inquit Paul.de Ca.conſi.111. Viſis,& ponderatis.in prin.uol.1.in nouiſ.conſil.307. Ad primũ quæſitum uidetur dicendum,quòd dicta cedula. in prin.eo.uol.& conſi.137. In cauſa quæ uertitur Pergami.in prin.uol.2.in nouiſ.& Pariſi.conſi.27.Notula teſtamenti.nu.15.cum tribus ſequentibus. uol.
12 ſecundo. Præterea requiritur etiam quòd dicatur Actum Arimini in contrata tali, & in domo tali, alioquin ſi ſolum Actum Arimini apponeretur, non probaret,nec fidem faceret tale prothocollum, nec ex nimia generalitate publicari poſſet. ita dixit Pau. de Caſt.conſil.420.Viſo,& examinato dicto caſu.in primo dubio.uolum.ſecundo.in nouiſ.Bald.conſi. 55.Anno domini.columna prima. uer.Iſta ſcriptura.uolum.ſecundo. dicens non ſufficere,quòd dicitur Actum in tali ciuitate, niſi locus ſpecificatus apponatur,in quo talia fieri conſueuerunt, & Ang.in d.tract.de teſtam.in glo. 107. In prætorio Camuſiæ. & ita tenent communiter doct.ut atteſtatur Pau.de. Caſt.d.conſil.420. Et nihilominus in præſenti teſtamento, & prothocollo,contrarę locus minime deſcriptus fuit, nec domus in qua conditum fuit teſtamentum,ut etiam in talibus fieri conſuetum eſt, & in alijs prothocollis ſolitus, & conſuetus fuit idem notarius apponere, hoc igitur teſtamentum eſt nullum, & publicari non poteſt, & ideo pro non facto habetur, & ex conſequenti locum ſibi uendicat ab inteſtato ſucceſſio, quia annullato teſtamento hæredes ab inteſtato ueniunt.d.l.quamdiu.& ſic Lucretia filia dicti Blaſij in hæreditatis petitione ab
13 inteſtato obtinere poteſt, cùm in ſucceſſione patris defuncti filius primum locum obtineat. auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legitim. & §. primo. cum ſimilibus. Inſtitu. de hæredib. quæ ab inteſta. defe.Et ex his omnia in contrarium allegata tollun
14 tur. Et ſpecialius, ac particularius reſpondendo dicimus regulam dictarum legum,quamdiu,non refragari,quoniam illa in teſtamento ualido,ac perfecto procedit,& locũ ſibi uendicat,ut cõclu.doc.ibi.

ſecus in teſtamento inualido,& in eo quod ſubſiſte
re nō poteſt,vt in præſenti.& ita declarat Mod.Ver-
cel.in d.l.quamdiu.in prin. & in fi.ff.de reg.iur. Nec
15 de præſcriptione refragatur obiectio , quia in caſu
propoſito Gabr.præſcribere non potuit,cum Blaſij
hæreditas ſtante teſtamenti inualiditate ſemper ia-
cuerit,&contra hæreditatem iacentem,& aduerſus
filiam,quæ hæreditatem non adiuerat, currere non
incipiat præſcriptio,ut tradunt Bal.Ang.& com.alij
in d.l.licet.in 4.q.C.de iure delib.& Pau.de Ca. cōſi.
240.Effectus primi dubij.uolu.1.in nouiſ.& Gozad.
conſi.56.Circa primum.col.pe.in prin.uerſ.Nō ob.
16 q licet non ſit præſcripium.ſub nu.14. Nec dicatur,
q ubi de iure adeundi.& acquirendi hæreditatē pre
ſcribēdo agitur, quod perſonæ competit,cui delata
erat hæreditas,ut in caſu propoſito,preſcriptio non
impeditur,ut eſt com.doct.opi. in d.l.licet.& decla-
rat Corn.conſi.305.Circa primum.col.fi.uerſi. Nec
ob.q præſcriptio.uol.3.Quoniam reſpondetur hoc
contra extraneam perſonam procedere,ſecus ſi cō-
17 tra liberos,ut eſt in caſu noſtro,& ſuperius dictū eſt.
Nā filius ad patris ſucceſſionē ex triplici capite ueni
re poteſt,uidelicet per caput,unde liberi, unde legiti
mi,& unde cognati: & ſi a primo capite excluſus ē,
ad ſecundum uenire poteſt:,& ſi a ſecundo,ad tertiū
uenire poteſt.ut declarat Balb.in d.19.q.prin. col.1.
ad fi.uer.Et no.q licet iuri adeundi.& Gualden.in d.
caut.6.de acq.hæred.& eſt comm.opi. ut atteſtatur
Gozad.d.conſ.56.co.1.uer.Quarto augeo. Cùm igi
tur a morte Blaſij non effluxerint 60.anni,& ſic Lu
cretia a ſecundo capite per unde legitimi non ſit ex
cluſa,Gabriel ius adeundi,bonaq; hæreditaria præ-
18 ſcribere non poteſt,cùm ante aditam hæreditatē re-
rum hæreditariarum ab alio poſſeſſarum præſcrip-
tio minime currat.l.ea quæ.in fi.C.de tēpo.in integ.
reſt.& declarat Gozad.d.conſi.56. col.pen. in princ.
d.uer.Non obſt.q licet non ſit præſcripiū.Et ex hoc
ſequitur q limitatio per Balb.tradita in d.19.q.prin.
in ult.col.uer. Prędictam com.conclusionem non
eſt uera,ſaltem in caſu noſtro. Et eſto q in præſenti
19 caſu uera eſſet,per Lucretiam tamē in integrum re-
ſtitutio ex capite ignorantiæ aduerſus d.præſcriptio
nem incidenter peti poſſet,quæ concedenda eſt, ex
quo ipſa ignorabat,an dictum teſtamentum condi
tum eſſet,& in præſentiarum repertū ualeret,ut per
Fulg.conſi.64.Franciſcus.in fi.Alex.conſi.71.Vide-
retur.col.1.uer.Et ſi opponatur exceptio.uol.1.cōſ.
77.Viſo proceſſu.col.2.in prin.uer.Poteſt etiam.uo
lu.6.& d.conſi.89.col.2.ad fi.uer.Vel dato,q præſcri
ptio.cum uer.ſeq.& eſt com.opi.ut atteſtatur Socy.
in l.cùm filius.§.in hac.col.3.n.8.uer.Et hac poſtre
mo.ibi.Et eſt magis com.concl.ff.de uerb.obl.cum
alijs per Gualden.in d.6.caut.nu.3.& 4.& Balb.in d.
19.q.prin.in fi.ibi.Et ſalua reſtitutione in integrum.
20 Et hoc reſtitutionis beneficium a die ſcientiæ curre-
re incipit,quia quadriennij tempus ad dictam reſti-
tutionē petendā datum,eſt ab initio utile.l.fin. C.de
temp.in integ.reſt.quod no.tepuit Alex.conſ.116.
Perſpectis.uol.5.& tale tēpus utile ignoranti nō cur
rit : & ideo contra 40. anno. præſcriptionem datur.
Vnde dixit Alex.d.conſi.89.num.12.dicto conſi.71.
col.fi.uer.Non ob.quod lapſum.&d.conſi.116.q ſi
quis per 100.an.ſtaret,quod in integrum reſtitutio-
nem non peteret,& probabiliter ignoraret,illā dein
ceps petere poſſet , in caſu autem propoſito Lucre-
21 tia probabiliter ignorare potuit , ex quo mulier eſt ,
quæ ius ignorare præſumitur.l.cùm de indebito.§.
ſin autem aliquid.ff.de prob. & iuris ignorantia faci
lius in muliere quàm in maſculo præſumitur. Bart.
in l.fi.& ibi Alex.C.de iur.& fact.igno.& idem Ale-
xan.conſil.54.Circa primum.col.fi.uer.ſic.Reſpon-
deo quòd error.uol.6.probabiliter quoque ignora
22 re potuit,an pater teſtamentum condidiſſet,ex quo
tunc temporis ipſa pupilla,& impubes erat, & pater
ni teſtamenti ignorantia præſumitur, ut tradunt do
cto.in l.eius qui in prouincia.§.quòd ſi ſtipulatus.&
ibi Dec.ff.ſi cer.per.& Bar.in l.qui Romæ.§.duo fra
tres.in 3.q.de uerb.ob.& ignorare an teſtamentum
iſtud ualeret , uel ne ob dictas cancellationes , & ex
eo q in fine illius ſolemnitates de iure requiſitas in-
teruenisse non conſtat,probabilis eſt ignorantia, cū
a iure pendeat,& ignorantia talis æqua eſt,& proba
bilis cauſa ad concedendum in integrum reſtitutio
nem aduerſus dictam preſcriptionem decurſam.gl.
eſt no.in l.ſi patente.§.1.in uerbo,non utendo. iun.
tex.ff, quemadmod.ſeru.amit, cum multis concor.
per Alex.relatis d.conſil.71.col.1. in fi.uerſ. Quòd
autem ignorantia, immo cùm in præſentiarum te-
ſtamenti uitium appareat,talis ignorantia,Lucretiæ
præiudicium inferre non potuit,ut eſt tex.expreſſus
in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& fac.igno.ubi dici
23 tur quod diuiſio per uerum hæredem facta cū hære
de putatiuo per iuris,vel facti ignorantiam,probata
ueritate,& teſtamenti vitio,uero hæredi non præiu
dicat, In integrum igitur reſtitutio ſibi concedi de-
bet . & ita dico conſulo , & de iure reſpondendum
cenſeo ego Matthæus Brun.Iuriſ.Arim.ad laudem
omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimæ Virginis matris
Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, cadat, et verbum, ipſo iure, in conceſſione appoſita, canonem lata ſententia important, intelligentiam tamen recipiunt vt in num.8.*
2 *Mora purgatio non admittitur, vbi executio a iure facta videtur, et quando admittatur, num.4.et num.7.*
3 *Declaratio voluntatis eccleſia domina requiritur, vt emphiteota ob canonem non ſolutum in commiſſum cadat.*
5 *Quę incontinenti fiunt, ineſſe cenſentur.*
6 *Feſta natiuitatis Domini noſtri , vſque ad Epiphanię feſtum incluſiue durant.*
9 *Conceſſio de re. Eccleſię in emphiteoſim facta cum pacto , quod res ipſo facto ob non ſolutionem canonis in commiſſum cadat, intelligitur ſi dominus voluerit.*

CONSILIVM CXL

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur dicendum uide-
batur,rem emphiteoticam attentis in-
ueſtituræ uerbis ob non ſolutionem ca
nonis in commiſſum incidiſſe, & Fran-
ciſcum mariam de Veruculo tanquam
re ipſa priuatum denuo renouari debere. Dicitur
enim in conceſſione, quòd canonis ſolutio in feſti-
uitatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti fiat,& biennio
elapſo,& indictione , res emphiteotica in commiſ-
ſum cadat , & inueſtitus ipſo iure priuatus ſit , quæ
uerba ſatis clara uidentur , & maxime uerbum , ca-
dat , & uerbum, ipſo iure , quæ canonem latæ ſen-
1 tentiæ importanr, ut nota. Baldus per illum text.
in l.2.& ibi ſcribentes.C.de iure emph.ſi ergo priua-
tionis ſententia ipſo iure lata intelligitur , videtur q
talis priuatio omnino locum habere debeat, adeo
quòd mora purgari non poſſit, quia cùm executio

a iure facta videatur, moræ purgatio non admitti-
tur. l. ſi is cui. de leg. 2. & no. Bar. & alij in l. ſi inſulam.
in 4. q. de verb. oblig. Et eſto quòd mora in tali caſu
de iure communi purgari potuiſſet, verba tamen
conuentionis, quæ præciſa ſunt, intelligi debent, vt
aliquid operentur. l. ſi quando. de leg. 1. & not. Bal.
in rub. C. de contrahen. emp. in 9. q. moræ igitur pur
gationem impedire videntur, quæ aliàs fieri potuiſ
ſet, Cùm ergo canonis ſolutio conuentionis tem-
pore facta non fuerit, dicendum eſt, rem ipſam in
commiſſum incidiſſe. Contrarium tamen in caſu
3 propoſito verius eſſe cenſeo. Ad hoc enim, vt em-
phiteota per non ſolutionem canonis eccleſiæ ela-
pſo biennio a iuribus ſuis cadat, declaratoria Eccle-
ſiæ voluntas requiritur, vt not. voluit Bart. in d. l. 2.
per illum tex. ibi, ſi dominus voluerit. & ibi late Mo-
der. Pap. in 3. col. in fi. verſ. Prima eſt quæſtio. poſt a-
lios per Dec. relatos conſi. 185. In cauſa iſtorum. co-
lum. 4. verſ. Sed breuiter. vol. 1. & ita communiter te
nent doct. vt atteſtatur Clarus in tract. de emphiteo.
in 9. q. cum concord. ibi per eum relatis. & declarat
Benintend. in deciſ. 37. In cauſa mota. num. 15. verſi.
In contrarium adducebatur. etiam ſi in conceſſio-
ne dicatur, ipſo iure ad eccleſiam reuertatur, vt no.
voluit Bald. in l. fi. in fi. C. de reuoc. dona. ſed in præ-
ſenti caſu Reuer. Canonici eorum voluntatem nõ
4 declarauerunt, ergo &c. Præterea moræ purgatio
de iure canonico admittitur, vt eſt tex. in c. potuit.
& ibi omnes Cano. ext. de loc. & præcipue ante re-
quiſitam declarationem, nam ſi ante factam ab ec-
cleſia declarationem priuatio facta non dicitur re-
ſpectu ſaltem executionis, ergo moræ purgatio ad-
mittitur, & ideo cautela ſecundum Veronenſem
datur. caut. 135. Tu ſcis quòd emphiteota. vt moræ
purgatio fieri non ualeat, quòd biennio elapſo dire
ctus dominus expreſſe proteſtetur ſe uelle ob non
ſolutionem canonis emphiteotam priuatum eſſe,
nam poſt talem proteſtationem, & declarationem
mora amplius purgari nõ poteſt, & huiuſmodi cau
telam refert, & ſequitur Dec. conſil. 138. Et diligen-
ter. columna ſecunda. ſub nume. 6. & conſil. 146. Et
pro tenui. col. 2. ad fi. uerſi. Vltimo non obſt. uol. 1.
At in caſu propoſito Reue. Canonici proteſtati nõ
fuerunt, nec aliquod de dicta priuatione verbũ pro-
tulerunt, ergo moræ purgatio non excluditur, & tã-
to minus quia hæc purgatio incontinenti poſt bien
nij indictionem per tres dies facta fuit. Et ea quæ in
5 continenti fiunt, ineſſe dicuntur. l. lecta. cum uulg.
ff. ſi cer. pet. & ſolutio per Franciſcummariam in tẽ-
pore facta cenſetur, quamuis poſt Domini natiuita-
6 tem per tres dies facta ſit. Nam natiuitatis feſta uſq;
ad Epiphaniæ diem incluſiue durant, nedum de iu-
re municipali Arimini ſub rub. de feria. dieb. coram
iudice ſeculari, uerumetiam de communi & inuete-
rata loquendi conſuetudine, & etiam coram iudice
eccleſiaſtico. Cum ergo in tertia die poſt Domini
natiuitatem ſolutus fuerit canon, intra conuentio-
nis tempora ſolutus fuiſſe fertur, & ſic in feſtiuitati-
bus Domini noſtri, & ita conſuluit Goz. ad. conſ. 66.
7 Decreueram. in princ. Accedat quòd moræ purga-
tio iudicis arbitrio committitur. glo. & communi-
ter doc. in d. c. potuit, quod arbitrium ſaltem ad unũ
ſiue duos menſes poſt indictionem extẽditur, ut de-
clarat Aneh. conſi. 141. Quidam ſer Antonius. col.
4. Alex. conſi. 14. Viſo. col. 2. in prin. nu. 9. vol. 2. & cõ
ſi. 40. Viſo themate. col. 1. in fi. ſub nu. 5. vol. 6. & poſt
eum Dec. d. conſi. 138. col. 3. in prin. uer. Nam ſecun
dum com. opi. ergo &c. & de magis com. opi. atte-
ſtatur Iul. Cla. in d. tract. de emph. ſub 8. q. in ult. col.
uer. Item quæro nunquid emphiteota. Non obſt. in
contrarium adducta, quia quamuis uerba illa latæ
ſententię canonem importent, intelligentiam tamẽ
recipiunt, ut dominus declarare debeat, ut uoluit
Bal. in d. l. fi. de reuo. don. & ita expreſſe tenet Corn.
conſi. 115. Licet in hac. uol. 1. Vbi concludit, quòd quã-
uis conuentio facta eſſet, & præciſe dictum fuiſſet,
quòd res ipſo facto ob non ſolutionem canonis in
commiſſum caderet, quòd hæc uerba intelligi debent,
ſi dñs uoluerit, & ita refert, & ſequitur Dec. d. conſi.
185. col. 4. in fi. uer. Ex quibus omnibus. & tenet Ro
ta in recollectis Caſſado. in deciſ. 3. de loc. eo igitur
nolente, & non declarante emphiteota non cadit,
alioquin ſequeretur, quòd inuito, & nolente domino
emphiteota priuatus eſſet, quod minime dicẽdum
eſt. & ita declarat Benin. in d. deciſ. Bon. 37. In cã mo
ta. ſub nu. 15. Concludo igitur nulla per Reu. Cano-
nicos Arim. declaratione facta, & attenta moræ pur
gatione Franciſcummariam emphiteotam per nõ
ſolutionem canonis dici non poſſe in commiſſum
incidiſſe, & priuatum eſſe, aut dicta re emphiteotica
priuari poſſe. Et ita dico, & iuris eſſe cẽſeo ego Mat
thæus Brun. Iuriſc. Arim. ad laudem omnipotentis
Dei, ac glorioſiſs. Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſecundum matrimonium contra expreſſam primi viri voluntatem contrahens eius filijs nedum bona mobilia, & immobilia ſibi ab eo relicta, ſed etiam eorum fructus reſtituere tenetur.*

2 *Subſtitutio in primo teſtamenti capite facta, etiam ad ſecundum illius caput trahitur, & quomodo procedat. num. 36. & 37.*

3 *Teſtator ſe incontinenti corrigere non intelligitur.*

4 *Diſpoſitio prima per ſecundam a prima vere, vel præſumptiue diuerſum continentem, non tollitur, vel nouatur.*

Subſtitutio prima ſi caduca efficitur, locum habet ſecunda, & ſic ſecundo loco ſubſtituti admittuntur. ibi. & quomodo procedat. nu. 40. & 41.

5 *Fideicommiſſo futuro, vel præterito per partium diuiſionẽ non receditur, neque renunciatur. & nu. 41.*

6 *Idem de toto ad totum iudicandum eſt, quod de parte ad partem.*

7 *Vxor hæres relicta, cui per maritum ſecundæ fuerunt prohibitæ nuptiæ, ſubſtituto cautionem præſtare tenetur, & ſi deceſſerit ſubſtitutus, ab inteſtato venientibus, de reſtituendo quod ſibi per maritum fuit relictum, cauere tenetur. & quomodo procedat nu. 41.*

8 *Subſtitutio in vnum caſum facta ad omnes alios caſus ſimiles, & ex eadem cauſa, & ratione diſpoſitionis teſtatoris procedentes, extenditur, & quo caſu non procedat. nu. 27. & quo caſu procedat. nu. 43. 44. 45. & 47.*

9 *In ſubſtitutionibus largiſſima fieri debet interpretatio.*

10 *Teſtatoris prouiſio in vnum caſum facta ad omnem alium porrigitur, in quo teſtator veriſimiliter idem prouidiſſet, ſi de tali caſu cogitaſſet, aut de eo interrogatus fuiſſet, & quomodo procedat. nu. 49. 50. & 51.*

11 *Voluntas, & mens teſtatoris in fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus magis attenditur, quàm verba, & quomodo procedat. nu. 52. 53. & 54.*

12 *Coniecturata teſtatoris voluntas in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs admittitur.*

Tranſitus ſecundarum nuptiarum cum morte parificatur. ibi. & quomodo procedat. nu. 56.

13 *Tranſmiſſibile quod de ſui natura non eſt, ex coniecturata teſtatoris mente fit tranſmiſſibile.*

14 *Fideicommiſſum conditionale quamuis regulariter tranſmiſſibile non ſit, ex teſtatoris tamen voluntate tranſmiſſibile fieri poteſt. & num. 15.*

16 *Caſus a teſtatore omiſſus iuris communis diſpoſitioni relinquitur, & quomodo procedat ibi declaratur. et nu. 55.*

17 *Quod ex mente et ſententia venit, expreſſum dicitur.*

18 Teſtatoris diſpoſitio in una perſona concepta ad aliam perſonam etiam omiſſam extenditur, ſi ex euidenti coniectura apparere poteſt quòd idem prouidiſſet teſtator, ſi de ea cogitaſſet. uide tamen num. 27. & 28.

19 Fideicommiſſum conditionale quamuis de perſona non tranſmittatur, cum hæreditate tamen conſolidatur. quomodo autem procedat, uide num. 60.

20 Subſtitutus ſi ante conditionis euentum deceſſerit, ſpes ſubſtitutionis expirat.

21 Fideicommiſſum mortuo ante grauatum ſubſtituto caducum efficitur.

Et illud penes grauatum remanet. ibidem.

22 Subſtitutio quælibet conditionalis dicitur.

23 Ius conditionale ad hæredes etiam deſcendentes non tranſmittitur. & num. 24.

25 Subſtitutus ante purificatam conditionem fideicommiſſum ad eius filium non tranſmittit.

26 Teſtator ſi nepoti domum vel ſtudium reliquit, & adiecit, quòd ſi abſque filijs quandocunque decederet. quod talis domus ad teſtatoris hæredem reuertatur, ſi prius ante purificatam conditionem moriatur hæres, & deinde nepos ſine filijs decedat, fideicommiſſum omnino ceſſat, nec hæredis filij illud petere poſſunt.

27 Extenſio de perſona ad perſonam in ſubſtitutionibus etiam ex mente teſtatoris coniecturata fieri nequit. & num. 29. 46. & 59.

28 Teſtator ſi eius filios in genere inſtituit, talis inſtitutio ad filium quem habere ignorabat, non extenditur.

30 Subſtitutio uno tempore facta ad aliud tempus non extenditur.

31 Dictio, tunc, & eo caſu, limitat, & ad caſum formaliter expreſſum teſtatoris diſpoſitionem reſtringit, & ad alium nõ porrigitur.

32 Dictiones, ſolum, & dumtaxat, limitatiuæ, & reſtrictiuæ ſunt.

33 In claris non eſt locus coniecturis.

34 Expreſſum ceſſare facit tacitum & præſumptum.

35 Interpretatio, vbi de expreſſa teſtatoris voluntate conſtat, non admittitur.

36 Lex fœmina. C. de ſecu nup quomodo procedat, & intelligatur.

Tex. in auth. cui relictum. C. de indic. vidui. tol. quomodo procedat. ibidem.

37 Subſtitutiones diuerſæ dicuntur, quæ ſimul & eodem tempore concurrere non poſſunt.

38 Ex diuerſis non fit bona illatio.

39 Subſtitutio generalis adinuicem inter filios facta ad aliam perſonam, cui ſpecialis facta eſt ſubſtitutio, minime referenda eſt.

40 Generi per ſpeciem derogatur.

Doctrina Bar. in l. quamdiu. de 3. de acqui. hæredi. quomodo procedat. ibidem.

41 Subſtitutus ſecundus quando ad conditionale fideicommiſſum primo ſubſtituto ante conditionis implementum decedente admittitur, ex ſua perſona, non ex primi ſubſtituti perſona venit, & ſic tanquam a teſtatore poſt primum ſubſtitutum vocatur.

42 Cautio, quæ per vxorem ad ſecundas nuptias tranſire prohibitam præſtari debet, per hæredem expreſſe & tacite remitti poteſt.

43 Fauori & priuilegio ſuo quilibet renunciare poteſt.

44 Extenſio quæ de caſu ad caſum in ſubſtitutione fieri debet, non procedit, quando perſona ſubſtituta diuerſitas induceretur.

47 Teſtator vbi in pœnam inſtituti diſponit & prouidet, diſpoſitio in vno caſu facta ad alium ſimilem non porrigitur.

Fideicommiſſum in pœnam hæredis teſtatoris voluntatem, & præceptum non obſeruantis fieri poteſt. ibidem.

Subſtitutio in pœnam inſtituti non obſeruantis teſtatoris mandatum facta, de caſu ad caſum etiam ſimilem & maiorem habentem non extenditur. ibidem.

Caſus pœnales ſtricti ſunt iuris, interpretationemque extenſiuam, ſeu ſimilitudinariam non recipiunt. ibidem.

Hæres teſtatoris mandato non obediens an deſinat eſſe hæres. & caduca efficiatur inſtitutio. ibidem.

48 Alienationis appellatione etiam diuiſio venit.

49 Hæres teſtatoris præceptum ſpernens teſtatori odioſus efficitur.

51 Argumentum de tacita, & veriſimili teſtatoris mente concludere non ſolet, quia non ſufficit teſtatorem aliquid veriſimiliter voluiſſe, niſi diſponat.

53 Leges quamuis teſtatorum voluntates imitari, & conſeruare conentur, in tantum tamen fauere nolunt, quòd cum prudenti conſideratione imaginari ſufficiat defunctum ita voluiſſe, niſi talis voluntas in diſpoſitionem tranſierit.

57 Fideicommiſſarius ex coniecturata teſtatoris mente conditionale fideicommiſſum ad ſuos, non autem ad teſtatoris hæredes tranſmittit.

Tranſmiſſio vt locum habeat, quæ requirantur. ibidem.

58 Teſtatoris coniectura qualiter intelligi & interpretari debeat.

61 Legatum vxori relictum quoad viueret, & vſquequo vitam vidualem ſeruaret, cum temporale, & conditionale ſit, ea defuncta, ſeu vitam vidualem non ſeruante, cum hæreditate conſolidatur, ſecus ſi ſimpliciter relictum eſſet, & ipſa de alteri reſtituendo grauata fuiſſet, tunc cum hæreditate non conſolidatur.

CONSILIVM CXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PROPONITVR in facto Marcum Gambonum eius ultimum condidiſſe teſtamentum, in quo D. Franciſcã eius tunc uxorem, Ioannem frãciſcum, Antoniummariam, & Pompeum eius filios æquis portionibus uniuerſales hæredes inſtituit, uidelicet D. Franciſcam in uita ſua tantum, & ipſa unam uidualem, caſtam, & honeſtam ſeruante, cui in caſu mortis, uel ſecundarum nuptiarum ſubſtituit dictos eius filios, & hanc ſubſtitutionem fecit ſtantibus omnibus ipſius teſtatoris & D. Franciſcæ filijs in communi, & pro indiuiſo inter ſe, prohibuitque ipſos omnes hæredes alienare bona ſtabilia, quia uoluit illa deuenire de gradu in gradum in eius deſcendentes, & remanere in eius familia, fecitque ſubſtitutionem reciprocam generalem inter dictos eius filios. demum inter prædictos eius filios diuiſionem prohibuit, donec Pompeus decimumoctauum perfeciſſet annum, & caſu quo diuiderent, Ioannifranciſco iure inſtitutionis quædã bona ſtabilia reliquit, Antoniomariæ quædã alia, Pompeo autem & D. Franciſcæ in communi & pro indiuiſo inter ſe quædam alia, diuiſit deinde pannos lini, & lanæ in quatuor partes, uidelicet unicuique quartam partem, reliqua uero bona, maſſaritas, ſuppellectilia, credita, iura, & debita huiuſmodi hæreditatis in tres partes diuiſit inter eius hæredes, uidelicet unam partem D. Frãciſcæ & Pompei eſſe uoluit, aliam tertiam partem Ioannisfranciſci, & aliam tertiam Antonijmariæ, iubens & omnino mandans dictam D. Franciſcam debere ſtare & cõmorari cum dicto Pompeo, & ipſum Pompeum, & eius bona, & iura regere, & gubernare quouſque dictus Pompeus integrã annorum uiginti tantum ætatem exceſſerit, & caſu quo dicta D. Franciſca ob malos mores dicti Pompei, uel alia de cauſa cum ipſo Pompeo ſtare, & habitare nõ poſſet, tũc in dicto caſu dictus teſtator uoluit & ordinauit per

ipſum

Ipſum Pompeum eidem Dom. Franciſcæ domorū
medietatem eidem Pompeo relictarum pro eius
Dom.Franciſcæ vſu,& habitatione dumtaaat con
ſignari debere, & quouſque ipſa viaerit, vitamque
vidualem ſeruauerit, necnon, & tertiam partem
vſusfructus,& prouentuum omnium, & quorum-
cunque bonorum ſtabilium, vt ſupra eidem Pom-
peo relictorum pro eius vita ducenda vſquequo vi
xerit, & vitam vidualem, caſtam, & honeſtam ſer-
uauerit;Declarans etiam,quòd caſu quo facta inter
eos dicta diuiſione,eo caſu.Dom. Franciſca decede
ret,vel ſenuberet, vitamque vidualem, caſtam, &
honeſtam non ſeruaret,tunc, & eo caſu voluit, &
& mandauit partem dictorum bonorum, ac iuriū
eidem Dom.Franciſcæ tangentem ſolum, & dum-
taxat ad dictum Pompeum,ſi vixerit, deuenire de-
bere,ſi vero non nixerit:ad eius Pompei filios,& de
ſcendentes maſculos,& non ad alios eius teſtatoris
filios,ex quo eſt de ipſius Pompei bonorum,& iu-
rium portione. Defuncto Marco teſtatore omnes
prædicti hæredes inſimul, & in communi viuentes
hæreditatem ea teſtamento adiuerunt,deinde ad di
uiſionem Pompeo in minori ætate annorum decē
& octo exiſtente deuenerunt. Qui Pompeus,& D.
Franciſca in dicta diuiſione domum, & bona ſtabi-
lia ipſis in teſtamento relicta conſecuti fuerunt, &
inſimul habitantes, & viuētes vſq; ad Pompei abſq;
filijs defuncti mortem illa poſſederunt, pannos lini
ac lanæ in quatuor partes diuiſerunt, quamuis in-
tegram eius portionem D.Franciſca non habuerit,
deinde Io.Franciſcus,& Antoniusmaria in illa diui
niſione. Do. Franciſcæ tanquàm Pompei curatrici
pro eius Pompei portione aſſignauerunt tertiam
partem bonorum ſuppellectilium,creditorum, fer-
ramentorum,frumēti,vini,olei,aceti,pecuniarum,
aliarumq; rerum, de quibus in petitione Do. Fran-
ciſcę, & in inuentario bonorum mobilium, aliter
Do.Franciſcæ non aſſignando eius portionē dicto-
rum bonorum, & rerum, videlicet tertiæ partis il-
lorum bonorum medietatem, pro ut cum Pōpeo
ſuata teſtatoris diſpoſitionem conſequi debebat.
Modo quæritur nunquid.Dom.Franciſca, non ob
ſtante ſecundo matrimonio per ipſam poſt Pom-
pei obitum contracto,legatum pro medietate ter-
tiæ partis dictorum bonorum, & rerum ſibi cum
Pompeo relictum,& ad manus dictorum Io.Fran-
ciſci,& Antonijmariæ poſt mortem Pompei peruē
torum conſequi valeat,vel teneatur dictis eius filijs
bona ſtabilia,& alia mobilia lini;& lanæ in diuiſio-
ne ſibi conſignata,& de quib. in reconuentione di-
1 ctorum filiorum reſtituere? Videbatur dicendum
Dom.Franciſcam portionem petitam conſequi nō
poſſe,immo ipſam ad ſtabilium,mobiliūq; lini, &
lanæ in diuiſione ſibi conſignatorum reſtitutionē
teneri,vti legato priuatam ob eius ſecundarum nu
ptiarum tranſitum contra teſtatoris voluntatem ex
preſſe prohibentis ipſam ſecundum cōtrahere ma
trimonium,vt ex tex.in l.fœminæ.in princ.C. de ſe-
cun.nup.vbi diſponit Imperator,quòd vxor,quæ ti-
tulo legati, inſtitutionis, vel cuiuslibet liberalitatis
præmio a primo coniuge aliquid conſecuta fuerit,
id totum,vt perceperit,integrum ad filios, quos ex
præcedenti coniugio habuerit,tranſmittat,& nedū
illud integrum verū etiam fructus inde perceptos
reſtituere compellitur,vt eſt tex.in auth.cui relictū.
cum ibi not.per Bal.& alios.C.de indic.vidui.tollē.
vbi expreſſe prouidetur quòd ſi prohibitioni con-
trafaceret vxor,omnia cum fructibus perceptis re-
ſtituere cogitur;Nec dicatur,quamuis omnium in
teſtamento ſibi relictorum priuata ſit, eius tamen
filijs illa reſtituere nō tenetur, cùm ad fauorem Pō
pei,& non aliorum filiorum legatum illud D. Fran
ciſcæ factum fuerit,nec ipſi ad illud vocati fuerint,
vt ex tenore teſtamenti clarè deprehenditur.Quo-
niam pluribus modis reſponderi poſſe videtur,pri-
mo quia clarum eſt,quòd omnes dicti filij fuerunt
in teſtamento adinuicem ſubſtituti,ut in reciproca
ſubſtitutione legitur,dum dicitur, & dictos eius te-
ſtatoris filios tam natos quàm naſcituros, vt ſupra,
adinuicem ſubſtituit,vulgariter, & pupillariter, &
per fideicommiſſum. Et cuicunque dictorum filio
rum decedenti quandocunque,ſine filijs ſuperuiuē
2 tem ſubſtituit &c. Et quamuis talis ſubſtitutio in
primo teſtamenti capite facta fuerit, nihilominus
etiam ad ſecundum caput, & ſic ad diuiſionis per
teſtatorē prohibitæ caſum trahi videtur, a qua ſub-
ſtitutione ſic generaliter facta per alias ſequentes
3 ſubſtitutiones receſſum non videtur. Quia teſtator
ſe incontinenti corrigere non intelligitur.l. non ad
ea.ff.de cond.& dem.& l.pen.& ibi Bal.C. per quas
4 perſo.nobis acqui.Facit ad hoc,quòd diſpoſitio pri-
ma ex ſecunda diſpoſitione a prima vere vel præ-
ſumptiuè diuerſum continente non tollitur vel no
uatur,vt tradit Alb.Brun.in trac. de augumen. in 3.
concluſione principali.ad fi.Cùm ergo Do.Franci-
ſca ad ſecundum inierit matrimonium, quamuis
Pompeus ei ſubſtitutus abſque liberis,& deſcenden
tib.ante dictum ſecundarum nuptiarum tranſitum
deceſſerit,alij fratres Pōpeo per generalē ſubſtitu-
tionē reciprocā ſubſtituti in caſu propoſito, vt ſub-
ſtituti admitti videntur, & ſic tā quàm ſecūdo loco
ſubſtituti admittūtur l.vnica.§.pro 2.C.de cad. toll.
Bar.in l.quamdiu.la 3.ff.de acq. hær. cum concord.
per Dec.relatis conſ.427. Licet in caſu.& Soc.iun.
conſi.171.De duob.col.6.nu.46.ver.Quarto princi
pal.vol.2.Secundo probatur. Nam ſicut per partiū
5 diuiſionē fideicommiſſo tàm futuro, quàm præte-
rito non receditur, neq; renunciatur. l. cū pater. §.
hæreditatem.de leg.2.l.procula.ff.de prob.not. ſcri
bentes communiter in l. qui Romæ.§.duo fratres.
de verb.obli.Dec.conſi.79.Et pro tenui.col.2. verſ.
Venio ad ſecundum.& conſil.86. Viſo puncto.col.
2.verſi.Secundo principaliter.vol.1.ita etiam dicen
dum videtur,quod poſt generale in reciproca ſub-
ſtitutione fideicommiſſum filijs adinuicē facta per
diuiſionem a teſtatore factam a præcedenti fideicō
miſſo iniuncto nō recedi,dicti igitur in primo capi
te Pompeo ſubſtituti in ſecundo et ſubſtituti dicun
tur,& ſic in eius locum ſubrogati videntur in caſu
ſecundi matrimonij,ideo tanquā ſecundo loco ſub
ſtituti per ſecundū connubium ad portionē D. Frā
ciſcæ admittūtur,& præſertim cùm portio D. Frāci
ſcæ,& Pōpeo relicta de parte Pōpei ab ipſo teſtato-
re tota dicatur,quæ pars cū fideicommiſſo ſubiecta
fuerit,tota reſtituēda eſt,& ſicut ipſi fratres ad por-
tionē Pōpei olim defuncti admiſſi fuerunt,ita ēt ad
hāc D.Frāciſcę admittēdi ſunt,cū de parte Pōpei ſit.
6 Et ſuadet rō quia idē de toto ad totū,quod de parte
ad partē admittendū eſt.l.quæ de tota.ff. de rei uēd.
& præſertim cōcurrēte expreſſa teſtōris volūtate vo
lētis bona,& iura ſuæ hæreditatis de gradu in gradū
deuenire &c.faciūt tradita per Dec.cōſ.227. In caſu
ad me trāſmiſſo.col.3.Cur.iun.cōſ.135.Preſupponi
tur in facto.col.1.Pari.cōſ.66,Nobilis Silueſter.vol.
3.& Soc.iun.conſ.90.Viſo teſtamento.col. pe. & fi.
vol.1.Tertio confirmantur prædicta per tex. in ter-
7 minis noſtris loquentem in §.præfatæ aūt. in auth.
de nup.vbi dicitur ꝙ mulier, cui per maritū prohi-
bitæ fuerūt ſecūdæ nuptiæ,cautionē ſubſtituto præ-
ſtare tenetur,& ſi defecerit ſubſtitutus, hæredib.exi
ſtentib.vel ab inteſtato venientib.de reſtituendo ca
ueat qd per maritū ſibi relictū fuerit, defuncto igi-
tur

tur Põpeo ante ſecũdas nuptias ſubſtituto, cui licet
cautionem D.Franciſca non præſtiterit, dictis tamẽ
fratribus hæredibus reſtituere tenetur, quod a pri-
mo uiro percepit. Quarto corroborantur prędicta
ex ſubſtitutione in primo teſtamenti capite D.Fran
ciſcæ facta, dum uoluit teſtator, quòd caſu quo ip-
ſa uitam uidualem non ſeruaret, ſed nuberet. ei om
nes eius filios hæredes inſtitutos ſubſtituit. Et quã-
uis in ſecundo capite, uidelicet in caſu diuiſionis ei
Pompeum tantum, & eius liberos & deſcendentes
ſubſtituerit, & non alios eius teſtatoris filios, illud
conſiderauit teſtator exiſtentibus Pompei liberis,
ne ipſis uiuentibus alij cohæredes in ipſa portione
ſuccederent, quæ eſt de Pompei parte, ut ipſe atte-
ſtatur, non exiſtentibus igitur Pompeo, uel eius fi-
lijs, ſubſtitutionem de Pompeo & eius liberis in eo
rum defectum factam ad dictos fratres hæredes, &
in primo teſtamenti capite eidem D. Franciſcę ſub
ſtituros extendere debemus ex generali regula, quã
communiter Doct. tradunt in l. gallus. §. & quid ſi
tantum. ff. de libe. & poſthu. Quod ſubſtitutio in
unum caſum facta ad omnes alios caſus ſimiles, &
8 ex eadem cauſa & ratione diſpoſitionis teſtatoris
procedentes extendatur ſecundum Bar. & alios in
l. 1. in prin. colum. 3. in prin. uerſi. Hoc præmiſſo. ff.
9 de uulg. & pup. Et eſt ratio quia in ſubſtitutionibus
largiſſima fieri debet interpretatio. l. in teſtamentis
ff. de reg. iur. c. cum dilecti. cum ſimili. extra de do-
10 natio. & alia ratione quia teſtatoris prouiſio in
unum caſum facta ad omnem alium porrigitur, in
quo teſtator ueriſimiliter idem prouidiſſet, ſi de ta
li caſu cogitaſſet, aut de eo interrogatus fuiſſet, ut
eſt tex. in l. titius. §. lucius. & ibi Bar. & Iaſ. poſt alios.
ff. de libe. & poſthu. & eſt glo. not. in l. tale pactum.
§. fi. ff. de pact. cum ſimili. per Alex. adductis conſi.
130. Attentis uerbis. col. 2. uerſi. Confirmantur præ
dicta. cum uerſi. ſeq. uolu. 2. & copioſe per Cur. ſe-
nio. conſ. 51. Super teſtamentis. columna 2. in prin.
uerſ. Confirmantur præmiſſa. & colu. 10. in fi. uerſi.
11 Sed hoc non obſtante. Accedat quòd in fideicom
miſſaria ſubſtitutione magis mentem & teſtatoris
uoluntatem quã uerba attendimus. l. in conditio-
nibus primum locum. de condi. & demon. l. pu-
blius. §. fi. ff. eo. l. hæredes mei. §. cum ita. cum con-
cord. ff. ad trebel. Et in ſubſtitutionibus fideicom-
12 miſſariis de facili coniecturata teſtatoris uoluntas
admittitur. l. cum proponebatur. de leg. 2. & d. §. cũ
ita. & l. cum auus. cum ſimil. ff. de condi. & demon.
in caſu igitur propoſito coniecturatam teſtatoris
uolũtatem magis quàm uerba attendere debemus
cum teſtatoris mens & eius uoluntas in caſu pro-
poſito clare deprahendatur, quòd ſi Pompeus uel
eius liberi non extarent, eius fratres admittantur,
ex quo uoluit eos non exiſtentibus eius liberis ad
eius portionem admitti, & ſi ad eius portionem ad
mittuntur, idem concludendum eſt, ad hanc D. Frã
ciſcæ portionem per ſecundarum nuptiarum tran-
ſitum admitti debere, ex quo illa portio eſt de Põ-
pei parte, ut ſupra dixi. Quinto deprahenditur quo
que teſtatoris uoluntas, quod dicti fratres in locum
Pompei uel liberorum ad hanc D. Franciſcę portio
nem admittantur, quia per mortem, uel per ſecun-
das nuptias omnia bona in eius familiam de gradu
in gradum deuenire uoluit, & ſecundum matrimo
nium ad mortem parificauit, ut etiam de iure ęqui
paratur, ut declarat Deci. conſi. 620. Caſus de quo.
col. 4. uerſi. Et pro iſta æquiparatione. Sed nulli du-
bium eſt, quòd ſi ipſa ante ſecundas nuptias deceſ
ſiſſet, eius portio ad dictos fratres per dictam gene
ralem determinationem & teſtatoris uoluntatem
deueniſſet, ergo etiam in caſu propoſito ſecundi
matrimonij eius portio ad dictos fratres deuenire
13 dẽ. Et ſtante teſtatoris coniecturata mente conclu-
dunt Doct. teſtatorẽ inducere poſſe, ut illud quod ſui
natura tranſmiſſibile non erat, tranſmiſſibile fieret
ut probatur in d. l. in conditionibus. §. hæc ſcriptu
ra. & ibi Imo. & Soci. notant, adducentes Bal. in l. ſi
pater. in 4. q. C. de inſti. & ſubſti. Et magis ſtricte ad
14 propoſitum noſtrum concludunt Doc. firmantes
teſtatorem inducere poſſe, ut conditionale fideicõ
miſſum tranſmittatur, quamuis regulariter non ſit
tranſmiſſibile, ut eſt gl. cõmuniter approbata in l.
unica. C. de his qui ante aper. tabu. & ibi uor. om-
nes. quæ concluſio nedum procedit, quando de ex
preſſa teſtatoris uoluntate conſtat. quod eſt ſecun-
dum Bal. indubitabile in d. l. ſi pater. Imo. & Soci.
in d. §. cum ita. uerumetiam procedit, ſi id ex conie
cturata & interpretatiua teſtatoris mente appare-
re poteſt. Quoniam ſi per coniecturas de teſtatoris
15 mente conſtare poterit, uoluiſſe fideicommiſſum
conditionale tranſmitti, utique trãſmitteretur, quã
uis uiuente fideicommiſſario purificatum non fue
rit, ut eſt deciſio Bal. in d. l. unica. in pe. colum. & ibi
Corne. in 3. col. & firmat idem Bal. in l. 1. C. ut actio.
ab heredi. & contra hæredes. colu. 1. in fi. ſequitur
Cur. ſeni. conſi. 75. Dominus Ludouicus. col. 11. &
Cur. Iun. conſi. 16. Videretur prima facie. colu. 2. in
prin. uerſi. Secundam concluſionem. Deci. conſi.
397. Viſo puncto. col. 2. num 5. Pariſi conſ. 3. Vide-
tur prima facie. columna fi. numero 46. cum ſeq.
uolum. 1. conſi. 37. Si bona. nu. 79. uolu. 2. conſi. 77.
Ser Petrus. & conſi. 78. In præſenti. in prin. co. uol. 2.
In præſenti. in prin. co. uol. 2. In quibus locis com-
muniter concluditur fideicommiſſum conditio-
nale tranſmitti poſſe, ſi de coniecturata mente te-
ſtatoris apparet, & iſto caſu procedit glo. in l. is cui.
ff. de actio. & obliga. quæ ſimpliciter uoluit fideicõ
miſſum conditionale ad liberos tranſmitti: in caſu
autem propoſito, ut ſuperius dictum eſt, de coniec-
turata mente teſtatoris apparet, cum filios magis
quàm uxorem diligere uoluerit tam in primo te-
ſtamenti capite, quam in ſecundo ſcilicet in caſu di
uiſionis, in quo ſexta pars tantum hæreditatis D.
Franciſcæ relicta fuit. Pompeus igitur ſubſtitutus
ante ſecundum matris matrimonium moriẽs hoc
conditionale fideicommiſſum ad teſtatoris filios
eius hæredes ex coniecturata teſtatoris mente trãſ-
mittere potuit. Nec obſtat ſi diceretur, quod hic eſt
16 caſus a teſtatore omiſſus, ergo pro omiſſo haberi
debet, & ſic iuris communis diſpoſitioni relinqui,
uidelicet ut penes D. Franciſcam grauatam fideicõ
miſſum remanere debeat. d. l. 1. §. pro ſecundo. & §.
ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. tollẽ.
Quis reſponderi poſſe uidetur, quod immo nõ eſt
omiſſus, ſed uirtualiter comprehenſus, ut ex funda
mentis ſuperius deductis apparet. Et poſito quòd a
uerbis teſtatoris fuiſſet omiſſus, nõ tamẽ fuit quo
ad mentem & coniecturatam ipſius uoluntatem
omiſſus, quæ uerbis ipſis præualet, & magis debet
attendi, ut dictum eſt. Præterea illud quod fertur
caſum pro omiſſo haberi, & iuris communis diſpo
ſitioni relinqui, non procedit, quando caſus omiſ-
ſus talis eſt, de quo ſi teſtator interrogatus fuiſſet,
ueriſimiliter idem prouidiſſet, & diſpoſuiſſet, tunc
enim pro expreſſo habetur, ita concludunt doc. in
commodiſſime. de libe. & poſthu. Et illud quod ex
mente, & ſententia uenit, expreſſum dicitur. l. nomi
17 nis. §. uerbum. ff. de uerbo. ſigni. & habetur in l. præ
tor. §. 1. iuncta glo. in uerbo expreſſum. de no. ope.
nuncia. & diffuſe poſt alios proſequitur Fely. in c.
18 tranſlato. extra de conſtitu. Sexto confirmatur præ
dicta per illud quod egregie tenet Ang. in d. l. gal-
lus.

lus.§.& quid ſi tantum.col.2.ad fin. vbi uult, quòd
ſicut teſtatoris diſpoſitio in vnum caſum facta ad
alium porrigitur, in quo teſtator veriſimiliter idem
diſpoſuiſſet, ſi de eo cogitaſſet, vt ſupra diximus. eo
dem modo teſtatoris diſpoſitio expreſsè concepta
in vna perſona ad aliam perſonam etiam omiſſam
extenditur, ſi ex euidentibus coniecturis apparere
poteſt, quòd teſtator idem prouidiſſet, ſi de ea co-
gitaſſet, allegat ad hoc tex. in d.l. titius. §. Lucius. de
libe. & poſthum. & in l. fi. C. de poſt hu. hæredi. & in
propoſito noſtro bene quadrat hæc Ang. doctrina,
quam ſequuntur Mod. hyſpa. in d. §. & quid ſi tan-
tum. num. 86. vbi eam ex multis aliis comprobant,
& Cur. iun. conſil. 121. Præſupponitur in facto ab
hoc ſæculo. colum. 5. in fin. num. 14. verſi. Nec ob-
ſtat præmiſſis. & Pariſ. conſil. 50. Ex teſtamento. co-
lum. pen. ad fi. verſi. Poſtremo non obſtat. & d. con-
ſi. 66. Nobilis Silueſter. colum. 8. num. 66. Nec obſta
bit. volum. 3. Sed ex ſupradictis oſtẽſum fuit ex eui-
dentibus coniecturis apparere mentem, & teſtato-
ris voluntatem in Pompei, & eius liberorum deſe-
ctũ fuiſſe, ꝙ dicti hæredes in hanc D. Franciſcæ por
tionẽ ſuccedant, ex quo eſt de Põpel parte, ergo &c.
19 Vltimo ſi opinionẽ teneremus, ꝙ hoc fideicomiſſũ
cõdõnale ſaltẽ in perſona ad perſonã nõ trãſmitta-
tur, prout tenuerũt quàmplures doc. diceremus tamẽ
ꝙ cùm hæreditate cõſolidabitur, & ſic dicti fratres
tam Marci eorum patris hæredes, quàm dicti q. Põ-
pei eorum fratris cohęredis hanc portionem vti cũ
hæreditate conſolidatam conſequentur, non obſtã
te ꝙ Pompeus ſubſtitutus ante purificatam condi
tionem deceſſerit, ita conſuluit Soc. ſen. conſi. 102.
Viſis ſcripta. col. fi. verſi. Ex quibus Infero. volum. 3.
quem refert, & ſequitur Pariſ. conſi. 21. Viſo teſta.
col. 5. ſub nu. 38. ver. Tamẽ quia teſtator. & col. ſeq.
num. 44. verſi. Nam tollitur obiectio. vol. 2. His ta-
men ſupra non reſtagantibus contrariam ſenten-
tiam tanquam de iure veriorem in caſu propoſito
amplectendam cenſeo. Et moueor primo, quod di
cti fratres ad portionem Dnm. Franciſcæ ex eius ſe
cundarum nuptiarum tranſitu non admittantur,
immo penes ipſam grauatam libera remanet dicta
portio per tritam regulam, quòd defuncto ſubſtitu
20 to antequàm ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes ſub-
ſtitutionis expirat. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legi. l.
ſi in perſonam. C. de fideicomm. Bal. conſi. 94. Pun-
ctus quæſtionis. volum. 2. conſi. 435. Punctus ſuper
quo. in fi. volum. 4. & conſi. 115. Super iſto. volum.
21 5. Nam tale fideicommiſſum fideicommiſſarin an-
te grauatum defuncto effectum eſt caducũ. Corn.
conſi. 131. Videtur prima facie. col. 2. num. 6. volu.
3. & conſil. 180. Multitudo quæſitorum. colum. 1.
uerſicu. Et eſt generale. uolum. 4. & illud ius fidei-
commiſſi extinctum fuit, vt habetur in l. meuius. &
in l. qui hæredi. in fi. ff. de condit. & demon. & tradit
Pariſi. conſi. 88. Ad reſolutionem. colum. fin. num.
33. verſicu. Poſtremo aduertendum eſt. volum. 2. &
ideo remanet, quod relictum eſt, penes ipſum gra-
uatum. l. unica. §. pro ſecũdo. & §. ſin autem aliquid
ſub conditione. C. de cadu. tollen. tradit in terminis
noſtris Pau. de Caſt. conſil. 426. Ad primum quæſi-
tum. uerſic. Notandum etiam. uolum. 2. in nouis. &
conſi. 221. Antequam ueniam. colum. 2. ad fi. uerſi.
Et ſi dicatur. eod. uolum. & Roma. conſi. 185. Pro
deciſione. colum. 2. in fi. uer. Quo ad quintum. uſq;
ad uerſiculum. Quo ad ultimum. & conſil. 480. In
22 caſu propoſitæ. in princ. Et ratio eſt, quod ſpes talis
expiret. Quia quælibet ſubſtitutio conditionalis di-
citur. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de uulg. & pup. Et ius
23 conditionale ad hæredes non tranſmittitur. l. ſi ita
legatum. §. ſi illi ſi uolet. de leg. 1. & d. l. unica. §. ſin
autem aliquid ſub conditione. Ful. conſ. 14. In quę
ſtione, & cõſ. 70. Proponitur. Alex. cõſ. 49. Viſo the-
mate. col. fi. uol. 1. cõſi. 25. Quo a unum. & cõſ. 252.
Præclarè. uol. 6. Dec. cõſ. 574. In cã in qua. in prin. &
conſil. 594. Viſo teſtam. col. fi. uol. 4. Quod procedit
24 etiam ſi ſubſtituti hæres ſit de teſtatoris deſcenden-
tib. d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ad treb. gloſſ. ualdè
not. & communiter approbata in dic. l. unica. C. de
his qui ante apert. tabu. & ibi Bar. & idem Bar. in l. 1.
col. pen. de leg. 1. ſequens Cy. in l. 1. C. cõmu. de leg.
Bal. in l. cũ ex filio. ff. de uul. & pup. Corn. conſ. 248.
Circa hanc. uol. 1. Soc. Iun. conſ. 117. Licet caſus. col.
3. uerſi. Eſt igitur. & col. 4. ad fi. uer. Demum, ut om-
nis. uolum. 1. & Rub. Alex. conſil. 8. Præſupponitur
in facto. colum. 1. & 2. prout eſt in caſu propoſito,
quia dicti fratres ſunt Pompei ſubſtituti hæredes, &
de filijs, & deſcentib. Marci teſtatoris. Quinimmo ſi
25 ſubſtituti hęres eſſet ipſius ſubſtituti filius, & non eſ
ſet a teſtatore uocatus, ſubſtitutus ad eum ante pu-
rificatam conditionẽ non tranſmitteret, gl. eſt & ibi
doc. in d. l. unica. in uerb. de relictis. C. de his qui ant.
aper. tab. Alex. conſ. 165. Circa præſentem conſulta
tionẽ. col. 1. in fi. uerſ. Vnde ſiue quæratur. cum ſeq.
uol. 5. Iaſ. in l. cũ filius. in 4. not. de leg. 1. Soc. ſen. con
ſi. 77. Conſilijs noſtris. col. 1. uolu. 1. Pariſi. conſil. 91.
Circa teſtamentum. colu. 2. nu. 19. uer. Et eo etiam
magis. uol. 2. & Iaſ. in d. l. 1. colum. 10. in prin. uerſic.
In tertia differentia. de legat. primo. ubi allegat text.
in l. in cauſæ. la 2. §. Pomponius. cum glo. ff. de min.
per quem text. Bald. ibi caſum quotidianum notat,
26 quòd ſi teſtator aliquid nepoti reliquit, puta domũ
uel fundum, adiecitque, quod ſi abſque filijs quan-
docunque decederet, talis domus ad teſtatoris hæ-
redem reuerteretur, ſi prius moriatur hæres, & ſic
pendente conditione, & deinceps ſine filijs moria-
tur nepos, omnino fideicommiſſum ceſſat, nec hæ
redes filij illud petere poſſunt, ſequitur Alex. in d. l.
gallus. §. et ſi parente. in fi. & reputat Idem Ale. hoc
eſſe bene notandum in l. qui liberis. §. hæc uerba.
col. 1. de uul. & pup. & copioſius in l. fin. C. de lega.
27 quod eſt menti tenendum, ſequitur Dec. conſi. 417.
Viſis conſilijs. nu. 3. Præterea quamuis in ſubſtitu-
tionum materia generalis regula tradatur, ꝙ ſubſti
tutio in uno caſu facta ad alium caſum ſibi ſimilẽ
ex teſtatoris mente præſumpta, ex ueriſimilibuſq;
coniecturis trahatur, ut in fundamentis aduerſæ
partis ſupra dictum eſt, hæc tamen regula non pro
cedit, quãdo teſtatoris diſpoſitio de perſona ad per-
ſonam extẽdi deberet, dato quòd in alia perſona ea
dem ratio, & mens teſtatoris præſumpta militaret,
ac etiam poſito ꝙ in eiſdem fratribus teſtator ueri-
ſimiliter idẽ ſtatuiſſet, ſi de eis interrogatus fuiſſet,
& ut in prima ſubſtõne ſtatuit. Quamuis enim iſta
concurrant, non fit tamẽ de perſona ad perſonam
28 extenſio, ut eſt magis commu. opi. omnium doc. Et
probatur hæc cõcluſio per tex. not. in l. ſi quis ita. §.
pen. ff. de teſta. tuto. per quem tex. tenet gl. ordinaria
& communiter approbata ad propoſitum noſtrũ
in l. titius. in princ. ff. de lib. & poſthum. ꝙ ſi teſtator
eius filios in genere inſtituit, talis inſtitutio ad fi-
lium, quem ſe habere ignorabat, non trahitur, & ta
men mens teſtatoris præſumpta, & rationis iden-
titas eſt, quòd ſi illum alium filium ſe habere ſci-
uiſſet, ex naturali charitate eum inſtitutus fuiſſet, &
ita nedum ueriſimiliter, immo proculdubio reſpõ-
diſſet, ſi interrogatus fuiſſet. l. 3. C. de inoffic. teſta. &
illam glo. in d. l. Titius. approbant, ſequunturq; Dy.
Oldra. Albe. de Roſa. Nico. de Neap. Ang. & Rapha.
commen. ibi, & Cy. Dyn. Bar. & Alber. in d. l. ſi quis.
ita. & hæc eſt magis commu. opi. ut atteſtatur Alex.
in l. ſicut certi. colum. 1. uerſi. Facit etiam. C. de mil.
teſtam.

29 teſtam. & Iaſ. in l. cum res. col. 3. in prin. uerſ. Contra
prædicta. de legat. 1. & ita in ſpecie per dicta iura ſu-
pradictam doctrinam ponit Aretl. in d. l. gallus.
§ & quid ſi tantum. colu. 3. Vbi tenet, quòd quãuis
teſtatoris diſpoſitio de uno caſu ex teſtatoris men-
te præſumpta ad alium trahatur, ut ſuperius dictũ
eſt, ſecus tamen eſt ſecundum eum. quando exten
ſio de perſona in perſonam fieri deberet, per d. l. ſi
quis ita. §. pe. & per d. glo. communiter approbatã
in d. l. titius. in prin. & ibidem not. per eum. & tradit
Deci. conſi. 394. Pro uera reſolutione. colu. 3. in fi.
uerſi. Quarto hoc idem comprobatur. & colu. ſeq.
ubi expreſſe firmat, quod ſubſtitutio in uno caſu
facta ad alium non porrigitur, quando ſubſtituti
perſona uariatur. allegat Imo. in l. ſi pater filiũ im-
puberem. per illum tex. & ibi expreſſe not. Alex. in
d. not. de uulg. & pup. & Soci. in l. 1. col. 10. uerſi. Se-
cundo limita. ff. eo. & conſ. 76. Viſis teſtamento. co
lum. 3. in prin. uolu. 3. ubi etiam in propoſito addit,
quod ſubſtitutio uno tempore facta ad aliud tem-
30 pus non extenditur. l. ſi quis ita. & ibi Bar. de vulg.
& pup. & idem Bar. in l. ſi mater. §. fi. ff. eod. & Soci.
in d. l. 1. col. 10. in fi. uerſi. Tertio limita. & colu. ſeq.
in 6. limita. & col. 13. in prin. in 10. limita. At in caſu
propoſito aliud fuit diuiſionis tempore per teſta-
torem diſpoſitum, quàm communionis tempore.
igitur &c. fortius ergo ad aliam perſonam extendi
non debet. Si enim in hac ſecunda ſubſtitutione te
ſtator Ioannemfranc. & Antoniummariam uoca-
re uoluiſſet, utique expreſſiſſet, ut in præcedẽti ſub
ſtitutione expreſſerat. arg. l. 1. §. ſin autem ad deficiẽ
tis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiã. extra de decim.
& c. 2. uerſi. Vnde ſi circa. extra de transla. epis. idẽ
conſuluit Iaſ. conſi. 220. Teſtator facit. col. 3. in prin.
verſi. Imprimis ergo. uol. 2. conſi. 228. Teſtator tres
filios. ubi latiſſime. eo. uol. conſi. 29. Dominus Ni-
colinus. & conſi. 30. Teſtator Ioanni. uolu. 3. Deci.
conſi. 22. Subtilis eſt caſus. colu. 3. uerſi. Secus eſt ſi
extenſio. conſi. 218. in caſu. colu. 3. in prin. uerſi. Et
ex his comprobatur. conſi. 287. in ciuitate Placen-
tiæ. col. 3. in fi. conſi. 291. Viſis. col. 3. uerſi. Secundo
præmiſſo. conſi. 314. Pro reſolutione. uerſi. Tertio
ex alio fundamento. conſi. 277. Viſis. colu. 1. uerſi.
Quia ad hoc. num. 2. & conſ. 465. Perſcrutatis. colu.
pe. ad fi. uerſi. Et ad hoc etiam facit. num. 16. Rube.
Alexan. conſi. 31. Præſupponitur in facto, quòd de-
ceſſit. col. 2. in fi. ſub num. 5. Aymo. conſi. 98. Nobi-
lis & potens. & conſi. 161. Verba ſubſtitutionis. col.
pe. num. 2. uerſi. Sexto ſi dicamus. uol. 1. Pariſi. con-
ſi. 20. in hac columna 5. numero 48. uolum. 3. con
ſi. 108. Vidi teſtamentum. colum. pe. numero 41.
uerſi. Volentis talem. eo. lib. conſi. 86. Ad ueram. co
lum. 7. in fi. numero 36. uerſi. Prout etiam. & conſi.
87. Vidi & legi. columna 3. in prin. uerſi. Et etiã quia
uol. 4. Gualden. in tract. de arte teſtan. titu. de ſubſti
tutio. caute. 5. Licet caſus. ſub nume. 2. Hyp. in ſing.
499. Licet diſpoſitio. & late Tiraquel. in repeti. l. ſi
unquam. in uerbo, libertis. numer. 28. uerſi. idque
maxime. C. de reuoc. dona. & in tract. de utroque
retrac. §. 1. in glo. 9. in uerbo ou lignagier. num. 38.
& in tract. de legi. connubia. poſt leges. in glo. 3. in
uerbo, contractex. num. 185. ubi omnes communi
ter concludunt quòd ſubſtitutio de perſona ad per
ſonam non extenditur: ſed ſi dicti fratres ad hanc
D. Franciſcæ portionem admitterentur, ſubſtitutio
de Pompei perſona ad ipſos fratres contra prædi-
ctam communem regulam extẽderetur, ergo &c.
Pro prædictorum corroboratione accedat, quòd
31 teſtator in hac ſubſtitutione fauore Pompei facta
uſus fuit dictione, tunc & eo caſu, quæ teſtatoris di-
ſpoſitionem ad caſum formaliter expreſſum re-
ſtringit, & limitat. & ad alium nõ porrigitur, ut not.
tradit Ancha. conſi. 356. Ex ſerie teſtamenti. col. 3.
uerſ. Tertio hoc probatur. & ita conſuluit Roma.
conſi. 131. Prima dubitatio. in prin. & cõſi. 138. No-
ua ſuperuenit. & conſi. 19. In caſu quæſtionis. uerſi.
Tertio oſtendit. ſequitur Deci. conſi. 63. Et pro ten-
ui. col. 1. num. 2. conſi. 89. Viſo puncto. col. 2. uerſi.
Ad hoc bene facit. conſi. 273. In caſu propoſito. co
lum. 2. in fi. uerſi. Et prædicta concluſio. conſi. 227.
In caſu. col. 1. in prin. & colu. fi. uerſi. Non ob. quod
extenſio. d. conſi. 314. numer. 4. uerſi. Secundo hoc
idem. & conſi. 322. Viſis conſiliis. uerſi. Vbi conclu-
dit. Rube. Alexan. d. conſi. 31. col. 2. num. 5. Gozadi.
conſi. 21. Vincentius. col. fi. nu. 35. & Soci. Iuni. con-
ſi. fi. col. 1. uerſi. Eſt enim horum. uol. 2. Vltra quòd
etiam in dicta ſubſtitutione teſtator uſus fuit dictio
nibus, ſolum, & dũtaxat. Quæ ſimiliter ſunt limita-
32 tiuæ & reſtrictiuæ dictiones, quæ teſtatoris diſpoſi-
tionem taliter reſtringunt, quòd ad alium caſum
minime extendi poteſt, immo omnes alios caſus
excludunt. l. 3. §. cum titio. de adimẽ. lega. facit tex.
in d. §. & quid ſi tantum. not. Bar. in l. rationes. in fi.
C. de probatio. in l. ſi cum dos. ff. rerum amota. So-
ci. ſeni. conſi. 148. Primo aſpectu. in prin. uol. 2. cum
pluribus concord. per Dec. ſuper utraque dictione
traditis conſi. 328. In caſu propoſito. col. 2. uerſi. Il-
la enim dictio. Gualden. in d. caut. 5. Licet caſus. nu.
3. & 5. & ita concludit Caſſado. in deciſ. 1. de teſta-
men. per dictionem, ſolum, uel tantum, coniunctã
cum dictione, tunc & eo caſu. per quas dictiones
omnis alius caſus ultra expreſſum excluditur. Ex
his igitur reſtrictionibus, & excluſionibus dicti fra
tres ad hanc D. Franciſcæ portionem per eius ſecũ-
darum nuptiarum tranſitum admitti non poſſunt
cum etiam per ipſum teſtatorem expreſſe prohi-
beatur. dum in fine dictæ ſubſtitutionis inquit, &
non ad alios eius teſtatoris filios. Expreſſio enim
prohibitionis teſtatoris cum reſtrictionibus & ex-
cluſionib. in ſubſtitutione appoſitis coniecturatã
eius mentem ceſſare facit, cum in claris non ſit lo-
33 cus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. cum uulg.
de uerbo. obl. & expreſſum ceſſare facit tacitum, &
34 præſumptum. l. cum ex filio. de uulg. & pup. cũ con
cord. de quibus per Aymo. conſi 92. Scriptis. col. 3.
num. 3. uerſi. Tertio reſpondeo. uol. 1. Et ubi de ex-
preſſa teſtatoris uoluntate cõſtat, Interpretatio nõ
admittitur. Pau. de Ca. in auth. niſi rogati. col. 2. C.
ad treb. Alex. conſi. 121. Viſo themate. uol. 2. & con
ſi. 35. Super contentis. uol. 3. & Pariſi. conſi. 71. Vi-
detur. colu. 2. uerſi. Ad quod etiam facit. & cõſi. 73.
Donatio iſta. col. 1. num. 5. uerſi. Talis expreſſa. uol.
1. Et hæc gladium ponunt ad radicem præſentis cõ
ſultationis. Et quamuis pro contrariorum reſolu-
tione prædicta ſufficere uideantur, particularius ta
men reſpondendo dicimus non refragari allegatã
l. fœminæ. in prin. C. de ſecũ. nup. Quoniam lex illa
36 uxorem ad ſecundas nuptias tranſeuntem priuat,
ut poſt eius obitum bona ſibi a marito relicta ex-
traneis perſonis relinquere non ualet, ſed illa pro
uſufructu uiuens retinere poteſt, ut communiter
volunt Doc. ibi, ita in ſpecie ſummat ibi Bal. & po-
nit in uerſi. Quæro quis eſt ſenſus. Nec refragatur
auth. cui relictum. de indic. uiduit. col. quia ibi teſta-
tor ſimpliciter & expreſſe prohibuit, ne eius uxor
matrimonium contraheret, aliter non prouidẽdo
ad quem legatum uxori relictum deuenire debe-
ret, in caſu autem propoſito non prohibuit D. Frã-
ciſcam ad ſecundum conuolare matrimonium,
ſed pure & ſine aliqua prohibitione, & abſque ulla
conditione ei in caſu ſecutæ diuiſionis legatum re
liquit, demum illa ſecuta ei ad ſecunda uota tran-
ſeunti

ſeunti grauamen impoſuit.ita quòd eius portio bo
norum,& iurium ſoium,& dumtaxat ad Pompeū,
& eius liberos, & deſcendentes maſculos deueniret,
& non ad alios eius teſtatoris filios,quod in dict.au-
then.cui relictum. ſecus fuit, & ſic in propoſito ali-
qua prohibitio,& onus in legato non apparet, ſed
grauamen tantum in ſubſtitutione in caſu ſecundi
matrimonij,& ad quem legatum deuenire voluerit
conſtat,quòd non fuit in caſu dictæ authenticæ, cui
relictum. Pro quibus faciunt tradita per Pauli.con-
ſi.95.Vidi proceſſum,nu. 53.cum duobus ſeq.volu.
2.vbi reſpondet, & declarat quo caſu dicta auth. cui
relictum.procedit, & non procedit. Minus refraga-
tur quod de reciproca ſubſtitutione in primo teſta
menti capite inter filios adinuicem facta dicebatur,
quòd ad ſecundum caput ſcilicet diuiſionis trahi de
beat. Quoniam reſpondetur hoc in caſu propoſito.
non procedere,quia diuerſæ ſunt in teſtamento ſub
ſtitutiones quo ad Dom. Franciſcam, videlicet vna
in caſu communionis omnium hæredum, altera
37 in caſu diuiſionis inter eos factæ. Et illæ diuerſæ di-
cuntur, quæ ſimul, & eodem tempore concurrere
non poſſunt,vt tradit Cur.iun.conſi.71.In cauſa ver
tente inter nobiles.colum.2.num.10.verſi.Prædicta
omnia.Præterea in primo teſtamenti capite omnes
filios,& Dom. Franciſcam æquis portionibus vni-
uerſales hæredes omnes in communione exiſtẽtes
inſtituit,& ſic quilibet quartam hæreditatis partem
habebat. In ſecundo uerò capite Ioannemfranc. in
re certa. Antonium mariam in alia re, Pompeum ve
ro,& Dom.Franciſcam in quibuſdam rebus,& bo-
nis ſtabilibus,& ſic inæqualiter inſtituit.& ideo hoc
a primo capite diuerſum eſſe apparet, & ex diuerſis
38 bona nō fit illatio nul.l.papinianus exuli.ff.de min.
& l.fi.ff. de calumnia. Præterea generalis illa ſubſtitu
39 tio adinuicem inter dictos filios facta non eſt in ca
ſu diuiſionis ad D.Franciſcam referenda,cui de Pō
peo tātum facta eſt ſpecialis ſubſtitutio, caſus eſt in
l.cohæredi.§.qui patrē. & ibi no.Dy.Bar.Bald.Alex.
& Iaſ. de uulg.& pup.Quia generi per ſpeciem dero
40 gatur.regu.generi per ſpeciem.de reg.iur. in 6. Vlti-
mo dicimus obiectionem non procedere,quia pro
cedendo extenderetur de perſona ad perſonam ſub
ſtitutio,quæ tamen de iure non permittitur,vt ſupe
rius dictum eſt.Non obſtat.§.pro ſecundo.C.de ca-
duc.tollen.& doctrina Bar.in d.l.quamdiu.de acqui.
hæredi. Quia illa procederent, quando ipſi fratres
adinuicem ſubſtituti fuiſſent in hac vltima ſubſtitu
tione poſt Pompeum ſubſtituti, ſed nullibi conſtat
ipſos in hac vltima ſubſtitutione in caſu ſecundarū
nuptiarum Pompeo ſubſtitutos fuiſſe, ergo ſecun-
do ſubſtituti non dicuntur,& conſequenter locum
non habet.§.pro ſecundo.& doctrina Bar. ſupra al-
41 legata. Et vbi ſecundo ſubſtitutus ad fideicommiſ-
ſum conditionale primo ſubſtituto ante conditio-
nis implementum decedente admittitur, ex eius
perſona venit tanquam poſt primum ſubſtitutum
vocatus, non autem ex primi ſubſtituti perſona, vt
declarat Dec.d.conſi.427.licet in caſu.circa fi. num.
13.& Pau.de Caſt. conſil.410. Viſo facto,& dubijs.
colum.2.verſic. Quantum ad ſecundum. volum.1.
in nouis. At iſti fratres poſt Pompeum minimè vo-
cati fuerunt,ſed filii,& deſcendentes Pompei tantū,
nec Pompeo in caſu ſecundi matrimonij. Do. Fran-
ciſcæ poſt diuiſionem ſubſtituti ſunt, nec etiam in
dicto diuiſionis caſu. D. Franciſcæ principaliter ſub-
ſtituti fuerunt,vt ex teſtamēti ſerie liquidò cōſtat,er
go nec primo,nec ſecundo ſubſtituti dicuntur:ideo
vt ſecundo ſubſtituti ad portionem D. Franciſcæ in
caſu ſecundi matrimonij poſt diuiſionem, & poſt
Pompei obitum venire non poſſunt. Alia tollit-
tur obiectio de.l.cum pater.§.hæreditatem.de lega.
2.& de.l.procula.de probatio.cum alijs ſupra dedu-
ctis,ex eo quia ibi partibus præiudicium ex iure iam
quæſito ipſis vel de nouo acquirendis fiebat, ſecus
in caſu propoſito, quia ex diuiſione nullum teſta-
tori præiudicium oriebatur, ideo de vno ad aliud in
ferri non poteſt:Vel poſito quod a fideicommiſſo,
& a ſubſtitutione reciproca non intelligeretur per
teſtatoris diuiſionem receſſum,fratres tamen prædi
cti ad hanc Dom. Franciſcæ portionem tanquam
ſecundo loco ſubſtituti admitti non poſſunt, nec tā
quam in conditione poſiti:& ex quo dicta genera-
lis ſubſtitutio reciproca non eſt ad hanc ſpecialem.
Dom.Franciſcę ſubſtitutionem de Pompeo,& eius
deſcendentibus tantum factam, referenda, vt dixi-
mus ſupra. Nec refragatur tex.in allegato.§.præfa-
tæ autem.in authen.de nup. Quia reſpondetur in ca
ſu propoſito ſecundum matrimonium non fuiſſe
per teſtatorem prohibitum,vt diximus ſupra reſpō-
dendo ad authen.cui relictum. Et quamuis in di-
cto.§.præfatæ autē.dicatur, quòd ſi ſubſtitutus deſe
cerit, mulier hæredibus, vel ab inteſtato venientib.
de reſtituendo cauere teneatur, illud procedit, vbi
matrimonium prohibitum fuit, & ſi a teſtatore nō
fuit in dicto caſu datus ſubſtitutus, vt clarè demon-
ſtrat tex.& ibi gl.in verbo, aut omnino.at in præſen
ti caſu matrimonium non fuit prohibitum, & da-
tus fuit Pompeus,& eius filij ſubſtitutus,illi ergo iſ-
tum cauere tenebatur caſu quo prohibita fuiſſet ſe-
cundas contrahere nuptias, & non hæredibus. Et
eſto quòd prohibita fuiſſet,quod negatur, per con-
ſignationem tamē quartæ partis pannorum lini, &
lanæ ſibi in diuiſione factam, cautio per Pompeum
42 & dictos fratres ſibi remiſſa fuit, quam nedum ex-
preſſe remittere poterant,ut eſt tex.in l.1.& ibi not.
glo.C.de vſu,& habita.& in l.1.ff.de uſufr.lega. & in
c.fi.extr. de pigno. Sed etiam tacitè.argu.l.cùm quid
ff.ſi cer.pet. Alex.in l.vxori vſufructus.la 1.ff. de vſu-
fruc. legat. ex quo in eorum vtilitatem,& fauorem
cedebat. Scientibus igitur, & patientibus ipſis filijs,
ut Do.Franciſca dicta bona reciperet,talis cautio re
miſſa videtur,vt in proprijs terminis conſuluit Ruy.
conſi.88.Quia de quàmpluribus.colum.2.ad fi.ver-
ſic. Quo vero ad ſeptimum,uolum.5.& Dec.conſil.
43 607.Viſo puncto.colum.2.in prin.verſicu.Secundo
maximè.Et quilibet priuilegio in eius fauorem a le
ge inducto renunciare poteſt.l.ſi quis in conſcriben
do.cum ſimilib.C.de pact.Nec refragatur regula, quòd
extenſio de caſu ad caſum per rationes in quarto cō
trario fundamento deductas fieri debeat. Quia re-
ſponſio patet per ea quæ diximus ſupra,& per dedu
cta per Iaſ.d.conſi.220.col.3.in prin.verſi. Imprimis
ergo.& in fi.verſi. Stat ergo ex prædictis.& verſic.Se-
cundo principaliter.& d.conſi.228.colum.2. ad fin.
44 uerſic.Confirmantur prædicta.uolum.2.ubi inquit,
quod regula illa non procedit,vbi perſonæ ſubſtitu
tæ diuerſitas induceretur. l. ſi pater filiū. & ibi Imol.
Alex.& alij ad hoc notant.ff.de uulg.& pup.& ibidē
Alexan.Allegat Bar.in d.l.Gallus.in prin.& in d.§.&
quid ſi tantum. Idem quoque tenet Alex.in d.l. 1. in
prin.colum.4.verſic.Et in quantum.& ibi Soc. col.
13.in prin.verſi.Vltimo limita.ff. de uulg.& pup. Et
45 ſic firma remanet concluſio, quòd quamuis in ſubſtitu
tionibus extenſio de uno caſu ad alium reſpectu
eius cui fit ſubſtitutio, fieri poſſit, reſpectu tamen
ſubſtituti non eſt ad alium caſum licita extenſio: in
propoſito igitur caſu in ſecunda ſubſtitutione vbi
Pompeus eſt ſubſtitutus,& in eius defectū filij,& de
ſcendētes ipſius, reſpectu Pompei licita non erit ex
tenſio,ut etiam veniant Pompei fratres:& quamuis
eadem militet ratio in iſtis fratrib. ſicut in ipſo Pom

peo,

peo,cùm tamen in hac ſecunda ſubſtitutione,cuius
caſus euenit,ſolum Pompeus,& eius liberi ſubſtitu
ti fuerint,nec a teſtatore vocati fuerint eius fratres,
Immo expreſsè excluſi,minime dicēdum eſt, quòd
46 dicta ſubſtitutio ad eos extendatur. Quia de perſo-
na extendenda ad perſonam tractatetur, quæ ex ra-
tionis identitate non permittitur,vt latè ſupra firma
ui,& ita punctualiter decidit Iaſ.d.conſi.220.colum.
pen.nerſi.Primo quod etiam.vol.2. Secundò reſpō
detur regulam prædictam procedere vbi idem tem-
pus reſpicit,ſecus ſi diuerſum, vt in caſu propoſito,
& dixi ſupra. Vltimo reſpondetur regulam ipſam
non vendicare ſibi locum.vbi ſubſtitutio in pęnam
non obedientium teſtatoris voluntati facta eſt.
47 Nā vbi teſtator in pœnam institui diſponit, & pro-
uidet,tunc diſpoſitio in uno caſu facta ad alium ca-
ſum ſimilem non porrigitur,tex.eſt ſing.& ibi not.
Bar.in l.pater Seuerinam.in princ.ff.de condi.& de-
mon.idem not.Bal.in l.cum proponas.C.de hæred.
inſt.ſequitur Dec.conſi.273. In caſu propoſito.co-
lum.2.verſicu. Et hoc comprobatur conſi.290. Do
mina Blaſia.colum.2.verſi.His breuiter relatis.con-
ſi.298.Viſo inſtrumento.colum.1.in fin.verſi.Et ſua
detur.& conſi.336.In caſu propoſito.colum.1. in fi.
verſic. Et etiam potuit. vbi inquit fideicommiſſum
in pœnam hæredis non obſeruantis voluntatem,&
præceptum teſtatoris fieri poſſe.allegat.l.1.C. de his
quæ pœnæ noml.& not.in §.fi.Inſtitu.de lega. cum
alijs ibi per eum deductis.& voluit Soc.in dic.l.1.co-
lu.13.in prin.in vlt.limitatione.de uul.& pup.ſequi-
tur Gualden.in d.caut. 5. Licet caſus. ibi Fallit quo-
que.ubi omnes concludunt ſubſtitutionem in pœ-
nam instituti non obſeruantis diſpoſitionem,& mā
datum teſtatoris factam,de caſu ad caſum etiam ſi-
milem,maioremque rationem habentem non ex-
tendi,cùm caſus pœnales ſtricti ſint iuris,interpreta
tionemq; extenſiuam, ſiue ſimilitudinariam non
recipiant.l.in teſtamento.la 1.de condi.& demonſt.
At in caſu propoſito facta eſt de Pompeo , & eius
deſcendentibus tantum ſubſtitutio Dom.Franciſcę
in pœnam diuidentium bona,& teſtatoris hæredita
tem expreſsę diuiſionem prohibentis, donec Pom-
peus eſſet perfectæ ætatis annorum decem, & octo,
quæ diuiſio ante talem ętatem facta fuit,vt diximus
ſupra,ergo &c.Similiter dicta diuiſionis prohibitio
per alienationis prohibitionem facta intelligitur,dū
teſtator ſub priuationis bonorum pœna prohibet
48 hæredes bona hæreditatis ſtabilia alienare.Quia alie
nationis appellatione venit quoque diuiſio,vt pro-
bat latè Barba.conſi.66.Sapienter optimus colum.
16.verſi.Capio nunc aliam dubitationem.cum ſeq.
inter conſil.Curt. ſenio. quem ſequitur Gualden.in
tract.de art.teſtan.caut.5.Minorib.num.3.ver. Item
diuiſione.de varijs teſtato.præcep.Ratio ſupradictæ
concluſionis eſt. Quia qui teſtatoris præceptū ſper-
49 nit,teſtatori odioſus efficitur.quinimmo ipſum te-
ſtatorem iniuria afficere dicitur,ex eo ꝙ eius volun-
tatē nō ſeruauit,vt probat Alex.conſ.138.Oportune
col.fi.vol.1.cum conc.per Pari.relatis conſ.91.Circa
teſtamentum.col.pen.num.54.cum multis ſeq.vol.
2. Vnde defuncti præceptum non ſeruans nullum
ex teſtamento commodum reportare debet ſecun
dum Iac.de Aret.& Bar. in l.Neſennius.in prin.ff.de
excuſa.tuto,Minusq; refragatur , dum dicebatur,ꝙ
teſtatoris prouiſio in vnum caſum facta ad aliū ex-
tenditur,in quo ſi teſtator cogitaſſet,vel interroga-
tus fuiſſet,veriſimiliter idem prouidiſſet, Quoniam
reſpondetur,vt diximus ſupra de extenſione vnius
perſonæ ad aliam perſonam,quæ fieri nequit, illaq;
oppoſitio procedit,vbi teſtator ad diſpoſitionē pro
ceſſiſſet,vt declarat Iaſ.d.conſi.228.col.2.in fi. verſi-
50 cu. Stat ergo ex prædictis. volum.2. Non enim di-
cere ſufficit,veriſimiliter,& rationabiliter ita voluit
teſtator,ſed ad diſpoſitionem quoque procedere de
bet,Ita etiam reſpondet Dec.d.conſi.377.Viſis,& di
ligenter.colum.1.in fin.verſicu.Quia ad hoc. conſi.
159.Caſus.colum.3.verſic.Et ad hoc.num.5. Pariſi.
conſi.31. Conſiderato.colum.2.num.12.conſi.87.
Vidi,& legi.num.17.& 18.volum.2 conſi.108. Vidi
teſtamentum.num.43.volum.3.& conſi.89.In præ-
ſenti caſu.num.33.volu.2.Hinc dixit Soc.iun. conſ.
2.Superioribus menſib.col.pen.in fi.verſi.Præterea
Socinus.vol.2.ꝙ hoc argumentum de tacita,& veri
51 ſimili teſtatoris mente concludere non ſolet , quia
teſtatorem aliquid voluiſſe non ſufficit , niſi diſpo-
nat,allegat Alex.hoc pro valde notabili firmare. in
l.3.in fi.C.de libe. præteri. cum alis concord. per eū
relatis.& firmat idem Soc.conſi.97.Viſo puncto.co
lum.8.in fi.verſi.Verumtamen.eo.volum.1.& con-
ſi.117.Licet caſus.colum.fin.num.34.volum.1. qui
omnino videatur ad improbādam opinionem eiuſ
dem Soci. conſulentis ad præſens in præſenti cauſa
contra Dom.Franciſcam:quod conſi.reperitur ho-
die impreſſum conſi.122. Et ſi præſentis conſulta-
52 tionis.vol.2.Non obſt.ꝙ in fideicommiſſaria ſubſti
tutione magis mētem,etiam coniecturatam,quàm
teſtatoris verba attendamus, quia quamuis hoc ve-
rum ſit, procedit tamen vbi teſtator ad diſpoſitionē
proceſſit,quia voluiſſe non ſufficit,niſi etiam diſpo
nat,vt ſupra proximè dicimus,ita eſt text.in l. quidā
cum filium.ff.de hæred.inſt.& ibi not.Bald.& Imol.
ita Alex.& Iaſ.in d.l.3.C.de lib.præt.& Soc.ſen.cōſi.
104.Quoniam præſens conſultatio.col.4. verſi. Sed
53 prædictis.uol.3.Vbi inquit ꝙ quamuis leges defun-
ctorum voluntates imitari, & conſeruare conētur ,
vt in d.l.in conditionibus primum locum.de cond.
& demon.non voluerunt tamen in tantum defun-
ctorum voluntati fauere, ꝙ cum prudenti conſide-
ratione imaginari ſufficiat defunctum ita voluiſſe ,
niſi talis voluntas in diſpoſitionem trāſiuerit, ut eſt
caſus & ibi Bal.& Imo.in l.quotiens.§. tantundem.
54 ff.de hæred.inſti.Et ideo dixit Iaſ.conſi.41. In hac ar
dua.col.6.in fi.verſi.Pro iſta etiam concluſione.vo-
lum.1.per illum tex. limitari omnia mundi iura di-
centia teſtatoris voluntatem eſſe ſeruandam, vt pro
cedant,quando teſtator non ſolum in voluntate ſte
tit,de qua clarè appareat,verum etiam ad diſpoſitio
nem proceſſit , & ita ad hanc obiectionē reſpondet
Dec.d.conſi.287.In Ciuitate Placentiæ.col. 3. nu.7.
verſi.Sed ſupradictis.& colum.4.in prin.num.9.ver
ſi.Similiter.& Pariſi.conſi.89.In præſenti.colum. 2.
num.10.ver.Licet enim lege.& colum.pen.in prin.
ſub num.32. verſic. Non obſtant adducta.volum.2.
Et per hæc tollitur quoque quod in contrarium di
cebatur de caſu non omiſſo. vt firmat idem Pariſi.
ibidem colum.3.verſic.Non enim ſufficit num.16.
55 cum tribus ſeq.vſque ad verſi.Nec prædictis obſtat.
Et regula illa ꝙ caſus omiſſus pro omiſſo habetur ,
procedit,vbi perſonæ mutarentur, quia tunc ad ca-
ſum omiſſum non extenditur ſubſtitutio, vt decla-
rat Alex.in d.l.1.colum. 4. verſic. Et in quantum.de
uulg.& pup.quem ſequitur Cur.ſeni.conſi 29.In re-
gno Hiſpanię.col.fi.in prin. In caſu autem propoſi-
to mutarentur perſonæ, vt euidentiſſimè patet,& di
56 ximus ſupra.ergo &c, Aequiparatio ſecūdarum nu
ptiarum ad caſum mortis non refragatur, quia hoc
procederet,ſi caſus a teſtatore prouiſus euenisſet, &
ſic ante obitum Pompei, Dom. Franciſca ſecūdum
contraxiſſet connubium , ſed ceſſante caſu a teſtato
re prouiſo,ceſſat quoque in caſu propoſito dicta ę-
quiparatio.argum.l.adigere. §. quamuis. ff. de iure
patro.& c.cùm ceſſante.cum ſimilib.extra de appel,
& diffuſè

& diffusè tradit Tiraquel. In tract. ceſſan. cau. Ceſſan
te igitur dicto caſu expreſſo, & a teſtatore prouiſo,
remanet fideicommiſſum penes Dom. Franciſcam
grauatam liberum, vt ſuperius dictũ eſt. Quæ, cùm
defecerit conditio, & ſic Pompeus ſubſtitutus ante
conditionis euentum deceſſerit, vera domina, & ir-
reuocabilis effecta eſt, ad eiusq; libitum irreuocabi
liter ipſum fideicõmiſſum liberè alienare poteſt. d.
l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de ca-
duc. tollen. & declarat Pariſ. d. conſi. 87. Vidi, & legi.
colum. fi. in prin. nu. 52. & 53. volum. 2. Quod ſecus
eſſet, ſi ipſa ante obitum Pompei ſubſtituti deceſſiſ-
ſet, vel ad ſecundas tranſiuiſſet nuptias. Non obſtat,
dum dicebatur, ꝙ fideicommiſſarius ex mente teſta
toris coniecturata fideicommiſſum conditionale
ad hæredes tranſmittit, illud comprobando cum
Angeli doctrina in dicto §. & quid ſi tantum. Quo-
57 niam reſpondetur verum eſſe, ꝙ ad ſuos tranſmittit
fideicommiſſarius, ſed non ad teſtatoris hæredes, vt
eſt glo. communiter approbata in d. l. unica. in ver-
bo in liberos. & in verbo de relictis. C. de his qui an-
te aper. tabul. vbi expreſsè inquit, ꝙ ad hoc, vt locũ
habeat tranſmiſſio. duo requiruntur, ꝙ de liberis ſit
tranſmittens, & ille in quem tranſmittitur, ſit de trã-
ſmittentis filijs, ſed Io. franciſcus, & Ant. maria ſunt
Pompei tranſuerſales hæredes, non autem ſui, ad
eos igitur Pompeus eorum frater tranſmittere ne-
quiuit, vt etiam diximus ſupra quàmplures Docto.
allegando, & vltimo loco Socinum iun. dict. conſi.
117. vol. 1. idem conſuluit Corn. conſi. 180. Multitu-
do quæſitorum. colum. 1. verſi. Et maximè cùm ſi-
mus, & in fine primi quæſiti. volum. 4. Nec ſufficit
58 ſimpliciter hæc coniectura, ex eo ꝙ ſint ipſius teſta-
toris filij. Quia Bal. in d. l. unica. colum. pen. in fi. ver-
ſicu. Quæro de tali. q. C. de his his qui ante apert. tab.
Super qua ſe fundant omnes ſcribentes, inquit, ꝙ
coniectura talis intelligi debet, ex eo, ꝙ in teſtamen
to ſit expreſſum, nec coniectura illa ſufficit, ꝙ ſi co-
gitaſſet, ſtatuiſſet idem, vt habetur in d. l. tale pactũ.
§. fi. ff. de pac. tunc enim caſus omnino dicitur omiſ
ſus, & pro omiſſo habetur. d. l. commodiſſimè. de li-
be. & poſthu. & ita declarat, & ſequitur Dec. conſil.
55. Et pro tenui. colum. fi. poſt prin. verſic. In iſta ta-
men diſtinctione. volum. 1. & Soc. iun. d. conſi. 117.
in ſubſcriptione Pariſij nume. 33. & ita intelligit, &
exemplificat Soc. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. col.
4. in princ. verſicu. ex dictis tamen Bald. ff. ad treb.
& Pariſi. conſi. 77. Ser Petrus. colum. 3. in princ. nu.
11. vol. 2. & conſi. 37. Si bona. colum. fi. nu. 79. verſi.
Et licet in locis eod. volum. & Soc. iun. conſil. 141.
Habita. colum. 5. in prin. num. 22. verſic. Reſponde-
tur primo. volum. 2. & doctrina Ang. non eſt uera,
59 ſed communiter Aretini opin. tenetur, ꝙ de perſo-
na ad perſonam etiam ex cõiecturata teſtatoris mẽ
60 te non fiat extenſio, vt diximus ſupra. Vltima quoq;
de conſolidatione cum hæreditate oppoſitio non
refragatur, quia illa procedit, vbi cohæres, vel legata
rius portionem hæreditariam, uel rem legatam hæ-
redi reſtituere grauatus fuiſſet, nam hærede prius de
functo eueniente poſtea conditione portio illa ad
eum penes quem reperitur hæreditas, deuenire de-
bet. l. fi. C. de lega. & eo caſu cum hæreditate conſo-
lidatur, quod ſecus eſt in caſu propoſito, quia Do.
Franciſca non fuit hæredi reſtituere grauata, ſed Põ
peo, & eius deſcendentib. tantum, expreſſo eius no-
mine, nullam de hærede mentionem faciendo. l. qui
liberis. §. hæc uerba. ff. de vulga. & pup. Aymo con-
ſi. 98. Nobilis, & potens. col. 2. num. 8. verſi. Tertia re
ſtrictio. volum. 1. & ideo dicta portio, & legatum pe
nes ipſam remanet, & ita conſuluit Soc. d. conſ. 102.
volu. 3. quamuis etiam fortè dici poſſet, ꝙ etiam ſi
de hærede mentio facta fuiſſet, ꝙ cum hæreditate
conſolidari non deberet, per ea quę ſuperius dixi, al
legans Iaſ. in l. 1. colum. 10. de leg. 1. per not. per Bal.
in l. in cauſa. la 2. §. pomponius. ff. de minori. quem
tex. quoq; allegat Pariſi. d. conſi. 21. colum. 6. num.
61 44. volum. 2. Supra in oppoſitum allegato. Et dicta
per eum ibi procedunt, vbi legatum vxori relictum
fuit quoad viueret, & quouſq; vitam vidualem ſer-
uaret, & ſic legatum temporale eſſet, (quamuis hoc
modo legatum quoq; conditionale dicatur, vt decla
rat Alex. conſi. 66. Viſo teſta. nu. 2. vol. 3.) Secus ſi le-
gatum ſimpliciter relictũ eſſet, & deinde grauata eſ
ſet uxor de reſtituendo illud legatum, ſi decede-
ret, vel ad ſecunda vota tranſiret, vt in caſu propoſi-
to, nam tunc hærede vel ipſo ſubſtituto prius defun
cto legatum penes ipſam grauatam remaneret, iu-
ribus ibi per eum in dict. 6. colum. in princ. allega-
tis. & ita declarat Gualden. in tracta. de arte teſtand.
caut. 70. Si fundus. num. primo. & 2. de lega. ex quib.
omnibus ſublatæ ſunt omnes in caſu propoſito dif
ficultates, & ſic firma remanet concluſio, quòd nõ
refragante ſecundo connubio. D. Franciſcæ fideicõ
miſſum conditionale penes ipſam purum, & libe-
rum remanet, & propterea dicti fratres conuẽti ad
bona per D. Franciſcam petita, & probata condem-
nari debent, ipſamq; a reconuentione dictorum fra
trum, & in ea a petitis abſolui cũ expenſarum victo
ria, & Ant. mariam condemnari ad obſeruationem
omnium in inſtrumento tranſactionis iuratæ con-
tentorum ob eius contrauentionem iuxta diſpo-
ſitionem. l. ſi quis maior. C. de tranſactio. & ita de iu
re reſpondendum cenſeo ego Mattheus Brunus Iu
riſc. Arimin. ad laudem omnipotentis Dei, & glo-
rioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen. Et ita iu-
dicatum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio procuratoris ſimplicis in libello facta, quædam nar-*
ratiua dicitur, quæ domino non præiudicat. & nume-
ro 2.
Secus ſi per procuratorem cum libera facta fuiſset. ibi-
dem.
Quod procedit ſi talis confeſsio per modum contentioſę iuriſ
dictionis facta fuit. ibidem.
2 *Procurator mandati fines excedens domino non præiudi-*
cat.
Procurator ad recipiendum mutuum conſtitutus ſimpliciter
ſe illud recepiſse confiteri non poteſt. ibidem.
3 *Confeſsio procuratoris in alio iudicio inter eaſdem perſonas*
facta, domino in nouo iudicio non præiudicat.
4 *Confeſsio procuratoris in libello facta vera non eſt confeſsio,*
ſed præſumpta.
Verbum (intelligitur) fictionem ſignificat. ibidem.
5 *Confeſsio ficta ſeu præſumpta in uno iudicio inter eaſdem per*
ſonas in alio non præiudicat.
6 *Confeſsio procuratoris erronea per dominum reuocari po-*
teſt.
7 *Error conſtare dicitur, vbi eius contrarium, quod quis eſt con*
feſſus, apparet.
8 *Confeſsio procuratoris erronea, vt reuocetur, probari rem ali*
ter ſe habere, ſufficit.
Confeſsio dolo de errore quandocunque reuocari poteſt, etiã
quòd per partem acceptata fuerit. ibidem.
9 *Conſenſus per quempiam in venditione alicuius rei præſtitus,*
in qua ius habet, impedireq; potuit, & non impedit, ſibi præ-
iudicat, & quomodo procedat. nu. 11.
Idem ſi præſens fuit, & tacuit, quamuis expreſsè non conſen
ſerit. ibidem.
10 *Tutor, vel curator eius auctoritatem, & conſenſum inter-*
ponens in alienatione rei per pupillum, vel adultum

facta

facta ſibi non præiudicat, nec ius perdit, quod in ea habet.
Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet. ibidem.
11 *Legatarius perſonalem actionem contra hæredem, & realem contra quemlibet rem legatam detinentem habet.*
12 *Tacens fauore pupillorum conſentire non præſumitur.*
13 *Verba teſtium ambigua & obſcura contra producentem interpretari debent. & num. 22.*
14 *Verba per teſtem indefinite prolata vniuerſali non æquipollent.*
15 *Legatarius eſt dominus & proprietarius medietatis rei ſibi cum alio legatæ.*
16 *Teſtis in vno falſus in omnibus falſus dicitur, etiam quòd in aliquo verum dixiſſet.*
Teſtis falſus quamuis ad concordiam reduci poſſit, hoc fit ad falſum & periurium euitandum, non tamen vt probet. ibidem. & num. 15.
17 *Teſtis plene factum ignorans nihil probat.*
17 *Teſtis qui veritatem dicere iurauit, illam plenam & meram deponere debet, & ſi aliquid omiſit, in falſum incidit.*
19 *Diuiſio effectum non aſſumit niſi mediante traditione & conſignatione. & num. 33.*
Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. ibidem.
20 *Teſtis dicens ſe non recordari de his quæ eodem contextu geſta ſunt, ſuſpectus redditur.*
21 *Teſtes quorum vnus ſuper facto, alter ſuper confeſſione deponit, non iunguntur, vt plenam probationem faciant.*
23 *Teſtis de auditu non probat.*
24 *Contraria admittenda non ſunt.*
25 *Teſtis de alicuius confeſſione deponens factam fuiſſe parte præſente, eam petente, & acceptante factam fuiſſe deponere debet, alias non probat.*
Etiam ad liberationem. ibidem.
26 *Teſtis de extraiudiciali confeſſione abſente parte deponens ſemiplenam ſemiplenæ probationis tantum probat.*
27 *Iuramentum ſuppletorium deferri non poteſt, quando teſtes ſemiplenam tantum ſemiplenæ probationis probant.*
28 *Iuramentum ſuppletorium deferri non poteſt, quando teſtes ſingulares ſunt.*
29 *Nec periuris.*
30 *Nec in cauſa coram arbitro neceſſario, aut arbitratore.*
31 *Et quando cauſa eſt magnæ quantitatis.*
32 *Nec ei, qui aliquam contra ſe præſumptionem habet.*
34 *Teſtis ſuper impoſſibili & non veriſimili deponens de falſo ſuſpectus eſt.*
35 *Teſtes de duabus confeſſionibus deponentes, vnus de vna, alter de alia ad plenam probationem iungi non poſſunt.*
36 *Teſtes mille ſingulares minus probant, quàm vnus ſolus.*
37 *Teſti varianti non creditur, nec fides ſibi adhiberi debet.*
39 *Parti melius de veritate informatæ magis creditur, quàm teſtibus contrarium deponentibus.*
40 *Qui omne dicit nihil excludere dicitur.*
41 *Tranſactioni iuratæ contraueniens periurus dicitur, & incidit in pœnam. l. ſi quis maior. C. de tranſactio.*
42 *Pluralitas in dubio non præſumitur.*
43 *Confeſſio qualificata diuidi non poteſt.*
44 *Maſſaritiæ quæ in eadem domo reperiuntur, in qua uir, & vxor inhabitant, mariti præſumuntur.*
45 *Vbi eadem ratio militat, ibi idem ius eſſe debet.*

CONSILIVM CXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 PRO reſolutione eorum, quæ in præſenti cauſa ad me trāſmiſſa fuerunt, Quò ad primum dico; quod per aſſertam ſer Herculis confeſſionem non probatur D. Franciſcam bona per eam in præſenti iudicio petita habuiſſe, illa enim eſt quædam procuratoris narratiua, qui a D. Franciſca ſpeciale mandatum ad ea confitendum non habuit, nec ad id conſtitutus fuerat, ut ex lectura mandati producti uideri poteſt, ideo Io. franciſcus & Anto. maria fratres de Gambonis in ea ſe fundare non poſſunt. Pariſi. conſi. 45. Satis concludenter. num. 22. uol. 1. ad hoc enim ſpeciale requirebatur mandatum, ut declarat Bar. In l. certum. §. ſed an & ipſos. uerſi. Secundo caſu. ff. de confeſ. not. in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. & per glo. 2. in c. 1. extra de poſtula. præla. & in c. ſuborta. cum ſimili. extra de re iudi. ſola enim cōfeſſio ſimplicis procuratoris domino non præiudicat ut cōmuniter tenent Doct. in l. ſi debitorem. ff. de nouatio. ſecus ſi cum libera procurator eſſet, ut declarat Cur. Inn. in l. 2. §. qꝫ obſeruari. col. 3. num. 24. uerſi. Et pro hac moueor. C. de iuram. calum. hoc tamen ultimum procedit, ſi talis procuratoris confeſſio per modum contentioſæ iuriſdictionis eſt, ſecus ſi per modum uoluntariæ, ut in caſu propoſito, quia tunc domino nō præiudicat, ut ſignanter declarat Bar. in d. §. ſed an & ipſos. uerſi. An autem mādatum generale. & ibi Pau. de Ca. & habetur per Bellame. in decis. 119. Licet procurator. & late in decis. 695. Factum ſeu confeſſio. in prin. ibi. Dixi nec uoluntaria & tradit Aymo conſ. 202. Per arbitros. nu. 5. lib. 2. & Ruy. conſi. 150. In cauſa. col. pe. uerſi. Et ſimiliter etiam. uol. 3. ideo in præiudicium D. Franciſcæ procurator confiteri non potuit ipſam talia bona percepiſſe, ex quo ſpe-
2 ciale mandatum non habebat, in hoc enim mandati fines exceſſit, merito dicta confeſſio non ualet nec præiudicat. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. extra de reſcrip. & Iaſ. poſt alios in l. ſi procurator. in prin. C. de procur. Facit quod no. Bar. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. & in l. ſi debitorē. ff. de nouatio. de procuratore ad mutuum & ſimilia recipiendum conſtituto, qui mutuum ſimpliciter confiteri ſe recepiſſe poteſt: Et hoc quidem a fortiori in caſu propoſito dicendū eſt, quia aſſerta confeſſio de bonis ſuppellectilib. crediti, &c per D. Franciſcā vt aſſeritur habitis a petitione hæreditatis Pōpei fratris dictorum Io. franciſci & Anto. mariæ, penitus ſeparata dicitur, quam eo tempore dictus procurator nomine D. Franciſcæ petere & conſequi intendebat, talis enim confeſſio uoluntaria & ſpontanea fuit, ideo nullum D. Franciſcæ infert præiudicium d. l. certum. §. ſed an & ipſos. l. ſi defenſor. in prin. cū glo. ff. de interroga. actio. not. in l. 1. C. de confeſ. & per Doc. in c. fi. extra. eo. tit. ſequitur Alex. cōſi. 175. In cauſa & lite. uerſi. Nec ad hoc obſtat. uol. 6. Plus dico quòd cum talis confeſſio per procuratorem
3 in alio iudicio facta fuerit licet inter eaſdem perſonas D. Franciſcæ in præſenti iudicio non præiudicat forte in cauſa, in qua conſtitutus fuerat procurator nocere poſſet. c. cum olim. extra. de offi. delega. declarat ſignanter Spec. in §. Nunc uidendum. uerſi. Sed nunquid confeſſio. in tit. de confeſſio. in 2. par. quod dictum ſequitur ibi Io. and. & idem Io. and. in compoſt. in c. per inquiſitionem. & ibi Ant. de But. in ulti. col. extra de electio. idem Bellame. in d. decis. 695. co. fi. uerſi. Dixi ex mādato. ſequitur Fely. in c. cauſam quæ. col. 2. in fi. verſi. Hæc autem intellige. extra de teſti. & in c. 1. col. pe. in prin. uerſ. Tertia confeſſio. extra ut lite non conteſta. Afflic. in decis. 14. Ioannellus de Diano. nume. 10. & in decis. 83. In cauſa antiqua. col. 2. in fi. nu. 4. & Dec. conſi. 146. Et pro tenui. co. fi. in prin. uerſi. Secundo reſpondetur. l. 1. Quinimmo dici poteſt talem confeſſionem non eſſe ueram ſed præſumptam confeſſionem, quia ex narratis in libello reſultat, & hoc probat clare tex. in l. cum precum. in uerbo intelligitur. C. de libe.

lib.cau.quod fictionem ſignificat. l.qui in vtero. ff.
de ſtatu hom.l.nec emptio.ff.de contrahen.emp.cũ
5 ſi. At confeſſio ficta,ſeu præſumpta in uno inter eaſ
dem perſonas in alio non nocet,ut eſt tex.in l.2. C.
de eden.declarat Arc.in d.c.caotam quæ.& ibi Fely.
in 2.col.in fi.uerſi.Item non procedit.idem firmat
Soc.ſen.conſi.122.In cauſa D.Iacobæ.col.1.uer.Ad
alia tria fundamenta.uol.4.talis igitur confeſſio nõ
nocet, neque in præſenti iudicio D.Franciſcæ præiu
dicat. Et dato ſine ueri præiudicio,ꝙ noceret, dico
6 ꝙ tanquã erronea reuocari poteſt, ut reuocata fuit,
ut in actis ſub die 6.Aprilis apparet. Pariſ.conſ.131.
Iacobus.col.fi.nu.34.uerſ.Et ſemper. uol.1. Clare.n.
per uenditionem ferramentorum: & creditorum
ipſis fratribus per Pompeum olim eorum fratrem
factam, rem aliter ſe habere demonſtratur, per ea
quæ tradit Io.de Imo.in d.c.fi.col.4.& 5.ext.de con-
7 feſſiun.tex.in l.cùm quædam.C.de admi.tut.& de er
rore conſtare dicitur, ubi de contrario eius, quod
quis confeſſus eſt,conſtat,ut inquit Afflict.in deciſ.
44.De tribus.col.2.nu.3.uerſ. Et illud quod dicitur.
8 Hinc dixit gl.in d.§.ſed au,& ipſos.ꝙ qui procurato
ris confeſſionem reuocare uult,ſufficit, quod rem
aliter ſe habere probet, & hoc modo reuocata erit
confeſſio. ſequitur ibi Bar.& Pariſ.d.conſ.131.n.28.
Nec refragatur ꝙ talis erronea confeſſio in iudicio
facta per diuerſam partem acceptata fuerit,quia do
cto de errore quandocunq; reuocari poteſt. Alex.
conſi.90 Fere omnis.in prin.uolu.1. Pariſi.d.conſi.
131.n.33.& 34.& Berq.in li.q.famil.q.54.Sponſalib.
n.5. & talis error cõſtat nedũ ex prædictis uenditio-
num inſtrumentis, uerumetiam ex prædicta ipſorũ
fratrum confeſſione poſitionibus D.Franciſcæ.nu.
76.cum iuramento facta poſt aſſerti libelli producti
narratiuam,& ita concludit Pariſi. d.conſil.131. nu.
37.uerſi.Et præfatus error.Circa ſecundum de con-
9 ſenſu D.Franciſcæ in ferramẽtorum, creditorumq;
uenditione præſtito prima fronte dicendum uide-
batur ſibi præiudicaſſe, ex quo uenditionem illam
impedire potuit,& non impediuit.l.ſi debitor.§.1.&
ibi Bar.ff.quib.mod.pig.uel hyp.ſolui.immo etiam
ſi.expreſſe non conſenſiſſet,ſed ipſa eidem uẽditio-
ni præſens fuiſſet,& tacuiſſet, conſentire iura præſu
munt,quod eſt fortius.l.ſæpe.uerſ.ſed ſcientibus. &
ver.Cur autem.ff.de re iud.& declarat Bart.in l.quæ
dotis.in 4.caſu affirmatiuo.ff.ſolu.mat. cum multis
per Iaſ.congeſtis ibi in 13.col.in 4.caſu affirmatiuo.
ergo tanto magis ſi expreſſe conſenſit, & præcipue
quia ad Pompei pupilli fauorem fuit,ut l.ſi filius.&
ibi gl.ff.de tutel.& idem Bar.in d.l.quæ dotis.in 6.ca
10 ſu affirmatiuo. Contrarium tamen deciditur in d.l.
cum quædam.in fi.C.de admi.tuto. ubi ſi tutor,uel
curator eius auctoritatem, & conſenſum in aliena-
tione rei per pupillum, ſiue adultum facta interpo
nit,ſibi non præiudicat,nec iura ſua perdit, quæ ad
illam rem habet.& ita tenet ibi Bar. Bal.Ang.& Sal.
poſt gl.& copioſe Tiraq.in trac.de utroque retract.
tit.2.§.1.in gl.9.in uerbo,Ou lignagier.nu.141. uerſ.
ſed hanc noſtram.& nu.271.uerſi.Quid igitur ſi tu-
tor.ubi quamplures doct.allegat,præſertim Bal.con
ſil.102.Punctus ſuper quo petitur.uol.2.rationemq;
aſſignat,quia nemini officium ſuum damnoſum eſ
ſe debet.l.ſed & ſi quis.cum uulg.ff.quemadmo.te-
ſta.aperi. idem firmat Aymõ.in q.de indemnitate
mulierum ſuper ſtatuto Ferrari.col.1.nu.2.uer.Ne-
que uidetur obſtare.poſt tract.de antiq.temp.In ca
ſu autem propoſito Do.Franciſca uti curatrix eius
conſenſum in d.uenditione præſtitit,ut in contracti
bus d.uenditionum legitur,ergo&c.Quinimmo d.
fratribus rem alienam ſcienter ementibus imputan
dum eſt.l.ſi fundum.C.de euict. Præterea D.Franci
ſca in qualibet re etiam minima ius habet, cum in
genere legatum ſibi relictum ſit.& ſi hæres bona le
11 gata donauerit,ſiue uendiderit D. Franciſca legata-
ria contra hæredem perſonalem actionem habet,
& in rem,& hypothecariam actionem contra quẽ-
libet rem legatam detinentem,ut eſt tex.in l.1.& ibi
communiter doct.C.communia de leg.Non ob.d.
l.ſi debitor.§.1.& quod ibi per Barto.quia lex illa in
conſentiente proprio nomine procedit,in propoſi-
to autem caſu,ut curatrix,ut dictum eſt. Nec refra-
gantur no.per Bart.in d.4.caſu,quia illa procedunt,
ubi tacens actum impedire potuit, ſed uẽditionem
per Pompeum factam Do.Franciſca impedire non
potuit,ut uoluit Bar.in d.l.quæ dotis.in 1.caſu nega
tiuo.& ibi expreſſe firmat Iaſ.in 15.col.in fi.uerſic.
Nunc uenio ad caſus negatiuos.Pro quo facit gloſ.
magiſtralis in l.Caius. ff. de pig.acti.cum alijs conc.
per Iaſ. relatis in d.1. caſu negatiuo. Nec uerum eſt,
12 ꝙ fauore pupillorum tacens conſentire præſuma-
tur,quia tex. in d.l. ſi filius. in fi.contrarium probat
quod ſimplex taciturnitas patrem non obligat, &
ibi contrarium tenet idemmet Bartol.reprobata il-
la gloſ.Idem firmat Iaſ. in d. ſexto caſu affirmatiuo.
& quamuis in caſu propoſito D.Franciſca non ſim
pliciter tacuerit, immo expreſſe conſenſerit, ut di-
ctum eſt ſupra,nihilominus ſibi non præiudicauit,
ut ſupra diximus, quia uti curatrix, & non nomine
proprio conſenſum præſtitit. Quo ad tertium de
tranſitu ſecundarum nuptiarum, dico prout alias
abunde in conſilio dixi,ad quod me remitto. Circa
ultimum in quo maior uidetur difficultas, arbitror
D.Franciſcam a dicta reconuentione abſoluendam
eſſe,ex eo quod eius filij prædicti non probarunt eã
in diuiſione habuiſſe bona de quibus in eorum re-
conuentione,ut in proceſſu liquido patet. Nam te-
ſtes ad eorum inſtantiam examinati contra ipſam
nihil probant.Immo Andreas quatuordecies nun-
cupatus ſe præſentem fuiſſe deponit, quando ferra
mentorum,frumenti,uini,&aceti facta fuit diuiſio,
dicitq; hæc omnia in tres partes diuiſa fuiſſe, unam
habuit Io Franciſcus,unam Anto.Maria,aliamque
Pompeus. Domina igitur Franciſca nihil habuit,
magiſt. Cæſar ſartor contra eam ſimiliter nihil pro-
bat, ut ex infra dicendis apparebit, quinimmo ſibi
ipſi contrarius extat,& ſi eius dicta recte ponderen-
tur,ambigua,& obſcura ſunt, & contraria his quæ
Andreas prædictus deponit. Inquit enim ſuper ſe-
cundo,tertio, & quarto capitulo: eſſo teſtimonio
ſo che dopo la morte del detto Marco furono elet-
ti li diuiſori &c.quali diuiſero per ordine di M.Gior
gio Deotaleuo,quale era conſultore ſecondo ch'e-
ra ſcritto nel teſtamento diuideuano, & aſſignaua-
no ad una parte,& l'altra la rata ſua,ſi come era ſta-
to diſpoſto nel teſtamento del ſudetto Marco: hæc
uerba ambigua,& obſcura ſunt,non.n.de quib.reb.
ratam aſſignabant, nec quãta cuiuſcunq; rata eſſet,
nec quomodo erat in d.teſtamento diſpoſitum, de
13 ponit, cõtra producentes igitur interpretanda ſunt.
Bar.in l.inter ſtipulantẽ.§.fi.de uerb.obl. Alex.conſ.
2.Viſo proceſſu.in fi.uol.6.duplicato cõſilio.uol.5.
interpretabimur ergo in ratam bonorum mobiliũ
lini & lanæ,quę iuxta teſtamenti diſpoſitionẽ eſt cu
iuslibet eorum 4.pars, quæ interpretatio per eundẽ
teſtẽ comprobatur,ibi,dũ inquit: & coſi fu aſſigna-
ta la 4 parte delli mobili a M.Frãceſca ſecõdo l'ordi
ne,& diſpoſitione del teſtamento. Et tãto magis ta-
lis fieri debet interpretatio. Quia uerba indefinite
14 per teſtem prolata uniuerſali non ęquipollent,cùm
probatio talis de neceſſitate concludere debeat, ut
ſingulariter uoluit Inno.in cap. auditis. in gloſſ. ſu-
per uerbo, exceptionem. de præſcriptio. & hoc di-

ctum ibi Panor. in 4.col.ver.Mihi non placet. nalde
commendat.ſequitur Alex.conſi. 108.In cauſa & li-
te.col.fi.in prin.ver.Præterea licet.vol.2. & Cur.iun.
atteſtans hanc eſſe commun.opi.conſ.17. Licet per
celeberrimos.col.pen.ver.Vera etenim & cõis. Sub
ſequitur idem teſtis dicens, & coſi li aſſignauano la
terza parte delle altre ſuppellecticie,& beni mobili ſe
condo era ſcritto nel teſtamento.& ordine di meſ-
ſer Georgio conſultore. In hoc aduertendum eſt,
quòd hic teſtis ſibi contrarius extat,nam infra depo.
nit,quòd tertiam maſſaritiarum partem Dominæ
Franciſcæ tanquam Pompei curatrici aſſignabant,
ergo non ſecundum teſtamenti diſpoſitionem,ſi.n.
iuxta teſtamenti diſpoſitionem aſſignaſſent, Dom.
Franciſca tertiæ partis medietatem habuiſſet,& alte-
ram Pompeus, & de illa medietate in adminiſtratio
nis redditionis ratione tantum obligata fuiſſet, non
15 autem de eius medietate,cùm ipſa de eius medieta-
te domina eſſet, & proprietaria. §. ſi eadem res.Inſt.
de leg.§.ſed ſi plures.Inſt.de hæred.inſt.cum ſim. de
clarat Paul.de Caſt.conſil.355. Ad primum quæſi-
tum.volu.ſecundo,in nouis.cùm ergo ſibi ipſi con-
trarius exiſtat, in totum reijciendus eſt. Nam teſtis
16 in vno falſus, in omnibus, etiã quòd in aliquo verũ
dixiſſet,dicitur falſus. cap. teſtimonium.extra de te-
ſtib.not.communiter doc.in cap.fraternitatis.extra.
de hæreti.& per Alex.conſi.53. In cauſa, & lite.col.
3.num.12.volum.7.& quamuis fortaſſe ad concor-
diam reduci poſſet,quod tamen negatur,hoc ad fal
ſum,periuriumque euitandum fieret,non tamẽ, vt
probaret.l.cos.& ibi Bar.in fin.ff.de falſ.Alex. & alij
in l.inter ſtipulantem.§.primo,de uerbo. obl. idem
Alex.conſil.29.Clariſſimè doctor.colum. 2.verſicu.
Contra dictum teſtem.volum. 7. & per eandem ele.
gãter conſ.20,In cauſa appellationis.col. 1.nu.4.uol.
4.& copiosè per Fel.in c.cum tu.ext.de teſtib.Super.
Dom.Franciſcæ interrogatorijs idem teſtis interro-
gatus inquit,& vidi i detti meſſer Vincenzo Lunar-
dello,& Malateſta dalla porta aſſignare la rata ſua ſe
condo era nel teſtamento del detto Marco, hęc ver
ba eadẽ ſunt , quæ in prima dictorũ triũ capitulorũ
parte per eũdẽ dicta ſunt,& quia ſuperius ſatis dictũ
eſt,ſuper hoc minimè inſiſtendũ puto. Subſequitur
idem teſtis ſuper interrogatorijs dicta tria capitula
concernentibus,dicens, Eſſo teſtimonio ſa ben che
meſſer Vicenzo,& meſſer Malateſta ſopradetti furo
no eletti diuiſori,ma nõ ſapere in che modo,ſi igno
17 rat quomodo electi fuerint,& quã in diuiſione faciẽ
da auctoritatẽ habebãt , quomodo eos cuilibet por
tionẽ ſuã ſecundũ teſtamẽti diſpoſitionẽ, & de ordi
ne.D.Georgij diuiſiſſe,aſſignaſſeq; depoſuit?Si igno
rat quomodo electi fuerunt,ordinẽ quoq; D. Geor
gij ignorat.Cũ igitur plene factũ ignoret, nihil pro-
bat.gl.eſt in l.lucius. in verbo debeant. ff. de infami,
quam ſequuntur oẽs,vt proſequitur Alex.conſ.88.
In cauſa dominę.in fi.vol.4.& conſ.94.Viſo proceſ-
ſu.col.1.nu.1.vol.6.vbi concludit, quod teſtis plenè
factum ignorãs nõ probat, & eo maximè quia pars
iſta eſt ſubſtãtialis dictæ diuiſionis, & aſſignationis,
18 vt in ſimili probat Alex.d conſi.94.num.1. Et tanto
magis quia teſtis qui veritatem deponere iurauit,il
lam plenam meramque deponere debet , & ſi ali-
quid omiſit,in falſum incidit.ita Bald.in capitu.pri-
mo,in prin.ſi de inueſti.inter domi.& vaſal. lis oria.
& Alex.d.conſi.2.in 2.colum.in fi.nu.6.vol.7.Sequi
tur idem teſtis inquiens,Et hauer viſto che li detti di
uiſori partitono ogni coſa , maſſaritie, ſuppelletti-
tie , veggie,vino , grano , ferro,& ogn'altra coſa ri-
maſta nell'heredità del ſudetto Marco,ma non ſe ri-
cordare della quantità delle robbe . In hoc de ho-
rum bonorum tantũ diuiſione deponit,ſed quomo
do dictorum bonorum diuiſio facta fuerit,non ex-
primitur,nec de eorũ aſſignatione deponit,quæ de-
poſitio in caſu propoſito non concludit, quãuis. n.
prędicta bona diuiſerint,nõ ſequitur,ergo cõſigna-
19 uerunt,ex quo effectum non ſumit diuiſio niſi me-
diante traditione,& cõſignatione.l.diuiſionis placi
tum.ff.de pac.iuncta.l.traditionib,C.eo.non.n.pro-
bat hoc eſſe,quod ab hoc abeſſe cõtingit,l.neq; na-
tales.C.de prob.& l.non hoc.cum ſimil.C.vnde co-
gna. Inſuper inquit idem teſtis , & che aſſignauano
la terza parte delle maſſaritie alla detta madõna Frã
ceſca come curatrice,& la quarta parte delli beni di
lino,& lana ſecõdo la nota del teſtamẽto:Super hoc
dicto ſuperius dictũ eſt qualiter eiuſdem teſtis mani
feſta deprahenditur repugnantia,impoſſibile eſt.n.
quod primum dictum,& hoc vltimum ſtent ſimul
non.n.eſſe poteſt , ꝙ ſi tertia maſſaritiarũ portio D.
Franciſcę tanquam Pompei curatrici aſſignata fuit,
ꝙ etiam iuxta teſtamenti diſpoſitionem conſignata
fuerit,quia teſtator.D.Franciſcam ſuæ portionis do
minam,& proprietariam facit,& ſi totam tertiã par
tem vt curatrix haberet,ipſa nullius portionis domi
na,& proprietaria foret , ſed Pompeus totius tertiæ
partis dominus,& proprietarius eſſet,ſi igitur. D.Frã
ciſcæ vt curatrici tertiã partem aſſignauerunt, arbi-
tri electi,ergo.D. Franciſcæ pro eius portione nihil
aſſignauerut,quod ita ſit,per eundẽ teſtẽ declaratur
ibi,& la quarta parte del lino,& lana ſecondo la no
ta del teſtamento.Si.n, ipſa iuxta teſtamenti diſpoſi
tionem tertiam maſſaritiarũ partem habuiſſet,idem
teſtis expreſſiſſet,prout bonorũ lini , & lanæ quartã
expreſſit,cùm ergo varius ſit, & ſibi ipſi contrarius,
in totum repellendus eſt,ut diximus ſupra: Et quã-
uis in fine dicat.& ſecondo era ſtato ordinato diui-
deuano.non tñ a quo fuerat ordinatũ,declarat,nec
de conſignatione vllũ verbũ , dictũ igitur tanquam
ambiguum, & non concludens minimè probat.Vl
timo inquit idem teſtis.Et ſimilmẽte diſſe hauer vi-
ſto pelare li ferramenti a Piero Moretto inſieme cõ
li diuiſori,& hauerli diuiſi,ma nõ ſapere preciſamẽ-
te in che modo.Contrarium prædictus Andreas ſu-
per 3.c.deponit,inquit.n.ꝙ magiſter Bartholomęus
faber ferramẽta ponderabat, Petrus uero Morettus
illa de loco ad locum deponebat, ergo magiſter Cę
ſar falſus,ergo non probat:Præterea ſi ipſe diuiſores
dicta ferramenta diuidere conſpexit,quomodo de-
ponere põt ſe ignorare quomodo diuiſerint , nõ.n.
veriſimile eſt ipſũ diuiſores diuidere vidiſſe,& igno
rare quomodo diuiſerint,ſi hoc ignorat,plenè factũ
ergo neſcit,ergo minimè ꝓbat,deponẽs.n.ſe qualita
tis diuiſionẽ ignorare falſi ſuſpicionẽ euitare nõ pt,
quia ſi ferramẽtorũ diuiſioni pręſens fuit,diuiſioniſ
que modũ ignorat quomodo pannorũ lini, & lanæ
maſſaritiarũq; diuiſionis modũ declarauit, ſi vnum
ignorat,aliud ſimiliter ignorare pręſumitur, nã ſi ip
ſe a diuiſonib.vocatus fuit,vt ipſe deponit,veriſimi-
le eſt,ꝙ omniũ bonorũ diuiſioni interfuerit,ſciẽs
ergo quomodo lini,& lanæ mobilia , aliaq; ſupelle-
ctilia diuiſerint,& aſſignauerint,ignoransq; quomo
do ferramẽta diuiſerint , a falſi ſuſpicione tutus eſſe
non poteſt.c.quia veriſimile.ext.de præſump. Alex.
d.conſilio ſecundo,colum. fina. nume. undecimo.
volu.ſeptimo.Faciunt tradita per Aymo.conſi. 115.
Nobilis Guilelmus.col.fi.in prin.verſi. Tertio iſti te
ſtes.vol. 1.Vbi concludit ꝙ teſtis ſuſpectus redditur,
20 quando teſtatur ſe non recordari de his quæ eodem
contextu geſta ſunt,& idem firmat in conſ.134.Scri
ptum [illegible] ad fi. nu. 13. eo. vol. Et poſito non tamen
conceſſo ꝙ d.magiſter Cæſar ſemiplenã faceret pro
bationẽ,quia tamẽ ſuper tali ſuppellectiliũ cõſigna-
tione ſingularis eſt,cũ ex ſeptẽ dictorum fratrum te
ſtibus

ſtibus non reperiatur alter, qui ea deponere videa-
tur, non probat. cap. licet cauſam. & ibi Docto. extra
de prob. nec cum Franciſci Caſtaldi, & magiſtri Ale
xandri Galenzoni depoſitione iungi poteſt, quia
quamuis hi duo de extraiudiciali confeſſione Do.
Franciſcæ deponere conentur, cum eo tamen nul-
lo pacto ad probationem faciendam coniungi poſ
21 ſunt. Quia teſtes, quorum unus ſuper facto deponit,
alter ſuper confeſſione, non iunguntur, ut plenam
probationem faciant. Alex. conſi. 180. In cauſa, & li
te. col. fi. uerſic. Fortius uidetur. uol. 6. conſi. 127. Vi-
ſo proceſſu. col. 2. uer. Tertius teſtis. nu. 7. uol. 7. & cō
ſil. 21. Repetitio. col. 1. ver. Iſtud etiam. uol. 4. Franci-
ſcus Caſtaldus alter teſtis de auditu deponit, obſcu-
req; loquitur, & de extraiudiciali cōfeſſione abſen-
te parte. Dicit enim ſuper tertio capitulo examina-
tus. Io ho ſentito dire à M. Ant. Maria, & a ſua ma-
dre, & alli altri, qualmẽte per diuidere loro eleſſero li
huomini, li quali le diuiſero, & partirono da ſieme,
& che quelli eletti haueuano aſſignato ad ogn'vno
la parte ſua, ma in che modo, & perche uigore, o di
teſtamento, o d'altro, io nol ſo: hic teſtis obſcurè lo
quitur, quia nō deponit, de quibus bonis ſuam par-
tem aſſignauerint, nec quanta fuerit portio, ideo il-
22 lius dictum contra producentes interpretandū eſt.
c. in præſentia. & ibi doct. de prob. per Bar. in l. ſi quis
intentione ambigua. ff. de iud. cum vulg. Interroga
tus idem teſtis ſuper interrogatorijs D. Franciſcæ di
cit: ho inteſo dire dalli arbitri, & della diuiſione, co
me ui hò detto di ſopra: ma quello, che aſſignaſſe-
ro li arbitri, preciſamente io non ſo: in hoc nihil de-
ponit, & ſe refert ut ſupra dixit, unde eius depoſitio
obſcura remanet, & nihil probat, deinde ait: & inte
ſi dire, ch'ogn'vn di loro hebbe la parte ſua tanto
del grano, quanto del uino, & quanto dell'altre co-
ſe, come uaſelli &c. Similiter in hoc nihil probat,
quia de auditu teſtatur, nec aſſerit a quo audiuerit,
23 merito non probat. c. tam literis. de teſt. & l. teſtium.
cum vulg. C. eo. & Alex. conſil. 24. Circa proceſſum.
col. 2. verſic. Præterea teſtimonium. uol. 7. & conſil.
71. In cauſa, & lite. col. 1. nu. 3. eod. uol. potuit forſan
a dictis fratribus, qui ſuſpecti ſunt, audiuiſſe, eiſq; ob
eorum intereſſe non creditur. l. omnibus. C. de teſti.
& ſi ad proxime præcedentia refertur, ubi ab arbi-
tris audiuiſſe deponit, nihilominus nō probat, quia
de alterius auditu deponit. d. ca. tam literis. & d. l. te-
ſtium. ſubſequitur dicens: & finalmente inteſi dire
tanto dalli detti Gio. Franceſco, & Ant. Maria, quan
to dalla detta madonna Franceſca, che loro haueua
no partito ogni coſa, & che erano rimaſti d'accor-
do: non dicit quomodo diuiſerant, nec quomodo
concordes remanſerunt, nec ſuper quibus bonis,
uerba hæc ambigua, & obſcura ſunt, ideo contra di
ctos fratres producentes interpretanda ſunt, & eſto,
ꝙ concordes in diuiſione remanſiſſent, ex his tamẽ
uerbis non ſequitur, ꝙ portiones de omnibus bo-
nis ad D. Franciſcam ſpectantes aſſignauerint, nec
quod Do. Franciſca illa bona conſecuta fuerit, non
enim hoc eſſe probat, quod ab hoc abeſſe contin-
git. d. l. non hoc. C. unde cogna. idẽ teſtis ſuper quar-
to capitulo examinatus dixit. Io non ſo altro, ſolo,
che dalli detti Ant. Maria, & ſuo fratello, & da ſua
madre, che eſſi fratelli hanno dato, & conſignato al
la detta madonna Franceſca la parte ſua di tutti li
beni mobili, & maſſaritie di caſa, a benche ſempre
la detta madonna Franceſca ſe ſia andato lamentā-
do, ch'ella non ha hauuto la ſua parte. Non enim
aperit, an audiuerit, uel de dicta conſignatione, uere
ſciat, ergo tanquam ambigue, & obſcurè loquens
non probat, & contra d. fratres interpretatio fieri de
bet, ut ſupradictum eſt. Et ſi intelligere uellemus. ꝙ
a prædictis, & præſertim a Dom. Franciſca audiue-
rit, hoc minime præſumendum eſt, quia uèriſimile
non eſt, quòd ipſa eius portionem habuiſſe fatea-
tur, deinde ſemper cōqueſta fuerit eius portionem
non habuiſſe. Hæc enim contraria ſunt, habuiſſe, &
24 non habuiſſe, ideo admittenda non ſunt. l. ubi repu-
gnantia. & ibi doct. ff. de reg. iur. ubi Moder. Vercel
len. inquiunt, quòd repugnantia, ſeu contraria ſein-
uicem elidunt, ſibique inuicem fidem derogant,
quia contraria in uno, & eodem met ſubiecto ſtare
non poſſunt, ergo Dom. Franciſcæ præiudicium in
ferri non poteſt. Concordando hoc dictum huius
teſtis dici poſſet, quòd Dom. Franciſca confeſſa fuit
ſuam pannorum lini, & lanæ portionem habuiſſe,
ut etiam magiſter Alexander Galenzonus ſuper 5.
capitulo deponit, ſed reliquorum bonorum, uideli-
cet ferramentorum, frumenti, uini, aceti, pecunia-
rum, creditorum aliarumque rerum in inuentario
deſcriptarum portionem ſibi contingentem nō ha
buiſſe ſemper conqueſta fuit, ipſa quoque fatetur
ad præſens, & conqueritur, & fatentur etiam dicti fra-
tres, ut infra patebit. Præterea iſte teſtis de extraiudi
ciali confeſſione Do. Franciſcæ deponit, & tali con
feſſione non atteſtatur dictos fratres fuiſſe præſen-
tes, qui confeſſionem petierint, & acceptauerint: Te
25 ſtis enim de alicuius confeſſione deponens parte
præſente, eam petente, & acceptante factam fuiſſe
deponere debet, alioquin non probat. Saly. in l. 1. in
15. oppo. C. de confeſ. & in l. iubemus. C. de lib. cau.
ſequitur Alex. cum multis concord. conſ. 20. In cau
ſa appellationis. in prin. uol. 4. & conſ. 174. In cauſa,
& lite. col. 1. & 2. in prin. uol. 6. ergo Dom. Franciſcę
etiam ad liberationem non præiudicat. Bar. in l. cer
tum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & eſt magis com
munis opi. vt eam firmat, & comprobat Alex. d. cō-
ſil. 174. col. fi. uerſicu. Poſtremo non obſt. & conſil.
212. Ponderatis his col. 6. uerſicu. Alia ratione. cum
26 plurib. ſeq. uolu. 6. Et quia hic teſtis, quatenus talem
abſente parte extraiudicialem confeſſionem proba
ret, ſemiplenam ſemiplenæ tantum probationis, &
ſic quartam probationis partem probaret, ut decla
rat Iaſ. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. Alex. con
ſil. 152. Viſo proceſſu. col. fi. ad fi. ver. Sed conſtat. uo
lu. 5. conſi. 68. Viſo proceſſu. col. fi. uerſ. Præterea ſe-
cundus teſtis. uol. 3. & conſi. 39. Vertitur his. uerſ. Præ
terea iſte teſtis. nu. 6. uolu. 5. ideo tali caſu in ſupple-
27 mentum probationis iuramentum deferri non poſ
ſet, vt uolunt omnes in d. l. admonendi. & eſto quod
ſemiplenam faceret probationem, ſuppletorium ta
men deferri non poſſet iuramentum, tum quia uni
28 cus, & ſingularis eſt, quo caſu iuramentum ſupple-
torium deferri non poteſt. Bald. in l. de quibus. ff. de
legi. Alex. conſi. 109. Viſo proceſſu. col. fi. uerſ. Nam
capiamus. uol. 4. conſi. 32. Viſo. in fi. uol. 1. Dec. con-
ſil. 316. Viſis. in fi. & conſi. 463. in cauſa. col. 2. uerſic.
Et quando teſtes. Tum quia dicti fratres periuri
ſunt, ut ex eorum reſponſionibus ad primas Do-
minæ Franciſcæ poſitiones, & ex eorum articulis,
& inſtrumentis productis euidentiſſime conſtat. ca-
pitul. final. de iureiurand. in ſexto. & declarat Hiero-
nym. Cagno. in l. non poteſt uideri. verſicul. Quan-
29 tum ad poſitiones. ff. de regul. iur. Et periuris iura-
mentum non defertur ſuppletorium. Bald. in au-
then. ei qui. C. de bon. aucto. iud. poſſi. gloſſ. in cap.
quæſtionis. extra. de appellatio. & not. per docto. in
30 l. in bonæ fidei. C. de iureiurand. Tum quia tale iu-
ramentum in cauſa coram arbitro neceſſario uer-
tente non defertur. Maria. Socyn. in capitul. final. in
ſecunda quæſtione princip. extra. de iureiurand. ſe-
quitur Firman. in ſuo repert. in uerbo, iuramen-
tum, in ſupplementum. numero uigeſimo,

col.1.uerſi.Item fallit in cauſa uertente, idem ſi cau-
ſa coram arbitratore uerteretur, ut ſcribit Aymo.
conſi.73.Dicendum uideretur.nu.23.uol.1.& Grat.
conſi.10.Et ſi cauſa.col.pen.in fi.uerſi.Quarto con-
31 ſidero.nu.29. vol.2. Tum etiam quia cauſa iſta ma-
gnæ quantitatis eſt, ut ex tenore libelli, & inuentarij
in actis producti, conſtare poteſt, in qua tale iuramẽ
tum deferri non poteſt, ut plene no.in l.3. ff. de iure
iuran.& in d.l.admonendi.& per Alex.conſi.74. Vi-
ſo teſtamento.col.2.uerſic. Vnde uidemus.uol.1.&
d.conſi.32.uerſus fi.uerſic.Sequitur ergo.Tùm etiã,
32 quia ei, qui contra ſe aliquam habet præſumptionẽ
non defertur.Bar.in l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.
late Fely.& Mod.in c.2. extr. de conſt.cum alijs per
Gozad.congeſtis conſi.11.In hac cauſa.col.fi.uerſi.
Præterea & quinto, ſed iſti fratres contra ſe præſum-
ptionem habent, ut ex eorum confeſſione poſitio-
nibus D.Franciſcæ nu.76. facta conſtat, ergo &c. Et
ex his concludo Franciſcum Caſtaldum teſtem cõ-
tra D.Franciſcam, nec plenam, nec ſemiplenam pro
bationem facere. Magiſt. Alex.Galenzonus ultimus
teſtis ſimiliter nihil probat. Nam quamuis ſuper ter-
tio articulo deponat dicens. Io ho inteſo dire tan-
to dalla detta madonna Franceſca, quanto dalli det-
ti, Gio.Franceſco, & Anto.Maria, che loro haueua-
no partito la robba del detto già Marco, tanto mo-
bile, quanto ſtabile, in tre parti, cioè una allo detto
Pompeo, & ſua madre: & le altre due alli detti, Gio.
Franceſco, & Anto.Maria, non tamen deponit, nec
probat Io.Franciſcum, & Anto. Mariam Pompeo,
& D.Franciſcæ dictam tertiam partem conſignaſſe,
non enim ſequitur, in tres partes diuiſerunt, ergo il-
lam tertiam partem D.Franciſcæ, & Pompeo conſi-
gnauerunt, poteſt enim eſſe, quod Pompeo tãtum
conſignauerint, & non D.Franciſcæ, ut Andreas præ
dictus ſuper tertio capitulo deponit, & ex uenditio-
nis terramentorum, & creditorum inſtrumentis cõ
33 ſtat, & ad hoc, ut diuiſio uere facta dicatur, & eius ſu
mat effectum, traditio, bonorumq; conſignatio re-
quiritur.d.l.diuiſionis placitum. & ibi Albe.de Ro-
ſa.& alij.ff.de pact.iunct.l.traditionibus.C.de pact.&
declarat Corn.conſil.25. In hac conſultatione.col.
2.in princ.uerſic.Secundo infertur. uol.2. Præterea
deponit, quod tam bona mobilia, quàm ſtabilia in
tres partes diuiſerunt, & nihilominus ſuper quinto
capitulo inquit, a D.Franciſca audiuiſſe, eam pan-
norum lini, & lanæ quartam partem habuiſſe: diui-
ſio igitur in tres partes bonorum mobilium mini-
me facta fuit, ergo uериſimile non eſt ipſum audiuiſ
ſe in tres partes dictorum bonorum diuiſionem fa-
ctam fuiſſe, quia impoſſibile eſt Dom.Franciſcam
partem quartam habuiſſe, ſi in tres partes diuiſio fa
cta fuiſſet: & quamuis tertia pars, quam inquit ex
diuiſione Pompeo, & Do.Franciſcæ obueniſſe, in-
telligi debeat vnicuique pro uirili, non intelligetur
tamen quarta D.Franciſcæ, ſed ſexta pars, hoc dictũ
igitur tanquam non uериſimile, & impoſſibile mi-
nime admittendum eſt, immo tanquam de falſo ſu
34 ſpectum reijciendum eſt. Nam teſtis ſuper impoſſi-
bili, & non uериſimili deponẽs de falſo ſuſpectus eſt,
Alex.conſi.167.Quoniam res.col.fi.uerſ. Eſt etiam,
uol.6.& conſil.237.Perſpectis his.col.2.uer. Contra
ambos.eod.lib.ſequitur Hyp.in l.1. in princ. nu.63.
uerſic.Et ſcias.& nu.64.cum trib.ſeq.vbi quamplu-
ra ad propoſitum congerit.ff.de quæſt. Nec talis aſ-
ſerta D.Franciſcæ confeſſio cum alia de qua Franci
ſcus Caſtaldus ubi ſupra deponit, iungi poſſet. Quia
35 teſtes de duabus confeſſionibus deponentes, unus
de una, alter de altera, prout hi duo, ad plenam pro
bationem iungi non debent. Alexan.conſi.36.Viſo
proceſſu.col.fi.in prin.uerſ.Quia reſpondeo. uol.5.

quod duplicatum reperitur conſi.68.uolu.3.Immo
nec ad ſemiplenam, cùm ipſorum quilibet in ſua
confeſſione ſingularis ſit. Et ideo inquit Bald.in l.
36 iuriſiurandi.col.2.uerſi.Deinde no.C.de teſti.quòd
plures teſtes ſingulares minus probant, quàm unus
ſolus.ſequitur Dec.conſil.310.ſupra allegato.in fin.
Idem magiſt. Alex.interrogatus ſuper interrogato-
rijs D. Franciſcæ tertium capitulum concernentib.
inquit. Io ho inteſo da loro, che Malateſta dalla por-
ta, & Vicenzo Lunardello, ouero M.Ottauiano ſuo
fratello furono quelli huomini eletti alla detta diui
ſione, & detta M, Franceſca, & M.Ant.Maria me hã
no detto, che li detti arbitri diuiſero li detti beni ſe-
condo la forma del detto teſtamẽto del detto Mar-
co. Ecce in hoc teſte manifeſta uarietas, ſupra in ter
tio capitulo dixit a Do.Franciſca, & Io.Franciſco, &
Ant.Maria audiuiſſe, ꝙ bona d.Marci, tam mobilia,
quàm ſtabilia in tres partes diuiſerant, in hoc autẽ
interrogatorio dicit ab eiſdem audiuiſſe, qualiter
arbitri d.bona ſecundum teſtamenti formam diui-
ſerant: hæc enim incompatibilia, & adinuicem cõ-
traria ſunt, ſi bona mobilia, & ſtabilia in tres partes
diuiſerunt modo quo ſupra depoſuit, impoſſibile ẽ
ꝙ ſecundum teſtamenti formam diuiſerint, cùm te
ſtamento diſponatur, ꝙ bona mobilia lini, & lanæ
in quatuor partes diuidãtur, reliqua uero bona ſup-
pellectilia, credita, & iura in tres partes modo quo
ſupra: & ſi ſecundum teſtamenti diſpoſitionem di
uiſerunt, in tres partes omnia non diuiſerunt, quia
nonnulla in quatuor partes, & aliqua in tres diuidi
debebant: deponẽs igitur ſupra uno modo, hic au-
37 tẽ alio, uariare dicitur, & teſti uarianti non creditur,
nec aliqua ſibi fides adhiberi debet. l.qui falſa. ff.de
teſti.& l.eos.ff.de falſ.Et ſecundum magis com.op.
38 quando unus teſtis in dicto ſuo uarius eſt, concludi
tur diſtinguendo, aut ſibi ipſi manifeſte contradi-
cit, ita ꝙ dictum unum cum alio concordari non
poteſt, & tunc certum eſt, ꝙ ad concordiam nullo
pacto fiat reductio: aut manifeſte ſibi non contradi
cit, & tunc eſto ꝙ quantum ad periurium, & falſum
euitandum ad concordiam reducatur, ut quamplu
res doct.tenent, quantum tamen ad hoc, ut probet,
non ſit ad concordiam iſta reductio. ita declarat A-
lex.d.conſi.30.col.1.uerſic. Nec iſtis obſt. nolum.4.
& dictum eſt ſupra, Sequitur idem teſtis ſuper quin
to capitulo dicens, madonna Franceſa m'ha detto,
ch'ella hebbe la quarta parte delli panni di lino, & di
lana, ſecondo la diſpoſitione del detto teſtamento,
hoc idem ipſa fatetur, & ſi ipſa reliqua bona, ut di-
ſpoſuit teſtator, habuiſſet, utique idẽ confeſſa fuiſ-
ſet, ſed quia cætera bona non habuit, ut dicti fratres
quoque in ſeptuageſimaſexta poſitione fatentur,
merito Domina Franciſca in præſenti iudicio illa
petere potuit, nec dicti fratres eam in dictis bonis
reconuenire potuerunt. Subſequitur quoque ſu-
per eodem quinto capitulo dicens: & ſo che detta
madonna Franceſca ha hauuto dodeci botte, & le
ha uendute, come della parte di Pompeo ſuo fi-
gliuolo, lequali botte ella mi diſſe, che M.Antonio
Maria gli le haueua donato dopò la morte del det-
to Pompeo, & ſimilmente il detto Pompeo hauere
hauuto la ſua terza parte d'ogni coſa: in hoc iſte te-
ſtis nihil contra D.Franciſcã deponit, immo in eius
fauorẽ probat, ſi ipſa d.dolia habuit, tanquã ſibi do
nata poſt mortẽ Põpei habuit, ut fatetur ipſe teſtis,
& ex uerbis, & tenore inſtrumenti tranſactionis in-
ter D.Franciſcã, & d.fratres initæ recte colligitur, ſi il
la igitur poſt Põpei obitũ D.Frãciſca ab Ant. Maria
habuit, illa ergo in eius portionẽ in diuiſione nõ ha
buit, & ſi Põpeo 3.pars omniũ rerũ in diuiſione cõ-
ſignata fuit, ergo D.Frãciſca nihil habuit, ergo cõtra
magi-

magiſtri Cæſaris depoſitionem, ergo d.fratres eius
portionem dictorum reliquorum bonorum Do.
Franciſcæ conſignare tenentur, quam ipſi non con
ſignauerunt, ut in d.76.poſitione fatentur. dicentes
credunt non dediſſe medietatem d.3.par.dictorum
ſuppellectilium, ferramentorum, creditorum. & pe
cuniarum in inuentario deſcriptarum d.D. Franci-
ſcæ, quia ſibi non debebantur, ex qua confeſſione
clariſſime patet teſtes prædictos dictorum bonorũ
D. Franciſcæ in diuiſione conſignationem factam
39 non probare. Dictis enim fratribus confitentibus,
meliuſq; de ueritate informatis magis creditur, quã
mille teſtib. et contrarium deponentibus, quia con
tra confeſſionem partis iuratam aliquid deduci nõ
poteſt. auth. contra qui propriam. C. de non nume.
pecu. doctr. eſt Inno. in c. cùm contingat. & ibi Ca-
no. ext. de offi. deleg. Bar. quẽ com ſequuntur om-
nes in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. Io. de Amic. conſ.
36. Factum realiter. col. fi. ante fi. nu. 16. conſil. 33. In
cauſa & lite. col. 1. nu. 3. uerſi. Quia quamuis. conſil.
45. In cauſa agitata. col. 1. nu. 3. uerſ. Quæ confeſſio.
conſi. 62. Caſus ſuper quo. ad fi. nu. 23. & conſil. 71.
In proceſſu agitato. col. pen. nu. 12. uerſic. Item quia
quando. conſi. 99. Magnifico. nu. 3. & 4. & conſ. 101.
In cauſa mota. col. 1. nu. 1. poſt Rom. conſil. 391. Vt
præpoſita. in fi. ubi inquit ꝙ quãdo principalis unũ
fatetur, quamuis mille teſtes contrarium dicerent,
dicto principalis ſtandum eſt. idem firmat Pariſi. in
terminis noſtris cõſi. 72. Pro reſolutione. col. 2. poſt
prin. nu. 12. uer. Et licet teſtes. uol. 3. cum alijs conc.
per Aymo. relatis conſi. 171. Mag Io. col. 3. in princ.
nu. 10. uerſi. Infero ex præmiſſis. uol. 1. D. Franciſca
igitur a reconuentione 3. par. omnium, & quorum
cunque mobilium, ſuppellectilium, & maſſaritiarũ
ſibi in d. diuiſio. non conſignatarum abſolui debet,
& tanto magis quia, ut dictum eſt ſupra, d. fratres in
d. tranſactionis inſtrumento eidem D. Frãciſcæ om
nia bona mobilia, & ſuppellectilia donauerũt, quæ
in Pompei domo ea tempeſtate reperiebantur, &
nedum bona, quæ ad Pompeum ſpectabant, cõpre-
hendũtur, uerumetiam quarta lini, & lanæ bonorũ
portio, quæ eidem D. Franciſcæ in d. diuiſione con-
ſignauerunt, cùm ipſa ante tranſactionis contractũ,
tempore contractus, & poſt contractũ ſemper dictã
domum habitauerit, & omnia eius bona ibi retinue
rit, & qui omne dicit, nihil excludere uidetur. l. Iu-
40 lianus. in prin. de leg. 3. no. per gl. in l. a procuratore.
C. mand. & c. ſi Romanorum. cum ſim. 19. diſt. ad ea
igitur d. fratres D. Franciſcam reconuenire non po-
terãt, immo tanquàm contra dictum inſtrumentũ
tranſactionis iuratum uenientes reijci debent, & ad
pęnas in eo contentas condemnari iuxta tex. in l. ſi
quis maior. 25. an. C. de tranſac. Nec dubitandũ eſt,
quin Ant. Maria, qui in eo. inſtrumento iurauit, per
iurus ſit, & in pęnam d. l. ſi quis maior. inciderit ob
reconuentionem per ipſum, & eius fratrem factam,
in qua D. Franciſcam condemnari, condemnatam-
que cogi petierunt, ad eis domum, ſeu partem do-
mus aliàs per ipſos fratres Pompeo olim eorum fra-
tri, & Do. Franciſcæ conſignatam in diuiſione inter
eos facta reſtituendum, necnon ad tertiam omniũ,
& quorũcũq; bonorum mobilium, ſuppellectilium,
maſſaritiarũq; aliàs per ipſos Pompeo, & D. Franci-
ſcæ in eadem diuiſione conſignatarum portionem
reſtituendum, & attentis omnibus bonis mobilib.
ac ſuppellectilib. D. Franciſcæ per eoſdẽ fratres do-
natis, & in d. tranſac. relictis, attentoq; fine, & quieta
tione per eoſdem facta de omnibus bonis, & d. Põ-
pei hæreditate, & promiſſione eidẽ D. Franciſcæ de
non contraueniendo iurata nedum in portione ſi-
bi donata, uerumetiam in portione bonorum d. q.
Pompei, ſuper quibus eam iureiurando quietauit
Ant. Maria nomine proprio, & nomine Io. Franci-
ſci eius fratris, tranſactioni iuratę contraueniſſe dici
41 tur, ergo periurus eſt, & ſic in pęnam. d. l. ſi quis ma
ior. incidit, & omni iure, & tranſactionis commodo
priuandus uenit, & eam ad fauorem, commodũq;
D. Franciſcæ obſeruare tenetur, ut com. tenent om-
nes doc. in d. l. ſi quis maior. & Corn. cõſi. 25. In hac
conſultatione. col. 1. in fi. uerſi. Et principale funda-
mentum. uol. 2. Si n. Ant. Maria proprio nomine, &
nomine Io. Franciſci ſui fratris pro quo de rato &c.
D. Franciſcam in omnibus bonis. hæreditateq; d. Põ
pei quietauit, quam quietationẽ Io. Franciſcus præ-
dictus d. tranſactionem approbando approbauit, ut
ipſe in 100. poſitione D. Franciſcæ fatetur, eã in por-
tione aliàs per ipſos fratres Pompeo in diuiſione cõ
ſignata recõuenire non potuerunt, contraueniens
igitur Ant. Maria d. tranſactioni, periurus effectus ẽ,
& in pęnã d. l. ſi quis maior. incidit. Et ꝙ omnia bo-
na mobilia, & ſuppellectilia, quæ poſt obitum Põ-
pei in eius domo reperta fuerunt, eadem ſint, & eſ-
ſe præſumantur, quæ ipſi uiuenti obuenta, & per d.
fratres in prædicta diuiſione conſignata fuerunt, pa
tet, quia Pompeus nulla alia bona mobilia, & ſup-
pellectilia habebat, nec alia habuiſſe de iure præſu-
mitur, niſi per eos contrarium probetur. gl. eſt not.
in l. cum de lege. ff. de prob. quam ibi ſequitur Bart.
& communiter doc. ut aliàs dixi in trac. de ceſſio. bo
no. in 26. q. prin. nu. 4. verſ. Satis etiam probata uide-
tur. concurrente inuentario per D. Franciſcam in aſ
ſumptione curæ d. Pompei confecto, & in actis pro
ducto, ut uoluit Bar. & com. doc. in l. fi. §. licentia. C.
de iure deliberan. & ibi Iaſ. in 1. col. in fi. uerſic. Ego
omiſſa. & conſi. 34. Ad motiua. col. 3. circa fi. & in l.
ſi conſtante, in prin. col. 21. in fi. ver. Ex prædictis cõ-
clude. cùm alijs per me citatis in d. 26. q. ſub nu. 6. ver
42 ſi. Non obſtant in contrarium deducta. Et cùm plu-
ralitas in dubio non præſumatur. l. omnium. cum
gl. C. de teſti. c. in præſentia. §. verũ. il 2. ext. de proba.
voluit Bald. in l. fin. C. de erro. aduoca. cùm alijs per
Hyppo. citatis in ſingu. 439. Pluralitas in dubio. Dec.
conſi. 146. Et pro tenui. colum. 4. poſt medium. ver-
Primo inſtrumentum. & Aymo conſi 198. Videtur
eſſe locus. col. 1. in princ. volum. 1. & quod eadem
ſint, ex eorum confeſſione tàm in reconuentione,
quàm in eorum poſitionibus facta probatur, dicen
tium dicta bona aliàs per ipſos fratres in dicta diui-
ſione Pompeo, & Dominæ Franciſcæ conſignata,
impręſẽtiarum penes ipſam reperiri, & cùm omnia
illa, quæ in Pompei domo poſt eius obitum exiſte-
bant, habuerit. D. Franciſca, & ad præſens illa quoq;
in parte teneat, illa eadẽ eſſe præſumuntur, quæ per
eoſdem fratres Pompeo in dicta diuiſione cõſigna-
ta fuerunt. Probatur etiam ex confeſſione. D. Fran-
ciſcæ poſitionibus dictorum fratrum facta, dicentis
aliqua dictorum bonorum poſſidere tanquàm de
43 bonis dicti Pompei. Quæ confeſſio qualificata diui
di non poteſt ſecundum gl. communiter aprobatã
in l. ſi quidem. vbi Bal. in 2. col. ver. Nota gl. quę non
eſt alibi. C. de exceptio. & ibi Bar. & omnes idem fir-
mat latè Alex. conſil. 87. In cauſa Ludouici. volum.
1. cum alijs per Hyp. relatis conſi. 136. Conſului pro
ximis dieb. nu. 28. cum trib. ſeq. & nu. 44. reprobata
Bart. opinione in. l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de li-
be. lega. ſi ergo de Pompei bonis ſunt, de illis igitur
ſunt, quæ per Anto. mariam in dicta tranſactione.
D. Franciſcæ donata fuerunt. Illa enim quæ in Põpei
domo reperta ſunt, illius eſſe præſumebantur, & nõ
alterius. arg. eorum quæ tradit Bald. & Salyc. in l. ob
maritorum. C. ne uxor pro mari. ubi inquiunt, ꝙ
44 quando uir & uxor in eadem domo habitant, mal-

ſatitiæ uiri eſſe præſumuntur. quod dictum ſequitur Soc.ſen.conſil.128.Iuſtiſſime index.col.4.in fin. uol.1.ſequitur ergo quod bona illa mobilia, & ſuppellectilia,quę per d.fratres in dicta tranſactione fuerunt D.Franciſcæ donata,eadem ſunt,quæ d.Pompeo in d. diuiſione per eoſdem fratres conſignata fuerunt, aliaq; eſſe non poſſunt. nec de iure præſumuntur,ut ſuperius dictum eſt. Reconueniēdo igitur D.Franciſcam in omnibus,& quibuſcunque bonis per ipſos in dicta diuiſione tam Pompeo,quàm D.Franciſcæ conſignatis, reconueniſſe dicuntur in omnibus bonis D. Franciſcæ in tranſactione donatis, tranſactioni ergo iuratæ contrauenerunt, ideo Ant.Maria periurus eſt,& in pœnam. d.l.ſi quis maior.incidit.& propterea a reconuentione dictorum bonorum,& domus D.Franciſca abſolui debet. Si enim ſecundarum nuptiarum tranſitus Do. Franciſcæ in legato bonorum, & ſuppellectilium per eam petito minime nocet,nec præiudicat,minus quoq; in domo reconuenta nocere poteſt, quia eadem ratio legato bonorum mobilium militat,quæ in domo reconuenta. Et ubi eadem ratio militat, ibi idē
45 ius eſſe debet.l.illud.ff.ad l.aquil. & l.a titio.de uerb. obl.Corn.conſil.207.Quoniam.col.2.uerſic. Vbi.n. militat.uol.1.& eleganter ſcribit Aymo. conſil.183. Regula quòd appellatio.col.2.in prin. uolu.1. Et ex his omnia contra D. Franciſcam motiua ſublata uidentur. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc.Arim. ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ, amen. & ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Vxor hæres in vita tantum inſtituta, & ipſa vitam vidualem ſeruante, an virtualiter ſub conditione negatiua inſtituta dicatur. ſi non nupſerit.*
2 *Cautio Muſiana requiritur, quamuis conditio affirmatiue concepta ſit.*
3 *Ablatiui abſoluti conditionem faciunt. & nu 8.*
4 *Conditio negatiua hæredi, vel legatario appoſita, niſi in vltimo vitæ ſpiritu impleri non poteſt.*
5 *Laborans in extremis etiam nubere, & matrimonium contrahere poteſt.*
6 *Cautio Muſiana an præſtanda ſit, etiam quòd hæredes non peterent?*
7 *Homo quamuis quem ſemel hæredem facere non valeat deſinere eſſe hæredem, lex tamen facere poteſt.*
9 *Conditio in inſtitutione appoſita ſi deficit, deficit quoque ſubſtitutio, & eius portio aliorum portioni per ius accreſcendi accreſcit.*
10 *Ius accreſcendi poſt emolumentum quæſitum locum non habet.*
11 *Ius quæſitum ſi poſt emolumentum quæſitum annullatur, ius accreſcendi non expirat.*
12 *Filij teſtatoris quando ex coniecturata mente teſtatoris vocati cenſeantur.*
13 *Teſtator filios vxori ad ſecundas nuptias tranſeunti per conditionem de ſeruando vidualem vitam ei appoſitam prædilexiſſe præſumitur.*
14 *Animus, & teſtatoris intentio ex inſtitutionis ordine deprehenditur.*
15 *Idem iuris eſt de parte ad partem, quod de toto ad totum.*
16 *Vxor ſi ea vitem vidualem ſeruante inſtituta fuit, verba illa interpretantur, quamdiu ita vixerit.*
17 *Verbum, deuenire, quamuis de ſui natura commune ſit, ex mente tamen teſtatoris interdum obliquum eſt.*
18 *Trebellianica non detrahitur, vbi vulgaris ſubſtitutio locum habet. & nu.20.*
Hæres ſub conditione negatiua inſtitutus reddere tenetur id quod abſque Trebellianica habuit.ibid.
19 *Vxori inſtituta, dato ei in caſu nuptiarum ſubſtituto, per vulgarem ſubſtitutionem, non per compendioſam, vel fideicommiſſariam ſuccedittur.*
21 *Vxor relicta vſufructuaria inſtitutis filijs alimenta tantum conſequitur, ſecus ſi prohibita fuit adminiſtrationis rationem reddere.*
22 *Verba vxori per teſtatorem adiecta, videlicet, vitam vidualem ſeruante, quid importent.*
23 *Dictio, tunc, temporis principium denotat.*
24 *Dictio, quando, quid importet.*
25 *Actio præſcriptis verbis ex permutatione oritur.*
26 *Diuiſio bonorum per patrem inter filios facta prælegati vim habet.*
27 *Diuiſio a partibus, vel a iudice facta vim permutationis habet.*
28 *Diuiſio teſtatoris inter filios æqualiter inſtitutos facta inſtitutioni derogat, etiam ſi partes inæquales eſſent, dummodo aſſignatio non ſit legitima minor.*
29 *Conditio viduitatis in generali inſtitutione appoſita, an in ſecunda inſtitutione repetita intelligatur?*
30 *Subſtitutio in vno caſu ex coniecturata teſtatoris mente facta, quamuis ad alium caſum trahatur, de perſona ad perſonam non extenditur. & nu.39.*
31 *Extenſio de perſona ad perſonam fieri non poteſt, vbi perſonarum variatio fieret.*
32 *Extenſio de perſona ad perſonam fieri non poteſt, quando ſubſtituti per nomina propria expreſſe nominati ſunt.*
33 *Agens ex ſubſtitutione illam probare debet, quia ſemper dici poteſt, ſubſtitutio hoc caſu non loquitur.*
34 *Interpretatio in dubio fit contra eum, qui ſubſtitutione nititur.*
35 *Verba ſubſtitutionis vbi non aptantur, non aptatur ſubſtitutio.*
Subſtitutio ſecundum caſum formaliter expreſſum limitatur. ibidem.
36 *Legata vxori facta quouſque vixerit, vitamq; vidualem ſeruauerit, pro primo anno pura ſunt, pro ſequentibus conditionalia.*
37 *Subſtituti ſi ante conditionis euentum deceſſerint, ſubſtitutio effecta eſt caduca, nec ad eorum hæredes tranſmittitur.*
38 *Ademptio legati quando fit in pœnam, nunquam ſub contraria conditione legatum datum dicitur.*

CONSILIVM CXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

COnſului aliàs in fauorem Do. Franciſcæ olim uxoris q. Marci Gamboni de Arimino enodando teſtamentum ipſius Marci, & inter alia inter ſcribēdum dixi quod ex quo inter filios eius ueniū erat ad diuiſionem contra præceptum teſtatoris, D.Frāciſca conſequi,& retinere poterat dimidiam portionis aſſignatæ per teſtatorē ſibi,& Pompeo filio durante eius uita etiam ſi ad ſecundas nuptias tranſiret: erat enim tunc uidua, neque de hoc tunc erat quæſtio,modo autem cum nupſerit,reuocari uidetur in dubium cōcluſio prædicta,de qua modo cōtrouertitur,& pars negatiua efficaciter uidetur poſſe probari ex infraſcriptis. Primo,quia cùm ipſa D.
1 Franciſca inſtituta fuerit hæres in uita tm̄,& ipſa uitā uidualē caſtam,& honeſtam ſeruāte,ſequitur ipſam uirtualiter inſtitutā fuiſſe ſub conditione negatiua ſi non nupſerit,quia in his non attēditur ſonus uerborū,ſed ſenſus,qui illis ineſt.q nihil aliud effectualiter
2 cōtinet,niſi hāc cōditionē,ſi nō nupſerit.Et ideo q̄uis affirmatiue ſit cōcepta cōdō,oīno cautio Mu-

ſtiana requiritur.l.pater.§.ſocrus.ff.de cond.& dem.
Bar.in l.Mutianæ.col 2.uerſi. Oppono,quòd habe-
& locum.eod.tit.& ibi Imo.& Cuma.Iaſ.in l.ſiue a-
pud acta.col.6.uer.Item aduerte dum Bar.C.de tran
ſac.& ſi illa uerba,intelligerẽtur, ſeruante,ideſt quo
uſque, uel donec ſeruauerit, quia cùm non militet
eadem ratio in inſtitutione, quæ in legatis, quæ
pro primo anno pura ſunt, pro ſequentibus condi
tionalia, ſi quidem pagano prohibetur hoc, quod
eſt ſpeciale in milite.l.miles ita. ff.de hæred. inſt. ſe-
quitur quòd omnino præſtanda ſit cautio,ut in ter
minis decidit Bal.in l.fi.C.de indic.uidui.tollen.col.
3.verſi. Quæritur quid ſi teſtator. ſequitur Saly. ibi,
qui dicit hoc not. quòd tanto magis dicendum eſt,
quia illa uerba,ſeruante uitam uidualem,ſunt abla-
3 tiui abſoluti,qui faciunt conditionem.l.a teſtatore.
ff.de cond.& demon.Bar.in l.1.in 7.q.ff.eod.tit.& in
his formalibus uerbis tradit Caro.Ruy. in cõſi.190.
Pro ſolutione.col.1.uerſi.Non obſt.lib.2. Accedat,
quia facta eſt illi ſubſtitutio, ſi ipſa nupſerit,& uitam
uidualem caſtam, & honeſtam non ſeruauerit: &
ideo cùm illi adempta ſit portio ſuæ hæreditatis in
qua inſtituta eſt, ſi non ſeruauerit uitam uidualem,
intelligitur quòd fuerit inſtituta ſub contraria con-
ditione.l.aliquando.ff.de cond.& demon.l.ſi pœnã.
ff.quando dies leg.ced. Cùm igitur ſimus in condi-
4 tione negatiua uirtualiter, quæ non poteſt impleri,
niſi in ultimo uitæ ſpiritu,quandoquidem etiam in
5 extremis laborans poteſt nubere, & matrimonium
contrahere.Io.And.in reg.ſine culpa.de reg.iur.tra
dit Alex.in l.ſi quis poſthumos.ff. de lib. & poſthu.
Dec.conſi.175.In cauſa falſitatis.col.6.in fi.ſequitur
6 quod erat præſtanda cautio mutiana, etiam ſi hære-
des non peterent,tex.eſt in d.l.Mutianæ.ubi hoc de
clarat Soc.poſt alios in 3.not. Aut ergo Do.Franci-
ſca non obtulit cautionem, & non præſtitit, & non
fuit hæres.d.l.Mutianæ.aut præſtitit, & ex quo con-
trauenit ex diſpoſitione legis,deſinit eſſe hæres. tex.
eſt in auth.cui relictum.C.de indic.uidui.tollen. ibi
perinde ac ſi non eſſet relictum.& declarat ibi Bald.
7 col.2. Quamuis enim homo non poſſit facere quẽ
ſemel hæredem deſinere eſſe hæredem, lex tamen
hoc facere poteſt.no.in l.in ſubſtitutione. ff.de uul.
& pup.& declarat Soc.in d.l.Mutianæ. col.fi.uerſic.
Ex quo infertur.quamuis Bar. poſt Pet.ibi quem ſe
quitur Imo. uelint nomen hæredis remanere, non
effectum, quod ego non curo, quouis caſu igitur,
aut D. Franciſca nunquam fuit hæres, aut eſt effe-
ctualiter,ac ſi nunquam fuiſſet hæres, quo caſu di-
co,quòd cùm habeat cohæredes, nec habeat ſubſti
tutum, qui hoc impedire poſſit, quippe ſubſtitutio
facta eſt fratribus omnibus dictis filijs in communi,
8 mento ſequitur quod illi ablatiui abſoluti,ſtãtibus,
faciant conditionem.d.l.a teſtatore. & in his uerbis
ſtantibus &c.licet loquatur in ſtatuto,tradit Bar.cõ
muniter approbatus in l.fi.§.1.col.pen.uerſic.Sed ſi
poneremus.ff.ad Tertul.Dec.conſil.283.Et diligen-
ter.col.4.uerſic.Secundo reſpondetur. cum ſimili.
allegatis per Pariſ.conſi.83.Olim ſer Candidus.col.
9 quarta.num.32.uol.2. Et ideo cùm defecta ſit con-
ditio, defecit etiam dicta ſubſtitutio, & per conſe-
quens portio D.Franciſcæ per ius accreſcendi acere
uit portioni aliorum.l.re coniuncti.de legat.3. cum
materia. Si enim non defeciſſet conditio cõmunio-
nis adiecta,ſuccederetur ex uulgari contenta in cõ-
pendioſa, ut in multum ſimili caſu conſuluit Caro.
Ruy.in conſi.170.Viſo teſtamento. per totum. li.3.
ſed præcipue in 2.q.col.fi.Nec diſtributio bonorum
poſtea facta in caſu diuiſionis obſtare poteſt, quia
uidetur repetita eadem conditio, ſtante maxime adẽ
ptione facta ſub conditione,ſi nupſerit, adeo ut ſub

contraria conditione data cenſeatur,ſi non nupſe-
rit, ut ſupra dictum eſt, & per conſequens omnino
uidetur per tranſitum ad ſecundas nuptias euanuiſ-
ſe inſtitutionem,& prælegatum.& fuiſſe locum iu-
ri accreſcendi,ut dictum fuit, cùm portio, aut non
ſit quæſita,aut ſi quæſita eſt,ita extincta ſit,ut ſit per
inde,ac ſi nunquam quæſita fuiſſet, quò fit, ut non
10 obſtet regulariter ius accreſcendi locum non habe
re poſt emolumentum quæſitum.l.1.in fi.cum l.ſe-
quen.ff.de uſufr.accreſ. Bar. in l.re coniuncti. in 14.
col.uerſic. Quarto eſt conſiderandum. de leg.3. &
ibi Iaſ.columna 47.uerſic. Aſſumo ſecundam mate
11 riam.Quando enim poſt acquiſitionem ipſa acqui-
ſitio deficit,& annullatur,non impeditur ius accre-
ſcẽdi.tex.eſt in l.ex contractu.ff. de re iud.ibi, uel ad
cohæredem.quem tex.dicunt ad hoc meliorem de
iure Bar.Ang.& Alex.ibi.ſequitur Iaſ.in d.l.re con-
iuncti.col.49.in 4.limit. uerſi, Quarta fallentia Bart.
eſt.& loquitur quando qui adiuit impetrata in inte
grum reſtitutione aduerſus aditionem deſinit eſſe
hæres,& idem eſt quando deficit, & deſinit eſſe hæ-
res,ut in caſu noſtro. d.l.Mutianæ. de cond.& dem.
uel iuxta auth.hoc amplius.C.de fideicom.ut decla
rat Iaſ.poſt alios per eum relatos in d.l.re coniuncti.
col.49.uerſic.Sexta fallentia.& ibi Ripa num.171.in
ſexta fallen.ſequitur Maria.Socy.iun. in conſil.152.
Viſo eleganti conſilio.col.3.uerſic. Et inter alios ca
12 ſus. libr.2. Vlterius alia ratione uocari uidentur filij
dicti Marci ex coniecturata mente teſtatoris, quem
conſtat uoluiſſe bona ſua cõſeruare in ſua familia,
ut patet ex expreſſa prohibitione alienationis, & ꝙ
ĩ primo caſu ſubſtituit dictæ eius uxori omnes eius
filios. Vnde quamuis in ſecundo facta, ſcilicet diui-
ſione ſubſtituerit Pompeum, uel eius prædefuncti
deſcendentes tantum, & non alios,ueriſimile eſt, ꝙ
ſi fuiſſet interrogatus quem habere uellet bona præ
dicta ipſa tranſeunte ad ſecundas nuptias non exiſtẽ
tibus,neque Pompeo,neque filiis, aut deſcendenti-
bus eiuſdem, quod ueriſimiliter ſidem reſpondiſſet
in hoc caſu omiſſo: & ideo cenſendum eſt ipſos ue
nire in isto caſu omiſſo ad hanc ſucceſſionem ex
præſumpta mente teſtatoris,ut multum in ſimili ca
ſu tradit latiſſime per plura fundamenta Iaſ. in con-
ſil.203.Circa primam. lib. 2. & conſil.154. Teſtator
13 habens tres filios. uol.4. Præſumitur enim prædile-
xiſſe filios uxori ſi tranſiuerit ad ſecundas nuptias,
ut patet ex ipſa inſtitutione, in qua inſtituit ipſam
conditionaliter, ipſa ſcilicet ſeruante uitam uidua-
14 lem. Ex ordine enim inſtitutionis eo modo depre-
henditur animus, & intentio teſtatoris.l.Publius.§.
1.& ibi doct.de cond.& demon.cum ſimilib.Quod
ex eo comprobari uidetur, quod in ultimo capite
in quo prouidet teſtator.quod quando propter ma
los mores Pompei ipſa morari non poſſet cum eo,
uel ex alia cauſa, & eo caſu prouidet, quòd habeat
tertiam partem domorum, & uſufructus,bis repli-
cat,quòd ipſa habeat quouſque uixerit, & uitam ui-
dualem ſeruauerit. Quo fit, ut eo caſu adueniente
extinguatur relictum,neque ad alios reuerti poſſit,
quàm ad proprietarios, & hæredes,unde multo ma
gis credendum eſt id uoluiſſe, quando mortuo
Pompeo ſine filijs ipſa ſecundo nuberet. Accedat,
quod quando fit ſubſtitutio ipſi ſecundo nubenti,
& ſubſtituitur Pompeus, uel eius filij, & non alij,
aducitur cauſa.ſ.ex quo eſt de parte ipſius Pompei
bonorum, & ſuorum. Nam hæc cauſa mani-
feſte nos docet, quod ideo dictam portionem
ad Pompeum, & eius filios deuenire uoluit,
quia cum in ea Pompeum, & matrem re, &
uerbis ab initio coniunxerit, conſtat quòd il-
los, & eorum deſcendentes in illa portione præ-

dilexerit omnibus alijs filijs licet pariter inſt tutis.
Et ſicut voluit portionem Pompei eo mortuo per
reciprocam ſubſtitutionem deuenire ad alios eius
fratres, ita uteriſimile eſt, quòd uoluerit deuenire
ad eos illam portionem hæreditatis ademptam a
Domin. Franciſca, vxore, in pœnam. & tranſlatam
15 in dictũ Pompeũ, & eius filios, quia eſt de portione
ipſius, quia idem iuris cenſeatur uoluiſſe teſtatorem
fore de parte, quod de toto, argu. l. quæ de tota. ff. de
rei uendica. Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iũctis
uidebatur dictam Dom. Franciſcam nullo modo re
tinere poſſe aliqua ex iſtis bonis, ſed potius ſiue præ
ſtiterit cautionem, ſiue non, teneri ad reſtituẽda bo
na ſibi obuenta unà cùm fructibus perceptis iuxta.
d. l. mutianæ. de cond. & dem. & auth. cui relictum.
C. de indic. uiduit. tollen. His tamen non obſtantib.
contrariam ſententiam pro ueriori amplector, & ut
ueritas magis eluceſcat, conſiderandum eſt, quòd quã-
uis teſtator certo modo, & æqualiter in principio fi
lios, & uxorem inſtituerit, & quòd uxor inſtituta ſit
ea ſeruante uitam uidualem, non per hoc dicitur in
ſtituta ſub conditione negatiua, ſi non nupſerit.
16 Quia illa uerba neceſſario interpretanda ſunt, ut
ſint appoſita ex mente teſtatoris durationi, & non
principio inſtitutionis, & ſic interpretantur quam-
diu ita uixerit, quod patet, quia ſtatim ſubſtituit, di-
xerat enim uidelicet Dom. Franciſcam in uita ſua
tantum, & ipſa uitam uidualem caſtam, & honeſtã
ſeruante, ſubdit, poſt mortem dictæ Dominæ Fran-
ciſcæ, uel ſi ipſa nupſerit, & uitam uidualem non ſer
uauerit, tũc & in quolibet dictorum caſuum uoluit,
& mandauit partem bonorum, & iurium hæredita
tis ipſius teſtatoris tangentem ipſam Dom. Franci-
ſcam deuenire ad eius filios inſtitutos tam natos,
quàm naſcituros totam, & integram ſine trebellia-
nicæ detractione, quam prohibuit: Ex quibus uerbis
conſtat, quòd uoluit dictam Dom. Franciſcam eſſe
hęredem, ſeu magis habere eius hæreditatem, non,
ſi non nupſerit, ſed quouſq; non nupſerit, quia præ-
ſupponit ipſam in caſu nuptiarum hæredem eſſe, &
17 quòd bona deueniant in filios. Pondero uerbum, deue-
nire, quod licet ſui natura ſit commune. l. pen. ff. de
ſolutio. c. 1. qui feu. dar. poſ. c. Raynal. de teſtam. Bal.
in l. fi. col. pen. C. de ſacroſ. eccl. & eſt commu. opin.
vt per Aret. in l. centurio. col. pen. de vulgar. & pup.
tamen ex mente teſtatoris in præſenti caſu conſtat,
quod eſt obliquum, quia prohibet detractionẽ tre-
bellianicæ, quo caſu iam apparet, quòd intellexit ita da-
re, & ita ſubſtituere, vt niſi prohibuiſſet, eſſet locus
detractioni, aliàs .n. prohibitio illa eſſet penitus ſu-
peruacua, & ſic intellexit, vt ipſa haberet, & eſſet hæ
res, quòd ſi nuberet, tunc ſubſtitueret, & ſic non intelle
xit teſtator date ſub conditione negatiua, ſed tantũ
illi ſubſtituere in illum caſum nuptiarũ; Oſtendo ra
tione manifeſta, ſi teſtator intellexiſſet inſtituere
ſub illa conditione negatiua, tunc aut eſſet præſtita
cautio, aut non per dictam vxorẽ, & ſubſtitutio om-
ni caſu eſſet vulgaris, quia ſi non præſtitit cautionẽ,
non fuit hæres. d. l. mutianæ. & d. auth. cui relictum,
ſi præſtitit, & nupſit, omnino eſt ac ſi nõ præſtitiſſet,
Bal. in d. auth. cui relictum. col. 2. in fin. & eſt tex. ibi
not. quem Doc. in illis verbis vltimis, ibi, (contractis
nuptijs res data etiam vendicari poteſt, ac ſi non eſ-
ſet relictum) lex enim fingit illum retro non fuiſſe
18 hæredem: ſi non fuit hæres, habet locum uulgaris
ſubſtitutio, non compẽdioſa, aut fideicommiſſaria
in ea contenta, ergo trebellianica detrahi non dẽt,
quod probatur per tex. in §. quæ vero. in auth. de nup.
verſi. Si vero tranſire. vbi dicitur, quòd hæres inſtitutus
ſub illa conditione negatiua reddere tenetur, quod
habuit, tale quale habuit, ergo non cum detractio-
ne trebellianicæ, tanto magis quia tenetur hæres ſiu
ita contrafaciens ad fructus. d. authen. cui relictum.
Si ergo tenetur reſtituere, non detrahitur trebellia-
nica, quia ſi detraheretur, non reſtituerentur, ſed
19 imputarẽtur. l. in fideicõmiſſaria. ff. ad treb. Et quòd
inſtituta vxore ſi nõ nupſerit, & in caſu nuptiarum
dato ei ſubſtituto non ſuccedatur per compendio-
ſam, aut fideicommiſſariam, ſed per vulgarem, &
20 quòd ideo non poſſit detrahi trebellianica, voluit
in terminis Caro. Ruy. conſi. centeſimo ſeptuageſi-
mo. in ſecundo dubio. libro tertio. Cùm igitur ſi ita
inteligeretur, vt non eſſet ſimpliciter data hęreditas,
ſed ſub illa condĩone, nõ poſſet detrahi trebellianica,
patet, quòd teſtator in caſu noſtro non loquitur, in
iſto caſu in quo non eſſet neceſſaria prohibitio de-
tractionis, niſi loqueretur in caſu, in quo ſi non adeſ
ſet prohibitio, potuiſſet detrahere. l. ſi quando. de le
gat. primo. Et probatur, nam uxor relicta vſufru-
21 ctuaria inſtitutis filijs conſequitur tantum alimen-
ta. auth. hoc locum. cum ibi not. C. ſi ſecun. nupſe.
muli. ipſis tamen mortuis relictum alimentorum
conuertitur in proprietatẽ aut certò vſumfructum.
ut tradit Tiraq. in l. ſi unquam. in verbo ſuſceperit.
nu. 163. verſ. A quib. nõ longè abeſt. de reuo. don. quòd
ſi teſtator prohibeat ne cogatur reddere rationem,
hoc ipſo ex coniectutata mente teſtatoris conſtat,
quòd uoluit ipſam alimentariam tantum eſſe, ut tradit
Dec. in conſ. 554. Quod ſupra accuratè. col. 2. Pariſ.
cõſi. 94. Circa primũ. col. 7. in prin. nu. 37. li. 2. Cõſtat
igitur ex hoc quòd intellexit ita inſtituere uxorẽ, ut con
ditio nuptiarũ durationi inſtitutionis appoſita cen
ſeretur, non autem principio ipſius, ut dicunt doc.
in d. auth. cui relictum. & in l. fi. C. eo. ti. Et quamuis
hęreditas a pagano dari non poſſit ſub iſta conditio
ne, poteſt tamen dari ita ut eueniente conditione
nõ deſinat directò eſſe hæres, ſed reſtituat, quod ſibi
obuenit, ſubſtituto. toto tit. ff. ad treb. Verba illa igi-
22 tur, uitam uidualem ſeruante, ex expreſſa teſtatoris
uoluntate intelliguntur, ut ipſa non ſeruante, &
quando non ſeruabit, reſtituat dicta bona, & talia
bona deueniant in illos filios ſubſtitutos, quod pro
23 batur ex illis uerbis, tunc uoluit deuenire. Nam illa
dictio, tunc, denotat principium temporis, quod alij
extremitatem appellant. l. quarta. §. fina. ff. de condi.
& demonſtrat. l. in ſubſtitutione. in fin. de uulgar. &
pup. l. huiuſmodi de uerbor. obligat. Dec. in capitu.
paſtoralis. tertio notab. de except. in capitu. perſo-
nas. colum. fina. de appellat. in conſi. ſexageſimo ter
tio, colum. prima, cum uulg. Si ergo tunc uoluit de
uenire, cùm nupſerit, oſtenditur, quòd quouſq; nupſit,
habere uoluit ipſam, ac ſi reſolueretur inſtitutio iux
ta tex. in d. authent. cui relictum. Certum eſt, quòd
ex legis diſpoſitione non uenirent tunc cùm nube-
ret, ſed uſque a principio, ut dictum eſt: Quod
etiam oſtenditur ex alia dictione quando ſe nube-
24 ret. Nam illud uerbum, quando, idem importat,
ac ſi dictum eſſet quandocunque ſe nuberet, & ſic
ſe refert ad tempus. l. ſi quando. ff. de teſtib. l. tutor.
ubi glo. ſecunda. ff. de iureiu. Et ideo ſi teſtator ſub-
ſtituit quando filius meus non uiuet, eſt, ac ſi di-
ctum eſſet quandocunque. moreretur. ita declarat
Maria. Soc. ſen. conſil. 65. Circa primam quæſt. col.
fi. in fi. lib. 1. non datur igitur hæreditas, ſed data au-
fertur per ſubſtitutionem fideicommiſſariam in
euentum nuptiarum, & ideo neque cautio mutia-
na exigitur, neque poteſt adita per eam hęreditate
habere ex hoc capite iuris accreſcendi poſt emolu-
mentum, & portionem quæſitam. d. l. 1. ff. de uſuf. ac
cre. cùm nõ reſoluatur inſtitutio, ſed ueniat ſubſtitu
tus ſimpliciter ex fideicommiſſaria, ut dictũ eſt, ſub
ſtitutio autẽ habere locum non poteſt, ut dixi aliàs
in alio

in alio conſilio, quia ſubſtitutio in hoc eſt cõditio-
nalis, ſi eo tempore fratres omnes ſtarent in com-
muni, ſed cùm diuiſerint, ſubſtitutio euanuit. l. cũ
uxori. C. quando dies leg. ced. Oldra. conſi. ar. The
ma tale eſt. l. 1. cum ll. ſeq. ff. de condi. & demon. cũ
uulg. Cõſtat igitur quòd ex hoc primo capite uxor
eſt hæres inſtituta, neque ita inſtituta, ut ea nuben-
te reſoluatur inſtitutio, ſed tantum uocentur ſubſti
tuti, & uocentur in caſu quo in communione per
durarent, igitur cum neque cohæredes ex iure ac-
creſcendi, neque ſubſtituti uenire poſſint ex hoc ca
pite, uidendum erit, an poſſint aliquo modo ueni-
re ex alijs capitibus teſtamenti, & ut oſtendamus q
non. Præſupponendum eſt quod quando pater uni
uerſali inſtitutione facta filiorum, eos poſtea in eo-
dem teſtamento, ſiue ante, ſiue poſt, diuidit aſſignã
do certa & determinata bona alicui, nõ per hoc ui
tiatur, & corrumpitur inſtitutio, ſed quia in quali-
bet re, ut in caſu noſtro quilibet hæredum habebat
iure inſtitutionis quartam, illud quod habet ultra,
cenſetur habere iure prælegati, & illud quod habet
minus quarta parte, cenſetur fuiſſe grauatus reſti-
tuere alijs, dato quòd portiones eſſent inæquales,
cum enim ſemel hæres non poſſit deſinere eſſe hæ
res iure ciuili, qñ in caſu noſtro dictum fuit, q caſu
quo inter ſe diuiderentur, uel aliquis, aut aliqui eo
rum uellet, ſiue uellent alios prouocare ad diuiſio
nem, & prouocauerint, ſeu prouocauerit, reliquit
teſtator tunc & eo caſu iure inſtitutionis dicto Io.
Franciſco eius filio pro integra parte ac portione
bonorum ſtabiliũ hæreditatis ipſius teſtatoris. Ec-
ce quòd non uariatur uniuerſalis inſtitutio, ſed tan
tummodo eo caſu diſtribuuntur bona ſtabilia tan
tum, quatenus ergo unus hæredum capit certa cor
pora, quartam partem habet iure ſuæ inſtitutionis,
alias tres partes illius corporis ipſa percipit iure præ
legati. Quatenus autem alia corpora non conſequi
tur, eſt, ac ſi eſſet grauatus de illis reſtituendis fratri
bus illo caſu, maxime propter uim clauſulæ codi-
cillaris, & ita quilibet illa bona ſtabilia obtinet, di-
ctis iuribus, & hæredis inſtitutio permanet, ſed flecti
tur illo caſu & in illis bonis, quia cum hæc diuiſio
fiat inter ipſos hæredes poſt aditam hæreditatẽ, nul
la alia ratione ſubſiſtere poteſt. l. centurio. cum ma
teria. ff. de uulg. & pup. Et ſicut quando ipſi inter ſe
diuiſiſſent iſta corpora inter eos cõmunia pro in-
diuiſo quilibet partem alterius in re ſibi adiudica-
ta habet, & partem iure proprio, & ideo daretur
25 actio præſcriptis uerbis, quæ oritur ex permutatio
ne. l. ſi familiæ. C. fami. hercisc. declarat Soci. conſi.
25. Proſequendo ordinem. col. 3. numer. 8. lib. 4. Ita
quando pater in teſtã aſſignat, poſt aditam hæred.
cenſetur quilibet habere quartam partem corpo-
ris ſibi relicti, ut dixi, iure inſtitutionis prioris, reli-
quas iure cuiuſdam prælegati, alij ſimiliter illas par
tes quæ obueniſſent fratribus, habent iure cuiuſdã
ſubſtitutionis eo caſu factæ & expreſſi prælegati, ui-
dentur enim inuicem grauati quaſi dicta bona per-
mutare a patre, de hoc eſt caſus in l. cum pater. §.
cuictis. ff. de leg. 2. Vbi facta diuiſione a patre inter
26 filios Iureconſultus appellat partes prælegatas par
tes illas corporum hæreditariorum, quæ ultra ratã
& quotã hæreditatis obuenerint ipſis filijs, & decla-
rat ibi expreſſe Bar. in fi. quòd diuiſio teſtatoris ha-
bet uim prælegati, idem firmat Bar. in l. qui Romæ
§. duo fratres. col. fi. uerſi. Decimotertio quæro. de
uerbo. obliga. quod alia ratione, niſi ut ſupra decla
ratum fuit, non intelligit, quod patet, quia Bar. ibi
dicit diuiſionem a partibus uel a iudice habere uim
27 permutationis, facta autem a patre, prælegati, habet
autem facta a partibus uim permutationis, ut ſupra
declaraui, & explicat Soc. d. conſi. 25. li. 5. ubi ſupra.
Igitur eadem ratione facta a patre habet uim præle
gati, ut eſt tex. de hoc in d. l. cum pater. §. hæreditatẽ
poſt mortem. & ibi Bart. & Bal. de leg. 2. gl. Cy. Alb.
de roſa. Bal. Ang. & Pau. de Ca. qui optime declarat
in l. 1. C. communia utriuſque indi. Corne. cõſi. 38.
Viſo libello. co. 2. lib. 3. Siue igitur præcedat inſtitu
tio generalis ſiue ſequatur, nihil obſtat quo minus
ea diuiſio particularis & aſſignatio locum habere
non debeat, caſus eſt in l. quotiens. C. fami. hercisc.
& declarat Bal. ibi & Iaſ. not. in conſ. 18. In ſupraſcri
28 pta. per totum. li. 1. Vbi firmat hanc concluſionem
quòd diuiſio teſtatoris particulariter facta inter fi-
lios æqualiter inſtitutos deroget inſtitutioni etiã ſi
partes eſſent inæquales, dummodo aſſignatio non
ſit minor legitima. Et quòd inſtitutio æqualiter fa-
cta de filijs in hæreditate minuitur per particularẽ
diuiſionem factam a patre in eodem teſtamento
etiam ſi ſit inæqualis, nec ſtatur inſtitutioni, ſed di-
uiſioni, quia, ut dixi, dicta corpora accipiuntur iu-
re prælegati ut dixi, facit tex. in l. parentibus. C. de
inoffi. teſta. ubi Iaſ. l. ſi cognatione. C. fami. hercisc.
Alex. conſi. 12. perſpectis his. in prin. li. 5. Non perci-
piet igitur D. Franciſca iſta ſtabilia & mobilia uirtu
te illius primæ ĩſtitutionis, ſed uirtute diuiſionis, &
aſſignationis factæ in euentum diuiſionis inter fra
tres præfatos. Et quamuis forſan poſſet aliquis præ-
29 tendere repetitam fuiſſe illam eandem conditionẽ,
ſeruãte uidualem uitam, de qua in generali inſtitu-
tione quamuis non ſit expreſſa, tamen contrarium
eſt uerius, & aliàs late firmaui, illa enim generalis
eſt, hæc ſpecialis in bonis ſtabilibus, ſumus in diuer
ſa oratione, & ſunt intermedia quamplurima a te-
ſtatore diſpoſita, ut eſt in terminis decisio Bar. in
conſi. 39. Cola reliquit. in 1. par. Bal. in l. fi. circa fi.
uerſi. Vltimo quæritur. C. de indic. uidui. tollen. Cu-
ma. conſi. 47. Teſtator. Io. de Ana. conſi. 22. Ad pro
bandum. in fi. Iaſ. in l. qui filiabus. colu. 2. de leg. 1. A-
lex. in l. lecta. in 3. not. ff. ſi cer. pet. & latius dictũ fuit
in conſilio. Et quamuis alibi Pau. de Ca. in conſi. 11.
Super primo quæſito. in fi. lib. 2. in nouis. uideatur
contrarium uelle, ut cenſeatur facta repetitio, tamẽ
contrarium uerius eſt per prædicta, maxime quia te
ſtator, quando etiam repetita cenſeretur illa condi
tio, quod negatur, ſatis declarauit intentionẽ ſuam,
dum dixit, relinquendo medietatẽ domorũ quouſ-
que uixerit, & uitam uidualem ſeruauerit, & dũ re-
linquit uſumfructum tertiæ partis, ſimiliter dicit, uſ
quequo uixerit, & uitam uidualem ſeruauerit, &
ſic appoſita eſt iſta conditio durationi ipſius relicti
non initio, ut dicunt Doct. in d. auth. cui relictum.
& l. fi. C. eo. tit. Sed omnis difficultas tollitur, quia
expreſſe teſtator ſubſtituit in caſu ſecundarum nu-
ptiarum poſt diuiſionem, & declarat intentionem
ſuam eſſe, ut eo caſu deueniant hæc ſtabilia, & por-
tionẽ ſibi tãgentẽ ad Pompeũ, uel ius filios dumta
xat uenire, & nõ ad alios. Vnde talis expreſſa uolũ-
tas teſtatoris attendenda eſt, pro quo eſt not. deci-
ſio Alex. allegati aliàs conſi. 66. Viſo. lib. 3. ubi teſta-
tor reliquerat uxorem uſufructuariam donec uixe
rit, & uitam uidualem ſeruauerit, & caſu quo cum
filijs ſtare non poſſet, reliquit quædam bona & pe-
cunias, & dubitatum fuit, an ſi ſecundo nupſerit,
poſſet habere talia bona, & ſic an conditio uiduita
tis adiecta in principali & uniuerſali inſtitutione cẽ
ſeatur repetita in relicto ſubrogato loco illius in
certum euentum, ut in caſu illo, & concludit quòd
non. Vnde multo magis idem dicẽdum eſt in hoc
caſu, in quo adeſt expreſſa ſubſtitutio in caſu ſecun
darum nuptiarum, ideo aliæ conſiderationes & ſub
ſtitutiones ceſſant, ut dicit Dec. in l. precibus, col. 1.

circa medium. C. de impube. & alijs ſubſti. dū uult
ſubſtitutionem compendioſam uulgarem non cō
præhendere, de qua ſpecialis prouiſio facta eſt, quo
fit, ut ſi ſubſtituti deceſſerint, ſubſtitutio ipſa expi-
ret, & D. Franciſca hoc prælegatum conſequi poſſit
quia non tranſmittitur, glo. Bar. & omnes in l. 1. C.
de his qui ante aper. tabu. cum ſimili. Non enim in
prælegato adeſt expreſſa aliqua conditio, uel onus
non nubendi. ex iuris diſpoſitione repetita non cē-
ſetur, ut dixi. Et ſubſtitutio facta de Pompeo, & eius
filijs perſonis eorum expreſſis non poteſt trahi ad
alios filios, ad quos teſtator expreſſe trahi noluit,
30 quia quamuis trita ſit iuris regula, quòd ex conie-
cturata mente teſtatoris ſubſtitutio facta in uno ca
ſu ad alium caſum trahatur, tamen talis extēſio nō
fit de perſona ad perſonam, dato quod in perſona,
ad quam facere uolumus extenſionem, ſit eadem
ratio, & præſumamus eandem fuiſſe mentem te-
ſtatoris, ita quod credamus ueriſimiliter ſi de hoc
fuiſſet interrogatus teſtator, ita fuiſſet reſponſurus,
tex. eſt in l. ſi quis ita. §. pe. ff. de teſtam. tute. quē tex.
ad hoc ponderat & inducit Iaſ. conſi. 220. Nodoſa
eſt. col. 1. uerſi. Imprimis ergo pro hac parte. li. 2. al-
legat ad hoc glo. in l. titius. in prin. ff. de lib. & poſth.
quam ſequitur Dy. Oldra. Alberi. Nico. de Neap.
Ang. & Cuma. ibi. Cy. in l. ſi pater. C. de hæredi. inſti.
Cyn. Dy. Bartol. & Alberi. in d. l. ſi quis ita. dicen-
tes ita fuiſſe determinatum. quam opinio. dicit A-
lex. in d. l. titius. ſeruandam eſſe propter glo. & alio-
rum auctoritatem. eandem ſequitur Are. in l. gal-
lus. §. & quid ſi tantum. colu. 2. ff. de libe. & poſth. &
ita conſuluit Iaſ. conſi. 228. In iſto themate. colu. 2.
uerſi. Stat ergo ex prædictis. col. 2. & idem uoluit
Abb. conſi. 57. Attingam. col. pe. li. 1. Iaſ. in d. c. cum
res. col. 3. in 6. not. de leg. 1. Deci. conſ. 85. col. 4. con-
ſi. 291. Viſis & diligenter col. 2. uerſi. Secundo præ-
mitto. conſi. 218. In caſu ad me tranſmiſſo. col. 3. in
prin. uerſi. Et ex his comprobatur. conſi. 314. Pro re
ſolutione. colum. 2. uerſi. Tertio ex alio. conſi. 377.
Viſis & diligenter. col. 1. in fi. uerſi. Quia ad hoc re-
ſpondetur. Alex. conſi. 31. Præſupponitur in facto.
col. 2. in fi. num. 5. & Aymo. conſi. 161. Verba. num.
11. uerſi. Sexto ſi dicimus. uol. 1. & Roland. conſ. 94.
31 nume. 20. uolu. 2. Præterea non poteſt fieri ex alio,
quia hic uariaretur, & fieret extēſio in perſona ſub-
ſtituti, non eius cui ſit ſubſtitutio. tex. eſt in l. com-
modiſſime. ff. de libe. & poſth. hanc doctrinam tra-
dit Bar. in l. gallus. in prin. colu. 3. ff. eo. ubi alij fere
omnes ſequūtur. Alex. in l. 1. in prin. col. 6. de uulg.
& pup. Iaſ. d. conſi. 220. col. 5. uerſi. Tertio pro eadē
parte. li. 2. & eſt tex. in l. ſi pater filium. & ibi Imo. &
Alex. ff. de uulg. & pup. quem ad hoc allegat Iaſ. in
d. conſi. 228. col. 2. uerſi. Confirmatur prædicta. eo.
lib. 2. Accedat quòd hic ſubſtituti ſunt expreſſis no
32 minibus, ſuper quibus alij filij comprehendi non
poſſunt, immo ipſe teſtator eos comprehendi nol-
uit, ideo non poſſumus progredi ad alias perſonas,
quando eſſemus etiam in caſu in quo extēdere poſ
ſumus ad alias perſonas ut tradit Cur. Iuni. in conſi.
113. Pro ſolutione motiuorum. col. 4. Aymo. conſi.
98. Nobilis & potens. col. pe. uerſi. Septimo cōſide-
ro. num. 13. Faciunt quę idem Aymo. not. ſcribit in
d. conſ. 98. col. 2. uerſi. Neque ſolum. cum ſeq. ſtanti
bus maxime dictionibus reſtrictiuis & limitatiuis
de quibus in teſtamento in d. ultima parte, ibi, caſu
quo facta dicta diuiſione, & paulopoſt, ibi, tunc, &
eo caſu uoluit, & ibi, ſolum & dumtaxat ad dictum
Pompeum, & ibi, & non ad alios eius teſtatoris fi-
lios, per ea quæ latiſſime tradit idem Aymo. in d. cō
ſi. 98. col. 3. Maria. Soci. Iu. conſi. 181. num. 5. in con-
ſi. 190. num. 10. li. 2. Verba enim illius ſubſtitutionis

non ſonant iſtum caſum igitur ad eum extendi nō
debet. Quia agens ex ſubſtitutione debet illam pro
33 bare, & quòd ſubſtitutio de eo facta hūc caſum cō-
præhendit, & hoc clare & concludenter, quia ſem-
per poſſumus dicere, ſubſtitutio non compræhen-
dit hunc caſum. Soc. conſ. 62. col. 3. conſi. 63. col. 8.
conſ. 116. col. 5. lib. 3. Aymo. conſi. 162. numer. 16. In
34 dubio enim interpretatio fit contra eum qui agit
ex ſubſtitutione. Soci. conſi. 113. colu. pe in fi. lib. 1.
Corn. conſi. 186. col. fi. uerſi. Confirmatur præmiſ-
ſa. conſi. 304. col. 4. uerſi. Et quando obſcuritas. li. 3.
& ita arguit Aymo. conſi. 147. Catherina. colu. 1. in
prin. uerſi. Secundo ſaltem negari non poteſt. Et
35 ideo dicitur quod ubi uerba ſubſtitutionis non ap
tantur, non aptatur ſubſtitutio, ut tradit nouiſſime
Maria. Soci. Iuni. in conſi. 155. nu. 6. lib. 2. conſi. 101.
num. 3. li. 1. Et quòd ſubſtitutio limitatur ſecundū
caſum formaliter expreſſum ut idem tradit conſi.
181. num. 5. lib. 2. Et quòd ſubſtitutio uni facta non
debet trahi ad alium, ut multum in propoſito con
ſiderat idem in conſi. 180. num. 45. uerſi. Nec uſquā
lib. 2. Ex quibus ſatis patet reſolutio contrariorum.
Nam quæ circa primam inſtitutionem dicta ſunt,
illa non habent locum, quia nos contendimus ſo-
lum de bonis ſtabilibus & mobilibus, quæ ipſa per
cipit uirtute ſecundi relicti, in quo nulla adeſt ex-
preſſa cōditio uidualitatis appoſita, & quādo aliqua
tacite ſubintelligenda eſt, tunc non eſſemus in con
ditione appoſita initio prælegati, ſed durationi, cū
ipſe idē teſtator ſe ipſum interpretetur paulopoſt
bis repetendo, quouſq; ipſa uixerit, & uitam uidua-
lem ſeruauerit, & fere ſtatim poſtea, uſque quo ui-
xerit, & uitam uidualem caſtam & honeſtam ſerua
uerit. Quo fit ut non fuerit neceſſaria aliqua cautio
36 mutiana, quia talia prælegata cenſentur pro primo
anno pura, pro ſequentibus conditionalia l. legatū.
ff. de adimen. lega. l. pater ſeuerinam §. fi. de condi.
& demonſtra. & ita tenet Cy. in l. fi. C. de indic. ui-
dui. tol. dicens ita ſeruari in Italia. & ibi Bar. Bal. &
alij omnes. & multum in propoſito noſtro conſul-
uit Caro. Ruy. conſi. 190. Pro ſolutione. lib. 2. Nam
& in illo caſu ſuo poterit uenire uxor ex duplici ca
pite, altero abſolute conditionali, altero puro pro
primo anno, pro ſequentibus conditionali. Et dicit
quod ex quo non præſtitit cautionem cenſetur ue
niſſe ex primo capite, ſed in caſu noſtro dicendum
eſt talem conditionem non fuiſſe adiectam, quod
patet ex lectura teſtamenti. Nec debet ſubintelligi,
aut reperi per ea quæ ſupra dicta ſunt, ut decidit in
terminis Alex. conſi. 66. Viſo teſtamento. li. 3. Et cū
teſtator expreſſerit, ubi uoluit, ubi omiſit, cenſetur
noluiſſe. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu.
tol. cum ſimili. tradit is per Iaſ. in l. qui filiabus. in
prin. de leg. 1. & cum uoluerit eo caſu ſubſtitutum
37 eſſe Pompeum, & eius filios, & nō alios, & ipſe præ
deceſſerit uxori, talis ſubſtitutio effecta eſt caduca,
neque eſt tranſmiſſa ad eius hæredes. d. l. 1. C. de his
qui ante aper. tabu. Non obſtat quòd facta fuerit
ſubſtitutio ſub iſta conditione, & ideo ſub contra-
ria cenſeatur datum, quia ex quo ademptio per ſub
ſtitutum uidetur facta in pœnam ſecundarum nu-
ptiarum, non poteſt fieri talis interpretatio, quia
38 quando ademptio fit in pœnam, nunquam dicitur
legatum datum ſub contraria conditione, nec ha-
bet locum regula in contrarium allegata, ita dicit
Bar. in l. 1. §. item ſi ita. ff. ad l. fal. per illum tex. dum
reſpondet ad l. aliquando. de condi. & demon. in
contrarium allegatam. & ad l. ſi pœnam. quando
dies leg. ce. Et ita in terminis noſtris reſpondet Ca-
ro. Ruy. in d. conſ. 190. col. 2. uerſi. Immo dicitur.
li. 2. Non obſtant quæ poſtea dicebantur de iure ac
creſcendi,

creſcendi quia ipſa Dom.Franciſca non venit ex pri
mo capite,ſed ex prælegato ſtabilium,& mobiliũ,
in quo nec eſt appoſita conditio,nec repetita cenſe
tur,per ea quæ ſupra latius dicta ſunt. Nec ex conie-
39 cturata mente poteſt fieri extenſio, tùm quia fieret
de perſona ad perſonam, quod non eſt dicendum,
tùmq́ quia extenſio fieret in perſona eius qui ſubſti-
tuitur,non eius cui fit ſubſtitutio, quod non eſt ad-
mittendum per ea quæ latius dicta ſunt, & neceſſe
ſit teſtatorem diſponere, vt eius voluntas attenda-
tur, & caſus ille, quando non poſſet ſtare cum
Pompeo propter eius malos mores, vel alia cauſa,
non euenit, vt latius proſecutus ſum in conſilio.
Igitur ex eo non eſt arguendum, & ſic concludo.
D.Franciſcam ea viuente,quamuis ſecundo nupſe-
rit,poſſe ſtabilia retinere,& legatum mobilium pe-
tere. Ita de Iure in propoſito caſu reſponderi poſſe
exiſtimo Ego Siluester Aldobrandinus Florentinus
Vrbini Ducis Conſiliarius,ideo ſubſcripſi & ſignaui
rectius ſentientis cõſilio ſaluo. Laus Deo & virgini
glorioſiſſimæ.& ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a ſufficienti partium numeratione validum eſt.*
2 *Conditione communionis per teſtatorem inter hæredes appoſita,ſi communio non permanſerit,ſubſtitutio in illo caſu facta corruit.*
3 *Subſtituti in ſubſtitutione reciproca generali an in locum alterius ſubſtituti in alia ſubſtitutione ſuccedant.*
4 *Inducta ad vnum finem, & effectum aliud operari non debent.*
5 *Ius accreſcendi locum non habet, vbi ius iam quæſitum fuit.*
6 *Extenſio de perſona ad perſonam fieri non poteſt.*
7 *Caſus cõtingens præter teſtatoris ordinationem ſub diſpoſitione a teſtatore facta non includitur,etiam ſi in caſu contingẽti maior eſſet diſponendi ratio.*
8 *Teſtator velle non dicitur niſi expreſsè diſponat.*
9 *Agens ex teſtamento eius inſectionem probare debet alioquin ſuccumbere debet.*
10 *Caſus a teſtatore omiſſus pro omiſſo habetur.*
11 *Subſtitutus ſi ante caſum fideicommiſſi reſtituendi deceſſerit, fideicommiſſum penes grauatum remanet.*
12 *Diſpoſitio authentica,cui relictum.C.de ind.vid.toll.quomodo procedat.*
13 *Tranſactio non viſis nec cognitis teſtamenti verbis facta nullum partib.præiudicium infert.*
14 *Ius per proteſtationem retinetur.*

CONSILIVM CXV.

Adſit Deus.

SVBTILITER, & copioſè in fauorẽ
D.Franciſcę contra filios ſcripſit inſignis
Iuriſconſultus.D. Siluester Aldobrandi-
nus Florentinus, quẽ ſi olim acutiſſimũ
diſcipulũ appellauerit Dec. in conſ. 598.
Viſis his.in prin.,poteſt in præſenti appellari merito
peritiſſimus legum magiſter, adeo, vt poſt eum in
cauſa eadẽ alij conſulto relictus videatur nullus ſcri
bendi locus,vt tamen eius opinioni aſſentiens addu
1 cta per eum deguſtaſſe videar, a ſufficienti partium
enumeratione arguẽdo iux.l.patre furioſo. ff. de his
qui vel alie.iur.puto liquere filios.d. D.Frãciſcæ poſt
præſentes ſecundas nuptias(ea ſaltẽ viuẽte)non poſ-
ſe contra eã conſequi portionẽ bonorum ſeu hære-
ditatis ſibi in teſtamento mariti relictam, Non poſ-
ſunt.n.dicti filij nunc agere ad dictam portionẽ niſi
his medijs. Aut ex teſtamẽto,aut ab inteſtato. vel iu
re accreſcẽdi. Ex teſtamẽto aũt an poſſint obtinere
prætermittendũ eſt,ꝙ in prima inſtitutione facta æquis
portionib.& pleno iure de ipſa vxore, & de dictis fi-
diſcipulũ appellauerit Dec. in conſ. 598.
Viſis his.in prin.,poteſt in præſenti appellari merito
peritiſſimus legum magiſter, adeo , vt poſt eum in
cauſa eadẽ alij conſulto relictus videatur nullus ſcri
bendi locus,vt tamen eius opinioni aſſentiens addu
1 cta per eum deguſtaſſe videar , a ſufficienti partium
enumeratione arguẽdo iux.l.patre furioſo. ff. de his
qui vel alie.iur.ſunt,liquere filios.d. D.Frãciſcæ poſt
præſentes ſecundas nuptias(ea ſaltẽ viuẽte)non poſ-
ſe contra eã conſequi portionẽ bonorum ſeu hære
ditatis ſibi in teſtamento mariti relictam , Non poſ-
ſunt.n.dicti filij nunc agere ad dictam portionẽ niſi
his medijs. Aut ex teſtamẽto,aut ab inteſtato, vel iu
re accreſcẽdi . Ex teſtamẽto aũt an poſſint obtinere
præmittendũ eſt,ꝙ in prima inſtitutione facta æquis
portionib.& pleno iure de ipſa vxore, & de dictis fi-
lijs Ioannifranciſco Antoniomaria,& Pompeo ſub
ſtitũ eſt facta ipſi.D.Frãciſcę poſt eius mortẽ,vel poſt
ſecundas nuptias de dictis filijs cũ cõditione expreſ
ſa,ſi eo tẽpore dicti filij,& ipſa uxore ſtarent in cõio
ne,& pro indiuiſo inter ſe:quæ quidẽ conditio non
fuit adimpleta , quoniam tempore dictarum ſecun
darum nuptiarum,& prius dicti filij , & mater non
ſtabant in cõi.ſed diuiſi ſeparatim habitãtes,& poſſi
dẽtes portiones poſtmodum factas per ipſum teſta-
2 torem in teſtamento in caſu diuiſionis . Ideo dicta
cõditione nõ permanẽte corruit,& ceſſat dicta ſub-
ſtitutio.l.ſi ea conditione.C.de cond. inſer. & l. pri-
ma.§.ſin autẽ aliquid.C. de cad. toll. Ceſſat quoque
petitio fideicommiſſi familiæ conceſſi in caſu uen-
ditionis,alienationis,vel diſtractionis prohibitæ per
teſtatorem,quia.D.Franciſca non contrauenit, ven
dendo,alienando,uel diſtrahendo aliquid de bonis
teſtõris iuxta not.in l.filiusf.§.diui.de leg. 1.& in l.cũ
pater.§.libertis.de leg.2. Sumus ergo extra caſũ pri-
mæ inſtõnis,& ſubſtitutionis factæ.D.Frãciſcæ acce
ceptis portionib. per filios in pœnam prohibitæ diui
ſionis factis a teſtatore.Quæritur de portione.D.Frã
ciſcæ in cõi,& pro indiuiſo relicta de certis bonis cũ
portione Pompei,cùm D.Frãciſca nõ diuiſerit a Põ
peo,neq; caſu dictæ diuiſionis eueniente,cum Pom
peus in his caſib.ſubſtitutus ipſi matri decedẽti , uel
nubẽti mortuus fuerit abſq; filijs antequàm mater
trãſiret ad alia vota,clariſſimi iuris videtur alios fi-
lios non poſſe habere dictam portionem D.Franci-
ſcæ,quia in dicta portione ſolus erat ſubſtitutus Põ-
peus cũ ſuis filijs,& non alij filij teſtatoris,vt in teſtõ
expreſſe diſponitur,ibi , & non alios eius teſtatoris
3 filios,&c.Non poſſunt.n.venire vt ſubſtituti d.Pom
pei in generali reciproca ſubſtitutione ſuperius fa-
cta de omnib.filijs adinuicem, quaſi ſubſtitutus ſub
ſtituti in locum primi ſubſtituti ſuccedat,vt per Bar
tol.in l.quamdiu la 3.ff.de acqui.hęredit. & Iaſ. in l.
prima,colum.,octaua verſic. Vndecimo,& vltimo.
de uulga.& pup.cum ſimili.Quoniam reſpondetur
ordine tradito per Doc.non eſſe ſubſtitutos poſtea
Pompeo ſubſtituto.D.Frãciſcæ cohæredi in diuiſio
ne. Sed prius ſunt Pompeo ſubſtituti, & cenſentur
ſubſtituti in ſua quarta portione, quã Pompeus ha-
buiſſet ex generali inſtitutione cum alijs inſtitutis,
& non in portione.D.Frãciſcæ,ita per Pau.de Ca.&
Alex.in l.cohæredi.in prin.de uul.& pup.& doc. lo-
quuntur etiam in vulgari,quæ poſt aditam hæredi-
tatem expirat.l.poſt aditam.C.de impub.& alijs ſub
ſti.Non obſtant verba teſtamenti in particula ſubſti
tutionis de Pompeo factæ ipſi D.Franciſcæ,ibi,& ex
quo eſt de parte ipſius Pompei bonorum , & In-
rium &c.quia poteſt eſſe de parte Pompei prælega
ta in diuiſione,in qua ipſi Pompeo alij filij nõ ſunt
ſubſtituti,& quia etiam dicta uerba fuerunt adiecta
ad demonſtrandum rationem,& cauſam quare Põ
peus ſolus excluſis alijs filijs teſtatoris ſubſtitutus ſit
4 Dom. Franciſcæ. Et ſic inducta ad unum effectum
non debent aliud operari.l.legata inutiliter. de leg.1.
& gloſſ. fina. in l. ſi. C. quando lice. ab emp. diſce.
Iure ergo ſubſtitutionis non poſſunt uenire ad por
tionem.Dom.Franciſcæ,& minus iure accreſcendi:
nec ex perſona dicti Pompei , quia Dom. Franciſca
ſuam portionem acquiſiuit, & apprehendit , quo
5 caſu ceſſat ius accreſcendi.l.prima.§.pen.ff.de uſuf.
accre.Bart.in l.re coniuncti.nu.49.& ibi doc. de leg.
3.& Pariſ.conſil.63. nume. 21. libro tertio. Nec ex

eorum perſona.cum portio dictæ D.Franciſcæ par
ticulariter in rebus certis aſſignata in teſtamento
fuerit ſeparata a portionibus filiorum petentium,
& ſeparatim relicta, unde ceſſat etiam ius accreſcē-
di.d.l.1.in prin.de uſuf.accr.Io.de Imo.in l.hęredes.
ff.de hæredi.inſti.& Gualden.in ſuo tract.de arte te-
ſtan.in tit. de leg.caute.15. Nec ex tacita uoluntate
teſtatoris obtinere poſſunt,quia de perſona ad per
6 ſonas non fit extenſio,ut latius proſequitur ipſe D.
7 Silueſter.Caſus enim contingens præter ordinatio
nem teſtatoris ſub diſpoſitione facta a teſtatore nō
includitur etiam ſi maior ratio diſponendi eſſet in
caſu contingenti.Deci.conſi.218.col.3. num.11.Vi
detur tex. expreſſus in l. ſi quis ita ſubſtituerit. de
uulg.& pup. Teſtator autem non dicitur uelle niſi
8 expreſſe diſponat.l.quidam cum filium,& ibi Bal.et
Io.de Imo.ff.de hæredi.inſti.& Deci.conſi.205. nu.
5.poſtquam dictum teſtamentum redactum eſt in
inſtrumento manu tabellionis,fundantes in eo de
bent ſuccumbere, cum id inſtrumentum de neceſ
ſitate non probet eorum intentionem in caſu de
quo agitur.Bar.in l.ueteribus.ff.de pact.in terminis
Aymo.conſi.161.num.15.& conſi.143. num.17.li.
1.& ſi de hoc caſu teſtator non diſpoſuerit,hęredes
non debent ulterius hoc quærere, cum mandet, &
9 iubeat teſtator eos de diſpoſitis per ipſum ſtare taci
tos,& contentos,& inuiolabiliter obſeruare conte
ta in teſtamēto.arg.l.peto.in prin.de leg.2.& auth.
ſacramenta puberum.C.ſi aduer. uendi. Fuit enim
diligens & cautus teſtator ad diſponendum in mul
tis caſibus in quibus uoluit, etiam in hunc caſum,
ſi uoluiſſet, potuiſſet diſponere, & hoc facile ſibi
fuiſſet, habetur ergo omnino pro omiſſo. d. l. 1.§.
ſin autem ad deficientis.de cadu. tollen.c.ad audiē-
10 tiam.extra de decim. & Bar. in l.ſed hoc nimium ff.
de excuſa.tuto.& paſſim hoc argumento in mate-
ria Doct. utuntur.Itaque ſumus in uxore grauata
poſt mortem, uel ſecundas nuptias ad reſtituendū
ſolo Pompeo filio,uel eius filijs, & grauata dicitur
ex fideicommiſſo,ut ultra allegata per D.Conſulē-
tem probat Soci.Seni.conſi.14.col.pe.uolu.1. Ideo
11 cum Pompeus nullis relictis filijs deceſſerit ante ca
ſum fideicommiſſi reſtituendi, remanet fideicom
miſſum penes matrem grauatum per tex.in d.l.1.§.
ſin autem aliquid ſub conditione.de cadu. tollen.
cùm in hoc alij fratres non ſint ſubſtituti Pompeo,
nec re,nec uerbis ſint coniuncti in rebus de quib.
agitur, ut ponderat tex.in d.§. ſin autem aliquid.&
dictū eſt ſupra.& in ſimilibus terminis firmat Pau.
de Ca.conſi.416. Ad primum.in 2.par. nouorum.
Aut ſi uelimus portionem relictam D. Franciſcæ
ſapere uim prælegati, ut D.Conſulens ſubtiliter cō
probauit.& glo.& Bal.in l.quotiens.C.fami.hærciſ.
cum ſimpliciter ſit relicta talis portio rerum certa
rum in communi & pro indiuiſo cum Pompeo,&
in caſu diuiſionis poſtea faciendæ cum ipſo Pōpeo
ipſa D. Franciſca moriens, uel ſecundo nubens ſit
grauata reſtituere Pompeo,uel eius filijs, & Pom-
peus ſine filijs mortuus ſit,D. Franciſca uerificata
conditione per ſecundas nuptias non tenetur reſti
tuere legatum hæredibus dicti Pompei, ſed penes
ſe retinere poteſt,ut tenet in ſimili Pau.de Ca.in l.il
lud.quæ eſt l. fi.& ibi ſequitur Alex.C.de lega.Idem
Alex.conſi.173.col.pe.& fi.uol.5.& Gualden.de ar
te teſtan. in tit. de lega.caute.60. Itē ab inteſtato ad
talem portionem dicti filij uenire non poſſunt adi
ta hæreditate per ipſam D.Franciſcam,ut conſuluit
Bal.conſi.267.Proponitur.col.fi.uolu.5.Poſtremo
12 quoque dicti filij nequeunt uincere cōdictione,ſeu
remedio. auth.cui relictum.C.de indic. uidui.tol.
quoniam hic relictum non eſt factum ne uxor ſe-
cundas contrahat nuptias,ut in tex.d.auth.diſponi-
tur, ſed ſimpliciter. & poſtea grauata eſt uxor poſt
mortem,uel ſecundas nuptias,ad reſtituendum fi-
lio,quo caſu ceſſat diſpoſitio d. authen.cui relictū.
ſecundum Pau.de Ca.in l.fi.§.1.C.eo.Nam legatū
eſt purum,& grauamen impoſitum ſub conditio-
ne alternatiua mortis, uel ſecūdarum nuptiarum,
qua nondum uerificata, & præmortuo ſubſtituto
remanet legatum penes ipſam grauatā, ut ſuperius
13 demonſtratum eſt. Nullum factum præiudicium
etiam per tranſactionem poſtea factam alicui parti
arbitror quò ad iura teſtamenti, quoniam non uiſ-
ſis, & non cognitis uerbis teſtamenti non ualet di-
cta tranſactio,ut l.de his.ff. de tranſactio. Et quia iu-
ra teſtamenti ſalua eſſe proteſtantur in dicta tranſa
ctione,per quam proteſtationem ius retinetur.l.4.
14 §.1. ff.quib.mod. pig.uel hyp.ſol. Ex prædictis igi-
tur ita breuibus enumeratis colligi uidetur firma
concluſio D. Franciſcam etiam nuptam partē bo-
norum ſibi relictam poſſe penes ſe retinere,& con
ſequi,& eius filios contrarium petentes non audiē
dos eſſe. Vt ſuperius concluſum fuit opinor iuris eſ
ſe,& ego Simon de Pratis minimus I.V.D.Piſaurē-
ſis qui manu propria ſubſcripſi, ac ſigillaui,ſalua ta-
men rectius ſentientis opinione. Laus Deo optimo
maximoque,

SVMMARIVM.

1 *Legatum pure relictum ſi ſub aliqua conditione adimatur, ſub contraria conditione datum intelligitur.*
2 *Vxor ſub conditione (ſi nō nupſerit) inſtituta, nubens proprietatem & fructus portionis ſibi relictæ perdit, & quando nō perdat. uide num. 51.*
3 *Subſtitutus ſubſtituto cenſetur in fideicommiſſaria ſubſtitutione etiam primo inſtituto ſubſtitutus. & quomodo procedat uide num. 58.*
4 *Fideicommiſſum per prohibitionem alienationis bonorum a teſtatore factam inductum eſſe dicitur. & quomodo procedat. uide num. 69.*
5 *Ratio per teſtatorem in alienationis prohibitione appoſita fideicommiſſi diſpoſitionem inducit.*
6 *Subſtitutio de una perſona facta an ex veriſimili teſtatoris mente ad aliam perſonam extendatur. & numero 10.23. & 63.*
7 *Mulier vbi nupſit de primi viri familia amplius non dicitur.*
8 *Vxor ſi ad ſecundas nuptias tranſiret, veriſimile non eſt teſtatorem voluiſſe eam portione ſibi relicta gaudere.*
9 *Anima teſtatoris per tranſitum ſecundarum nuptiarum ſuæ vxoris contriſtatur.*
10 *Plus dictum & minus a patre ſcriptum præſumitur, vt ad eius filios bona perueniant.*
11 *Coniectura ad inducendum fideicommiſſum ſufficiunt.*
12 *Clauſula codicillaris operatur quòd qui iure directo admitti non poteſt, per fideicommiſſum admittatur.*
13 *Clauſula (omni meliori modo) facit vt quis eo modo quo admitti poteſt, admittatur.*
14 *Vxor per tranſitum ſecundarum nuptiarum quicquid ei per maritum fuit in eius teſtamento relictum, perdit.*
15 *Caſus omiſſus in diſpoſitione iuris communis remanet.*
16 *Pœnæ nubentibus infra annum luctus impoſita quamuis hodie ſublata ſint, illæ tamen quæ ſunt ſecundo nubentib. impoſitæ, remanent.*
17 *Ablatiui abſoluti in conditionem reſoluuntur, & diſpoſitionem conditionalem faciunt. & num. 56. & in participijs præſentis temporis procedunt. ibidem.*
18 *Ad veritatem copulatiuæ omnia copulata verificari debent*
19 *Diſpoſitio etiam fauorabilis de perſona ad perſonam non extenditur.*
20 *Inſtitutio ob veriſimilem teſtatoris mentem de perſonam non extenditur, ſi teſtator extendere potuit, & non fecit; maxime*

maximè quando de extenſione in tertij præiudiciũ facienda tractatur. & nu. 21.
22 Subſtitutio fideicommiſſaria eſt alteri onus, & grauamen.
23 In fideicommiſſis non fit de perſona ad perſonam tranſitus.
24 Teſtatorem voluiſſe non ſufficit, niſi diſponat. & nu. 65.
25 Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur.
26 Voluntas teſtatoris valet eo caſu, qui ex verbis concipi poteſt.
27 Voluntas teſtatoris tacita, & in corde retenta nihil operatur.
28 Nominatio de certis perſonis facta ad alias non extenditur.
29 Extenſio etiam ex identitate, & maioritate rationis non fit in correctorijs, quod nedum in legis, ſed etiam hominis diſpoſitione procedit. & nu. 30.
31 Extenſio de perſona ad perſonam non fit etiam in contractib. & quando hoc fiat. nu. 32.
33 Argumentum de contractu ad vltimas voluntates valet.
34 Incluſio unius eſt alterius excluſio.
35 Quod vni attribuitur, ab omnibus alijs remouetur.
36 Dictiones, ſolum & duntaxat, taxatiuæ ſunt.
37 Dictiones taxatiuæ orationi affirmatiuæ appoſitæ omnes alias perſonas excludunt.
38 In certis coniecturas perquirere non oportet.
39 Teſtatori pœnam eius mandatum ſpernenti imponere licet.
40 Filij patris voluntati non obedientes ei odioſi præſumuntur.
41 Geminata ad faciendum certa mentis iudicium multum operantur.
42 Geminatio vim habet clauſulæ, non obſtante, &c.
43 Per verborum geminationem a iuris regulis receditur.
44 Geminata efficaciora ſunt.
45 Verbum nullum, nullaue ſyllaba ſine effectu operandi poni debet.
46 Teſtator voluntatem, & quæ prius diſpoſuerat mutare, et corrigere non præſumitur.
47 Fideicommiſſa per rationem, & cauſam quib. teſtator motus illa fecit, interpretari debent.
48 Conditio in teſtamento appoſita, ſi cauſa finalis eſt ea ceſſante, ceſſat effectus.
49 Teſtator hæredib. hæreditatem adimens etiam ademiſſe intelligitur, quicquid iure inſtitutionis, vel fideicommiſſi hæredes ipſi capere poterant.
50 Fideicommiſſa nuda voluntate etiam tacita per teſtatorem adimi poſſunt.
51 Vxor ad ſecunda vota de viri voluntate etiam tacita tranſiens, nec proprietate, nec fructib. rerum ſibi relictarum priuatur. & nu. 53.
52 Scienti, & volenti non fit iniuria, nec dolus.
54 Teſtatoris voluntas in vltimis voluntatibus prædominatur.
55 Prouiſio hominis expreſſa legis prouiſionem ceſſare facit.
57 Verbum, ſtantibus filijs in communione, exponitur ſi ſtabunt.
59 Conditio in vna diſpoſitionis parte poſita, in altera repetita intelligitur.
61 Fideicommiſſum inductũ, vt bona ad teſtatoris deſcendentes gradatim deueniant, locum non habet, niſi in diem mortis de reſtituendo grauati.
62 Teſtator quod directo noluit, per indirectum voluiſſe non videtur.
64 Voluntas teſtatoris quando euidens eſt, ſeruanda eſt. & nulla interpretatio contraria admittitur. & nu. 66.
67 Verba vbicunq; clara ſunt, voluntatis quæſtio non admittitur.
68 Teſtator id tantum voluiſſe cenſetur, quod verbis expreſſit. Subſtituti defuncti quando per ius accreſcendi admitti non poſſint. ibidem.
69 Ius accreſcendi impeditur, & locum non habet, vbi verba taxatiua interueniunt.
70 Clauſula codicillares in teſtamento ex notariorum conſuetudine, & non ex teſtatoris deliberatione apponuntur.
71 Clauſula codicillaris ad ea tantum refertur, de quibus teſtator diſpoſuit.
72 Clauſula codicillaris eſt neceſſaria clauſula, quæ diſpoſitum ampliare non debet.
73 Vxor ad ſecunda vota tranſiens proprietate tantum, non vſufructu rerum ſibi in teſtamento relictarum priuatur.

CONSILIVM CXVI.

In Dei nomine, amen.

PERSPECTO themate ad me tranſmiſſo, videtur prima fronte dicẽdum ꝙ D.
Franciſca per tranſitũ ad ſecũda vota priuata ſit portione bonorum ipſi a ſuo viro relicta. Primo, quia maritus illam in
certis bonis vnà cum Pompeo eius filio inſtituit pure, & deinde declarauit ꝙ ſi d. D. Franciſca nuberet,
tunc, & eo caſu voluit, & mandauit partem bonorũ
& iurium tangentẽ ipſam. D. Franciſcam deuenire
debere ad Pompeum, ſi viuat, ſi autem non vixerit,
ad eiuſdẽ Pompei filios, & liberos deſcendẽtes maſculos, quorum nullus in humanis repertus eſt tpe
quo deſijt eſſe vidua, & nupſit d. D. Franciſca. Quare
portio prædicta vr̃ deuoluta ad alios filios teſtatoris
fratres d. Põpei. perinde ac ſi d. D. Franciſcæ nunquã
1 fuiſſet relicta. Quia relictum pure ſi ſub condõne aliqua adimatur, ſub cõtraria cõditione datum intelligitur, l. legata inutiliter. & l. ſi legatũ pure. ff. de adim.
2 leg. & l. quod pure. ff. quando dies lega. ced. Videtur
ergo d. Do. Franciſca in dicta portione inſtituta ſub
conditione ſi nõ nuberet, nubẽdo igitur, videtur, ꝙ
amiſerit proprietatẽ, & fructus portionis ſuę. authẽ.
cui relictum. C. de ind. vid. toll. & Soc. iun. conſ. 110.
Viſo teſtamento. vol. 1. & illam reſtituere teneatur
dictis filijs teſtatoris ſaltẽ vt cohæredib. vt per Bal. in
eadẽ auth. col. 2. verſi. Extra quæritur. Secundo comprobatur dicta concluſio, quia ſubſecuta diuiſione
inter filios dictæ D. Franciſcæ fuit Pompeus ſubſtitutus, & non alij teſtatoris filij, tamen dicto Põpeo
ſubſtituto fuerunt ſubſtituti eius fratres uulgariter
pupillariter & per fideicommiſſum, ut patet ex teſtamento, ideo etiam ipſi mortuo Pompeo ſine filijs cenſentur fuiſſe ſubſtituti per fideicommiſſum
dictæ D. Franciſcæ ſi tranſiret ad ſecundas nuptias,
3 Quia in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſubſtitutus
ſubſtituto cenſetur etiam primo inſtituto ſubſtitutus ut per Bar. in l. quamdiu. 3. in fi. ff. de acqu. hære
di. arg. l. 1. §. pro ſecundo. C. de cadu. tol. & ſequitur
Pau. de Ca. in conſi. 151. Præſens dubium. lib. 1. Alex.
late in conſi. 1. col. fi. lib. 1. cum alijs relatis per Soci.
in conſ. 52. Vt ueram. in fi. lib. 1. & Corne. in ſubſcriptione ad dictum conſi. in 3. lib. conſi. 298. Et comprobatur hoc per ea quæ ſcribit idem Corne. in cõ
ſi. 35. In caſu iſto. col. fi. lib. 2. & Dec. in conſi. 238.
Proponitur. col. 2. & in conſi 427. Licet in caſu. col.
3. Cur. ſen. in conſi. 51. ſuper teſtamentis. circa fi. &
opinionem hanc communiter approbari dicit Iaſ.
in cõſi. 148. Nobilis. columna 5. uerſi. ſeptimo pro
iſta parte. & conſi. 132. Salomon. columna 3. uerſi.
Imprimis ergo moueor. par. 1. Tertio comprobari
uidetur dicta concluſio, quia teſtator netuit tam dictos ſuos filios, quàm dictam D. Franciſcam uendere, uel aliter alienare quicquam de bonis ſtabilibus
hæreditatis ipſius teſtatoris. Quia uoluit bona ſua
4 ſucceſſiue deuenire de gradu in gradum ſuorum
deſcendẽtium, & in eius familia remanere, per quæ
uerba intelligitur inductum fideicommiſſum, &
D. Franciſca uidetur rogata reſtituere portionem
ſuam filijs teſtatoris etiam alienatione non facta,
5 quia ratio appoſita per ipſum teſtatorem eſt generalior

rallor dicto,& diſpoſitionem fideicommiſſi Indu
cit. arg.l. cum pater.§.dulciſſimis.ff. de leg.2. Ita te-
net Bar.in l.pater.§.fundum.de leg.3. cum his quæ
ad hoc propoſitum congerit Decl.in conſi.425.In
caſu propoſito.col.1.& 2. & in conſi.38. Circa pri-
mum.col.1.Quarto comprobatur dicta concluſio
quia quamuis in caſu diuiſionis factæ Pompeus &
eius filij dumtaxat fuerint ſubſtituti dictæ D.Franci
ſcæ ſi nuberet,tamen ex præſumpta mente teſtato-
ris etiam alij filij intelliguntur ſubſtituti ſi non exta
rent Pompeus & eius deſcendentes. Nam ex ueri-
6 ſimili mente teſtatoris ſubſtitutio facta de una per-
ſona extenditur ad aliam perſonam arg.l.tale pactũ
§.ſi.cum ibi not.per glo.& Doc.ff.de pact. Ang.in
l.gallus.§.& quid ſi tãtum.ff.de libe.& poſthu. quẽ
refert & ſequitur Iaſ.in l.titius.§.lucius col.1.eo.tit.
& in conſi.154.Teſtator.colu.5.uerſi.Confirmatur
optime.parte 4. cum alijs quos refert Cardi.Pariſi.
in conſi.50.Et themate conditio.colu.pe.& ulti.&
conſi.66.Nobilis Siluester.co.9.uerſi.Nec obſtabit
obiectio.lib.3. Et coniecturæ multæ concurrere ui
dentur ad oſtendendum quòd uoluntas teſtatoris
fuerit portionem D.Franciſcæ deuolui ad alios fi-
lios ſuos, ſi nubente ea non ſupereſſet Pompeus,
uel aliquis deſcendens ab eo. Primo quia prohi-
buit bona alienari, ut in ſua familia permanerent,
& mulier ubi nupſit,non dicitur amplius de fami-
7 lia primi uiri.l. filijs. §. uidua.ff.ad municipa.& ibi
Doc. ſecundo quia non eſt ueriſimile teſtatorem
8 uoluiſſe ſuam uxorem gaudere portione ſibi reli-
9 cta,ſi tranſiret ad ſecũdas nuptias, cùm per hoc ani-
ma ipſius contriſtetur.§. Quoniam igitur. in auth.
de nup. Alex.in conſi.100.Viſa parte teſtamenti.co-
10 lum.2.li.4.Tertio quia præſumitur etiam plus dictũ
& minus ſcriptum a patre, ut bona ad liberos eius
perueniant.l.cum auus.ff.de condi. & demon.& l.
cum acutiſſimi. C.de fideicõ.cum ibi diffuſe tradi-
tis per Doc. Et ad fideicommiſſum inducendum
11 ſufficiũt coniecturæ.l. cum proponebatur. & l. qui
ſolidum.§.1.de leg.2.l.licet.de leg.1. ubi Bar. & alij
Doc.cum alijs relatis per Dec.in conſi.15. Diligen-
ter conſideratis.col.2. uerſi.Ad cuius rei euidentiã
& Iaſ.in conſi.142.In præſenti conſultatione.col.1.
& in conſi.140.Nodoſa.col.4 par.1.& in conſi.203.
Circa primam.col.3.uerſi.Octauo bene facit.par.1.
& in conſi.154. Viſo teſtamento. præſertim in 4.&
5.colum.par.2.& in conſi.132.Prima conſideratio
colum.pe.verſi.Tertio principali fundamẽto. par.
1.Cur.ſeni.conſi.75.Dominus Ludouicus.col.4.&
Soci.Iuni.conſi.181.De duobus.col.3. in prin.li.2.
Quinto confirmatur dicta concluſio, quia ſi non
iure ſubſtitutionis, ſaltem iure accreſcendi portio
D. Franciſcæ pertinet ad filios teſtatoris.cum quib.
ipſa fuit hæres coniunctim inſtituta, quia ei adem-
pta fuit portio ſua ſi nuberet. & conſequenter ui-
detur inſtituta ſub conditione ſi non nuberet. d. l.
legata inutiliter. cum alijs ſupra allegatis. Et ſi uiue
rent ſubſtituti, illi admitterentur; ſed quia non ſu-
perſunt,pars relicta D.Franciſcæ ad eius cohæredes
pertinere uidetur.d.l.1. §.pro ſecundo.& §.ſin autẽ
aliquid ſub conditione. cum traditis per Doct. ibi.
C. de cadu. tol. & latius in l. re coniuncti. de leg. 3
12 Sexto.d.concluſio confirmatur per clauſulã codi-
cillarem.Nam qui non poteſt admitti iure directo,
ui dictæ clauſulæ admittitur per fideicommiſſum.
l.quærebatur. cum ibi not.per Bar. ff.de teſta. mili.
glo.& Pau.de Ca.in l.ex ea ſcriptura.ff.de teſtamen.
& Bal.in l.uerbis ciuilibus. uerſi. Item ex iſta glo.ff.
de vulg. & pu. Et ſimiliter clauſula,omni meliori
modo, facit ut quis admittatur eo modo quo po-
13 teſt admitti, ut per Bal. in l. cum pater.§. filius ma-
trem. de leg.2. & in conſi. 170. Quidam Nicolaus.
colu.2.lib.5. cum alijs relatis per Alex.in conſi.51.
Perſpectis his.col.1.li.6.Corne.in conſ.44.Vt in hac
conſultatione.col.3.uerſi.Quicquid autem ſit.li.3.
Gozadi.in conſi.45.Viſis allegationibus.in fi.& cõ-
ſi.78.In hac cauſa.col.1.uerſi.Tertio licet. Septimo
confirmatur dicta concluſio, quia etiam poſito ꝙ
dicti filij non fuerint ex teſtamento uocati ad por-
tionem D.Franciſcæ ſi nuberet, & de uoluntate te-
ſtatoris nihil appareat, nihilominus portio dictę
D.Franciſcæ ad eos pertinet, quia per tranſitum ad
14 ſecunda uota mulier perdit quicquid ei teſtamen-
to primus uir reliquerit.l. fœminæ. C.de ſecũ.nup.
15 & ibi Doct. Et caſus iſte omiſſus remanet in diſpo-
ſitione iuris communis.l.commodiſſime.ff. de libe.
& poſth. Et licet pœnæ feſtinanter nubentium in-
16 fra annum luctus hodie ſint ſublatę per ius canoni
cum. c.fi. de ſecun.nup. tamen remanent illæ quæ
ſunt impoſitę, quia mulier ſecundo nubit, ut per
Bar. in l.1.in fi.C. de ſecun.nup.& Cano.in d.c.fi.&
per Dec.in rub.C.de ſecun.nup.colu.2.& in conſi.
87.Pro reſolutione.col.2.uer. Reſtat ergo. Sed præ
dictis non obſtantibus arbitror uerius eſſe quòd
D.Franciſca per tranſitum ad ſecunda uota nõ per
diderit portionem bonorum, quam ei primus uir
reliquit ſubſtituẽdo ei omnes filios ſi ipſa nuberet,
ſtantibus omnibus dictis filijs in communi & pro
indiuiſo. Et ad hoc tenendum primo moueor, ꝙ
17 illi ablatiui(ſtantibus omnibus in communi)faciũt
conditionem,& perinde eſt,ac ſi teſtator dixiſſet ſi
dicta D.Franciſca nuberet, & filij communes ſta-
rent in communione.Nam indubitati iuris eſt ab-
latiuos abſolutos reſolui in conditionem,& facere
diſpoſitionem conditionalem.l.a teſtatore.ff.de cõ
di.& demonſtra.l. euictis.ff. de euictio. Bar. in l. ab
emptione.ff.de pact.& in l.1.in fi.ff. de condi.& de-
mon.Calde.in conſi.1.de uerbo. ſigni. Et procedũt
prædicta etiam in participijs præſentis temporis,ut
per Pet. de Anch.conſ.331.Viſis diligenter.colu.1.
Iaſ.in conſi 149.Circa primum.col.pe.uerſi.Secun
do etiam dato.par.2.Card.Pariſi.in conſi.81.Socie
tas.col.1.in fi.lib.1.& in conſi.53.Inſpecto teſtamẽ-
to.col.1.lib.2.Et cum dicta conditio permanendi
in communione ſub qua uocati fuere dicti filij ad
portionem D.Franciſcæ relictam, non fuerit adim-
pleta,neque purificata,dicti filij non poſſunt illam
petere.l.legata ſub conditione.& l.qui hæredi.§.fi.
& ibi Soc.ff.de cond.& demon. Nec ſufficit adim-
pletam eſſe unam ex dictis conditionibus, uideli-
cet D. Franciſcam nupſiſſe, quia ut dictum eſt ſub
duabus conditionibus ad partem D.Franciſcæ uo-
cati ſunt a teſtatore dicti filij, uidelicet ſi illa nube-
ret,& hi in communione permanerent, & hæc ſe-
cunda non eſt adimpleta,quare non prodeſt dictis
filijs alteram conditionem impletam eſſe.l.ſi hære-
di plures.ff.de condi.inſti. & regula iuris eſt, quod
18 ad ueritatem copulatiuæ omnia copulata uerifica
ri debent.l.ſi is qui ducenta.§.uirũ. & ibi poſt alios
per Soci.colu.2.in fi. ff.de reb. dubi. Secundo,quia
ſubſtitutio ſecundo loco facta D.Franciſcę ſi nube
ret,& filij communes non ſtarent in communio-
ne,eſt facta de Pompeo,& Pompei filijs,& non po
teſt quoquo modo extendi,ut intelligantur ſubſti-
tuti etiam alij filij teſtatoris. Quoniam diſpoſitio
19 etiam fauorabilis non extẽditur de perſona ad per-
ſonam.glo.in l.titius.in uerbo oportet.ff.de libe.&
poſthu.ubi Alex.dicit ꝙ opi.hæc ſeruatur in practi
ca.& Iaſ. in d.l. titius.§.lucius.dicit dictam glo. eſſe
magis communiter approbatã, & opi.hanc ſequũ-
tur Dy.Oldra.Alb.de roſa.Nic.de Neap. & alij quos
refert & ſequitur Iaſ.in cõſ.39. Dominus Nicolaus

col.

col.3.ver.Tertio.& fortius.ll. 1. vbi etiã ipſe dicit, ꝙ
hæc opi.in prac.ſeruaretur.& Dec.incõſ.118.In caſu
ad me trãſmiſſo.Et opinio hæc cõprobatur pertext.
20 valdè no.in l.3.C.de inof.teſt.vbi probatur,ꝙ inſtitu
tio propter veriſimilẽ mentẽ teſtatoris non extẽdi-
tur de perſona ad perſonã. ſi teſtator potuit ipſe di-
ſponendo extendere,& non fecit , vt poſt antiquos
not.ibi Iaſ.in prima colum.verſi. No. ex prima par-
te.Et comprobãtur prædicta per ea quæ refert Dec.
in conſi.291.Viſis.colum.3.uerſi.Secundo præmit-
to.& in alijs cõſilijs,quæ refert.& ſequitur Card.Pa-
riſi.in conſi.87.Vide,& legi.colum.3.verſi. Et etiam
quia tali caſu,lib.2.& in conſi.14.Petrus iſte.colum.
2.lib.3.vbi dicit hoc procedere etiam ſi aliqua con-
iectura mentis teſtatoris ſit in contarium ſi ex uer-
bis prolatis à teſtatore non poſſit colligi huiuſmodi
coniectura per ea quæ ibi allegat, & in conſi. 20. In
hac conſultatione.col.5.verſ.Et etiam quia eo.lib.3.
21 Et prædicta opin. eſt irrefragabilis , ubi tractatur de
extenſione facienda in præiudicium tertij,tũc enim
non fit extenſio etiam ſi ad extenſionem faciẽdam
concurrere videatur veriſimilis voluntas teſtatoris
per tex.in l. ſi quis ita.§.ſi quis cùm ignoraret. ff. de
teſtamen.tutc. Quod comprobatur per ea quæ ſcri
bit Alex.in conſi.57.Attentis verbis.colum.pen. ver
ſi.Nec dicatur.lib.3. quem refert & eius dicta com-
probat Dec.in conſi.187. In ciuitate Placentiæ. co-
lum.4.& 5.Et ſubſtitutio de qua agitur eſt fideicom
22 miſſaria quæ proculdubio eſt alteri onus.& graua-
men.vt per Bal.in l.ex tribus.q.1.C.de inoffic. teſta.
l.cohæredi.§.cum filię.ff.de vulg & pup.& ibi Iaſ.in
23 6. not.per hoc dicit in fideicõmiſſis non fieri trãſitũ
de perſona ad perſonã,& idẽ dicit in d.conſi.29.col.
3. verſ.Secundo facit. & per Dec.d.conſi.287.col.4.
verſi. Non obſt. ſucceſſiuè. Et in his habent locum
24 illæ iuris regulæ,non ſufficit teſtatorem voluiſſe, ni
ſi diſponat. l. quidam cùm filium. & ibi Bald. ff. de
25 hæredit at. inſtitutio. Et quod teſtator non loqui-
tur uelle non præſumitur.§. ſin autem ad deficientis
26 & ibi Bald.C.de caduc.tollend. Et voluntas teſtato-
ris valere eo caſu qui ex verbis concipi poteſt.d.l.gal-
27 lus §.quidam rectè.de lib. & poſthum. Et voluntas
tacita teſtatoris in corde retenta non attenditur. l.ſi
repetendi.C.de condic.ob cauſ.Et nominatio facta
28 de certis perſonis ad alias non porrigitur.§. nos igi-
tur.cum glo.in verbo voluiſſe.in auth.de reſti.fidei-
com.cum allegatis per Dec.in conſi. 377. Viſis. co-
lum.2.Et non ſubeſt in caſu propoſito aliqua ratio
extendendi dictam ſubſtitutionem ad alias perſo-
nas non expreſſas in teſtamento . Sed & ſi ſubeſſet
aliqua ratio,vel coniectura, nihilominus non fieret
talis extenſio,quia ſic extendendo induceretur cor
rectio prioris voluntatis defuncti , videlicet ,ꝙ dicti
filij intelligerentur ſubſtituti.Do.Franciſcæ ẽt ſi nõ
29 permanerent in communi.Et in correctorijs nõ fit
extenſio etiam ex identitate, & maioritate rationis,
vt per Docto.in l.ſi conſtante.ff.ſol. mat. & opinio-
nem hanc communiter approbari dicit Cardi.Pariſ.
in conſi.69.Dominus Ambroſius.colum.18. verſi.
30 Nec obſtabit ſimilitudo. lib. 3. Et licet loquatur in
diſpoſitione legis , tamen idem dicendum eſt in di-
ſpoſitione teſtatoris , quia hæ comparantur , vt per
glo.& Docto.in l.1.C.de his quib.vt in [illegible]. Et prædi-
31 cta comprobantur,quia eãdem regulam habemus
in contractib.ꝙ extenſio non fit de perſona ad per-
ſonam.l.ſi unùs.§.ante omnia.ff.de pact. & ibi doc.
& procedit hæc etiam ſi in contrarium ſit veriſimi-
lis voluntas contrahentium ſi non fuerit expreſſa ,
32 ſed in corde retenta. Quia per coniecturam volun-
tatis non fit extenſio de perſona ad perſonam , niſi
duo concurrant , veriſimilis mens contrahentium,
& ꝙ qualitas verbis expreſſa trãslata ſit in perſonã
ad quã fit extenſio l.tale pactum.§. fi.ff.de pac.& ita
33 declarat Iaſ.ibi col. 1.in 3.nota. Et regulariter licet ar
guere de contractibus ad vltimas voluntates. l. ſer-
uum filij.§.eum qui chyrographum.ff. de leg. 1. cũ
allegatis per Iaſ.in l.quæ de legato.col. 1.ff.de leg.1.&
Dec.in conſi.69.Viſis duobus.col.4.ver.Valet enim
argumnetum. Tertio quia non ſolum in prima ſub-
ſtitutione teſtator dictos filios nunc ſuperſtites ex-
cluſit ſi non permanerent in communi,verum etiã
in ſecunda ſubſtitutione facta de Pompeo, & eius fi
lijs in portione Do.Franciſcæ ſi non nuberet,quod
perſpicuum eſt ex illis verbis, ſi.Dom. Franciſca nu
beret , partem tangentem ipſam Dom. Franciſcam
voluit deuenire debere ſolum & dumtaxat ad Pom
peum eius filium ſi viueret,& ſi non uixerit,ad libe
ros deſcendentes maſculos ipſius Pompei, & nõ ad
alios ipſius teſtatoris filios: Ecce quàm euidenter ip
ſe teſtator dictos filios nunc ſuperſtites in euentum
ſpreti præcepti de non diuidendo ab ipſo teſtatore
dictis filijs facti,declarauit indignos eſſe ad ſuccedẽ-
dum in dicta portione , ter ipſos prohibendo in di-
ctum euentum ſuccedere in dicta portione , primo
poſt primam ſubſtitutionem factam Dom. Franci-
ſcæ de dictis ſuis filijs ſub duplici conditione facta,
quarum altera , ſcilicet permanſio in communio-
ne,non eſt adimpleta,quare a commodo dictæ ſub
ſtitutionis ſunt excluſi.d.l.legata ſub conditione. Se
cundo eoſdem excluſit ſubſtituendo.Dom. Franci-
ſcę in dicto caſu dictum Pompeum, & Pompei de-
34 ſcendentes.Quia incluſio quorundam eſt aliorum
excluſio.l.cum prætor.ff.de iud. ca. nonne.cum ibi
traditis per Docto. de præſumpt. cum allegatis per
Cur.in conſi.34. Tenor conſuetudinis.in vltim.co-
35 lum. Et quod quibuſdam attribuitur , ab omnibus
alijs remouetur.l.cum ita.ff.de cond.& demonſt.&
ibi Docto.Tertio quia dictus Pompeus, & eius de-
ſcendentes ſunt vocati ad dictam portionem Dom.
Franciſcæ , ſi nuberet, per verba taxatiua etiam du-
plicia,videlicet ſolum , & dumtaxat, quæ dictiones
36 taxatiuæ ſunt , vt de verbo , ſolum , probatur in gl.
l.ſecundę ff.de vſu, & habita. & de dictione dumta-
xat,in l.ſolutum.§. ſi in ſortem. ff. de pignor.action.
37 Et tales dictiones taxatiuæ orationi affirmatiuæ ap-
poſitæ excludunt omnes alias perſo nas, vt per Bart.
& alios ſcribentes in l.prima ff. de iuriſdi. omnium
iudic.Quarto perſpicuè excludit dictos filios teſta-
tor per illa verba,Pompeum , & eius deſcendentes,
& non alios ipſius teſtatoris filios, quæ verba exclu-
dentia alios filios ſunt valde clara,ita vt non ſit opus
alia interpretatione,ita dicit Socin.in conſi.88. Vi-
ſis.circa fin.lib.3.per l.ille aut ille.§.fi.de leg.3.Quin-
to licet in certis non oporteat perſcrutari coniectu-
38 ras,tamen ad corroborandum huiuſmodi excluſio
nem non erit abſonum adducere coniecturas indi-
cantes finalem intentum ipſius teſtatoris , qui fuit
talis,vt ſi dicti alij filij contra præceptum ipſius diui
derent,non admitterentur ad partem relictam.Do.
39 Franciſcæ etiam ſi nuberet , & hoc in pœnam ſper-
nentium mandata ipſius teſtatoris,quod ei facere li
cuit.l.1.& ibi per Bal.& alios doc.C.de his quæ pœnę
40 nomi. Et filij prædicti quia non obtemperauerunt
voluntati patris,præſumuntur ei eſſe odioſi,ideo de
bet fieri interpretatio , vt dicta diſpoſitio teſtatoris
nõ porrigatur ad perſonas ipſi teſtatori odioſas.l.lu
cius titius teſtam.§.pe.de leg.2. vt per Alex. in conſ.
138. Videtur circa fi.lib.primo.Sexto confirmantur
ſupradicta,quia excluſio dictorum filiorum in caſu
diuiſionis factæ inter eos fuit pluribus,& geminatis
verbis facta , ut ex teſtamento apparet , & gemi-
natio enixam uoluntatem teſtatoris oſtendit exclu-

dere

dere uólentis filios ſuos ſi non permanerent in cō-
41 munione, nam geminata multum operantur ad fa
ciendam certæ mentis indicium. l. baliſta. cum ibi
traditis per Doct. ff. ad treb. & per Fely. in c. ſi cautio
col. 8. & 9. de fide inſtru. ubi inter cætera relata per
42 eum illud notandum eſt ad propoſitum noſtrum,
quod geminatio habet uim clauſulæ, non obſtāte
&c. Ideo dicendum eſt, quòd nulla coniectura, nul-
laque diſpoſitione teſtator poteſt intelligi uocaſſe
dictos filios ad dictam portionē, ſi ipſi non paterēt
præcepto teſtatoris de manendo in communi, cū
eo caſu toties & per tot uerba geminata ab eadem
43 portione eos excluſerit. Nam propter geminatio-
nem uerborū recedimus a regulis iuris ut per Bar-
bā. conſi. 50. Bona etenim. colum. 5. in prin. lib. 3.
44 Geminata namque ſunt efficaciora. l. ſi mulier. C.
ad Velleya. Deci. conſi 637. col. 2. in fi. cum cōcord.
relatis per Corne. conſ. 68. Ardua in fi. uerſi. Nec ra
tione lib. 3. Et excluſio per tot uerba geminata fa-
cit, ut indiſtincte ſuum effectum operetur, & nul-
lo caſu ceſſet excluſio, ne dicta uerba toties gemi-
nata fruſtra poſita uideantur. Cùm nullum uer-
45 bum, uel ſyllaba debeat poni ſine effectu aliquid
operandi. glo. in l. prima. ff. quod met. cau. Bal. in
rub. C. de cōtrah. emp. q. 11. cū relatis per Iaſ. in cōſi.
124. Viſo teſtamento. col. ulti. lib. 4. Septimo ad cō-
firmationem dictę excluſionis de dictis filijs multū
facit, quòd in principio teſtamenti teſtator declara
uit uoluntatem ſuam, & diſpoſuit quòd ſubſtitutio
facta D. Franciſcę locum non haberet, ſi dicti filij
non permanerent in communione, & ideo omnes
aliæ diſpoſitiones per quas dicti filij uocari intelli-
gerentur ad portionem D. Franciſcæ, debent intel-
ligi eo caſu quo in communione permanerēt, aliàs
excluſi eſſent, quia non eſt dicendum quod teſta-
tor uoluntatem mutauerit, & correxerit, quæ pro-
46 xime prius diſpoſuerat arg. l. non ad ea. ff. de condi.
& demon. & præſumendum eſt quòd perſeuerauc
rit in eadem uoluntate. l. cum hic ſtatus. in prin. ff.
de dona. int. uir. & uxo. cum alijs allegatis per Alex.
in conſi. 43. Ex his. uerſi. Nec etiam prędictis. & in
conſi. 149. Viſo themate. in 1. col. lib. 7. cum his quę
congerit Iaſ. in conſi. 142. In præſenti cōſultatione.
col. 1. par. 1. Octauo conſiderandum eſt, quòd abſur
dum eſſet credere teſtatorem uoluiſſe quod ex iſta
pęnali diſpoſitione, per quam eos excluſit etiam
expreſſe, dicti filij conſequerentur pęnam & com-
modum circa dictam ſubſtitutionem factam D. Frā
ciſcæ, arg. not. per glo. & Doct. in l. ſiue hæreditaria.
ff. de nego. geſt. & conſideratis his apparet teſtato-
rem habuiſſe animum puniendi dictos filios, non
autem quoquo modo uocandi ad portionem D.
Franciſcę ſi nuberet, quia fideicommiſſa debent in
47 terpretari per rationem & cauſam quibus teſtator
motus illa fecit. d. l. cùm pater. §. dulciſſimis. & ibi
Bar. cum alijs adductis per Cardi. Pariſi. in cōſi. 22.
De tribus. col. 5. uerſi. Nam ſolida & communis eſt
concluſio. li. 3. ubi dicit hanc eſſe communem opi.
Et comprobatur hæc per ea quæ congerit idē Car-
di. Pariſi. in conſ. 19. Ad reſolutionem. col. 2. & 3. li.
2. & per doctrinas ibi relatas apparet dictos filios fe
ciſſe ſe indignos, & non mereri conſequi tale com
modum ſubſtitutionis. Nono non eſt dubium, quòd il
48 la conditio, ſi permanerent in communione, oſten
dit cauſam, & rationem finalem mentis teſtatoris,
& declarat teſtatorem non uoluiſſe dictos filios uti
commodo lucri partis D. Frāciſcæ ſi nuberet, quia
cōditio eſt cauſa finalis, & ea ceſſante ceſſat effectus
l. qui hæredi. §. ſi. ff. de condi. & demon. ut per Bar.
in l. 2. §. fi. ff. de dona. & per Cardi. Pariſi. in cōſi. 92.
Angelus. col. 2. uerſi. Nec immerito. li. 3. & in d. cō-
ſi. 19. col. 2. uerſi. Et certum eſt. Decimo, euidentiſſi
ma eſt uoluntas teſtatoris, quòd dicti filij non ad-
mittantur ad aliquod commodum ex teſtamento
prædicto, quia in eo prohibuit, & uetuit omnino di
ctos filios diuidere bona hæreditatis, & inferius iuſ
ſit eoſdem filios diſpoſitis per ipſum teſtatorem
non contrauenire, ſed omnia & ſingula contenta
in dicto teſtamento inuiolabiliter obſeruare ſub
pęna priuationis hæreditatis. Ex his apparet præce-
dentes inſtitutiones ſubſtitutiones etiam fideicom
miſſarias hæreditatem ipſius teſtatoris concernen-
tes in pęnam dictorum filiorum non ſeruantium
pręceptum teſtatoris reuocatas eſſe a teſtatore, qui
potuit adimere, ut ademit, & adimendo hæreditatē
intelligitur etiam ademiſſe quicquid iure inſtitutio
nis uel fideicommiſſi capere poterant dicti filij, cū
49 ademptio ſit nouiſſimo loco ſcripta poſt omnes
inſtitutiones, & ſubſtitutiones per ea quæ not. glo.
& Doc. in l. ſi ita. ff. ad l. falci. & in l. marcellus. §. qui-
dam. ff. ad treb. & ſaltem dicta ademptio & priua-
tio dat magnam coniecturam, quòd teſtator uoluerit
eo caſu etiam dictum fideicommiſſum & ſubſtitu-
tionem D. Franciſcæ factam reuocare arg. not. per
glo. & Doct. in l. pe. C. de lega. & fideicommiſſa mu
tata uoluntate etiam tacita adimi poſſunt. l. lege ter-
50 tia. §. final. & ibi Bartol. ff. de adimen. lega. Non ob-
ſtat priuium fundamentum, quòd relictum uxori
ſub cōditione, ſi non nuberet, uxore nubente eua-
neſcat, adeo ut etiam fructus rerum ſibi relictarum
reſtituere cogatur. d. auth. cui relictum. cum alijs ſu-
pra relatis. Nam reſpondeo quòd dicta auth. limita
tur ut non procedat, quando uir uoluerit uxorem
51 gaudere relicto etiam ſi tranſiret ad ſecundas nu-
ptias, nam ex uolūtate uiri habuerit & proprietatē
& fructus rerum ſibi relictarum etiam ſi tranſeat
ad ſecūdas nuptias, quia prædicta introducta ſunt
in fauorem primi uiri, ne ex ſecundis nuptijs con-
triſtetur, & iniuriam patiatur d. §. quoniam igitur.
in auth. de nup. Et ſcienti & conſentienti non fit in
52 iuria, neque dolus. l. 1. §. uſque adeo. ff. de iniuri. l. cū
donationis. C. de tranſac. c. ſcienti. de reg. iur. lib. 6.
53 Poteſt igitur teſtator diſponere quod nō priuetur
relicto ſua uxor per tranſitum ad ſecunda uota, ut
per Bal. in l. filium quem habentem. col. 2. uerſi. Vn
de poteſt teſtator. C. famil. hercis. cum alijs allega-
tis per Roma. conſi. 216. Ex themate conſultationis
col. 1. & Dec. in conſi. 620. Caſus de quo quæritur.
col. 2. uerſi. Nam de uoluntate mariti. Iaſ. in l. ambi-
guitates. uerſi. Limita tamen & intellige. C. de in-
dic. uidui. tol. Adde idem ſi conſenſerint filij primi
mariti ut conſuluit Deci. conſ. 206. Quæritur. col. 1.
ad fi. uerſi. Sed tamen ſupradictis. & in rub. C. de ſe-
cun. nup. colu. fi. uerſi. Et in tali caſu etiam tacitus
conſenſus. & in l. nemo fraudare. nume. 5. ff. de reg.
iu. Pariſi. conſi. 29. Eſto. col. 13. num. 81. uerſi. Si in
facto uerificari poterit. & num. ſeq. uol. 3. Veronen.
caute. 238. Si mater tranſit. Roma. in ſing. 248. Tu
ſcis. Gualden. in tract. de arte teſtan. caute. 18. de le-
ga. & Boeri. in deciſ. 184. Quo ad ſecundam. nume.
20. ver. Tertius limita. & Nic. de Vbal. in trac. de ſuc
ceſ. ab inteſta. in 2. par. in 4. q. uerſi. Prædicta autem
omnia. num. 2. Et quod filios prædictos ſi nō rema
nerent in communione uoluerit teſtator non ad-
mitti ad portionem dictæ D. Franciſcæ per tranſitū
ad ſecunda uota, patet, quia ſubſtitutionem ei fa-
ciam ſi nuberet, uoluit habere locum, ſi prædicti fi
lij nō manerēt in cōmunione, & facta diuiſione in
ter eius filios, ſolum & dumtaxat Pompeū, & eius
deſcendentes admitti uoluit ad partem D. Franci-
ſcæ, & alios ſuos filios expreſſe excluſit, & adeo ex
uerbis ſuam uoluntatem declarauit teſtator, ut nul
lus

ius quæſtioni locus ſuperſit.d.l.ille aut ille.§.fi.de le
gatis tertio. & maxime cum etiam in hoc ſufficiat
tacita uoluntas teſtatoris,ut per Roma.in d.conſil.
a17.columna prima.cum alijs quæ ſuperius ſcripſi-
mus.Non obſtat ſecunda ratio,videlicet quòd dicti
filij teſtatoris, qui fuerunt ſubſtituti Pompeo Do.
Franciſcæ ſubſtituto, intelliguntur etiam ſubſtituti
Dom.Franciſcæ inſtitutæ iuxta doctrinam Bar.in d.
l.quamdiu.Nam reſpondetur,quòd duæ ſunt prin-
cipales diſpoſitiones teſtatoris in filios ſuos,una ui
delicet inſtitutiofiliorum, & Dom. Franciſcæ uxo-
ris in uita ſua tantum, cui, ſi nuberet, & filij ſtarent
in communione,ſubſtituit dictos filios ſuos, & eos
inuicem ſubſtituit etiam per fideicommiſſum. Se-
cunda principalis diſpoſitio fuit caſu quo, diuide-
rent, & tunc Ioannemfranc.& Anto.Mariam filios
in certis portionibus bonorum diſiunctim, & di-
ctos Pompeum,& Dom.Franciſcam in alia portio
ne coniunctim inſtituit,& ſi nuberet, uoluit quòd
eius portio deueniret ſolum, & dumtaxat ad dictũ
Pompeum ſi uiueret,ſi autem non uiueret,ad eiuſ-
dem Pompei filios deſcendentes maſculos expreſ-
ſe excludendo alios ipſius teſtatoris filios per illa
uerba,& non ad alios Ipſius teſtatoris filios,patet er
go quod in caſu factæ diuiſionis,& ſic in caſu pro-
poſito filij non ſolum non ſunt uocati, ſed maniſe-
ſte a portione Dom.Franciſcæ ſi nuberet,inueniun
tur excluſi per rationes ſupra relatas in tertio fun-
damento facto pro Dom.Franciſca.Cùm igitur ma
nifeſtiſſimus ſit ſenſus teſtatoris uolentis hoc caſu
a portione Dom. Franciſcæ ſi nuberet, excludi di-
ctos ſuos filios, uerborum quæuis interpretatio nõ
debet tanti eſſe,ut potior ſenſu exiſtat.l.3.C.de libe.
præte.cum ibi traditis per doct. Et cùm habeamus
tam expreſſam, quàm coniecturatam voluntatem
teſtatoris, quòd uoluerit indiſtincte filios prædi-
ctos excludere ſi non obtemperaſſent eius præce-
54 pto,uoluntas ipſius teſtatoris ſeruãda eſt, cùm hæc
in ultimis uoluntatibus prædominetur. l.in condi-
tionibus.ff.de cond.& demon.l.cùm virum. C.de fi
deicom.l.3.§.conditio.ff.de adim.leg. Alex.in con-
ſil.9.Viſis.columna ult.verſicu. Et ad hanc partem.
55 lib.2.& per Iaſ.in d.conſil.13 a.col.3.par.1.Et expreſ-
ſa prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem le-
gis.l.cum ex filio.§.filio.ff.de uulg.& pup.l.fi. C.de
pact. conuen. cum uulg. Præterea d. ſubſtitutio in
prima parte facta D. Franciſcæ non ſolum facta eſt
ſub conditione ſi uiueret, uerumetiam ſub altera
56 conditione,videlicet ſi filij teſtatoris ſtarent in com
munione. Nam illi ablatiui abſoluti,ſtantibus om-
nibus ipſius teſtatoris filijs in communi,& pro indi
uiſo,faciunt conditionem: & perinde eſt ac ſi teſta
tor dixerit ſi Dom.Franciſca nubat, & filij fuiſſent
in communione, quia ablatiui abſoluti expreſſam
conditionem faciunt. d.l. a teſtatore. ff. de cond.&
demon.vt dicit Bar.in d.l.1.col.vlt.ff. eod.tit.& uer-
57 bum illud(ſtantibus)exponitur ſi ſtabunt,vt per Si-
gno.in conſil.98. In Lombardia. columna quarta.
uerſic.Præterea ablatiui. Alex.in conſi.20. Viſo pro
ceſſu.uerſic.Sed ita eſt.lib.6.Calder.in d.conſi.1.de
uerb.ſig.& cùm ſub duplici conditione facta ſit pri
ma inſtitutio Dom.Franciſcæ, uidelicet ſi nuberet,
& filij eius ſtarent in communione, eodem modo
quò ad partem eius concurrentem intelligitur fa-
cta inter filios ſequens ſubſtitutio,licet igitur nupſe
rit,tamen quia ut præponitur,filij in communione
non permanſerunt, ſubſtitutio non habet effectũ.
arg.d.l.ſi hæredi plures.ff. de cond.inſt. Et ſubſtituti
58 ſubſtituto intelliguntur primo inſtituto ſubſtituti
ſub illa eadem conditione,ſub qua primo loco ſub
ſtitutus fuerat ſubſtitutus,ut per Alex. in conſil.pri
mo.columna quinta. & ſi.libro primo.cum relatis
per eum ibi. Nec præſumendum eſt teſtatorem in
dicta ſubſtitutione reciproca dictam conditionem
59 in prima ſubſtitutione appoſitam reuocaſſe, cùm
conditio in una parte diſpoſitionis poſita in altera
intelligatur repetita.l.auia.cum ibi no.per Bar. ff.de
cond.& demon.Faciunt dicta per Iaſ.in d.conſ.132.
in fi.par.1.& per Corn. in conſil.298. Dominus in
ſubſcriptione quæ incipit,eleganter.in uerſicu. Sed
pro reſponſione.lib.3. Præterea poteſt reſponderi,
quòd ſi præcederet inſtitutio Dom. Franciſcæ, &
ſubſtitutionem ei factam de Pompeo ſequeretur
ſubſtitutio compendioſa inuicem facta inter filios
teſtatoris,in dubium reuocari poſſet an ſubſtitutus
ſubſtituto intelligeretur uocatus ad partem Dom.
Franciſcæ euaneſcente dicta ſubſtitutione prima,
ſed in caſu noſtro perſpicuum eſt ſubſtitutum ſub-
ſtituto non intelligi uocatum ad partem quam pri
mo loco ſubſtitutus fuiſſet habiturus ex compen-
dioſa ſubſtitutione, quia relictum Dom. Franciſcæ
in caſum prædictum ſi filij non ſtarent in communi-
ni,factum eſt poſt dictam ſubſtitutionem compen
dioſam,multum enim intereſt utrum præcedat,an
uero ſequatur ſubſtitutio,uel grauamen, maxime
ſi ſunt uerba obſcura, ut quando hæredes ſunt inui
cem ſubſtituti.arg.d.l.Titia. cum no.ibi per gloſ.in
uerbo,debere.& glo.in d.l.Marcellus.§.quidam.in
uerbo hæreditariam.& ibi per doc.& per Alex.in l.
ita tamen.§.qui ſuſpectam.col.3.& 4. ff.ad Trebel.
60 Ad tertium reſpondeo uerum eſſe, quod ex dicta
prohibitione alienationis adiecta illa ratione indu-
citur fideicommiſſum,non abſolute, ſed facta alie-
natione,ita declarat Bartol. In d.l. pater filium. §. fi-
liam.de legatis tertio.facit l.filiusfam. §. cùm pater.
ff.de legatis primo. Et concluſionem hanc pro ue-
ra ponit Alexand.in l.qui Romæ. §.cohæredes.co-
lumna tertia.uerſic.Puto concludendum. ff.de uer
borum oblig.& ſequitur Dec.in conſil.218.In caſu
ad me tranſmiſſo.columna quarta. uerſic. Ad hoc
reſpondetur.& in d.conſil.287. In ciuitate Placen-
tiæ.columna quinta.& in conſil.357.In caſu Magni
fici. circa princ.& in conſil.377. Viſis. columna ſe-
cunda.uerſicu. Veruo igitur.ubi dicit doc.id com-
muniter teneri, & idem late proſequitur Card. Pa-
uli.conſi.75.Circa teſtamentum. columna quinta.
in prin.uerſic. Tamen uerior concluſio. nume.33.
uol.2. Et licet teſtator uoluerit gradatim ad ſuos de
ſcendentes bona ſua deuenire,tamen hoc intelligi-
tur poſt mortem grauati, quod procedit ſine du-
bio in caſu noſtro. Nam teſtator perſpicuis uerbis
declarauit uxorem ſuam,dum uiueret,potiri poſſe
portione ſibi relicta, quare non tenetur D. Franci-
ſca in uita ſua reſtituere partem ſuam deſcendenti-
61 bus teſtatoris. Suſpenditur namque reſtitutio talis
fideicommiſſi in diem mortis Dom.Franciſcæ.l.hæ
res meus.ff.de cond.& demon.& ibi per doc.l.cum
pater. §.hæreditatem filius. ff. de legatis ſecundo. l.
poſt mortem. & ibi gloſ. & docto. C. de fideicom-
miſſ. & fideicommiſſum reſpectu portionis Dom.
Franciſcæ,ſi quod induceretur per dictam prohibi-
tionem alienationis,intelligeretur inductum eo ca
ſu,quo ſubſtitutio Dom.Franciſcæ facta haberet lo
cum,ſcilicet ſi filij prædicti habitaſſent in commu-
ni, & Domina Franciſca nupſiſſet, & ſicut liquet,
quod teſtator noluit ſubſtituere Dominæ Franci-
ſcæ ſi filij non permanerent in communi, ita non
uidetur uoluiſſe iniungere fideicommiſſum ei,
62 niſi in dictum euentum, quia quòd teſtator dire-
cto noluit, non uidetur uoluiſſe per indirectum.
paragrapho, eſt tamen caſus. cum gloſſ. in uer-
bo habeatur. Inſtitu. de hæredib. inſtituen. ut per

Dec.in conſil.636.Prima facie.in princip. Ad quar-
tum fundamentum reſpondetur, quòd ſecundum
opi.a pluribus approbatam, neritas eſt in ſubſtitu-
63 tionibus non fieri extenſionem de perſona ad per-
ſonam, nt patet ex relatis ſupra in ſecundo funda-
mento pro parte Dom.Franciſcæ facto. Non obſt.
id quod dicitur de coniecturata mente teſtatoris,
quia vt ſupra oſtenſum eſt, coniecturæ, & verba te-
ſtamenti oſtendunt teſtatorem noluiſſe admitti di
ctos ſuos filios ad portionem dictæ Dom. Franci-
ſcæ etiam ſi nuberet illis non ſtantibus in commu-
64 nione. Et cùm ſit euidens teſtatoris voluntas circa
excluſionem dictorum filiorum, illa ſeruanda eſt.
d.l.in conditionibus.l.cùm quæſtio.in fi.C.de lega.
§.diſponat.in auth.de nup. Sed & ſiqua coniectura
ſubeſſet, per quam colligi poſſet teſtatorem voluiſ-
ſe admitti dictos filios ad portionem Dom. Franci
ſcæ ſi nuberet, tamen non poſſent admitti ex teſta-
65 mento, quia teſtator non proceſſit ad diſpoſitionē
& non ſufficit aliquid eſſe in voluntate teſtatoris,
niſi etiam ſit in actu diſpoſitionis. d.l.quidam cùm
filium.ff.de hæred.inſt. & ibi illum tex. ad hoc not.
Bald. & ſequitur Dec.in conſil.159. Caſus qui pro-
ponitur.columna ſecunda.verſicu. Et ad hoc facit.
& in d.conſil.287.columna quarta.uerſic.Non ob.
ergo. & Iaſ. in conſil.quadrageſimoprimo. In hac
ardua.columna ſeptima.parte prima. Ad quintum
reſpondetur, quod voluntas teſtatoris eſt manife-
ſta uolentis portionem Dom.Franciſcæ non perti-
nere ad filios in uita eiuſdem Dom.Franciſcæ, ſi nō
permanerent in communione, vt liquido patet ex
66 tenore teſtamenti, & vbi manifeſtus eſt teſtatoris
ſenſus nulla interpretatio contraria admittitur. d.l.
licet.ubi doct.C.de lib.præt. Et quotieſcunque uer-
67 ba ſunt clara, non admittitur quæſtio uoluntatis. d.
68 l.ille aut ille. §.fi. de leg.3. Nam teſtator cenſetur id
tantum uoluiſſe quod uerbis expreſſit. l.Labeo. ff.
de ſuppel.lega. Cùm ergo dicti filij teſtatoris non
permanſerint in communione, & fuerit excluſa D.
Franciſca ſi filij permanerent in communione, pa-
tet euidenter filios teſtatoris viuente Dom. Franci-
ſca eſſe excluſos, & Dom.Franciſcæ nullam eſſe fa-
ctam ademptionem reſpectu dictorum filiorum,
immo potius facta cōfirmatio ei de relicta ſibi par
te in uita ſua.arg.d.l.legata inutiliter. cum ſupra al-
legatis. Præterea cùm fuerint diſiuncti in ſecundis
inſtitutionibus dicti filij teſtatoris dicto Pōpeo eo-
rum fratri, & ei Dom. Franciſca coniuncta fuerit,
nō poſſunt dicti filij admitti per eius accreſcēdi. l.j.
§. his ita diffinitus.& §.hoc ita tā vane.C.de cad.tol.
& ibi doct. Præterea cùm ad dictam portionem Pō
peus, & filij ſint uocati cum uerbis taxatiuis ſolum,
69 & dumtaxat, liquido conſtat non eſſe locum iuri
accreſcendi, quia ius hoc impeditur per uerba taxa
tiua.l.Lucius Titius.§.qui habebat.ff.ad Trebellia.
cum aliis allegatis per Iaſo. in l.prima. columna ſe-
cunda.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.& in d.l.re con
iuncti.columna quadrageſimaquinta. verſic. Vltra
70 tres caſus Bartoli. Ad ſextum reſpondeo primo, ꝙ
dictæ clauſulæ ad oſtendendum voluntatem teſta-
toris non ſunt attendendæ, quia in teſtamentis ap-
ponuntur ex conſuetudine notariorum, non autē
ex mente, & deliberatione teſtatoris iuxta doctrina
Bar.in l.1.q.6.ff. de iure cod. quam ſequitur, & ſin-
gularem dicit Cur. ſen. in conſil. ſexageſimoſexto.
Sapienter opimus.columna ſeptima. Satis eſt igitur
quod dictæ clauſulæ operentur circa alios effectus
ſibi a iure attributos, & non extenduntur ultra effe
ctum ſuum. Et comprobantur hæc per ea quæ con
gerit Anto.Sicu.in conſil.ſexageſimoſexto. Capio
primam dubitationem.columna ſeptima.libro pri
mo.& Socy.iun. in conſil.centeſimo quinquageſi-
71 motertio. Viſo ſubtili. uerſic. Clauſula enim.libro
ſecundo. Et dictæ clauſulæ relationem habent ad ea
tantum de quibus teſtator diſpoſuit, ut per Paul.de
Caſt. in d.l.ex ea ſcriptura. & adaptari non poſſunt
72 ad confirmandum ea quæ facta non ſunt. Cùm.n.
ſint clauſulæ acceſſoriæ non debēt ampliare diſpo-
ſitum, ut comprehendantur ea quæ in parte teſta-
menti diſpoſitiua comprehenſa non ſunt. argum.
clem.prima.in fin.de præbend. cum alijs relatis per
Dec.in l.precibus.columna decima.uerſi. Vlterius
tamen.C.de impube.& aliis ſubſt. dicit hæc eſſe no-
tanda, quia circa hoc etiam doctiſſimi uiri quando
que decipiuntur.& idem tenet in conſil.291. Viſis.
columna prima, & ſecunda.& in conſil.384.In caſu
propoſito. In fi. Ad ſeptimum reſpondetur, quòd
73 mulier tranſiens ad ſecunda uota non priuatur in
totum relictis ſibi in teſtamento primi uiri, ſed ha-
bet poteſtatem poſſidendi, atque fruendi uſque in
extremum diem uitæ ſuæ, ut dicitur in d.l.fęminæ.
& ibi declarat Bal in verſic. Quæro quis eſt ſenſus.
Non igitur cogitur uiuens Dom.Franciſca reſtitue
re dictis filijs ſuis dictam partem. An autem conſi-
derata diſpoſitione dicti teſtatoris ſaltem poſt mor
tem Dom.Franciſcæ dicta portio dictis filijs reſtitui
debeat, non eſt præſentis indagationis, & ſuo tem-
pore non abſque ratione affirmari poterit dicta bo
na etiam mortua Do. Franciſca ad dictos filios de-
uoluenda non eſſe ex dicto teſtamento. Quia teſta-
tor aperte diſpoſuit quod ſi Dom. Franciſca nube-
ret, & filij non ſtarent in communione, nolebat di-
ctos filios admitti ad dictam portionem, & in ea ip-
ſam quò ad dictos filios pure inſtituit, & dumtaxat
Pompeum, & Pompei deſcendentes ſubſtituit
Dom.Franciſcæ ſi nuberet, uel decederet, & conſe-
quenter in pęnam aliorum filiorum non parentiſi
dicto pręcepto, teſtator uidetur uoluiſſe, quòd Do.
Franciſca impune poſſet nubere quo ad omnes fi-
lios, præterquam quo ad Pompeum, & talis uolun-
tas operatur, quòd uidua non perdat ſibi relicta
per primum maritum, ut patet ex relatis per Dec.
in d.rub.de ſecun.nup.columna ſecunda.uerſic. Et
licet pęnæ.& per Iaſ.in d.l.ambiguitates.C.de indic.
uid.tol. Laus Deo. ut ſupra concluſum eſt, iuris eſſe
cenſeo. Io.dilectus Durantes Gualden. minimus in
ter eos qui iuris prudentiam diligunt, & ad fidem
ſubſcripſi, ſaluo ſemper maturiore iudicio. Peruſij.
anno ſalutis 1549. & ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. clericus an de aduentitiorum vſufructu in vltimis voluntatibus, aut in contractu in patris præiudicium, cui ius in dicto vſufructu quæſitum eſt, diſponere valeat?*
2 *Peculium aduentitium clerico quaſi caſtrenſe dicitur.*
3 *Clerici nedum caſtrenſe peculium in acquiſitis ex beneficijs ſed etiam in alijs vndecunque quæſitis habere dicuntur.*
Clerici quamuis in patria poteſtate ſint, licite tamen de omnibus aduentitijs diſponere, et teſtari poſſunt. ibi.
4 *Qualitas verbo adiuncta ſecundum verbi tempus intelligitur.*
5 *Priuilegium alicui conceſſum tertio præiudicare non debet.*
6 *Vſusfructus patri virtute patriæ poteſtatis acquiſitus non perimitur, quamuis patria poteſtas, abſque facto patris extinguatur.*
7 *Pater vſumfructum ſibi mediante perſona filij acquiſitum poſt patriam poteſtatem extinctam retinere poteſt.*

CON-

CONSILIVM CXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

REQVISITVS quid in hac re ſentiã breuiter dico filiũ mfa. clericum de bonorum aduentitiorũ uſufructu in cõ-
1 tractibus, aut in ultima uoluntate in patris præiudiciũ; cui ius eſt in uſufructu quæſitum, diſponere non poſſe, quia quod ſuum effectum eſt, ſine ipſius facto ab eo tolli nõ poteſt. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur. cum ſimili. Nec refragatur, ꝙ pater in bonis clerici aduẽtitijs uſum
2 fructũ non habeat, cũ peculiũ etiã aduentitium clerico quaſi caſtrenſe ſit, de quibus ipſe filius diſponere poteſt. ut eſt tex. multum not. ſecundum Bar. in l. ſacroſanctæ. & in auth. presbyteros. C. de epiſco. & cleri. vbi Pau. de Ca. in ſecundo not. inquit, quod clerici non ſolum caſtrenſe peculium in ac-
3 quiſitis ex beneficijs, & occaſione clericatus, quæ occaſione militiæ acquiſitis æquiperantur, verum etiam in omnibus alijs undecunque quæſitis habere dicuntur, & ſic pater in illis tamquam de caſtrẽſibus uſumfructum habere non debet, quod ſecundum eum eſt perpetuo menti tenendum, idem firmat Abb. in c. quia nos. in fi. extr. de teſtamen. dicens quod clerici quamuis in parentum poteſtate conſtituti ſint, de omnibus aduentitijs licite teſtari, & diſponere poſſunt, vnde illorũ bonorum uſusfructus parentibus non acquiritur, ſequitur Gualden. in tract. de arte teſtan. caute. 1. in fi. de his qui non habent factio. teſta. Quoniam reſpõdetur prædicta in acquiſitis poſt filij clericatum procedere, vt eſt tex. apertus in d. auth. presbiteros. ubi proprie tex. in acquiſitis poſt clericatum loquitur, quia inquit de rebus quolibet modo ad dominium clericorum & presbyterorum venientibus. Et qualitas illa illi uerbo adiuncta ſecundum uerbi tempus in-
4 telligitur. l. ſi titius. & quod ibi not. Bar. ff. de teſtam. mili. & ita tenet Phi. Franc. in rub. de teſtam. in 6. col. 16. uerſi. Limita ſingulariter num. 39. Secus eſt autem in acquiſitis ante clericatum, quia illorum bonorum uſusfructus patri acquiſitus ex diſpoſitione facta per filium in clericatu exiſtentem, qui poſt vſusfructus acquiſitionem ſuperuenit, ſibi
5 auferri non poteſt. Cùm priuilegium alicui conceſſum tertio præiudicium inferre non debeat. l. 2. §. merito. & §. ſi quid a Principe. ff. ne quid in loco pub. facit tex. in l. ſecunda. ff. de natali reſti. & in l. impuberi. ff. de admini. tuto. & in capitul. ſuper eod. extra de offic. deleg. ut late in caſu propoſito probat Dec. in c. in præſentia. colum. 32. numero 70. uerſi. Similiter in clerico ſeculari. extra. de probatio. per not. per Bal. in l. ſecunda. C. de bon. mater. & in l. quod ſcitis. in fi. C. de bon. quæ
6 liber. Vbi inquit ꝙ vſusfructus patri acquiſitus uirtute patriæ poteſtatis non perimitur, quamuis patria poteſtas abſque facto patris extinguatur. Idẽ conſuluit Corne. conſi. 146. Videtur prima facie. columna 3. in prin. uerſi. Nec obſtat. d. l. quæcunque uolum. 1. idem firmat Pariſi. conſi. 157. Nobi-
7 lis. columna ſecunda. in prin. num. 10. uerſi. Eo etiã uolum. 4. dicens quod pater uſumfructum mediante perſona filij poſt finitã & extinctam patriã poteſtatem ſibi quæſitum retinere poteſt. & tex. allegat in l. de emancipatis. C. de legiti. hæredi. & in l. fi. C. de uſufruc. idem Pariſi. conſi. 74. Vidi teſtamentum. columna pe. in fi. numero 77. uerſi. Et qui vſufructus. volum. 3. per ea quæ not. Bal. in l. 2. C. de bo. mater. Ex quibus manifeſte patet, quod filius clericus patri in aliquo quo ad vſumfructum bonorum aduentitiorum ante clericatum acquiſitorum præiudicare non poteſt. vt abunde declarat Ari. Pinel. in l. 1. in prima par. nu. 43. uerſi. Decimo ex eadem concluſione. C. de bon. mater. & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Receſſus ab uno iudice, & ad alium tranſitus, quædam exceptio declinatoria cenſetur.*
2 *Exceptio declinatoria ante litem conteſtatam opponi debet.*
3 *Actor coram vno iudice mouens iudicium ſi ad alium conuertere intendit, infra triduum facere debet.*
4 *Iudex ab vna parte impetratus, ab ea amplius reprobari non poteſt.*
5 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*
6 *Iudicium coram iudice delegato ſuſcipiẽs cauſa ſuſpicionis ſi quam prius habebat, renunciaſſe videtur.*
7 *Compromiſſum ante litem conteſtatam peti debet, & quomodo procedat. num. 28.*
8 *Compromiſſum peti non poteſt, ubi iuris eſt quæſtio, ſecus ſi eſt facti quæſtio. & num. 30.*
9 *Compromiſſum per reum, non autem per actorem peti debet.*
10 *Statutum diſponens compromiſſum inter conſanguineos fieri, ſi non declarat ad cuius inſtantiam fieri debeat; ad illius inſtantiam, contra quem controuerſia mouetur, intelligi debet.*
11 *Statuta de compromiſſis inter conſanguineos faciendis loquentia, fauorabilia ſunt. & num. 38.*
12 *Extenſio an in ſtatutis fauorabilibus fiat, & verba impropriè accipiantur?*
13 *Statutum vel lex de compromiſſis loquens per verbum, quæſtio, lite conteſtata intelligitur: idem ſi per verbum, lis.*
14 *Cauſa, ſiue lis, aut quæſtio nunquam cepta dicitur niſi per litis conteſtationem.*
15 *Inſtantia a die litis conteſtatæ currere incipit.*
16 *Opiniones plures quando in lege, vel ſtatuto ponuntur, in dubio vltima attenditur.*
17 *Compromiſſum neceſſitate ſtatuti ante publicatum proceſſum peti poteſt.*
Concluſio in cauſa compromiſſi petitionem non impedit. ibi.
18 *Iudex partes ad compromiſſum cogere non poteſt, niſi illud a parte petatur.*
19 *Arbitramentum eſt quædam tranſactio.*
20 *Compromiſſum quod fieri petitur, principaliter ad forum declinandum non tendit, ſed potius ad decidendum cauſam de æquitate.*
21 *Iudicis recuſati proceſſus non valet.*
22 *Iudex ſi fuit vt ſuſpectus recuſatus, arbitri ad cognoſcendum de ſuſpicione eligi debent.*
23 *Tex. in c. inter monaſterium, ext. de re iud. quomodo procedat.*
24 *Delegatus in deciſorijs ſtatuti formam ſeruare tenetur. & vide num. 36.*
25 *Verbum, quæſtio, quando ab homine profertur, tunc ante litem conteſtatam intelligitur.*
Verbum, moleſtia, differentia, vel controuerſia, quomodo intelligatur. ibid.
26 *Petitio qualis qualis, & rei exceptiones, & probationes coram arbitris, prout in iudicio, requiruntur.*
27 *Statutum Ariminenſe reductionem ad arbitrium boni viri prohibet, ſi laudum confirmatum fuit.*
29 *Litigare quis non dicitur niſi lite conteſtata.*
30 *Compromiſſum peti poteſt, vbi facti mixtura cum iuris quæſtione iungitur.*
31 *Verba cuiuſcunque conditionis poſita in ſtatutis compromiſſariis quid importent.*

32 *Verba, quomodocunque, qualitercunque, cuiuſcunque con-*
ditione, & ſimilia in ſtatuto appoſita interpretationem
ſtatuti reſtrictiuam impediunt.
33 *Interpretatio ſemper in ſtatutis fieri debet, vt verba ali-*
quid operentur.
34 *Verbum, quodlibet etiam minimum, omnis ſyllaba, & om-*
nis dictio in quauis diſpoſitione appoſita non debet eſſe fru-
ſtra appoſita.
35 *Compromiſſum fieri pronunciandum eſt, vbi variæ eſſent do-*
ctorum opiniones, & dubium eſſet, an fieri deberet.
37 *Delegatus, cui cauſa ſummariè &c. & manu regio commiſ-*
ſa fuerat, an ius ciuile ſeruare arctatur?

CONSILIVM CXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN. cauſa appellationis petiti compro-
miſſi uertente inter D. Franciſcam q. In-
nocentij Zauagliæ appellatam ex vna,
& Io. Franciſcum, & Anto. Mariam de
Gambonis eius filios ex primo viro appellantes ex
altera, videndum eſt, utrum per iudicem a quo ad
fauorem Dom. Franciſcæ rectè iudicatum fuerit,
compromiſſum eſſe faciendum, ſtante ſtatuti Ari-
minenſis diſpoſitione, ſub rubrica de quæſtionibus
propinquorum non uentilandis coram iudicibus
1 Poteſtatis? Et dicendum uidebatur, quòd non. Pri-
mo quia petẽdo compromiſſum iudicem, coram
quo lis, & cauſa pendebat, declinare videbatur, &
receſſus ab vno iudice, & tranſitus ad alium quæ-
dam exceptio declinatoria cenſetur. Bald. in auth.
habita. C. ne filius pro patre. quæ ante litis conteſta-
2 tionem opponi debet. l. exceptionem. C. de proba.
& l. ſed & ſi ſuſceperit. & quod ibi not. ff. de iud. Se-
3 cundo ubi quis iudicium coram uno iudice incæ-
pit, ſi uult ad alium ſe conuertere, hoc infra triduũ
facere debet. l. fi. §. illico. C. de iud. ſi igitur Do. Fran-
ciſca ad arbitros ſtatutarios recurrere uolebat, infra
tres dies hoc facere debebat, alioquin amplius au-
4 diri non debebat. Et tanto magis, quia ab ipſa iudex
impetratus fuit, & ideo tanquam ab ea approbatus
5 amplius ab ea reprobari non poterat, quia quod ſe-
mel placuit, amplius diſplicere nõ debet. reg. quod
ſemel. de reg. iur. in 6. nec ab ea amplius recuſari po-
terat. auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & Pariſi. con-
ſil. 31. Omiſſa. col. 9. num. 62. uerſic. Quamuis enim,
uolum. primo. cum concord. ibi per eum relatis.
6 Præterea ſuſcipiens quis coram iudice delegato iu-
dicium ſuſpicionis cauſæ, ſi quam contra ipſum
prius habebat, renunciaſſe videtur. c. inter monaſte-
rium. extr. de re iud. petens autem compromiſſum,
& ſic alios iudices, qui in hac cauſa iudicare, & arbi-
trari debeant, dubium non eſt, quòd delegatum uti
ſuſpectum recuſare videtur, quæ tamen recuſatio
poſt ſuſceptum iudicium fieri non poterat. Suade-
tur etiam ex ratione, & mente ſtatuti ad diſcordias
ſedandas, & ſumptus euitandos, ibi dum dicit, quòd
de iure, & de facto compromittant, vt ſic illi ſine li-
te, & ſumptu, ac ſcandalo quæſtiones inter eos diri-
mant, quod contrarium in præſenti caſu eſſe uide-
tur, ex eo quòd in cauſa plurimæ expẽſæ factæ ſunt,
& in futurum leuiores, & pauciores fieri poſſunt,
cum ad examen teſtium iam proceſſum fuerit, nec
aliud reſtat agendum, niſi proceſſus, & atteſtationũ
publicatio cũ concluſione cauſæ, quæ paruis ſum-
ptibus expediri poſſunt, ne igitur eluſorium rema-
neat ſtatutum, concludendum eſt in propoſito cõ-
promiſſum faciendum pronunciari non debuiſſe.
7 Cùm ante litis conteſtationem potius expoſci de-
bebat, vt concludit Lanfr. in tract. de arb. in vlt. part.
q. 52. & ita deciſum fuit in conſi. Neap. ut refert Af-
flict. in deciſ. 185. Dicta regia pragmatica. Pro qui-
bus ſtatuti verba facere videntur, ibi, ſtatim debeat
cogere litigare uolentes. ſtatutum enim per illa ver-
ba litis initium conſiderat, non autem litis conteſta-
tionem, ſi enim ſtatuentes de litis conteſtatione, &
termino ad probandum præfixo intelligere voluiſ-
ſent, utique dixiſſent. l. unica. §. ſin autem ad deficiẽ-
tis. C. de cad. tolle. & c. 2. §. unde ſi circa. ext. de tranſ-
lat. epiſ. cum ſimilib. prout expreſſerunt dicendo li-
tigare uolentes, quæ uerba cauſæ initium, & non li-
tis conteſtationem, & terminum ad probandum
8 datum demonſtrant. Confirmantur prædicta alia
ratione, quòd immo in caſu præſentis difficultatis
cùm ſimus in quæſtione iuris, uidelicet an ex ſecun-
darum nuptiarum tranſitu mater commodo bo-
norum per eam petitorum priuata ſit, compromiſ-
ſum peti non potuerit per not. per Bald. & Salyc. in
l. ancillæ. in 3. not. C. de fur. Alex. conſil. 62. Viſa fa-
cti. columna ſecunda. in princ. uerſic. Præſuppoſita.
volum. 2. & Soc. ſen. conſil. 284. Præſtantiſſime do-
9 ctor. in princ. vol. 2. Vltimo corroboratur prædicta.
Nam compromiſſum per reos conuentos, & non
per Dom. Franciſcam actricem peti debebat, vt vo-
luit Pau. de Caſt. conſil. 13. Viſis, & conſideratis om-
nibus. columna fi. verſicu. Tertia ratio. volum. 2. in
nouiſ. quem referr, & ſequitur Alex. conſil. 144. Vi-
ſo ſtatuto. columna ſecunda, in fin. verſicul. Fortius
10 conſuluit. volu. ſeptimo. Vbi inquiunt, quòd quan-
do ſtatutum uult, quem ad compromittendum co-
gi poſſe, ſi non declarat, ad cuius partis inſtantiam
compromiſſum fieri debeat, ad inſtantiam illius cõ-
tra quem controuerſia mouetur, intelligi debet,
quia in eo omnis calumniæ ſuſpicio ceſſat, non au-
tem ad eius qui controuerſiam mouet, inſtantiam.
Quibus tamen non obſtantibus contrarium in ca-
ſu propoſito, de iure verius eſſe arbitror. Et primò
11 præſuppono quòd ſtatuta de compromiſſis inter
coniunctos faciendis loquentia fauorabilia ſunt.
Bal. Alex. Iaſ. Dec. & alij communiter ſcribentes in
l. qui ſe patris. C. unde lib. Soc. ſen. conſil. 4. Viſis a-
ctis. in fi. volum. 1. Soc. iun. conſil. 13. Duplex inſpe-
ctio. columna quarta. numero 25. verſic. Præterea,
& ſexto. conſil. 16. Excellentiſſimi. columna prima.
numero 3. uolum. primo. & conſil. 136. Iuſtiſſimi.
columna fi. num. 8. uerſic. Accedat ad prædicta. uo-
lum. ſecundo. ubi ita communiter teneri aiunt, ex
eo quòd in odium litium, & publicæ utilitatis fauo-
rẽ facta ſunt, vt finis cito litibus imponatur iuxta
no. per Bart. & alios in prima conſtitutione. C. co-
12 lumna ſecunda. Præſuppono etiam quòd in tali-
bus ſtatutis fauorabilibus locum habet extenſio,
verbaq́; impropriè accipiuntur, & ideo limitatio ad
regulam colligitur, dicentem ſtatuta ſtrictè, & pro-
priè interpretari, intelligiq́; debere iuxta l. 3. §. hæc
verba. ff. de neg. geſt. ut in fauorabili materia non
procedat, ita inquit Dec. in d. l. qui ſe patris. colum-
na penultima. ad fin. verſic. Circa ſecundum. Qui-
bus ſic præſuppoſitis dico filios D. Franciſcæ recte
ad compromiſſum faciendum condemnatos fuiſ-
ſe non obſtante lite conteſtata, & termino dato,
nonnulliſq́; teſtibus hincinde examinatis. Et mo-
ueor ex verbis ſtatuti dicentis quòd ſi aliqua cuiuſ-
cunque conditionis quæſtio oriatur, & incepta fue-
rit, quòd iudex coram quo dicta quæſtio inchoa-
ta fuerit, litigare uolentes cogere debeat, ad du-
os, uel plures bonos uiros eligendum de com-
munibus conſanguineis, uel de alijs, in quos
prædicti de iure, & de facto compromittant. Nam
clarum

13 clarum eſt, quòd ubi lex, uel ſtatutum per uer-
bum (quæſtio) loquitur, lite conteſtata ſemper
intelligitur. Bar.in l.amplius non petitum. col.2. in
princ.nu.5.ff.rem rat.habe.per glo.fin.in l.3.C.fini.
regun.per quam glo. & deciſionem Bar. ita conſu-
luit Cuma.conſi.17.Hieronymus. col.2. uerſic.Se-
cundo quia,& ſi ſententia.num.2.refert,& ſequitur
Blanc.in tract.de compromiſ.in 1.q.num.7.Idem di
citur ſi per uerbum, lis, loqueretur ſtatutum.ut de-
clarat Alex.& Iaſ.in l.cauſas.in fi.C.de tranſact.Hoc
14 quoque comprobatur per uerba,illa,incepta,& in-
choata fuerit.Nam cauſa,ſiue lis, aut quæſtio nun-
quam cepta,ſiue inchoata dicitur, niſi per litis con-
teſtationem.tex.eſt in l.apertiſſimi.in prin.& ibi gl.
in verbo,inchoetur.C.de iud.§.omnem.& ibi gl.in
verbo,ſi uero initium.in auth.de litigio.vbi inquit,
nota litis initium per conteſtationem fieri. Abb.in
c.ſuper quæſtionum.in prin.col.fi. uer.In gl.in uer-
bo litis exordium.ext.de offic.deleg.gloſ.eſt not.in
c.relatum.eo.tit.declarant Alex.& Iaſ. in d.l.cauſas.
in fi.& Alex.in l.poſtquam liti. in princ. C. de pact.
15 ideo inſtantia a die litis conteſtatæ currere incipit,
ac ſi eo tempore cauſa, & lis cœpta fuerit. l. prope-
randum.in prin.& ibi Iaſ.in 5 not.C.de iud. Et quã-
uis uerbum,oriatur, in ſtatuto ponatur,quod libel
li productionem tantum, & non litis conteſtatio-
nem comprehendere uidetur, nihilominus quia
poſt illud ſubſequitur verbum, incepta fuerit, non
primum,ſed ultimum uerbum,attenditur. arg. eo-
rum quæ not.per doct.in l.ſi idem cum eodem. in
16 fi.& ibi Iaſ.ff.de iuriſd.om.iud. Vbi inquiunt, quòd
quando in lege,uel ſtatuto plures ponũtur opinio-
nes,in dubio ultima attenditur, & approbata cenſe
tur.facit text. in l.non eſt nouum.& l.ſeq.ff.de legi.
& ultimo prioribus derogant.l.pacta nouiſſima.&
ibi no.C.de pact.& in l.1.§.fi.ff.de ſtipu.ſeruo.& tan
to magis quia bis illud repetitum fuit, quod maius
robur,& efficaciam ad litis conteſtationem oſten-
dere uidetur.l.Baliſta.cum vulg.ff.ad trc.vltra quod
17 etiam concludunt communiter docto.nulla men-
tione facta de uerbo, lite,ſeu cauſa,ſiue quæſtione,
quòd ſtante neceſſitate ante publicatas atteſtatio-
nes,& proceſſum peti poteſt compromiſſum,vt vo
luit Bald.& ibi late Iaſ.in l.1.in 4.no.ff.de tranſactio.
idem Iaſ.in l.ſi cauſa cognita.col.1.& ibi etiam Ale
xan.C.eod.tit.& ita tenet idem Alex.conſ.82.In cau
ſa uertente.col.pen.in fi. verſic. Secundo fortifico.
vol.1.& conſi.62.Viſa facti.in fi.verſic.Ad idem.vo
lum.2.Plus dixit Bal.conſi.255.Poſt concluſum.vo
lum.4. quod etiam concluſio in cauſa compromiſ
ſi petitionem non impedit, ſi ergo ante publicatas
atteſtationes peti poteſt, quia poſt calumnioſe peti
videretur,ex quo res iam liquida foret, ſequitur, ꝙ
poſt litis conteſtationem,& ante publicationem te
ſtium quis petere poſſe non impeditur,& ita de iu-
re communi expeditum eſt,vt concludit Capyc. in
deciſ.48.In cauſa magnificæ Camillæ.in fi. Pro præ
dictorum corroboratione verba ſtatuti clara in fi-
nalibus verbis,adduco,ibi poſtquam eidem denun
ciatum fuerit præſens ſtatutum. Volunt enim ſta-
tuentes, quod vbi,& quando iudici ſtatutum hoc
denunciatum fuerit, quod partes ad compromit-
tendum compellere debeat, quæ verba, & eorum
ſenſus ſunt, quòd tam ante litis conteſtationem,
quàm poſt, & quandocunque dummodo ante te-
ſtium publicationem compromiſſum fuerit peti-
tum,ſtatim iudex litigantes ad compromittendum
cogere debeat,& priuſquàm iudici nunciatum fue
rit tale ſtatutum, non videtur quòd ipſe pœnam,
de qua in eo,incurrat, nec parere ſtatuto compelli
poteſt,donec ſtatutum ei nunciatum fuerit,nec ip-
18 ſe partes ad compromittendum cogere potuiſſet,
niſi petitum, & denunciatum fuiſſet. l. vniuerſa. &
ibi doct.C.de precib.impe.offe.l.4.§.hoc autem. &
ibi doct.ff.de dam.infec.& Lanſ.in trac.de arb.q.45.
in vl.par.Stat igitur firma concluſio quòd compro
miſſum peti potuit,& partes ad illud faciendum cõ
pelli potuerunt,poſtquam iudici ſtatutum, & non
ante,nunciatum fuit.Adducta in contrarium mini
me refragantur, quoniam iura allegata videlicet. l.
fi.§.illico.& l.exceptionem.de iure communi in or
dinario iudicio procedunt, nos uero ſumus in mu
nicipali iure ſecundum quod procedi debet, ergo
&c.Præterea ille qui compromiſſum in arbitrato-
rem fieri petit.non mutat, neq; iudicium declinat,
immo coram iudice cauſa per compoſitionis mo-
19 dum deciditur, cùm arbitramentum quædam ſit
tranſactio.gloſ.in §.1. in auth.vt diffe.iud. cum alijs
per Lanſ.relatis in d.trac.de arb.in 1.col.in fi.verſic.
Hoc videtur mirum.& Iaſ. poſt alios communiter
doc.in auth.ſi vero contigerit.in fi.C.de iud. & quã
uis facta trãſactione iudicis iuriſdictio in conſequẽ
20 tiam declinetur, compromiſſi tamen allegatio nõ
ad declinandum forum,ſed ad cauſam potius de æ-
quitate decidendum principaliter tendit, ita dixit
Are.conſil.129.Conſultiſſime.num.3.ver.nec obſt.
quod ibi dicit Bar.& Iaſ.conſil.76. Reuerendiſſimi
poſt princ.verſic.nec per hoc dicitur. vol.3. nec re-
fragatur.d.auth.offeratur, quia D. Franciſca impe-
tratum iudicem vti ſuſpectum non recuſauit, at ip-
ſum requiſiuit, vt iuxta ſtatuti formam cõpromiſ-
ſum faciendum pronunciaret, & ipſum requirens
recuſare non dicitur,& ſi ipſum vti ſuſpectum recu
ſaſſet,tanquam recuſatus pronunciare non potuiſ-
21 ſet,& recuſati iudicis proceſſus, & geſta non valuiſ-
ſent.& tradit Gemi. in c.iudex. de offic. deleg. cum
concord.per Alex.relatis conſi.89. Diligenter. nu-
me.5.& 6.vol.1.quem refert,& ſequitur Marant.in
ſuo trac.iudiciali.in 4. par.in 16.diſt. columna pri-
ma.in fi.num.quarto.verſi.Secundo dicitur.& tex.
in d.authen.offeratur.requirit quòd iudex vt ſuſpe-
ctus recuſetur, quamuis impetratus recuſari ne-
queat,niſi ex ſuperuenienti cauſa, vt declarat Iaſ.in
l.apertiſſimi.in 1.notab.C.de iud. Et ſi vt ſuſpectus
22 recuſatus fuiſſet,arbitri ad cognoſcendum ſuſpicio
nis cauſam eligi debuiſſent,iuxta tex. in c.cum ſpe-
ciali.ext.de appellatio.& l. fi.C.de iud. ſed recuſatus
non fuit,ergo &c.Ad c.inter monaſterium. reſpon
detur,quòd quamuis ſuſpicioni in ſuſcipiendo co-
ram delegato iudicium renunciaſſe uideatur,priui
legio tamen ſibi a lege municipali de petendo cõ-
promiſſum conceſſo non renunciauit, quoniam
Dom. Franciſcæ hoc priuilegium poſt litis conte-
ſtationem competijt per illud verbum(quæſtio) in
ſtatuto appoſitum,vt ſuperius dictum fuit. Et ſuſpi
cionis exceptio tanquam dilatoria ante litis conte-
ſtationem competebat, ideo de vno ad aliud bona
illatio fieri non poteſt.l.Papinianus exuli. ff.de mi-
no.cum vulg.Præterea tex.in d.cap. inter monaſte-
23 rium.locum habet, quãdo poſt ſuſceptum coram
delegato iudicium delegatus recuſaretur ſuſpectus,
hic uero non fuit uti ſuſpectus recuſatus, nec alio
modo,ſed tãtummodo compromiſſum iuxta for-
24 mam ſtatuti fieri debere petitum fuit, quam dele-
gatus etiam in deciſorijs ſeruare tenetur, ut per A-
lexand.habetur conſil. centeſimo ſexageſimoquar
to.Circa dubitationem.volumine ſexto. & Corne.
conſil.centeſimo decimoquarto. Licet primo aſpe
ctu.columna prima.verſic.Nam iudex quo ad for-
mam. uolumine primo. & conſil. 147.In conſulta-
tione.col.fi.nu.17.uerſic.Iudex enim. uol.4. & red-
dens ſe diſpoſitioni iuris municipalis conformem

non poteſt ſe ſuſpectum feciſſe dici. Minuſque
refragatur, dum dicebatur, quòd compromiſſum
ante litis conteſtationem peti debebat. Quia id lo-
25 cum ſibi uendicat, quando uerbũ (quęſtio) ab ho-
mine profertur, ſecus ſi a lege, uel ſtatuto, ita decla-
rat Bar. in d. l. amplius non peritum, aut lex, ſiue ſta-
tutum per uerbum moleſtia, differentia, uel cõtro-
uerſia loqueretur, quia uerba illa ante, & poſt litem
conteſtatam intelligi poſſunt, ut late declarat Alex.
conſil. 52. Viſo teſtamento. col. 1. uerſicul. Secundo
præſuppono. & uerſic. ſeq. uol. 2. eo enim caſu com
promiſſum ante litis cõteſtationem peti potuiſſet.
Nec refragatur ſtatuti ratio uolentis ſumptus, & di
ſcordias dirimere, quia quamuis coram iudice or-
dinario nonnullæ factæ fuerint expenſæ, eędem ta-
men coram arbitris euitari non potuiſſent. Cùm
26 pro parte D. Franciſcæ qualis qualis petitio fieri de-
bebat, & ex parte reorum exceptiones, & ſuper pe-
titione informatio, & probatio requirebatur, pro-
ut in iudicio ordinario fieri conſueuit: licet in cõ-
promiſſo conuentum eſſet quòd arbitri in ſcriptis,
& ſine ſcriptis procederent, ex quo ad minus eſſen-
tialia conſtare debebant, ut plene tangit Anton. de
Butr. conſil. 24. Quæſtio. columna pen. cum multis
concord. per Pariſi. relatis conſi. 24. licet dominus
columna 19. num. 117. uerſicu. Si uero coram dictis
arbitris. uolum. 2. & pro talibus eſſentialibus, & exa
mine teſtium notarij ſcriptura requirebatur, ut uo-
lunt communiter doct. in c. quoniam contra. extr.
de prob. cum arbitria ad inſtar iudiciorum redacta
ſint. l. 1. ff. de arb. & ſine procuratoribus, & aduoca-
tis in ſimili cauſa magni ponderis procedi non po-
terat, quæ omnia cum iam coram ordinarijs iudici
bus, quàm coram arbitris fieri debebant, conclu-
dendum eſt, quòd eidem ſumptus, & expenſæ requi
rebantur, & factæ fuiſſent. Nec eſt uerum, quòd in
futurum pauciores fient expenſæ, quinimmo ob re
leuationem copiarum teſtium examinatorum, &
ex quàmpluribus actis tam ad proceſſus, & teſtium
publicationem, quàm ad opponendum contra te-
ſtes, & proceſſum, ad concluſionem in cauſa, ad al-
legandum in iure, & in facto, ad acta iudici exhibẽ-
da, & tandem ad procuratorum, & aduocatorum
mercedem, & ad iudicis ſportulas pro ſententia pro-
ferenda fiendas, longe maiores erunt expẽſæ, quàm
huculque factæ fuerint, & ob id talis ſtatuti ratio nõ
tollit, quinetiam poſt litis cõteſtationem compro-
miſſum peti potuerit, uerbo, quæſtio, litis conteſta-
tionem requirente, ut dictum eſt ſupra. Et ſtatuti ra
tio in ſumptibus uerificabitur, qui tam in prima,
quàm in ſecunda, tertia, quarta, & forſitan quinta
inſtantia fierent, cùm pluries ab utraque parte ap-
pellari poſſit, quod corã arbitris, & arbitratoribus
ſecus eſt, ex ſtatuto Ariminenſis forma ſub rubr. de
27 appellatio. & reclama. ab arb. in quo diſponitur, quod
ſi ad boni uiri arbitrium reductio petatur, laudum-
q; confirmatũ fuerit, reductio amplius expoſtula-
ri nequeat, & ſic una tollitur reductio, ideſt una ab
utraque parte appellatio, quod etiam de iure com
muni procedit ſecundum Bar. in l. 1. in fin. de leg. 2.
quod ſingulariter inquit eſſe notandum ibi Barb.
quod in ordinario iudicio ſecus eſt, & in hoc mens
& ratio ſtatuti uolentis inter coniunctos ſumptus,
28 & diſcordias dirimi uerificabitur. Deciſio conſilij
Neapolitani allegata non refragatur, quoniam ut
Capyc. ait in d. deciſio. 48. illa pragmatica uult com
promiſſum ante termini dationem ad probãdum,
& ſic ante litis conteſtationem peti poſſe, idem fir-
mat Affl. in deciſ. 43. Dictat pragmatica. & in deciſ.
46. Dicit regia pragmatica. Si igitur poſt terminum
datum petitur, talis poſitio nulla eſt, & reijcitur: ni-
mirum ergo ſi ita iudicauit conſilium Neapolita-
num, ut refert Afflict. in d. deciſ. 185. Tollitur etiam
obiectio, dum dicebatur ſi ſtatuentes poſt litis con
teſtationem intelligere uoluiſſent, expreſſiſſent,
quia quamuis uerbaliter non expreſſerint, ex men-
te tamen iuris expreſſiſſe dicuntur, quod ex dicto
uerbo, quæſtio, deprehenditur, quod in lege muni-
cipali litis conteſtationem ſignificat, ut diximus ſu
pra, & nedum bis, ſed in ſtatuto ter repetitum fuit,
quod uoluntatem magis expreſſam oſtendere uide-
tur. d. l. baliſta. ab Treb. & l. cùm ſcimus. & ibi Bart.
C. de agrico. & cenſi. lib. 11. & Aymo late conſ. 201.
num. 42. uol. 2. poſt Dec. conſi. 115. Viſo tenore. co-
lum. 2. ſub num. 4. in 1. par. Præterea quamuis ſtatu-
tum uerbo, litigare, uolentes, utatur, quod citatio-
nem, libelliq; oblationem tantum cõprehendere
uidetur. Nihilominus quia dici non poteſt, quem
29 litigare uelle niſi lite conteſtata per illud uerbum,
litigare, a lite tractum, quæ in ſtatuto ſimiliter, ut iã
dictum eſt, litis conteſtationem deprehendit, eſt
quoque per illa uerba, litem conteſtatam, intelligẽ
dum, ne ſtatutum ſe ipſum incontinenti corrigere
uideatur, quod in iure non præſumitur uulg. l. non
adeo. de cond. & dem. tradit Alc. in tract. de præſum
ptio. in 28. præſump. ſecundæ regulæ. Obiectio quo
que de iuris quæſtione tollitur, quia quamuis in ca
ſu propoſito articulus iuris ſit, mixtus tamen eſt cũ
facto, ut ex teſtamenti ſerie liquere poteſt, cùm di-
uiſionis probatio inter hæredes teſtatoris factæ iu-
xta eius diſpoſitionem ad dictum legatum conſe-
quendum requiratur, & ex facti uariatione quoq;
liquido conſtat, quòd ad iuris quæſtionem tãtum
non habeatur ratio, nam filiorum recõuentio idẽ,
quod matris petitio continet, quamuis ultra mobi
lia, maſſaritias, & ſupellectilia reconueniatur ma-
ter in domo, quam ipſa inhabitat, & ideo iuris quæ-
ſtio tam ob mixturam, quàm ob facti uarietatem
30 in caſu propoſito ceſſat. Et ubi mixtura facti cum
quæſtione, & iuris articulo iungitur, nunquam pe-
ti compromiſſum impeditur, ut concludit Bald. in
d. l. ancillæ. in 3. no. & Soc. ſen. conſi. 51. Præſtantiſſi
me doctor. col. 2. uerſi. Secundo principaliter dico.
uol. 1. Et poſito quòd in præſenti caſu tantum iuris
eſſet quæſtio, dicimus compromiſſum quoque pe
ti potuiſſe ex uerborum generalitate ſtatuti dicen-
tis, quòd ſi aliqua cuiuſcunque conditionis oria-
31 tur quæſtio &c. Verba enim illa cuiuſcunque con-
ditionis etiam iuris quæſtionem comprehendunt
iuxta tradita per Saly. in l. ſi ſerui ueſtri. col. 2. in fi. &
ſeq. in prin. C. de noxal. Vbi uult quòd hęc uerba in
32 ſtatuto appoſita, ſcilicet quomodocunque, quali-
tercunque, uel cuiuſcunque conditionis, & ſimilia
ſtatutum impediũt interpretationem reſtrictiuam
pati poſſe, quam ſine dictis uerbis cætera ſtatuta pa
ti potuiſſent, quod dictum refert, & ſequitur Alex.
conſil. 118. In caſu de quo quæritur. col. 1. nu. 5. uol.
quinto. Pro quibus faciunt tradita per Moder. Bo-
non. in l. unius. §. cogniturum. numero uigeſimo-
ſexto. cum pluribus ſequentib. ff. de quæſtio. & con
ſilio octuageſimo. Qui cuncta moderatur. numer.
33 trigeſimoſeptimo, & quadrageſimoquarto. Hoc
quoque probatur, quoniam in ſtatutis interpreta-
tio ſemper fieri debet, ut eorum uerba aliquid ope-
rentur. l. ſi quando. de legatis primo. & capit. ſi Pa-
pa. de priuileg. in ſexto. Et adeo, ut quodlibet uer-
34 bum, etiam minimum, omnis ſyllaba, & omnis di-
ctio, in quauis diſpoſitione appoſita fruſtra appo-
ſita eſſe non debet, ſed cum operandi miniſterio.
gloſſ. in capit. ſolitæ, extra de maiori. & obedien. in
capitul. ſi Romanorum, decimanona diſtinctione.
in lege prima. digeſtis, quod met. cauſ. & uoluit
Bal.

Bal.in rub. C. de contrahen.emp.col.2.in fi. in 9.q.
quem ſequitur Cur.ſen. conſil.73. Super memora-
ta.columna 3.in fi.uerſicu.Quia omne uerbum.Et
tanto magis hoc procedit,cùm ſimus in fauorabi-
li ſtatuto,in quo locum habet catenſio,ut ſupra di-
ctum eſt; debent igitur illa uerba. ſcilicet cuiuſcun
que conditionis iuris quæſtionem operari, quia ſi-
ne illis uerbis ſtatutum ſine facti quæſtione tãtum
intelligeretur, ne igitur fruſtra appoſita ſint, con-
cludendum eſt.quod etiam iuris quæſtionem ope-
35 rentur. Accedat quoque quòd ubi uariæ doctorũ
opiniones ſuper articulo iuris eſſent, tunc fieri de-
bet compromiſſum iuxta not.theoricam Bald.in l.
cùm proponas.C.de reb.cred. quem ſequitur Cur,
iunio.conſil.150.Materia præſentis conſultationis.
columna pen.uerſic.Clara eſt enim.At in caſu pro
poſito uariæ ſunt doctorum opiniones, videlicet
an ex ſecundarum nuptiarum D. Franciſcæ tranſi-
tu poſt Pompei eius filij ſubſtituti mortem fideicõ
miſſum conditionale penes D. Franciſcam rema-
neat per d.l.1.§.ſin autem ſub conditione.C.de cad.
tol. uel ex coniecturata mente teſtatoris ad fratres
Pompei ex reciproca inter ipſos fratres ſubſtitutio
ne tantum facta tranſmittatur per not. per Bald. in
l.unica.C.de his qui ante apet.tab. & Cur.iun. con-
ſil.16.Videretur prima facie.columna ſecunda. uer
ſicul.Secundam concluſionem.ergo ſuper hoc ar-
ticulo iuris dubio compromiſſum peti potuit. Et
in tantum hoc eſt uerum in ſtatuto cõſanguineos,
& deſcendentes comprehendente, quòd etiam de
iure communi procedit, ut decidit Afflict. in deci-
ſio.149.In cauſa magiſtri Palamedis. in fi. Allegata
per Paul.de Caſt.d.conſil.13.uolum.ſecundo. non
refragantur. Quoniam dupliciter reſpondetur,pri-
mo quòd illa procedunt, ubi actor nullas iuſtas,&
rationabiles cauſas in ſuo libello allegaſſet, & po-
ſtea compromiſſum peteret,tunc enim calumnio-
ſe petere uideretur, ideo audiri non deberet, ſecus
uero ſi rationabiles cauſas allegaſſet, ut ſeipſum de
clarat Paul. ibi ante fi. verſicul. Si tamen actor. ſed
ex tenore libelli clariſſime patet D.Franciſcam iu-
ſtas,rationabileſq; cauſas allegaſſe,ergo recte com-
promiſſum fieri petijt.Secundo reſpondetur,quòd
quamuis Do. Franciſca in eius petitione ſit actrix,
quò ad reconuentionem,tamen per eius filios ſibi
factam eſt rea, uti rea igitur conuenta compromiſ-
ſum expoſcere potuit.Nec dicatur,quod ad hoc,ut
compromiſſum peti potuiſſet,requirebatur,quod
hæc quæſtio,& cauſa coram poteſtate,& eius iudi-
cibus uerteretur, prout ſtatutum præcise determi-
nat ſub rubr.de quæſtio. propinquo.&c. ut uoluit
36 ſing.Corn.conſil.65. Quoniam præſens.col.2.in fi.
uerſic.Quoniam autem. uol.4. Nec ſufficit coram
iudice delegato petitum fuiſſe, qui Reuerẽdiſſimi
D.Legati delegantis perſonam repræſentat, qui ci-
uitatis iura municipalia ſeruare non tenetur.l.prin
ceps.ff.de legi. & præſertim,quia hæc cauſa delega-
37 ta fuit ſummarie &c. & manu regia,quæ ad ius ciui
le ſeruandum arctata non erat,ut inquit Corn.d.cõ
ſil.65.in princ.& tanto minus ius municipale.Quo-
niam reſpondetur quòd Corn.nec in eo ſe fundat, ꝙ
ſtatuta de compromiſſis loquentia ſint a iure com
muni exorbitantia, & interpretationem reſtrictiuã
recipiant, & ideo ſingula uerba in ſtatuto appoſita
38 uerificari debent,quod tamen falſum eſt,ex quo ſa
uorabilia,& extendenda ſunt, ut demonſtrauimus
ſupra. & communiter tenent doct. in d.l. qui ſe pa-
tris.& ita atteſtatur Soc.iun. conſi.16. Excellentiſſi-
mi.col.1.nu.3.uol.1. & conſi.136. Iuſtiſſimi. col.fi.
nu.8.uol.2.ſuperius allegatis. & ideo Corn. funda-
mentum ceſſat. Reſpondetur & ſecundo,quod illa
non ſunt de ſubſtantialis ſtatuti forma, adeo quòd
illis non concurrentibus ceſſat ſtatuti fauor, ſed il-
la duo tantum de ſubſtantia uidentur, uidelicet ꝙ
inter partes uertatur quæſtio,& quòd ſit inter aſcẽ-
dentes,& deſcendentes,& hæc duo in proceſſu pri-
mæ inſtantiæ apparent, & hoc aduerſarij quoque
fatentur,alia uero potius accidẽtalia ſunt,quia pro-
cedendi ordinem.& non deciſionem concernunt,
& ideo quamuis in petitione appoſita non fuerint,
& quòd delegatus non fuerit de iudicibus in ſtatu-
to nominatis,petitionem nullam non reddunt, ita
elegantiſſime conſuluit Anch.conſi.159. Rationes
quæ ſuperius.quem refert,& ſequitur Caccialup.in
tract.de tranſact.in 15.q.columna fin. Et ex his ſatis
reſponſum fuiſſe uidetur omnibus,quæ in contra-
rium adduci poſſent, & ſic firma remanet conclu-
ſio, quòd Ariminenſe ſtatutum locum ſibi uendi-
care intelligitur poſt litis conteſtationem, & ante
publicationem teſtium,& poſtquam iudici nuncia
tum fuerit, ac etiam in quæſtione iuris, & propte-
rea recte iudicatum fuit compromiſſum non ob-
ſtantibus ex aduerſo allegatis faciendum,& per Io.
Franciſcum, & Ant.Mariam Dom.Franciſcæ filios
male appellatum,& ita pronunciandum fore cum
expenſarum uictoria iuxta no. per doct.in l.prope-
randum.cum uulg.C. de iud. Et ita de iure reſpon-
dendum, & concludendum cenſeo ego Matthæus
Brunus Iuriſcon. Ariminen.ad laudem omnipoten
tis Dei,ac glorioſiſs.Virg.matris Mariæ, amen. Et
ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt iudicij fundamentum.*
2 *Citatio feriata die commiſſa non valet.*
3 *Strepitus iudicialis infra octauam reſurrectionis D.N.acquie ſcere debet.*
4 *Relatio citationis die feriata in honorem Dei fieri non poteſt.*
5 *Princeps per delegationem intendit non delegatorum, ſed litigantium perſonis prouidere.*
6 *Reſcriptum ſubreptitium aduocatorium eſt ipſo iure nullum.*
7 *Cauſa ſi committitur, audiat talis &c. eo ipſo a primo iudice, abſque alia expreſſa reuocatione aduocata cenſetur.*
8 *Cauſa iam inſtructa etiam in curia Romana nunquam aduocatur, niſi in commiſſione appoſita ſit clauſula, citra tamen concluſionem in cauſa.*
9 *Suſpicio iudicis ante litem inchoatam proponi debet, ſi eo tempore extitit, non autem poſt.*
10 *Proceſſus vigore commiſſionis ſubreptitiæ factus, contra quam de ſubreptione in termino reaſſumptionis cauſa fuit exceptum, non valet.*
11 *Exceptio recuperandæ in iudicio poſſeſſorio petitorium concernens reijci debet, etiam ſi reus incontinenti probare ſe offert.*
12 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, etiam ſi poſt ſpoliationem dominium eidem ſpolianti facto ipſius ſpoliati acquiſitum eſſet.*
13 *Sententia in petitorio pro aduerſario lata non nocet, nec refragatur quin ſpoliatus recuperandæ poſſeſſorium, quod ex ſpoliatione prius facta ſibi competit, intentare valeat.*
14 *Conſtitutio Egidiana exceptiones in fine litis reſeruans, quas reſeruare intendat, & quomodo intelligatur.*
Exceptiones quæ per ſtatuta in fine litis reſeruantur, de pertinentibus, & non de impertinentibus, & inadmiſſibilibus intelliguntur. ibid.
15 *Confeſſio aduocati in iudicio facta præſente clientulo a parte facta cenſetur.*
Reuocari poteſt aduocati confeſſio per ipſum clientulum quandocunque. ibid.

16 *Preſentia & taciturnitas partis in prolatione ſententia ſibi non præiudicat, immo ab illa infra debitum tempus appellare poteſt.*

17 *Præſentia partis aut procuratoris in prolatione ſententia facit quòd illius intimatio non requiritur.*

18 *Coniuncta perſona ſi in illa cauſa ſuum procuratorem conſtituit, coniunctus nec agere neque defendere poteſt.*

CONSILIVM CXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur, dubitandum non eſt, appellationem ſuper cauſa poſſeſſorij ex parte Io. franciſci & Antonio mariæ de Gambonis interpoſitam corã Gubernatore Arimini delegato D. Veſtrę, nouiſſime delegatam ad uos nec iuriſdictionem, nec cauſam tribus rationibus deuoluere. Pri
1 mo ex capite commiſſionis citationis, quæ eſt iudicij fundamentum. c. quoniam contra. extra de probatio. cap. eccleſia S. Marię. extr. de conſtitutio. §. fi.
2 Inſti. de pęna teme. litig. & traditur in rub. ff. & C. de in ius uoc. Illa enim commiſſa fuit die Sãcti Marci Euangeliſtæ, quæ eſt in honorẽ Dei feriata, ideo non ualet, nec tenet, ut late examinat Maria. Soci. in tract. de citatio. artic. 19. col. 1. & Egidiana conſtitutio expreſſe prohibet ſub rub. de celebra. feſtiui. lib. 6. ubi omnes actus etiam extraiudiciales in feſtiuitatibus quatuor Euangeliſtarum annullat, quæ dies Sãcti Marci hodie eſt infra octauã reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, in qua omnis iudicialis ſtrepi-
3 tus conquieſcere debet, ut inquit tex. in c. fi. extra. de feri. Et in eadem octaua nũcij relatio facta fuit,
4 quæ ſimiliter tali tempore fieri nequiuit, ut declarat idem Maria in eodem 19. artic. col. 3. uerſi. Tertio principaliter quæro. Secundo ex ſubreptionis capite: Nam ſupplicantium preces ſubreptitiæ ſunt ut ex actorum productione conſtat. Si enim appellationis cauſam inſtructam fuiſſe, & terminum ad allegandum ad eorum inſtantiam datum fuiſſe expreſſiſſent, Reuerendiſſ. D. Legatus ita non reſcripſiſſet, & cauſam ad ſe non aduocaſſet, cùm nõ præſumatur Delegãtem cauſam inſtructam ab eo, qui plene informatus eſt, auferre uelle. Nam Princeps ob delegationes non delegatorum ſed litigantium
5 perſonis prouidere intendit, ita dixit Belleme. in deciſio. 115. Falſa expreſſio. col. 1. prope fi. uerſi. Nec obſtat. c. inter monaſterium. & deciſ. 46. Exceptio. tacentes igitur ueritatem, & falſum exprimentes reſcriptum obtinuerunt, quo caſu reſultat regula quòd
6 reſcriptum ſubreptitium aduocatorium eſt ipſo iure nullum, quia literarum principis reuocatio odioſa eſt, quia iudici, qui reuocatur, fit contumelia ſecundum Hoſti. & Io. and. in c. ex literis. extra de offi. deleg. & ita tenet Fely. in c. ad audientiam. il a. in 10. fallen. extra. de reſcrip. & ita in pluribus cauſis, Rota iudicauit, ut refert & ſequitur in recollectis Caſſado in deciſ. 1. & 2. de reſcrip. & in deciſ. 1. num. 6. de appella. Et hæc cauſa aduocata dicitur, tum ex ſupplicantium uerbis, tum etiam ex præfati Delegãtis reſcripto. Nam ſi reſcribetur, Audiat talis &c. eo
7 ipſo cauſa a primo ſine alia expreſſa reuocatione aduocata cenſetur ſecundum Dominos de Rota in deciſ. 67. Si petatur. in nouiſ. Et cauſa iam inſtru-
8 cta etiam in Romana curia nunquam aduocatur, niſi in commiſſione clauſula, citra tamen concluſionem in cauſa, appoſita ſit, arg. paſtoralis. extra. de cauſa poſ. & propri. & Staphile. in tract. de literis gratiæ & iuſti. fol. 172. uerſi. Econtra cauſa iam inceptæ. quæ tamen in huiuſmodi precibus & reſcripto minime appoſita fuit, ſed illa tantum clauſula, citra tamen publicationem &c. ad aſſertam appellationem, & ad ſtatutum terminũ ad allegandũ reſpectum non habens, pro quo facit dicta deciſio Belleme. 114. col. 1. uerſi. Sed pone ut ſupra. & d. uerſi. Nec ob. c. inter monaſterium. Tertio & ultimo ex falſa ſuſpicione in perſona D. Gubernatoris delegati iudicis allegata, nam ſuſpicio talis friuola eſt, & de iure non ſubſiſtens, ſi enim uera & ualida eſt, eadem ante ſuſceptum iudicium coram dicto D. Gubernatore extabat, & ideo ante litem inchoatã
9 proponi debebat, ut eſt expreſſe deciſum in l. apertiſſimi. C. de iudi. cùm ergo deducta non fuerit, etiã poſt ſuſceptum coram eodem iudice iudicium ab ipſis ſupplicantibus impetrato tanquam ex cauſa prius orta ſuſpectus recuſari non poteſt, tex. eſt in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. ratio eſt, quia illi ſuſpicioni, ſi quæ ante inchoatum iudicium extabat, renunciatum fuiſſe cẽſetur, ut eſt tex. in c. inter monaſterium. & ibi glo. & communiter Doct. extra. de re iudi. Et hæc quò ad non deuolutionem cauſę dicta ſint, quæ multum attendi debent, & Domini de Rota ſuper his in Romana curia proceſſus, & acta annullando ſæpiſſime iudicauerunt, ut nouiſſime & abunde ſcripſerunt Mod. Ariminen. 10. in trac. de nullita. proceſ. & ſenten. & ideo Belleme. in
10 deciſ. 485. Proceſſus factus. uoluit quod proceſſus uigore commiſſionis ſubreptitiæ factus, cõtra quã de ſubreptione in termino reaſſumptionis cauſę exceptum fuit, proui in caſu propoſito, non ualet, quinimmo etiam quòd extra terminũ in caſu noſtro oppoſitum eſſet, cum excipi minime requiratur, ex eo quòd aduocatorium eſt reſcriptum, ipſo iure non ualet, ut ſuperius dictum eſt. Et eſto quod prædicta in caſu noſtro non procederent, dico tamen aduerſarios male ac nulliter appellaſſe, & D. Franciſcam eorum matrem fouere iuſtitiam. Cla-
11 riſſimi enim iuris eſt, quòd in iudicio poſſeſſorio recuperandę, exceptio petitorium cõcernens reiici debet. cap. in literis. & ibi glo. & Doc. extra de reſti. ſpolia. Bar. in l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. li. 10. tradit Are. in §. quadrupli. col. 9. num. 30. uerſ. Nec tali agenti. Inſti. de actio. declarat Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 9. uerſi. Dicit Bar. ff. de acqui. poſ. & Belleme. in deciſ. 36. Contra agentem. in prin. & eſt communis opi. ut atteſtatur Dec. conſi. 57. Et pro tenui. col. fi. num. 6. & Ripa in repeti. c. ſępe. col. 11. nume. 50. uerſi. Vndecimo. quæro. extra. de reſti. ſpolia. Et procedit hæc regula etiam ſi reus in continenti probare ſe offerat, ut habetur per gl. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. de ui publi. Ang. in l. ille a quo. §. ſi de teſtamento. in fi. ff. ad treb. Phi. frãc. in c. ad decimas. col. pe. uerſi. In ea. glo. in fi. num. 1. de reſti. ſpol. in 6. & Soci. in ſuis fallen. in uerbo, Exceptio dominij in 1. fallen. Et in tantum procedit,
12 dicta regula, quòd etiam locum habet, ſi poſt ſpoliationem dominium eidem ſpolianti facto ipſius ſpoliati acquiſitum eſſet, ut not. uoluit Cardi. Zab. in cle. 1. in 16. q. de cau. poſ. & proprie. ubi inquit quòd dominij notorietas poſſeſſorium non excludit, quod priuſquam talis ſurgeret notorietas, ortum habuit, quia ex ſuperuenienti facto ius parti quæſitum tolli non debet. allega. c. audita. extra de reſti. ſpolia. Et propterea inquit quòd ſententia in petitorio la-
13 ta pro aduerſario non nocet, & nõ refragatur quin ſpoliatus recuperandæ poſſeſſorium quod ſibi ex ſpoliatione prius facta competit, deducere & intentare ualeat. idem uoluit Pract. papi. in for. lib. in cau. ſpol. poſ. in glo. Ad reintegrandum. prope fi. quod

multum

multum notandum eſt ſecundum eum ibi,& ante
eos tenuit ſing.Inno.in c.ſuper hoc.columna fi.ex-
tra. de renuncia. & ideo dicendum eſt per appella-
tionum iudicem ad fauorem Dom. Franciſcæ be-
ne iudicatum fuiſſe, in eo quòd iudicauit exceptio
nes petitorium concernentes non eſſe admitten-
das,non obſtante reſeruatione per D.Prætorem fa-
cta in fine litis uigore conſtitutionis Egidianç,quia
14 ſi talem conſtitutionem recte intuemur,illa proce
dit, ubi per reum exceptio litis ingreſſum impediẽs
opponitur,ne proceſſus retardetur, in hoc autem
iudicio talis exceptio litis ingreſſum non impe-
dit,cùm non ſit de illis, quæ in c.t. de lit.conteſt.in
6. poſita ſunt, quinimmo ab hoc iudicio reijci de-
bet, ita quòd nec etiã ratio ſuper ea in meritis cau-
ſæ haberi poteſt iuxta ſuperius allegata, & per Affli.
no.in deciſ.193.Fuit decretum.& in deciſ.116.Prin-
ceps Biſignani.num.ſecundo.& num.quinto. Præ-
terea conſtitutio illa uirtualiter uult,& intendit re-
ſeruare nedum quæ litis conteſtationem impedire
poſſent,ſed etiam ad cauſam pertinentes, & non re
ſeruare impertinentes, & inadmiſſibiles, ita dixit
Imo.in l.4.§.prætor ait.ff.de dam infect.ſequitur la
ſon l.ſi duo patroni. §.idem Iulianus. columna ſe-
cunda.in fi.uerſic.Item adde.ff.de iureiur.Pariſi.cõ
ſil.67.Capitulum de quo. col.fi. nu.41. uſque ad fi.
uol.4. & Gramma. in deciſ.45. In cauſa Magnifici
Ioannis.num.4.6.7.& 8.ſed exceptio in hoc iudicio
iudicio poſſeſſorio oppoſita petitorium concer-
nens impertinens,& inadmiſſibilis eſt, ut ſupra de-
monſtrauimus,ergo per Dom. Prætorem male iu
dicatum fuit, dictam exceptionem in fine litis re-
ſeruando, & per appellationum iudicem ad fauo-
rem Dom. Franciſcæ bene iudicatum. Nec reſraga-
tur quod Dominæ Franciſcæ Aduocatus interlo-
cutoriæ per Prætorem latæ fuerit præſens,quia eius
præſentia nullo pacto eius principali præiudicat,
15 quia quamuis aduocati confeſſio in iudicio præ-
ſente clientulo facta,a parte facta cenſeatur, ut uo-
luit Bar.in l.t.in 2.lectura.in prin. C. de erro. aduo-
ca.per ipſum tamen clientulum quandocunq; re-
uocari poteſt. Bar.& Bal.in l.fi. C.eo. declarat Spec.
in §.Poſtremo..n prin.uerſic.Si fit per aduocatum.
in tit.de confeſ.In præſenti autem caſu nulla per ad
uocatum confeſſio facta fuit, nec aliquid dictum,
nec Dom.Franciſcæ præſentia interuenit,ergo &c.
16 Nec eius præſentia,& taciturnitas in aliquo ſibi ob-
eſſe potuiſſet,ut uoluit Bar.in l.t. uerſicul. Vltimo
no.C.de relatio.& Bald.in l.ne in arbitris.col.fi.uer
ſic.Vlterius etiam no.C. de arb. & Philip.Fran.in c.
intimaſti.columna pen.in princ.uerſi. Tu aduerte.
ext.de appella. Et quatenus in aliquo Dom.Franci-
ſcæ nocere potuiſſet,quod tamẽ negatur,eius pro-
curator a dicta interlocutoria appellauit, ita quod
totum illud quod in præiudicium ſuæ principalis
factũ fuiſſet,reuocaſſe uidetur. Quinimmo ſi eius
procurator Prætoris interlocutoriæ præſens fuiſſet
& nihil dixiſſet,ab ea appellari potuiſſet, dummo-
do infra tempus adpellaſſet,ut declarat Alex. con-
ſil.3.In cauſa & lite.columna prima.poſt medium.
ſub num.3.uerſic.Sed quid opus eſt.uol.2.Anto.de
Butr.conſil.24.Quæſtio hæc.columna quarta.in fi.
ibi,aut acquieſcere ipſi ſententiæ. & Dec. in c.quo-
niam contra.columna 19.in fi.uerſ. Dicunt tamen
Mod.extr.de proba.& quotidie partibus præſenti-
bus,& nihil dicentibus ſentẽtias proferri uidemus,
& poſtea infra decendium appellant, & admittun-
tur,alioquin ſequeretur,quod ſi præſentia,taciтur-
nitaſq; præiudicaret, nunquam appellari poſſet,
17 quod minime dicendum eſt. In hoc tantum partis,
aut procuratoris præſentia præiudicat, quòd dicta
ſententia aliter intimari non requiritur, ſed decem
dierum tempus currit, quod in eius abſentia non
curreret,niſi a notificationis die. auth. hodie. & ibi
glo.& Pau.de Caſt. C.de appella. & Fely.in c.quòd
ad conſultationem.col.12.in fi.verſ. Cõſidera duos
caſus:extr.de re iud. Nec reſragatur,quòd aduoca-
tus eſſet Dom.Franciſcæ coniunctus,quia quando
18 coniuncta perſona ſuum procuratorem in illa cau
ſa conſtituit,coniunctus, nec agere, nec defendere
poteſt. Alex.in l.exigendi.col.1.in 3.not.C. de proc.
In hac uero cauſa D.Franciſca D. Iacobum Suria-
num eius procuratorem habebat, ut in proceſſu
conſtat. Aduocatus igitur nullum ſibi præiudiciũ
inferre potuit,etiam quòd ſibi coniunctus eſſet. Et
ita de iure reſpondendum cenſeo, ego Matthæus
Brunus Iuriſc.Arim.ad laudem omnipotentis Dei
ac glorioſiſſimæ Virg.matris Mariæ,amen. Et ita iu
dicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio requiritur, vt quis in mora conſtituatur.*
Dies interpellat pro homine.ibid.
2 *Mora non committitur circa illud quod non eſt liquidum.*
3 *Agens ex contractu vltro,citroque obligatorio pro eius par-
te adimpleuiſſe tenetur, alioquin obtinere non poteſt.*
4 *Inſtrumentum ex forma ſtatutorum paratam habens exe-
cutionem, de liquido, non autem de illiquido intelligitur.*
5 *Tutus exceptione in moram non incidit non ſoluendo.*

CONSILIVM CXX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

OMISSIS pluribus, quæ in præſenti ca-
ſu deduci poſſent, breuiter concludo
reos conuentos ad quantitatem peti-
tam non teneri,nec ad eius ſolutionem
1 compelli poſſe. Nam ut quis in mora
conſtituatur,interpellatio requiritur.glo.eſt in l.ui-
num.& ibi Alex.ff.ſi cer.pet.not.Bar.per illum tex.
in l.ſi duo.§.ait prætor. uerſic. Hæc autem uerba.ff.
de conſt.pec.& idem Bar. in l.ita ſtipulatus. col. 10.
in 7.oppo.5.par ff.de uerb.obl.cum concor.de qui
bus per Dec.conſil.2.Et pro tenui.col.1.uerſic. Sed
tamen his non obſt. Nec refragatur diem in contra
ctu appoſitam fuiſſe, quæ pro homine interpellat.
c.potuit. extr.de loc.l.magnam. C. de contrah.ſtip.
& l.2.C.de iure emph. Quia hoc procedit ubi debi
2 ti quantitas certa,& liquida eſt. Nam circa id,quod
non eſt liquidum, in mora quis conſtitui non po-
teſt,antequam liquidatum ſit.Bal. in l.acceptam.in
6.oppoſi.C.de uſur. ſequitur Alex. conſil.49.Inſpe-
ctis.col. t.uerſic.Tertio quia non poterit.uolu.2.&
in l.ſi inſulam.col.7.in princ.uerſicu. Octauo fallit.
num.21.ff. de uerb.obl. cum alijs concord. per me
relatis conſil.24.Pro reſolutione.col.t.num.2. uer
ſic.Quo ad ſecundum. Et poſito etiam,quod inter-
pellatio non requireretur, nihilominus ubi duo
fuerunt contrahẽtes, & ex forma contractus onus
cuilibet incumbit aliquid implendi,qui primo age
re intendit,pro eius parte adimpleuiſſe debet. l. Iu-
lianus.§.offerri.ff.de act.emp.Bal.& alij in l.ſi ſolu-
turus.ff.de ſol.Alex.conſil.66.Viſa facti narratione.
columna fin.uerſicul.Conſtat autem.nu.24.uol.6.
& Goza.conſ.t.col.1.in prin.& col.antepe.ad fi.uer.
Non

Non obſtat quod quando.& col.fi. Rube. Alexan.
conſ.30. Viſo inſtrumento.num.4. ubi quamplures
allegat. Aymo.conſi.151. Neminem.num.8.9.& 10.
li.1.& Roland.conſ.6. Quoniam.num.18 & conſi.
53. Viſo.nume.27.cum ſeq.uolu.1. Si igitur contra
reos conuentos in caſu propoſito Malateſta expe-
riri uolebat, pro parte ſua debiti quantitatem liqui-
dare debebat, ut ipſi deinde in mora conſtituerен-
tur, quod cùm non adimpleuerit, merito audiri nō
4 debet. Præterea quando inſtrumentum ex forma
ſtatutorum paratam habet executionem, ſtatutum
tunc de inſtrumento liquido, non autem de illiqui
do intelligitur, eo enim caſu executioni demandari
non poſſet. l.1.§. hæc uerba.& ibi Bar.ff. ne uis fiat
ei l. proinde.§. notādum.& ibi Bar.ff. ad l.aquil. Bal.
in l. ſi cauſam. ubi de hoc not. C. de exec. rei iudi. ſe-
quitur Pau. de Ca. conſi.165. Viſis & ponderatis. uo
lum.2. in nouis. idem firmat Soc. ſen. conſi.4. Viſis
actis. col.1. uol.1. cum aliis concord. per Are. tradi-
tis in §. curare. colu.6. uerſi. Sed tu aduertas. Inſti. de
actio. Cùm ergo Malateſta debitum non liquidaue
rit, rei conuenti in mora conſtitui non fuerūt, ideo
ad illud condemnari nequeunt. Quod etiam cōfir-
5 matur, quia ille qui eſt exceptione tutus, in moram
non incidit, ſi non ſoluit, unde indebitum eſſe dici-
tur id quod petitur ſi aduerſus illud exceptio com-
petebat. Alex. in l. lecta. col.3. in fi. verſi. octauo ibi.
ff. ſi cer. peta. ſed reis illiquidationis exceptio com-
petebat, vt ex ſuperius dictis aperte colligitur, ergo
non facta liquidatione, cùm in mora non ſint, ad
quantitatis petitę ſolutionem compelli non poſ-
ſunt. & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Mat
thæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem om
nipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ virginis matris Ma-
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Prætor eſt reductionis ad arbitrium boni viri iudex, & non iudex appellationum.*
Appellationum iudex primi iudicis ſententiam in melius reformare poteſt. ibidem.
2 *Iudex reductionis nedum ſuper iniquitate laudi ſed etiam ſuper illius nullitate iudicare poteſt.*
3 *Sententia ſiue laudum quando venit ex eiſdem actis reuocandum, pars in expenſis tam primæ quam ſecundæ inſtantiæ condemnari debet.*
4 *Sententia petitioni conformis eſſe debet.*
5 *Iudex officium ſuum non impartitur, niſi petenti, quod in arbitro quoque procedit.*
6 *Arbitria ad inſtar iudiciorum reducta ſunt.*
7 *Reconuentio coram arbitro locum non habet.*
8 *Arbitri ſi in compromiſſo eſt eis data facultas de iure & de facto procedendi, & in ſententiando de iure tantum, iuris arbitri dicuntur.*
9 *Fatuus eſt iudex, qui ultra quàm ſit petitum, condemnauit.*
10 *Arbiter ultra petita in libello producta pronunciare non poteſt.*
11 *Iudex reductionis ad arbitrium boni viri de his quæ coram arbitris petita non fuerunt, cognoſcere non poteſt.*
12 *Iudex appellationis cognoſcere non poteſt de his quæ coram iudice a quo petita non fuerunt.*
13 *Arbiter ſi ex forma compromiſſi de iure tantum terminare debet, & iniuſte iudicat, vel contra formam compromiſſi, ſententia eſt nulla.*
14 *Conditiones in forma ſpecifica impleri debent.*
15 *Agere volens ex contractu reciproco prius ex parte ſua adimpleuiſſe debet, vt obtineat, alioquin ſuccumbet.*
16 *Probatio incumbit implere habenti, quando inter implere habentem, & cui impleri debet, agitur.*
17 *Opus facere promittens perfecte adimplere tenetur.*
18 *Operas uitioſas præſtans nullas præſtitiſſe uidetur.*

CONSILIVM CXXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa vertente inter Petrumpaulum
Bonamicum agentem, & reductionem
ad arbitrium boni viri petētem ex vna,
& Hieronymum q. Paulini Barbitonſo
ris reum conuentum & ſe defendētem
ex altera, non videtur ullo pacto dubitandum par
1 tes D. Prætoris, qui iudex eſt talis reductionis, & nō
appellationum iudex ut uoluit Alex. conſi.131. In
cauſa & lite. in prin. nol.2. fore & eſſe in iudicando
dictam reductionem ex parte Petripauli bene fuiſ-
ſe & eſſe petitam, & male ac nulliter ad fauorē Hie-
ronymi laudatum, dictam ſententiam ſiue laudum
in melius reformando iuxta not. per Abb. in c. ray-
nutius. col.4. in fi. uerſi. No. in uerſi. cùm autem. ex-
tra de teſtam & in terminis noſtris conſuluit Alex.
d. conſi.131. in prin. uerſi. Ex præſuppono. dicens ꝗ
2 iudex. coram quo reductio ad arbitrium boni uiri
petita fuit, nedum ſuper iniquitate laudi, ſed etiam
ſuper illius nullitate iudicare poteſt, & hoc cùm cō
3 demnatione diuerſæ partis in expenſis tam primæ
quàm ſecundæ inſtantiæ, ex quo ex eiſdem actis lau
dum reuocandum uenit iuxta not. per Ancha. con
ſi.331. Viſis diligenter. in fi. & eſt communis opi. ut
refert & eam ſequitur Lanfr. in c. quoniam contra.
in glo. De expenſis. col.3. in prin. uerſ. Concludire ſe
4 cundum Inno. extra de probatio. Et ad ſic dicendū
moueor primo per regulam per Bar. & alios tradi-
tam in l. ut fundus. ff. commu. diuid. & per Fely. in c.
Licet hely. extra de ſimon. & late per Iaſ. in l. unum
col.5. ad fi. uerſi. Hinc aſſume. ff. ſi cer. pet. quod ſen
tentia petitioni conformis eſſe debet, & ultra peti-
5 ta iudex ſe extendere non debet, cùm officiū ſuum
non impartiatur niſi petenti. l.4.§. hoc autem. cum
uulg. ff. de dam. infec. Quod etiam in arbitro proce
6 dit. Cùm arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſint.
l.1. ff. de arbi. Nam ex parte Petripauli petitum fuit
ipſum in poſſeſſionem terrarum de quib. in inſtru-
mento locationis, mitti, ex quo Hieronymus per
eum adimplenda non impleuit iuxta tenorem di-
cti inſtrumenti, eumque ad omnia damna, & inte-
reſſe, ob non bonificamenta, & melioramenta fa-
cta in dictis terris, paſſa, condemnari, contra quam
petitionem nihil ex parte Hieronymi oppoſitum
fuit, nec per eum aliquid petitum fuit, quinimmo
ſi actorem reconueniſſet petens terras diuidendas
eſſe, prout arbitri in eorum laudo diuiſerunt, non
poterat Petruſpaulus ad talem diuiſionem facien-
dam condemnari, cùm coram arbitro locum non
7 habeat reconuentio. c. cùm dilectus. extr. de arb. &
ita determinatum fuit ſecundum Bal. in cap. cùm
inter. ext. de excep. doli. ſequitur Lanfran. in tracta.
de arb. in 29. q. in ul. par. Rom. in ſing 149. aliàs 150.
Coram arbitro. & Alex. conſil.119. Quæritur ergo.
columna ſecunda. ad fi. uerſic. Quia reſpondeo, uo
lum. ſecundo. quod repertum eſt. conſil.43. & con
ſil.135. uolum.6. Cùm ergo Hieronymus per uiam
exceptionis nihil oppoſuerit, nec reconueniendo
petierit Petrumpaulum cogi ad tertiam dictarum
terrarum partem diuidendum, eamqꝫ ſibi aſſigna-
ri, non potuerunt arbitri Petrumpaulum ad illas di
uidendas condemnare, & tertiam illarum partem
Hieronymo aſſignare, cùm eſſent iuris arbitri tan-

tum

tum, & non arbitratores, ut in eorum laudo præ-
ſupponũt, & ex compromiſſi tenore conſtat, cũ in
8 eos cauſa de iure & de facto in procedendo, & de
iure tantum in ſententiando compromiſſa fuerit,
& ita determinat Alex.conſ.65. In cauſa & lite. poſt
9 prin.num.2.uol.7. Et fatuus eſt iudex, qui ultra quã
ſit petitum, condemnauit, ut not.Bal.in d.l.ut fun-
dus. & Alberi. in l. fi.in prin.C.de fideicom.liber.&
talis ſententia eſt ipſo iure nulla, ut not. in glo. in l.
& puto.§.1.ff.fami.hærciſ.quam ſequitur idem Al-
beri. in d.l. fi.poſt prin. Cùm ergo ipſi fuerint iuris
arbitri,& non arbitratores non potuerunt laudare
eo modo quo laudauerunt, quia arbiter nõ poteſt
10 ultra petita in libello producto pronunciare, ut cõ
cludit Pau.de Ca.conſi.136. Viſo libello.in fi.uol.2.
in nouis.ſequitur Corne.cõſi.187. In præſenti cau-
ſa.col.3.in prin. uerſi. Confert ad præmiſſa. num.3.
uol.3.& Pariſi.conſi.24. Licet dominus.num.136.
uerſi.Inſuper.uol.2.prout etiam iudex coram quo
11 pendet reductio ad arbitrium boni uiri, cognoſce-
re non poteſt de his quæ coram arbitris petita non
fuerunt, ita quoque appellationum iudex cogno-
12 ſcere non poteſt de his quæ coram primo iudice
petita non fuere, ut not.in c.examinata.extra de iu-
di.& in d.c.licet hely.cum concord. per Corne.rela
tis.d.conſi.188.colu.3.uerſi. Prout iudex. Sequitur
ergo quòd dictum laudum fuit & eſt non ſolum
nullum, uerum etiam iniquum, merito retractan-
dum, & reformandum uenit: Pro quibus faciunt
tradita per Alex.conſi.22.Viſo titulo.col.pe.nume.
13 11.& 12.uol.5.vbi inquit quòd quando in compro
miſſo expreſſe per partes actum eſt, quod arbiter
poteſtatem arbitrandi de iure tantùm habeat, ut in
caſu noſtro, tunc ſi iniuſte iudicat, uel contra man
dati formam in compromiſſo expreſſam, ſententia
eſt nulla, quia non eſt ſeruata compromiſſi forma,
idem firmat Are. conſi.68. Excellens domine. col.
2.uerſi.Tertio oſtenditur.& Deci.conſ.434. Placet
concluſio.num.6. Secundo moueor, quòd quam-
uis Iacobus pater dicti Petripauli promiſerit finito
triennio tertiam dictarum terrarum partem Hiero
nymo dare & conſignare, nihilominus hac condi-
tione promiſit, ſi Hieronymus eaſdem terras ad
culturam reduxerit, eaſque bonificauerit, & melio
rauerit, frumentum, aliaſque ſegetes ſerendo, uin-
caretam, & canetum plantando, eaſque cuſtodien-
do ut decet, & requiritur, conditione uerò per eũ
non impleta, Petruspaulus promiſſa obſeruare nõ
14 tenetur, quia conditiones in forma ſpecifica imple
ri debent.l.qui hæredi.& l.mæuius.ff.de condi.& de
mon. Et ille qui uult ex reciproco contractu agere
15 ad hoc ut audiatur, & obtineat, operepretium eſt,
quod ex parte ſua adimpleat, alioquin ab actione
repellitur.l.iulianus.§. offerri.ff. de actio. emp. tra-
dit Ancha.conſi.86.Pro facillori.in prin.& d. conſ
331.col.2.in prin.dicens quòd qui uult per aliquod
implementum a ſe fiendum quærere contra alium
actionem, ex parte ſua quamprimum poteſt, imple
re debet, allegat l.hæc conditio.ff. de condi. & de-
mon. facit tex. & ibi not. Alex.in l. cum proponas.
la 2.in prin.C.de pact.& conſi.66.Viſa, col.fi. num.
24.uerſi.Conſtat autem.uol.6.cum alijs per me in
præcedenti conſ.ſub nu.3.relatis.& conſi.40.Omiſ-
ſis.num.3.Cùm autem in proceſſu non cõſtet Hie-
ronymum ad perfectam culturam terras illas redu
xiſſe, & alia geſſiſſe, ut in ſecundo & tertio anno te-
nebatur. Quinimmo terræ eædem in priſtinam de-
boſcationem in ſecundo & tertio anno reuerſę fue
runt, foſſataque repleta & conſolidata fuerunt, &
Vincareta imberlidita eſt, ut quàmplurimi depo-
nunt teſtes, tertiam dictarum terrarum partem ſibi
promiſſam obtinere non poteſt, & probandi onu
Hieronymo incumbebat, quòd omnia per eũ pro-
miſſa in primo, ſecundo & tertio anno geſſerit, &
ad ipſum habentem implere ſpectabat, cùm inter
16 implere habentem, & cui impleri debet, agatur. per
not.per glo.& Doct. in l.2.C. de iure emphi. & per
Bar. & Doc. in l.hoc iure.ff. de uerb.ob.cũ alijs per
Corne.congeſtis conſ.28.Viſa petitione.col.2.uer-
ſi.Et in ſuper.uolu.2. Et tanto magis quia qui opus
17 aliquod agere promiſit, perfecte adimplere tene-
tur. l.cùm in plures.§. lege. & l.ea lege. §. loca-
ui.ff.locati.& qui operas uitioſas præſtitit, nullas
18 operas præſtitiſſe uidetur ſecundum Bar. in l.opus.
ff.eo.tradit Pariſi. conſi.37.Iſte redemptor. col.2.in
prin.num.7.uerſi.Et quia qui uitioſe.uol.1.Cùm er-
go Hieronymus terras ad culturam perfecte non
reduxerit, eaſque non bonificauerit, neque melio-
rauerit, prout promiſit, et iuxta formam ſtatutorũ
Arimini tenebatur, ſub rubrica, de laborerijs terra-
rum, & qualiter ipſi laborari debeant, concluden-
dum eſt, ipſum dictam tertiam terrarum partẽ nul
lo pacto conſequi poſſe, ut tradit Alex. cõſi.76.Vi-
ſis dubitationibus.col.fi.in prin.uerſi.Ex quibus in
fertur.uol.5.& propterea in eius fauorem male iu-
dicatum & laudatum fuit, Immo cùm ea, ad quæ
tenebatur, minime adimpleuerit, ad omnia damna
& intereſſe per Petrumpan.paſſa tenetur, ad quæ in
reformatione ſententiæ condemnari debet, iuxta
tradita per Pariſi. d.conſi.37. per totum. Nec dica-
tur id Hieronymum feciſſe quod potuit, foueas ge
rendo, terras colendo, uincaretam, canetumq; plã-
tando, & uepres omnes extirpando, frumentum, ſe
getesq; in dictis terris ſeminando, ut teſtes pro eius
parte examinati depouũt, ergo legem adimpleuit:
uerum quia Mariculæ flumen terras illas maxima
aquarum abundantia inundauit, ita & taliter quòd
eas reduxit incultas, illas lecca, labe, & arena implen
do, ideo ſibi imputandum fore non uidetur. l. qui
operas. ff.loca. & l.Labeo ſi mihi bibliothecam.ff.
de contrahen.empt.cum ſimilib. Ad hoc enim re-
ſpondetur, prout Petripauli teſtes deponũt, ſi enim
Hieronymus omnem curam, & diligentiam æſtiua
tempeſtate adhibuiſſet, illas terras in ſecundo, &
tertio anno in meliorem ſtatum reducere potuiſ-
ſet, & ſi palatam, foueamq; madrigalem pro dicta-
rum aquarum reparatione feciſſet, & ſi quid in ſe-
cundo, & tertio anno in eis egiſſet, & per ſe non ſte
tiſſe probaſſet, utique dictam tertiam partem con-
ſequi deberet. Cùm ergo nihil egerit, nec feciſ-
ſe, ſeu aliquid in 2.& 3.anno facere uoluiſſe proba-
uerit, merito nil cõſequi debet, & ideo Petruſpaulus
iuxta eius petitionem in poſſeſſionem dictarum
terrarum mitti debet cum expenſarum uictoria, tã
præſentis quàm alterius inſtantiæ, ut diximus ſupra
eundemq; Hieronymum ad omnia damna, & inte
reſſe ex eius culpa, & defectu in dictis terris paſſa
condemnari. Et ita de iure reſpondendum, & con-
cludendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iuriſc.
Arim. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſi-
mæ Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecundum acta, & probata, non autem ſecundum conſcientiam iudicare debet.*

2 *Actore non probante reus abſoluitur, etiam ſi reus probandi onus in ſe ſuſcepiſſet.*

3 *Interpretatio in dubio contra inſtrumentum producentem in eo ſe fundantem fieri debet. & nu.20.*

4 *Succeſſor in officio ſententiam ambiguam ex veriſimilibus coniecturis ab actis procedentibus declarare poteſt.*

5 *Nota-*

5 *Notarius matriculatus ſi in matricula deſcriptus non reperitur, matriculatus eſſe non dicitur.*

6 *Negatiua probatur, quando in proceſſu aliquid non reperitur, quod in eo deducitur.*

7 *Reo magis quam actori in deciſione cauſæ fauendum eſt.*
Obligatio & actio per ſolutionem tollitur ibidem.

8 *Verbum vbi propriè & impropriè intelligi poteſt, in materia ſtricta, propriè & ſtricte, & non ſecundum fictionem intelligi debet.*

9 *Calculi ſi duo in actis producuntur, & ſententia ad calculum refertur, de quo calculo intelligatur: nulli ſtandum eſt.*

10 *Sententia in dubio ad acta & producta refertur.*

11 *Præſumitur pro ſententia, ne iudex de eo, quod in actis ſibi non liqueret, pronunciaſſe videatur.*

12 *Iudex viam, per quam actus corrueret, elegiſſe non præſumitur.*

13 *Præſumptio illa in dubio ſemper capitur, per quam actus potius valeat, quàm pereat.*

14 *Præſumptio illa, ut actus potius valeat, quàm pereat, quibuſcunque præſumptionibus præualet.*

15 *Iudex ſi ad quantitatem de qua in certo inſtrumento ſe refert, ſententia non valet, ſi inſtrumentum illud in iudicio minime productum fuit.*

16 *Relatio ad ea facta intelligitur, quæ in actis producta fuerunt, & non ad alia extrinſeca, & non apparentia.*

17 *Relationis natura eſt, ut procedat ſecundum ueritatem patentem ex conuentione ſcripturarum relatarum, & referentium vere & propriè etiam in materia ſtricta.*

18 *Rebus & non uerbis legem imponimus.*

19 *Præſumptio quòd calculatores ex iudicis officio electi fuerint, transfert in contradicentem probandi onus.*
Præſumptio quamuis ſit quod quis mãdatum haberet, licet poſt ſententiam opponatur, transfert tamen in negantem probandi onus. ibidem.

21 *Calculatores quando per iudicem eliguntur, partibus præſentibus, & non abſentibus eligi debent.*
Relatio calculatorum partibus abſentibus fieri poteſt. ibidem.

22 *Calculatores partibus præſentibus, vel citatis calculare, & condemnare, atque alterum debitorem declarare debent.*

CONSILIVM CXXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVBTILITER dubitauit excellens
D. Gubernator contra Hãnibalem pel-
liparium, ſed facilem (ni fallor) rñſionẽ
& iuri cõſonã trãſmiſſis ad me dubita-
1 tionib. dari poſſe cõfido. Et imprimis p̃
mitto theoricã illam generalem quod iudex ſecũ-
dũ acta & probata, nõ autẽ ſecundum eius conſciẽ
tiã iudicare debet, ut habetur per Bar. in l. illicitas. §.
ueritas. ff. de offi. præſi. late examinat Are. in §. ſi mi
nus. col. 3. in fi. nu. 4. uerſi. In eadẽ glo. Inſti. de actio.
& copioſe per Abb. in c. paſtoralis. §. Quia uero. co
lum. 3. in fi. uerſi. in glo. in uerbo tenetur. extra de
2 offi. deleg. & glo. & Doct. in c. cũ olim. in uer. Non
quæ iudici. extra de uerbo. ſigni. Senat. Pedemõta.
in deciſ. 79. quoniam. num. 44. cum 5. ſeq. & in de-
ciſ. 146. Stante igitur nume. 14. Secundo præmitto
aliam regulam quod actore non probante reus ab
ſoluitur. l. qui accuſare. C. de eden. & c. 1. extra. ut ec
cle. benefi. cũ uulg. quæ procedit etiam ſi reus pro-
bandi onus in ſe ſuſcepiſſet. glo. in l. circa. in fi. & ibi
Bar. ff. de probatio. Iaſ. in d. l. qui accuſare. col. 1. uer
ſi. Extende iſtam regulam, cum concord. ibi per eũ
relatis. & per Dec. conſi. 3. Et diligenter. in fi. His ſic
præmiſſis dico Hãnibalem reum conuentum a pe
titis per Antonium Benaliam eius intentionẽ non
probantem, abſoluendum eſſe. Nam in proceſſu
eius intentio nullibi conſtat eſſe probata, ita quod
de medietate ſextariorum uiginti nouem cum di-
midio frumenti Hãnibalis condemnatio ſequi ua-
leat, unde ſequitur quòd in ſecundo præmiſſo di-
ctum eſt. Nixus eſt enim Benalia probare ſaldum,
& calculum inter ipſum & Hãnibalem per merca-
tores a iudice ex officio electos geſtum fuiſſe,
in quo calculo Hannibalem debitorem repertum
fuiſſe aſſeritur in medietate ſextariorum uigintino
uem cum dimidio frumenti, & ad illud proban-
dum, ſententiam inter eos latam producit, ad eam
que ſe refert dicentem calculum per eos obſeruari
debere, ſed cũ de vno tãtũ in actis per Hãnibalẽ pro
ducto, & non de alio conſtet, ſuper quo Benalia ſe
fundare conatur, & dubiũ quoque ſit de quo tunc
iudicans intelligere voluerit, merito contra ipſum
3 Benaliam interpretatio fieri debet. l. ueteribus. ff. de
pact. & c. in præſentia. cum vulg. extra de proba. &
ſic talis interpretatio ad Hãnibalis fauorem admit
titur & fieri debet. vt declarat Alex. poſt Raph. &
Imo. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. col. 2. uer-
ſi. Et hoc etiam infert Bar. ff. de uerb. ob. vbi cõclu-
dit quòd iudex in officio ſucceſſor ſententiam am-
biguam ex ueriſimilibus coniecturis ab actis pro-
4 cedentib. declarare poterit, in actis vero de calculo
tantũ ad Hãnibalis fauorẽ faciente cõſtat, in quo
ſextaria uigintinouẽ cum dimidio frumẽti deſcrip
ta & ad capitale Benaliæ appoſita declarantur, me-
rito de illo, & nõ de alio in primo proceſſu nõ ap-
parẽte iudicari debet, & ſatis probatur aliũ calculũ
nõ interueniſſe, cũ in actis nõ appareat. Prout de
5 notario matriculato dici conſueuit, ſi. n. in matricu
la nõ reperitur deſcriptus, matriculatus dici nõ po-
teſt, cũ hoc de neceſſitate requiratur, vt voluit glo.
& Bal. in l. 1. col. pe. in fi. uerſi. Modo quæritur. C. de
6 fide inſtru. li. 10. ubi dicitur ꝙ cũ aliquid probari ne
queat aliter quã per acta & in actis de eo nõ fit mẽ
tio, ſequitur ꝙ nõ interuenit id ꝙ allegatur, ſed id
tãtũ interueniſſe dicitur, ꝙ in actis productũ appa-
ret, prout etiã in ſimili arguit Dec. cõſi. 483. Pro re
ſolutione. col. 1. nu. 3. uerſi. Iſta. n. negatiua. & Mod.
Arimine. in tract. de nullita. proceſ. & ſenten. ſub ti-
tu. de nullitati. ex defec. inhabil. ſeu manda. nu. 62.
verſi. Imprimis ꝙ nõ fuerit. & ſub tit. ex defec. cita-
tio. nu. 12. uerſi. Et quoad primũ. cũ trib. ſeq. & talis
interpretatio ad Hãnibalis fauorẽ fieri debet, cui
7 in deciſione cauſæ magis quã actori fauetur. l. Aria-
nus. ff. de actio. & oblig. declarat Alex. in d. §. ſi ſti-
chũ. col. 2. in prin. uerſi. Itẽ no. ꝙ in iudicijs. & facit
regula fauorabiliores. & ibi Dec. & Cagnol. latiſſi-
me ad propoſitũ noſtrũ. ff. de reg. iur. Nec cõtra Hã
nibalẽ obiecta refragãtur, & primũ de ſocietate in-
ter ipſum & Benaliam inita, ex qua actio pro ſocio
intẽtata ex immixtione frumenti ad dictã medieta
tẽ vigintinouẽ cũ dimidio ſextariorum grani reſul
tare videatur, Quia reſpõdetur hoc procedere poſ-
ſe, ſi de calculo, & ſaldo inter eos geſto, & tã in alia,
quã in præſenti inſtãtia producto nõ cõſtaret, quo
igitur cõſtito actio per ipſum propoſita ceſſat, ſi. n.
ſaldũ geſtũ fuit, in quo ſextaria vigintinouẽ cũ di-
midio grani apparet ad capitale Benaliæ deſcripta
fuiſſe, & in eo Hãnibalis debitor remanſit in libris
centum octuaginta tribus denariorum, de quibus
per Benaliam inde ſecuta fuit ſolutio, utique om-
nis tollitur obligatio, & actio. Inſti. quib. mod. tol
li. obli. in prin. cum ſimilib. Secunda ſimiliter tolli-
tur obiectio de ſecundo calculo allegato, ſi ille

enim

enim non apparet, & in iudicio minime productus
fuit; ad illum relatio fieri non poteſt, & quamuis
fictè dici poſſet apparere per non contradictionē
partium prolationi ſententiæ præſentium per ea
quæ tradit Deci. in c. quoniam contra. col. 19. in fi.
uerſic. Secundo prędicta concluſio. extra de proba-
tio. poſt Bar. in l. 1. C. de relatio. Nihilominus quia
de calculo in ſententia fit mentio, per quam tam
de calculo Benaliæ, quam de calculo Hannibalis
compræhendi poteſt, de Hānibalis calculo uerè ap
parente potius, quàm de calculo Benaliæ fictè ap-
8 parente intelligi debet. Et ubi uerbum aliquod
propriè, & impropriè intelligi poteſt, in materia
ſtricta propriè & ſtrictè, & non ſecundum fictionē
intelligi debet. c. rodulphus. extra de reſcrip. Dec.
conſi 406. Licet a prędariſſimis. uerſi. Non obſtant
allegata. ideo ad calculum illum non apparentem
per niſi fictionē relatio fieri nō debet; ſed ad illum
potius uerè apparentem & in iudicio productū fie-
ri debet, obiectio enim forſaſſe procedere poſſet,
ſi uerè duo calculi in iudicio producti apparerent,
quamuis in hoc quoque dubitari poſſet per ea quę
9 habentur in l. duo ſunt titij. ff. de teſtam. tute. prę-
ſertim cum nulla ratio aſſignari poſſet quare ma-
gis ad unum quàm ad alium referri poſſet iuxta tra
dita per Bar. in l. talis ſcriptura. §. fi. de leg. 1. & quod
ad calculum in primo iudicio productum refer-
ri debeat, in quo uiginti nouem ſextaria grani cū
dimidio ad capitale Benaliæ deſcribuntur, apparet
quia in eo quoque Benalia deſcribitur debitor in
libris centum octuaginta tribus, in quibus in ea-
dem ſententia idem Benalia condamnatus fuit, un
de præſumptio eſt quòd Iudex de eo potius pro-
ducto, quàm de alio non producto intelligere uo
luerit, cum iuxta acta & producta iudicare tenea-
10 tur, ut dixi, in prin. Et in dubio ſententia ad acta re-
fertur. Are. in §. curare. col. 2. num. 4. uerſi. Ex quo
nota. Inſti. de actio. et Doct. in d. c. quoniam contra
11 Et ita præſumendum eſt, ne ſententia ſuper eo la-
ta ſit nulla, & ne iudex de eo quod in actis ſibi nō
liqueret, pronunciaſſe uideatur, & ſic ſine cauſæ
cognitione, ut l. pro latam. C. de ſenten. Et hæc prę
12 ſumptio capi debet, ne aliàs iudex uiam, per quam
corrueret actus, elegiſſe uideatur. l. 3. ff de teſta. mi-
li. Alci. in tract. de præſump. in. 3. regul. in 35. præ-
ſump. vbi ad propoſitum noſtrum plene exemplifi
13 cat. Et tãto magis quia in dubio ſemper illa præſum
ptio capitur per quam potius actus valeat, quàm pe
reat. l. quotiēs. ff. reb. dub. cū vul. Et illa quibuscunq;
14 præſumptionibus præualet. Bal. Imo. & alij in l. cum
teſtamento. §. hæc uerba. ff. de hæredi. inſtit. Alcia.
in d. tract. regula 1. in 30. pręſump. num. 5. & reg. 3.
in præſump. 34. in prin. Et duo dixit Io. And. in addi.
ad Spec. in ti. de ſenten. §. Qualiter. uerſi. Quid ſi in-
dex. in uerbo tuas. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l.
ait pretor. §. 1. col. 3. in fi. uerſ. Vnde ex iſta glo. ff. de
15 re iud. dicens ꝙ ſi iudex ad quãtitatem de qua in cer
to inſtrumento, ſe refert, ſententia non ualet, ſi tale
inſtrumentum in inſtantia illius cauſæ productū
non fuit, vt gitur ſententia valeat, dicendum eſt, ꝙ ſi
iudex ad calculum in actis, & in illius cauſæ iudicio
productum, & non ad alium non productum, ſe
16 retulerit. Quia relatio ad ea, quæ in actis produ-
cta fuerunt, & non ad alia extrinſeca, & non ap-
parentia, facta intelligitur, ut eſt glo. communi-
ter approbata in d. l. ait prætor §. ſi iudex & ibi poſt
alios latiſſimè Iaſ. in 3. col. in. s. par. glo. ff. de re iudi.
17 Quia relationis natura eſt, ut ſecundum ueritatem
patentem ex coniunctione ſcripturarum relatarū,
& referentium uerè, & propriè etiam in materia
ſtricta, procedat. Bal. conſi. 212. Ea quæ ueniunt
uol. 5. quem refert & ſequitur Iaſ. ubi ſupra, in 2. col.
in prin. uerſi. Secundo principaliter. & Pariſ. conſi.
2. In alio conſilio. col. 5. ad fi. uol. 3. Nec uis eſt in uer
bis facienda, dum in prohæmio ſentētiæ de compu-
torum libro Hānibalis & Benalię fit mentio, quia in
eodem libro Hannibalis ēt de calculo & ſaldo appa
ret. ut clarè patet ex dictis libris centum octuaginta
tribus denariorum, in quibus Benalia condemna-
tus fuit, & pręcipuè quia dictus liber & calculus
fuit in iudicio productus, non enim uerbis ſed re-
18 tus legem imponimus inquit tex. in l. 2. in fin. C.
communia de lega. Vltimum quoque non refraga
tur, quia licet in actis de calculatorum electione ex
officio iudicis per temporis lapſum ad appellandū
conſtare præſumatur, & ſic fictè & non uerè,
ita quòd amplius contradicere non poſſe uideatur,
limitatur tamen niſi cōtradicens probationis onus
19 in ſe ſuſceperit, quia etiam poterit poſt ſentētiam, ſi
contrarium probare uelit, illa enim præſumptio
in contradicentem probandi onus transfert, pro
ut de opponente contra aliquem dicitur, quòd mā
datum non habuerit, quia talis præſumptio tranſ
fert in negantem, probandi onus, ut communiter
aiūt Alex. & alij in l. licet. C. de proc. poſt Gemi. in c.
1. col. 1. uer. Et nota iſtam glo. de electio. in 6. Qui-
nimò poſito quod in rei ueritate de ipſorum calcu-
latorum electione, & de calculi productione in
alio iudicio appareret, hoc tamen non tollit quin
dubium oriri poſſet ad quem referatur calculum ſi
duo in actis apparerent. d. l. duo ſunt Titij. de teſtam.
20. tute. & in dubijs contra Benaliam in eis ſe fundantē
interpretatio fieri debet d. l. ueteribus. cum uulg.
ſupra allegatis. Et dicendum & pręſumendum eſt
iudicem potius ſe referre uoluiſſe ad calculum, in
quo libræ centum octuaginta tres deſcriptę ſunt, in
quibus Benaliam condemnauit, ut dicto caclulo ſe
conformem redderet, quàm ad alium calculum, in
quo maior dictarum centum octuaginta trium li-
brarum quantitas adeſt: Et tanto magis quia calcu-
21. latores in calculo Benaliæ per iudicem abſente &
non citato Hānibale electi fuerunt. Et in iure clarū
eſt, quod ubi calculatores per iudicem eliguntur,
partibus præſentibus & non abſentibus eligi debēt,
quamuis ipſorum relatio partibus abſentibus fieri
poſſit ſecundum Ant. de But. in c. veniens. il primo.
quem ibi ſequitur Feli. in ult. col. in prin. uerſi. Quar
to in quantum extra de teſti. & tradit Firma. in ſuo
repert. in uerbo æſtimatores. num. 14. Plus inquit
Soc. ſen. conſi. 65. Concluſio ſupra firmata. col. fi. in
prin. nu. 7. uol. 4. quòd calculatores partibus præſen
22. tibus, uel citatis calculare, condemnare, alterumq;
debitorem declarare debent; Et ex his omnia dubia
ſublata uidentur, & ſic conſtat Benaliam eius inten
tionem non probaſſe, & propterea concludo Hāni-
balem à petitis abſoluendum eſſe cum expenſarū
uictoria, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego
Mathæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem
omnipotentis Dei, ac glorioſſimę uirginis matris
Mariæ amen. & ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro ſocio in diuerſis caſibus & ad diuerſos datur effectus.*
2 *Actio pro ſocio ad reddendam adminiſtrationis ſocietatis rationem competit.*
3 *Reſtitutio reliquorum uenit in redditione adminiſtrationis.*
4 *Calculo & computo facto, & ſuper eo lata ſententia datur in factum actio ex ſententia, & ſic actio iudicati ad reliquorum reſtitutionem.*

5 *Actio*

5 *Actio pro ſocio per ſententiam ſublata dicitur, quæ ſuper ta li iudicio præiudicium parat.*
6 *Reuiſio datorum et receptorum non admittitur, quando ſen tentia ſuper rationib. & calculis factis lata fuit. & num. 8.*
7 *Clauſula, ſola facti ueritate, inſpecta, operatur, quòd quamuis unum in petitione deducatur, & aliud probetur, in probatis ad condemnationem deueniri poteſt.*
8 *Probatio dubia probantem non releuat.*

CONSILIVM CXXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PREMITTENDVM eſt in præſenti
iudicio circa primam D. Iudicis replica
tionem, in qua tota uis conſiſtere vide
tur, quòd actio pro ſocio in diuerſis ca-
1 ſibus & ad diuerſos datur effectus, qui
omnes per Arc. traduntur in §. ſequens. col. 7. uerſ.
Sequitur in tex. pro ſocio. Inſti. de actio. & per Pet.
de Vbal in tract. de duob. fratri. In 14. q. col. 1. cum
tribus ſeq. Quibus rectè & diligenter conſideratis
concludendum arbitror actionem ipſam per An-
tonium Benaliam nullo pacto intentari potuiſſe,
& ratio eſt, quia adminiſtrationis ſocietatis ratio iã
2 reddita fuit, ad quam reddendam pro ſocio compe
tit actio ut habetur in l. tàm diu. C. pro ſocio. tradit
Bar. in l. 1. in prin. col. 1. ff. de eden. Maria Soc. in cap.
2. col. 6. in fi. num. 18. uerſi. Circa ſecundum mem-
brum. & num. 80. uerſi. Decimooctauo principa-
liter quæro. extra de libel. obla. Prae. Papi. in for. li.
in cauſa ſocie. in glo. Ad diuidẽdũ. in prin. & Alex.
3 conſi. 132. Perlectis. col. 1. ad fi. uol. 5. In qua rationis
redditione uenit reliquorum reſtitutio. l. boues. §.
fi. ff. de uer. ſignif. l. non ſolum. §. reddere. ff. de libe. le
ga. & l. quamuis. ff. de condi. & demon. & tradit So-
ci. ſeni. conſi. 149. In cauſa Ambroſij. colu. 2. in prin.
uerſi. Circa tertium. uolu. 1. Et geſta fuerunt com-
4 puta, & calculationes, deinde ſuper calcula & ratio
nes lata fuit ſententia, quæ in rem iudicatam tranſi
uit, quibus ſic ſtantibus actio in factum ex ſenten-
tia datur, & ſic iudicati actio ad reliquorum reſtitu
tionem. l. miles. §. qui iudicati, & §. ſeq. ff. de re iudi.
& l. actori. cum ſimili. C. de reb. credi. & tradit Pariſ.
conſi. 33. Exarato. col. fi. in fi. numer. 71. uerſi. Et ex
ſententia. uol. 1. Quæ in factum actio per Benaliam
intenta fuit, narrando in eius petitione quod electis
per iudicẽ in medio reſidentẽ calculatorib. Hanni-
bal repertus extitit, & remanſit in medietate ſexta-
riorũ 29. cũ dimidio grani debitor: & non actio pro
ſocio intẽtata fuit, nec intentari potuit, quia illa per
5 ſententiam ſublata fuit, quæ ſuper tali iudicio &
actione præiudicium parat. l. licet. C. de iudi. Bar. in
d. l. 1. col. 1. ad fi. de eden. & Maria. Soc. in d. c. 2. nu.
80. Et ſi illa pro ſocio denuo intentari poſſet, iterũ
6 datorum, receptorũq; reuiſio fieri deberet, quæ nõ
admittitur, quando ſuper dictis rationibus & calcu
lis geſtis lata fuit ſententia. l. 1. C. de erro. calcu. Io.
de Ana. cõſi. 6. Viſo puncto. declarat lariſſime Cor
ne. conſi. 62. Quanquam. uolu. 4. & ſequitur Pariſi.
conſi. 96. In præſenti cauſa. col. 9. nume. 82. uerſi. Et
ubenefacit. uol. 1. Ex quibus patet, quòd cùm iudica
ti actio per Benaliam intentata fuerit, eiuſque intẽ
tio minime fuerit probata, ſumus in regula, quod
actore non probante reus abſolui debeat. l. qui ac-
cuſare. cum vulg. C. de eden. Non obſtat reſcripti
7 clauſula, quod in præſenti cauſa ſola facti ueritate
inſpecta procedatur, per quam ad condemnationẽ
procedi poſſe videtur, quamuis in petitione una
cauſa deducta fuerit, & alia probata, ut voluit Alex.
in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. col. 5. ff. de uer. ob.
cum concord. per Hyp. relatis in ſing. 272. In hac in
clita ciuitate. & ſic in præſenti cauſa ſatis videatur
fuiſſe ſocietatis cauſam probari, ut Benalia medie-
tatem dictorum viginti nouem ſextariorum grani
cum dimidio per immixtionem, ſocietatiſque in-
ter eos initæ continuationem obtinere valeat, quo
niam reſpõdetur hoc procedere, ubi in caſu noſtro
de calculo geſto non appareret, ſi enim in proceſſu
8 de calculo, & ſaldo facto, ſuper quibus lata fuit ſen-
tentia, conſtat, ad actionem pro ſocio reſiliri non
poteſt. Præterea quamuis in hoc iudicio ſocietas
probata fuerit, & ſic intentatæ actionis cauſa, nõ ta-
mẽ Benalia ex dicta clauſula obtinere poteſt, quia
aut adminiſtrationis ratio reddita non fuit, aut fuit
reddita, & ſuper ea lata fuit ſententia, Primo caſu
ad medietatem dictorum ſextariorum uiginti no-
uem cum dimidio grani, etiam ſocietate probata,
in quæſtione propoſita agere non poteſt, quia utrũ
dicta medietas debeatur, uel non debeatur, cõſtare
nõ poteſt; niſi geſtis prius inter eos computis de da
tis & receptis omnibuſq; hincinde calculatis. Secũ
do caſu ſi calculus apparet, ſuper eo q; lata fuerit ſẽ-
tentia, virtute calculi & ſententiæ latæ, & non actio
ne pro ſocio agi debet. Cùm illa per ſententiam ſub-
lata extinctaq; fuerit, ut dictum eſt, non probata igi
tur Benaliæ intentione, ſuper qua fundatum fuit iu
dicium & fabricatus proceſſus, quamuis probatũ
fuerit expoſita fuiſſe in ſocietate ſextaria uiginti no
uem cum dimidio grani, Benalia obtinere non po
teſt, immo a petitis Hannibal abſoluendus eſt; Cũ
9 ergo Benalia virtute calculi, ſententiæq; ſuper eo la
tæ egerit, dubiumq; ſit ad quẽ calculum referatur
ſententia, cùm duo calculi in præſenti inſtantia re-
periãtur producti, & dubia probatio non releuet.
c. in præſentia. cum uulg. extra. de probatio. ſequi-
tur quod ipſe obtinere non poteſt, & ideo Hanni-
bal a petitis abſoluendus eſt, & ſic ex his omnia cõ-
tra ipſum obiecta ſublata uidentur, & ita de iure re
ſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc.
Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorio-
ſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Venditor rem fideicommiſſo ſubiectam alteri vendens an emptori de ipſum conſeruando a tali obligatione conditiona li cauere teneatur? & num. 5.*
2 *Filius contenta in teſtamento paterno ignorare præſumitur, & quando ſcientiam habere præſumatur, vide nu. 6. & 7.*
3 *Res fideicommiſſo ſubiecta ſi per hæredem fideicommiſſum ignorantem alienata fuit, alienatio valet, & illius precium in reſtitutionem tantum venit.*
4 *Venditor an emptori cautionem ſub bonorum hypotheca, vel cum fideiuſſoribus præſtet, referre non dicitur.*
8 *Teſti vnico de facto proprio deponenti creditur.*
9 *Alienata per filium in eius legitimam & trebellianicam im putari debent.*
10 *Paria ſunt non ſatiſdare, vel minus legitime ſatisdare.*
11 *Satiſdatio quando idonea non eſt ob defectum facultatum, agi poteſt, ut iterum ſatiſdetur, ſi ignoranter recepta fuit*
12 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ſub generali obligatione non veniunt.*
13 *Vendens rem ſcienter alteri ſub conditione obligatam, & di cens illam eſſe liberam, pœna falſi tenetur.*
14 *Nemo cum aliena iactura locupletari debet.*

CON-

CONSILIVM CXXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRAESVPPONITVR in facto Angelum q. Thomæ Baldi de ſancto Ioanne in Marignano eius vltimum condidiſſe teſtamentum, in quo Ioannæ, & Bartolæ eius filiabus libras centum pro qualibet inſtitutionis iure reliquit, ſuumq; uniuerſalem hęredem ſer Iacobum eius filium inſtituit, & caſu quo ſine filijs legitimis & naturalibus ipſe decederet, ei præfatas Ioannam & Bartholam ſubſtituit, mortuo dicto teſtatore ſer Iacobus hæres patris hæreditatem adiuit, & in ca ſe immiſcuit, multaque bona hæreditaria ultra eius legitimam & trebellianicam alienauit, & inter cætera quandam petiam terræ aratiuæ Scipioni de Samperinis ignorãti eſſe fideicommiſſo ſubiectam precio librarum notingentarum ſexagintaduarum uendidit: Demum longo tempore poſt ad aures Scipionis peruenit ſer Iacobum in patris teſtamento grauatum fuiſſe de hæreditatem eius præfatis ſororibus reſti
1 tuendo ſi abſque filijs deceſſerit; Modo dubitari cõtingit nunquid ſer Iacobus uenditor idoneam cautionem Scipioni prædicto emptori de ipſum a tali conditionali obligatione conſeruando præſtare teneatur? Et prima facie dicendum uidebatur, quòd non, ex eo quòd ipſe ignorabat, an bona per ipſum alienata eſſent fideicommiſſo ſubiecta, cùm fidei
2 commiſſi ignorantiam in teſtamento paterno contenti habere præſumatur, quia filius in poteſtate cũ ſit illico ſuus patri, ſcientiam in teſtamento patris habere non præſumitur. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. & tradit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres.
3 in 3. q. ff. de uerbo. ob. Et ubi res eſt fideicommiſſo ſubiecta, ab hæredeq; fideicommiſſum ignorãte alienata fuit, alienatio ualet, & dictæ rei præcium in fideicommiſſi reſtitutione tantum uenit, ut eſt tex. ſing. in l. fi. §. fi. de leg. 2. per quem tex. ibi ita communiter concludunt Dy. Cy. Bar. & alij ſcribentes. & Soc. ſeni. conſi. 49. Vt faſ. col. pe. in fi. uerſi. Sed in ſtabit quis. uol. 1. & Dec. conſi. 236. Non parua. col. 5. in prin. num. 7. uerſi. Capio igitur ſeptimum dubium. & Roland. conſi. 81. Licet in iure. in prin. uol. 2. Et ſeſto etiam quòd de eo ſcientiam habuiſſet, nullam cautionem præſtare tenetur, cùm in uenditionis inſtrumento damnorum & intereſſe refectio cum hypotheca, omniumque ſuorum bonorum obligatione ſatis promiſſa fuerit, & illa promiſſio ſufficit, cùm talis cautio abſque fideiuſſore fieri põſſit, ex quo non refert an fideiuſſoribus an bonorũ hypotheca caueatur. l. 1. §. an pignoribus. ff. de colla. bono. & l. fi. §. ſi legatarius. ff. quorum legato. &
4 eſt communis opi. ut refert & ſequitur Alex. conſ. 65. Omiſſis argumentis. in fi. uol. 5. & Mod. Fanen. in tract. de pignori. in 1. memb. quintæ par. col. 18. nu. 24. uerſi. octauo inſurgit. ubi copioſiſſime hũc caſum examinat uſque ad num. 29. Quibus tamen non refragantibus contrariã ſententiam ex infraſcriptis de iure ueriorem eſſe arbitror, uidelicet ꝙ immo ſer Iacobus Scipioni cautionem prædictam præſtare teneatur per not. per Bal. & Saly. in l. 2. uerſi. Secundo quero de eod. C. de ſent. quæ ſine certa
5 quanti. Vbi volunt quòd pendente conditione de hæreditatem reſtituendo ſi hæres abſque filijs deceſſerit, ex parte emptoris inſtari poteſt, ut uẽditor ſibi de eum indemnem conſeruando a dicta conditionali obligatione caueat, idem firmat & ſequitur Alex. d. conſi. 65. prope fi. uerſi. Et dato ꝙ dici poſſet. & ita ante eos uoluit Albe. de roſa. ubi inquit ita obtinuiſſe, in l. ex prædijs. C. de euictio. Et cùm in terminis caſum a doctorib. deciſũ habeamus, dubitandum amplius non uidetur, nec ſuper eo inſiſtendum. Supereſt tantum ad allegata in contrariũ reſpondere, in quorum reſponſione ueritas huius difficultatis manifeſta apparebit. Primo ergo non refragatur, quòd filius cùm ſit ſuus teſtamenti paterni ſcietitiam habere non præſumatur, cùm potius ab inteſtato, quàm ex teſtamento præſumatur
6 patris hæreditatem adire. Quoniam reſpondetur hoc eſſe uerum, niſi aliquæ adeſſent coniecturæ, per quas filium teſtamenti paterni ſcientiam habuiſſe dignoſci poſſet, eo enim caſu doctrina Bar. in contratium allegata non procederet ſecundum Bal. conſi. 392. Anno 1371. uol. 1. & conſi. 297. Viſis & ſupra conſideratis. uol. 3. cũ quo cõcordat Pau. de Ca. conſi. 94. Clarum eſt in iure. col. 1. in fi. uol. 2. in nouis. & conſi. 147. In cauſa quæ uertitur Saonę. col. 5. uerſi. Item allegatur. uol. 1. in nouis. late proſequitur Alex. conſi. 4. Videtur inſpectis. colu. pe. uerſ. Vltra quòd etiam. uol. 2. ſequitur quoque Deci. in d. l. eius qui in prouincia. §. quòd ſi ſtipulatus. col. 2. uerſi. Secundus caſus eſt, idem conſi. 287. In ciuitate Placentię. col pe. in fi. & ſeq. in prin. & in hoc nemo diſcrepat, ut etiam proſequitur. Gozadi. conſi. 98. In hac cauſa. col. fi. in prin. uerſi. Sexto quotiens. cum alijs infinitis concord. per Aymo. nouiſſime relatis conſi. 193. Minor uigintiquinque annis. col. 2. num. 6. uerſi. An autem pręſumatur ignorantia. uſque ad num. 9. uol. 1. & conſi. 255. Quia Petrus. col. 2. ſub num. 4. uerſi. Quinto præſumitur. uolum. 2. Sed per coniecturas ſer Iacobi ſcientia probatur, ut ex depoſitione Ioannisantonij de Marignano ſuper nono capitulo conſtat, dicentis quòd quando Ioannæ & Bartolæ matrimonia ante dictarum terrarum uenditionem tractabantur, ſer Iacobus aiebat nolle pro earum dotibus, niſi libras centum ab eius patre in teſtamento relictas conſignare. idem firmat Io. franciſcus de Garuffis alter teſtis ſuper eodem capitulo olim dictæ Bartholæ maritus, ex quibus uerbis manifeſte probatur ſer Iacobum ſcientiam contentorum in teſtamento patris habuiſſe, in quo dictis eius filiabus libras centum pro qualibet dotis nomine relinquebat, prout in ſimili probat Roland. d. conſi. 81. nume. 10. cum ſeq. & Soci. Iuni. conſi. 116. Verba mea. col. 9. in prin. nume. 44. uol. 1. cum concord. ibi per eum relatis. Pro
7 batur quoque per immixtionem paternę hęreditatis poſt eius obitum ut voluit Bal. in l. cætera. §. fi. in 2. not. de leg. 1. & in l. ſi tutor petitus. uerſi. Secundo fallit. C. de pericu. tuto. ſequitur Alex. in d. §. duo fratres, & Dec. ubi ſupra. & conſi. 303. In caſu occurrenti. col. 2. in prin. numer. 3. uerſi. Quòd ueritas eſt. Probatur etiam ex eo quia ſer Iacobus ante uenditionem dictæ petiæ terræ dictum patris teſtamentũ in publicam formam leuari fecerat, ut deponit ſer Alexander Malateſta ſuper decimo capitulo, qui in publicam formam dictum teſtamentum extraxit, & ſic ei ſoli tanquam de facto proprio deponenti creditur, ut ſingulariter uoluit Pau. de Ca. in l. ſer-
8 uus. C. de teſtib. & in l. quicunque. ad fi. C. de ſer. fugi. & ante eum Saly. in l. ſi quis decurio. in quarta oppo. per illum tex. C. de fals. quo ſequitur Alex. conſi. centeſimo nonageſimoſeptimo. Viſis dubitationibus. columna fi. in prin. uerſi. Quia reſpondeo. uolum. 7. Dec. conſil. 342. In cauſa partus. col. 2. num. 1. & conſil. 363. In cauſa quæ agitatur. col. 1. uerſi. Secundo ſoror. Soc. ſen. conſil. 28. Viſis teſtamento. col. 3. uerſi. Tertio quia illi ſacerdotes. uol. 3.

cum

cum multis concord.per Hyp.relatis conſ.111. Le-
cto, & diligenter conſiderato. columna ſecunda.
num.6.uerſi. Ad quod reſpondeo.& conſil.113. In
præſenti cauſa.columna 3.in fi.uerſi. Item quòd di-
cta confeſſio.num.15.& per Aymo.conſi.178.Viſo
proceſſu.col.3.ſub num.7.uer.Septimum inditium
uol.1.Ex quibus omnibus coniunctis clare patet,&
probatur ſer Iacobum teſtamenti paterni ſcientiã,
& notitiam habuiſſe,antequàm terras prædictas Sci
pioni uẽdidiſſet. Vltimum de promiſſione refectio-
nis damnorum,& intereſſe cum hypotheca omniũ
ſuorum bonorum non reſtagatur. Quoniam re-
ſpondetur contrarium procedere,ubi uenditor ob
ligationis tempore bona propria,& libera poſſide-
ret,ſed ſer Iacobus bona tantum fideicommiſſo ſu
biecta poſſidebat, & legitimam, ac trebellianicam
prius alienauerat, ut ex teſtiũ depoſitione ſatis cla-
9 re probatur. Et alienata in legitimam,& trebelliani
cam imputari debent,ut communiter uolunt doc.
in l.Marcellus §.res quæ.ff.ad treb.Bald.conſil.367.
Simplex diuiſio.conſi.8.Si codicillaris.conſi.42.In
legitima.conſ.392.Super primo.uol.4. & conſ.300.
Circa primam.uolu.3. Ad idem Roma.conſi.277.
Non eſt dubium.col.2.verſic. Tertio quia. declarat
eleganter Are.conſi.18. Viſa & diſcuſſa. colũ.pen.
& fi.Corn.conſi.146.In hac conſultatione. col. fin.
uerſic.Alius & ſic.uolumine ſecundo. & conſ.120.
In hac conſultatione.columna fi.ſub num.7.uol.1.
Dec.conſil.202.Vt præſens.col.fi.in prin.Iaſ.conſil.
261.Reuocatur in dubium.uol.4.Rub.Alex.conſi.
157. Latiſſime.colũ.1. ubi pulchre loquitur.Pariſi.
conſi.18.Conſideratis.col.fi.nu.110.uol.2.conſ.93.
Potuit.columna fi.nu.58.eod.uol.& conſi.109. Do
minus Bernardinus.col.3.nu.34.uol.3.& Socy.iun.
conſi.28.Quia difficultas.col.1.uol.2. & conſi.137.
Viſo proceſſu.col.1.uerſ. Secundo uidendum.uol.
1.& Roland.a Val.conſil.78. Circa primum. col.fi.
num.19.uerſic. Tamen his non obſt. uol.1. merito
talis promiſſio, & obligatio ſer Iacobum a præſta-
tione dictæ cautionis non releuat. Præterea paria
10 ſunt non ſatiſdare,& minus legitimè ſatiſdare.l.quo
tiens.ff.qui ſatiſd.cog.l.non putauit. §.non quæuis.
ff.de contrah.c.propoſuiſti.in uerbo,legitimè. extr.
de for.comp.& eſt gl.in l.ſi pater.C.ne de ſta.defun.
cum alys ſimil.Et ideo ad propoſitum noſtrum di-
xit Paul.de Caſt.in d.l.quotiens.in fi.quòd quando
11 ſatiſdatio ſolum ob defectum facultatum non eſt
idonea,tunc demum agetur, vt iterum ſatiſdetur,ſi
ignoranter recepta fuit,ſed ea tempeſtate per Sci-
pionem ignoranter dicta ſatiſdatio,& obligatio re-
cepta fuit,quia credebat ſer Iacobum cætera bona
tanquàm propria, & non reſtitutioni ſubiecta poſ-
ſidere, prout libera,& tanquam propria ſibi per eũ
dem ſer Iacobum prædicta bona fuerunt uendita,
12 ut in uenditionis inſtrumento fertur,ergo &c. Nec
illa bona uti fideicommiſſo ſubiecta in generali ue
niunt obligatione bonorum, cùm illa ullo pacto
obligari nequeant,ut eſt tex. in l.fin. §.ſed quia no-
ſtra.& ibi not.omnes.C.communia de legat.& tra-
dunt Mod.Fanen.in tract.de pigno. in 2.memb. ſe-
cundæ par.nu.53.uer.Quinto fallit.cum multis cõ-
cord.ibi per eum allegatis. Amplius dico, quod ſer
13 Iacobus ſciens bona uendita eſſe alteri ſub condi-
tione obligata,aſſerenſq; illa libera, & nemini obli-
gata, ut in uenditionis inſtrumento iurato affirmã
uit,pœna falſi tenetur.tex.eſt in l.ſi a debitore. & ibi
no.glo.& Bar.ff.de falſ.& tradunt idem Mod.Fanẽ.
in d.tract.in 1.memb.3.par.nu.21.uerſic.Item adde
quod debitor quem ſequitur Plot.in repe.l.ſi quan
do.nu.667.Debitor uendens. in primis impreſſioni
bus.C. unde ui. Si ergo illa bona hypothecari ne-
queunt,nec ſer Iacobus eo tempore poſſideret,nec
ad præſens ulla bona propria poſſideat,concluden
dum eſt, ne Scipio emptionis tempore fideicom-
miſſum ignorans, & bona illa reſtitutioni eſſe ſu-
biecta,deceptus, & a ſer Iacobo tunc fideicommiſ-
ſum ſciẽte deluſus remaneret,per ſer Iacobum cau-
tionem idoneam præſtari debere de conſeruando
Scipionem a tali obligatione conditionali Indem-
nem,ne eueniente fideicommiſſi conditione Sci-
14 pio damnum,& intereſſe pateretur, cùm iure cau-
tum ſit neminem cum aliena iactura locupletari
debere.l.nam hoc natura.ff.de cond. indeb. & l.iu-
re naturæ.cum ſim.ff.de reg.iur. & ita concludo, &
de iure reſpondendum cenſeo,ego Matthæus Bru-
nus Iuriſc.Arim. ad laudem omnipotentis Dei, ac
glorioſiſſimæ Virg. matris Mariæ, amen. Partes ad
concordiam deuenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio per non habentem mandatum interpoſita eſt nulla, & tanquam nulla pronunciari debet.*
Auditor ſuper appellatione per procuratorem interpoſita datus ſi de procuratoris mandato non conſtat, & bene proceſſum appareat, pronunciare poteſt bene proceſſum, & male, ſeu nulliter appellatum.ibi.
2 *Notarij legalitas requiritur vbi contra ipſum de fide, & eius legalitate obijcitur.*
3 *Appellans appellationem ab interlocutoria infra octo dies iuxta Egidianam conſtitutionem proſequi debet.*
4 *Interlocutoria quæ vim diffinitiuæ habet, an ſecundum diffinitiuam reguletur, et quomodo.*
5 *Exceptio in non exceptis regulam firmat.*
6 *Appellatio prima interpoſita, an attendi debeat? vel ſecunda? et num.11. et 12.*
7 *Pronunciatum per appellationem extinguitur, vel ſuſpenditur. et num.13.*
8 *Appellans ſapius a diffinitiua, ſiue a grauamine, ſapius loqui videtur, non ſapius appellare.*
9 *Appellatus de appellantis appellatione ſe iuuare poteſt, etiam ſi appellans ea vti nollet.*
10 *Intellectus ad conſtitutionem Egidianam ſub rub.forma qualiter procedatur in cauſis appellationum.lib.6. circa appellationis proſecutionem.*
11 *Ius quæſitum appellato per appellantem in eius præiudicium, et eo inuito tolli non poteſt.*
14 *Appellatio prima coram honeſtis perſonis interpoſita ob iudicis abſentiam valida dicitur.*

CONSILIVM CXXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa appellationis petiti compromiſ-
ſi ex parte Io.Franciſci,& Antonijmariæ
de Gambonis interpoſita, hic pro repe-
titis habeantur quæ in appellatione ſu-
per poſſeſſorio reintegrandæ in conſil.
119.ſupradicta ſunt quò ad non deuolutionem cau
ſæ,& iuriſdictionis iudicis delegati, cum inter eaſdẽ
perſonas ſit,& unum dumtaxat ad omnes earundẽ
1 perſonarum cauſas reſcriptum. Deſcẽdendo igitur
ad appellationem,dico illam nulliter eſſe interpoſi
tam, ex eo quòd per ſer Io. Baptiſtam de Guglie-
mis uti eorum procuratorẽ interpoſita fuit, de cu-
ius mandato,nec in proceſſu primæ, neque ſecun-
dæ inſtantiæ conſtat, ergo appellatio nulla. c.non-
nulli.§.1.ext.de reſcrip.& tanquam nulliter interpo-
ſita

ſita pronunciari debet, ut uoluit Egid. Bellem. in de
ciſio.22. Secundum magnam partem. vbi Inquit ꝙ
Auditor ſuper appellatioue per procuratorem in-
terpoſita datus, ſi de procuratotio non conſtet, &
bene proceſſum appareat, pronnnciare poteſt bene
proceſſum, & male ſeu nulliter appellatum. Ad idē
facit quod not. idem Bellem. in deciſi. 28. Iudex da-
tus. iuncta deciſi. prima de reſcript. in recollectis per
Caſſado. Nec eiuſdem procuratoris inſtrumentum
procuratorlj in alia cauſa productum refragatur,
qnia illud minimè probat. ex quo de notarii fide, &
legalitate oppoſitum fuit. vt voluit Belleмо. in de-
ciſ. 193. Si notarius. & in deci. 540. Si pars non oppo-
nit. & Affl. in deci. 251. Determinatum fuit. ſub nu.
2. & 3. Et eſto quòd de perſonæ legitimatione con
ſtaret, quod tamen negatur, dico appellationem
ipſam fore & eſſe ex eius non proſecutione deſertā
Nam clarum eſt appellationem hanc a præcepto
de compromiſſo faciendo interpoſitam fuiſſe, et
ſic ab interlocutoria, quam appellans infra octo
dies, iuxta Egidianam conſtitutionem, ſub rub. For
ma qualiter procedatur in in cauſis appellationum
libr. 6. cum. 9. proſequi debet: Et ſi diceretur, illam
4 habere uim diffinitiuæ, quę ſecundum diffiniti-
uam regulatur, ut uolunt Doc. in rub. ff. & extra de
re iudicat. Reſpondetur in caſu propoſito vt diffi-
nitiuam non regulari, quoniam hoc de iure com-
muni procedit, ſecus de iure conſtitutionis prouin-
cialis. Nam ipſa conſtitutio, quæ de appellatione a
grauamine interlocutoria, vel a præcepto præter-
que a mera diffinitiua loquitur, etiam interlocuto-
5 riam vim diffinitiuæ habentem includere inten-
dit. Quia exceptio in non exceptuatis regulam fir-
mat. l. nam quod liquide. §. final. ff. de pœnu legat.
cum ſimili. per Alexand. adductis conſil. 61. Circa
præſentem dubitationem. uolum. 4. & Soc. ſen. con
ſi. 47. In primo præſentis conſultationis. colum. 2. ad
fin. uolum. 1. Infra octo igitur dies appellationem
ipſam appellantes proſequi tenebantur, quæ cùm
poſt octauam diem præſentata fuerit, ſequitur
quod appellatio illa deſerta eſt. Fortius dico, etiam
quod vt diffinitiua regulari deberet, ex non pro-
ſecutione appellationis primo loco interpoſitæ, de-
ſerta eſt ipſa appellatio, quæ prima appellatio,
6 & non ſecunda attenditur. Nam quamuis diuer-
ſis temporibus duę interponantur appellationes, &
ambę infra appellandi tempus, una tamen eſt ap-
pellatio, quia appellationum geminatio ſuper eo-
dē facto appellationum pluralitatē inducere non
uidetur, nec per ſecūdam, tertiam ſiue quartam tol-
luntur effectus, quos prima ſecum traxit appella-
tio, quia pronunciatum extinxiſſe, uel ſuſpendiſſe
7 dicitur. l. prima in fin. ff. ad Turpil. declarat Bald. in
l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & ibi Iaſ.
in penultim. colum. uerſicu. Veritas eſt. & Fel. in ru-
bri. ext. de appell. in 1. col. & ideo appellationis itera
tio fruſtratoria, & ſuperuacua dicitur, cùm ex ea ali
quis non augeatur effectus. l. 1. ff. quando prouo. nō
eſt neceſ. Et ꝑpterea quia diffinitiua, ſiue grauami-
8 ne ſæpius appellat, ſæpius loqui videtur, nō ſæpius ap
pellare, quia prima ſecum omnem traxit effectum
& ſic ſententiam ſuſpendit, alioquin ſequeretur, ꝙ de
cies appellādo ſingulis dieb. in eius eſſet facultate tē
poris iā inchoati curſū extinguere, pluriesq; ſibi in
appellati præiudicium dare principiu, cui ius per pri
mam appellationem quæſitū eſt, quo ad terminū in
fra quē appellans illam proſequi dēt, quod abſurdiſ
9 ſimū eſt. Quia appellatus de appellātis appellatione
ſe iuuare poteſt. l. fi. C. quando prouoca. non eſt ne-
ceſ. etiā ſi appellans ea uti nollet, ut not. Bal. & doc.
in l. per hanc. ad fin. C. de temp. appel. & tradit Egid.

Belleme. in deci. 357. Tertia Martij Cōſtitutio. igitur
10 Egidiana. qua cauetur, ꝙ appellās eius appellationē
intra uiginti dies proſequi debeat, de prima appellæ
tionis interpoſitæ proſecutione intelligi debet, quæ
propriaſ, ueraq; appellatio fuit quo ad pronunciati
ſuſpenſionem & quoad proſecutionem, non autē
a die ſecundæ appellationis interpoſitæ, cùm ſecun
da ſuperuacua. & nulla eſſe dicatur. Nam ſi appel-
latione interpoſita proſecutionis tempora currere
incipiunt, minime dicendum eſt, quod iterum ap
11 pellando temporis curſus interrumpatur. Quia ius
appellato quæſitum per appellantem in eius præiu-
dicium, ipſoq; inuito tolli non poteſt. c. ab eo. de ele
ctio. in. 6. cū ſi. ut late proſequitur Paul. de Caſt. con
ſi. 7. In dubio præfati excellentiſſimi doctoris. volu.
1. in nonis. & conſil. 270. Super primo dubio clara
eſt reſponſio. eo. lib. & Bal. in addi. ad Spec. in tit. de
appel. col. 2. in fi. verſi. Sed pone ꝙ quis. Bar. & com-
mun. doc. in l. cùm procurator. §. ſi dominus. ff. de
no. ope. nun. Phi. Franc. in c. ſua nobis. colum. 3. nū.
16. ver. In ea gl. in fi. cum plurib. ſeq. ext. de appell. &
nouiſſimè Maranta in ſuo Specul. in ſecundo actu
principali. In 2. q. nu. 71 ver. Sed iuxta prædicta quæ-
ro. ubi latiſſimè examinat hanc. q. & tandem tenet
& ſequitur opi. Bar. in d. §. ſi dominus. ꝙ prima attē
ditur appellatio, & non ſecunda præſertim quando
primam admiſit iudex, ut etiam limitat Phi. Franc.
vbi ſupra in 5. col. ſub nu. 21. vér. Vltima concluſio.
12 Si ergo prima attenditur appellatio, ipſam appel-
lantes & non ſecundam proſequi debeant, proſe-
quentesque ſecundam pro ut in actis enidentiſſi-
mè conſtat, primam omninò deſeruerunt. Prętere a
13 ſi uerum eſt quòd appellatio ſtatim quòd eſt inter-
poſita pronunciatum ſuſpendit, vt eſt text. in dicta
l. 1. in fin. ad turpil. & l. furtis. ff. de infami. & in hoc
non eſt dubium. quomodo igitur ſecunda appella-
tio dicetur ſuſpendere iam ſuſpenſum? equidem va-
num eſt hoc dicere. hoc enim procedere poſſet ſi
prima appellatio eſſet nulla, & inualida, ut inquit
Bar. in d. §. ſi dominus. & Phi. Franc. ubi ſupra in 4.
col. ſub num. 17. verſic. Secunda concluſio fi. quia
cùm illa ſuſpendendi poteſtatem non haberet, uti-
que ſecunda ſuſpenderet, & tunc appellans ſecundā
14 & non primam proſequi deberet. Sed ſi prima uali-
da fuit, pro ut tenent Doc. in c. ſi iuſtus metus. extra
de appella. appellando coram honeſtis perſonis, ex
quo appellantes iudicis copiam, & præſentiam ha-
bere non potuerunt, concludendum eſt, appellātes
primam, & non ſecundam appellationem proſequi
tenentur, alioquin ſecundam nullam proſequentes,
fruſtratoriè, ac inepte proſequi videntur, & ſic pri-
ma, quæ valida eſt, & quam proſequi tenentur ap-
pellantes, deſerta dicitur: Ponamus etiam ꝙ prima
tantum interpoſita fuerit, eo modo quo interpoſi-
ta fuit, & non ſecunda, nonne appellantes eam pro-
ſequi tenerentur? certè ſic. aliàs eam non proſequen
tes, deſerta fieret, quamuis ergo ſecunda interpoſita
fuerit, non ob hoc tollitur prima, cùm valida fuerit,
ſi ſic, ergo fruſtratoria & inepta eſt ſecunda: cum igi
tur primam proſecuti non fuerint, pronunciādum
eſt illam fore, & eſſe deſertam, uictos appellantes vi
ctrici eorum matri in expenſis nedum prioris, ſed
præſentis inſtantiæ condemnando iuxta not. Doc.
in c. finem litibus. ext. de dolo. cum aliis relatis p Iaſ.
in l. properandum. §. ſi autem alterutra. col. 7. in fi.
verſic. Nono & ultimo quæro. C. de iud. & ita con-
cludo, & iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Bru. Iuriſc.
Arimin. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſ
ſimę uirginis matris Marię. amen.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſolui debet.*
2 *Pœnam delicti ut quis incurriſſe dicatur, prius de delicto conſtare debet.*
3 *Certus amplius certiorari non debet.*
4 *Denunciatio ubi eſt ad notificandum facienda, ſcientia, abſque denunciatione ſufficit.*
5 *Certitudo dummodo habeatur, de modo non curatur.*
6 *Paria ſunt quem eſſe certum, vel certificandum eſſe.*
7 *Præſumptio delicti nunquam capitur.*
8 *Præſumptio in illam partem, per quam pœna euitatur ſemper fieri debet. & nu. 13.*
9 *Duo intellectus ubi in aliquo actu capi poſſint, ſi ſecundum vnum in delictum incideretur ſecundum alium non, ille capiendus eſt, per quem delictum non præſumatur.*
10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Forenſis merces in ciuitatem conducens gabellam ſoluere tenetur.*
12 *Forenſis ſine gabella ſolutione tranſiens ſecundum loci ſtatuta puniendus eſt.*

CONSILIVM CXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO libello, & toto proceſſu per magiſtrum Thomam Ciacciarinum dacii
cinciorum, fæcium, & taſi conductorẽ
ſuo proprio, & ſociorum nomine fabricato, & per procuratorem ſyndicumque magnificæ communitatis Arimini ad-
1 uerſus Geminianum Bertellum Mutinenſem Arimini habitatorem, arbitror partes Vicarij gabellarum fore, & eſſe in abſoluendo Geminianum a petitis per regulam. l. qui accuſare. C. de edend. & c. ſi. cum ſi. ex1 ut eccl. benef. rationibus infra deducendis. Primo quia quamuis in proceſſu agentis prædicti declarari petierint Geminianum eorum 10. c. in cip. Et il dacio pred. ſi dichiara &c. & c. 11. incip. hõ ſe alcuno condurrà cenzi, o taſo &c. contraueniſſe; & conſequenter ipſum in pœnas in eis contentas incurriſſe, pro ſolutionibuſq;, exactionibus, atq; mulctationibus grauari, narranteſq; Geminianum fraudem in colligendo, cincioſq;, taſum, & fæces Ariminum conduci faciendo contra capitulorum prædictorum formam in graue damnum; & d. daciariorum, uniuerſitatiſq; Arimini præiudicium. aſſerenteſq; in executione aſſertę commiſſæ fraudis ſaccos octo, ſextariumq; unum, & tres taſi bernardas ad cõis Arimini menſurationem impræſentiarum penes ipſum Geminianum reperiri, non tamẽ de prædictis aliquid probatum in proceſſu fuiſſe conſtat.
2 Et ad hoc oſtendendum, dico ꝙ ad hoc, ut quis in delicti pœnã incurriſſe declaretur, de neceſſitate requiritur, ꝙ prius de delicto conſtet. l. ſi is qui. §. ſi Titium. ff. de ſur. Bar. in l. ſi. poſt prin. uer. Et ad euidentiam. ff. de quæſt. Mod. Bon. in l. 1. in prin. in primo torturæ requiſito. ff. eo. In proceſſu aũt, ut ſup. agitato nulla de aſſertis bonis fraudatis probatio apparet, nec aliqua Geminiani confeſſio, ergo agentes ſuccũbere debẽt, & octo millies ꝙ in actis cõſtaret Geminianũ aſſertã ſtraciorũ, & taſi quantitatẽ emiſſe, ſeu collegiſſe, uel conduci feciſſe, nullibi tamen in eis fraudem ullã commiſiſſe apparere poteſt, neque capitulis, & bannimentis allegatis, & productis contraueniſſe, ſi enim omnes magiſt. Thomæ daciarij reſponſiones ad Geminiani poſitiones recte conſiderentur, clare patebit ipſum nullam commiſiſſe fraudẽ, conſequenterq; in nullã pœnam incurriſſe. Apparet. n. ꝙ Geminianus dum præd. dacij cõductor eſſet, maximã emit cinciorum, taſi, & fæciũ quantitatẽ, cõpletoq; ſui dacij tpe, magiſt. Thomas præd. in eo. dacio ſuccedens plenam, claramq; de d. cinciorum quãtitate, certaq; taſi & fæcium ſumma ſcientiam, atq; notitiam habuit, & habuerat, ut idẽ magiſt. Thomas in præd. poſitionibus fatetur. Qui
3 cùm certus eſſet, amplius certiorari non debebat. l. fi. ff. de tranſac. l. 1. in fi. ff. de ac. emp. ubi Bar. in uer. Ad iſtud opponit gl. inquit hoc procedere qñ ad aliũ non fit finẽ, niſi ut certificetur. facit tex. in l. item ueniunt. §. petitam. il 2. ff. de pet. hær. & ibi Bar. ex il
4 lo tex. doctr. colligit, ꝙ vbicunq; denunciatio eſt ad notificandum facienda, tunc ſcientia abſque denũciatione ſufficit. ſequitur Alex. cum multis ſi. conſi. 138. Viſo puncto. in prin. nol. 7. ſed in caſu propoſito; quia daciarius ſolũ certiorari debebat, ut ſciret, notitiamq; de cinciis, taſo, & fæcibus penes Geminianum repertis haberet. iam certus erat, ergo am-
5 plius certiorari non debebat, & de certiorandi mõ lex minime curat, dummodo certitudo habeatur. l. quotiens. §. ſi quis nomẽ. & ibi Imo. ff. de hær. inſt. & l. itẽ ueniunt. §. a quo. ff. de pet. hær. Et paria ſunt
6 aliquẽ eſſe certum, uel certificandum eſſe. l. ſancitio. & ibi Alex. ff. de pę. Præterea ſi daciariorum capitula diligenter animaduertantur, nemo erit, qui illis Geminianũ contrauenisse dicat. in 10. enim c. diſponitur. ꝙ nemo p ciuit. aut Arim. cõmitatum cincia, fæces, aut taſum ſub pœna in eo contenta colligere poſſit, nullibi uero in proceſſu durãte dacij magiſt. Thomę, ac ſociorũ tpe Geminianum ullam cinciorum, ſeu taſi quantitatẽ in ciuitate, aut Arimini cõmitatu collegiſſe cõſtat, ergo &c. Nec hoc præſumi poteſt, quãuis aliqua penes Geminianum cinciorũ
7 quantitas reperiatur. Cùm delicti præſumptio nunquam capiatur. l. merito. ff. pro ſoc. quinimmo tandẽ, quam ſui dacij tpe emerat, eſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, & hoc ut delictum euitetur,
8 præſumptio. n. in illã partẽ, p quã pœna euitatur, ſemper fieri dẽt, l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iu. Cuma. conſi. 135. Viſis denũcia. col. ſi. & Alc. in trac. de præſump. reg. 3. præſump. 40. in prin. Et ubi ex aliquo a-
9 ctu duo capi poſſunt intellectus, & ſic ſecundũ unũ quis in delictũ incideret, ſecundum alium non, accipiendus eſt intellectus, per quẽ delinquere non pręſumatur. doctr. eſt Bar. in l. non ſolũ. §. ſed ut probari. ff. de no. ope. nun. quẽ ſequuntur Mod. Bon. in rubr. ff. de fideiuſ. n. 47. uerſi. Et ubi põt capi. cũ multis conc. ibi per eos congeſtis. At in caſu propoſito cinciorũ, taliq; quãtitatẽ penès ipſum exiſtentẽ potius per ipſum Geminianũ ſui dacii tpe emptã pręſumere debemus, & ſic tpe quo ſibi licuit, ut a delicto excuſetur ꝗ tpe illicito, & prohibito. ut inquit ubi ſup. Bar. cùm contrariũ per agentes præd. minime probatum fuerit. Nec dicatur Geminianum a daciariis bollettinum de bonis penès ipſum exiſtentibus, & per eũ conductis accipere debuiſſe, ut tenebatur, p ut conſuluit Corn. conſi. 109. Primo aſpectu. col. 2. nu. 7. uer. Sed his non obſt. cũ plurib. ſeq. uol. 2. & tradit Rip. in trac. de peſte. in 1. par. 1. pri. in rub. de priu. cõtrac. cã peſtis col. 2. in prin. n. 13. uerſi. Infertur & ad mercatores. cũ trib. ſeq. quia reſpõdetur ꝙ ſi pbatum non ſuit Geminianum tempore dacij magiſt. Thomæ cincia, & taſum conduci feciſſet, minus ei obiici poteſt bollettinum a daciarijs non accepiſſe,
10 nam non entis nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia. §. ꝙ ſi ſtipulatus. & ibi Dec. in quarto nota. ff. ſi cer. pet. Et poſito etiam quòd de cinciorum conductione in ciuitatem appareret, quod tamen negatur, non tamen capitulum, & lex municipalis

Gemi-

Geminianum comprehendit, quia de conducente & non de emente loquitur. Conducens enim dacia riis notificare, & in ciuitatis ingreſſu ſecundum capitulorum formam bollettinum capere tenebatur & dictum capitulum de mercium conductore lo-
11 quens emptorem non comprehendit. Quia forenſis merces in ciuitatem conducens gabellam, & nō emptor ſoluere tenetur, ut late examinat Firma.in tract.de gabel.& uectigali.in 7.par. in 5.q. ubi Bart. allegat in l.1.col.fi.C.de mulie.& in quo loc. lib. 11. & Bal.in l.cunctos populos.col.12.nu.22.uer.Circa maleficium.ibi aut forenſis non contraxerat ibi tātam moram.C.de ſumma trin.& fide catho.& in c. 1,col.fi.nu.7.uer. Sic ad ſoluendum. quæ ſint regalia in uſib.feud. & tradit Rip. ubi ſupra, ubi inquiūt
12 quòd forenſis pro mercibus quas defert, gabellas ſoluere tenetur, & forenſis ſine pedagij ſolutione tranſiens ſecundum loci ſtatuta puniendus eſt. Et dato etiam ꝙ Geminianus conduxiſſet, quod minime probatum eſt, præſumitur tamen illa tempore
13 fuidatū conduxiſſe ad delictum euitandum, ut diximus ſupra. Quia cum præſumi, & non præſumi ualeat delictum, in benigniorem partem ſemper præſumptionem capere debemus, per quam quis in delictum nō incidat, ut diximus, & declarat Alc.in d. trac.de præſump.ubi ſupra. Et ex prædictis omnibus & ſingulis luce clarius manifeſte concluditur, ꝙ d.agentes ſuccumbere debent ex defectu intentionis eorum non probatæ, & ideo Geminianum a petitis abſoluendum eſſe cum expenſarum uictoria iuxta text.in l.eum quem temere. ff. de iud. & l. properandum. §. ſin autem alterutræ. & ibi Iaſo.in prin.C.eo.tit.& Hyp.in ſua prac.crim.in §. ſupereſt. in prin. Et ita iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Brun. Iuriſc. Arim. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſs. Virg. matris Mariæ, amen.

S V M M A R I V M.

1 *Conſilium vbi pro deciſione cauſæ requiritur, exprimi ſufficit, quid de iure ſentiat conſultor.*
2 *Filius fratris in patrui hæreditate in locum patris vnà cum patruo ab inteſtato ſuccedit.*
3 *Actore non probante reus abſoluitur.*
4 *Duo confinia ad demonſtrandum certum locum requiruntur.*
5 *Dominium, an & quando per poſſeſſionem probatur? & num. 33.*
6 *In bonis noſtris eſſe dicuntur, quæ bona fide poſſidemus.*
7 *Res inter alios acta alijs præiudicare non poteſt. & nu. 34.*
Res aliena ſine domini conſenſu obligari non poteſt. ibi.
8 *Abſens in eius præiudicium conſentire non dicitur, niſi in caſu in quo conſentire cogeretur, etiam ſi præſens fuiſſet.*
9 *Coniunctus quo caſu coniuncti geſta ſcire præſumatur.*
Ignorantia quo caſu in conſanguineo præſumatur. ibi.
10 *Præſens, & tacens ad ſui præiudicium conſentire non dicitur, quando contradicendo actum fieri de re ſua impedire non poteſt.*
11 *Pactum de viuentis hæreditate non valet, niſi eius conſenſus interuenerit, qui tamen ab eo reuocari poterit.*
12 *Reuocatio conſenſus qui in pacto de viuentis hæreditate interuenit quo ad ipſum, & paciſcentes operatur.*
13 *Filia quæ patris hæreditati viuente patre cum iuramento renunciauit, non obſtante iuramento cum fratribus ex teſtamento paterno ſuccedet.*
14 *Viuens ex facto alterius, & ipſo inſcio legem ſibi imponere non poteſt, quin ab ea ſibi recedere liceat.*
15 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*
16 *Pactum quod liberam teſtandi facultatem impedit, contra bonos mores dicitur.*
Pactum captandæ mortis inducens non valet. ibi.
17 *Diuiſio per minorem cum conſenſu ſui curatoris, & proximiorum ſuorum facta, abſque iudicis decreto non valet, & quo caſu valeat. & nu. 58. & 60.*
18 *Et præſertim quando in ea iuramentum non interuenit.*
19 *Diuiſio quando a partibus eſt facta, eſt alienationis, & permutationis ſpecies.*
20 *Et eſt bonæ fidei contractus.*
21 *Diuiſionis contractus ab initio obligationem, & perſonalem actionem producit.*
22 *Diuiſio quædam tranſactio dicitur.*
23 *Diuiſio reuocari non poteſt, niſi læſionis, ſeu deceptionis prætextu.*
24 *Fratres eorum portiones pro diuiſo poſſidentes diuiſionem ratificaſſe cenſentur.*
25 *Ratificatio re, & verbis fieri poteſt.*
26 *Poſſeſſio ſine animo non quæritur, nec retinetur. & nu. 36.*
27 *Diuiſio per triginta annos continuata iuſtum præſcriptionis titulum tribuit.*
28 *Non probat hoc eſſe, quod ob hoc obeſſe contingit.*
29 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
30 *Pluralitas rerum præſumitur, niſi identitas probetur.*
31 *Identitas rei articulanda, & probanda eſt.*
32 *Confines duo ad minus conuenire debent, vt eadem res eſſe dicatur.*
Diuerſa res ex confinium diuerſitate præſumitur. ibi.
33 *Dominium, & poſſeſſio per æſtimolibrum ad illius fauorem, qui in libro deſcriptus eſt, contra eos, qui ſcripturæ æſtimi non conſenſerunt, non probatur.*
35 *Poſſidens nomine alieno poſſidere non dicitur, ſed is poſſidet, cuius nomine poſſidetur.*
37 *Vſusfructus per vſufructuarij mortem extinguitur.*
38 *Legans ius, quod quis in re aliqua ipſius morte periturum habet, nihil legare dicitur.*
39 *Habitationem habens ſi alteri rem coniunctæ perſonæ legat, nec res, nec eius precium debetur.*
40 *Inſtrumentum publicum ſi ab originali differt, cui ſtari debeat.*
41 *Septem teſtes in teſtamenti nuncupatiui confectione requiruntur.*
42 *Teſtis vnus, vel plures quando inſtrumento contradicunt, an inſtrumentum de falſo ſuſpectum faciant?*
43 *Teſtamentum inter liberos cum duobus teſtibus etiam non rogatis valet, & maxime in terris eccleſiæ.*
44 *Aequalitas inter filios ſi a parentibus ſeruata fuit in teſtamento, teſtamentum cum duobus teſtibus valet, aliàs ſecus.*
45 *Teſtamentum inter liberos ratione imperfectæ voluntatis nō valet etiam ad pias cauſas.*
46 *Teſtator ore proprio hæredem nominare debet, vt teſtamentū valeat.*
47 *Notarius nomen hæredis deſcribens, abſque eo quòd illum teſtator nominaret, falſi pœna punitur.*
38 *Cancellatio in prothocollo facta etiam per notarium in publico inſtrumento apponi debet, & in eo de illa mentio fieri debet.*
49 *Diſpoſitio voluntatis alicuius alteri committi non poteſt.*
50 *Teſtamentum de falſo arguitur, ſi tres teſtes teſtamentarij deponerent, quòd teſtator, quando interrogatus fuit, ſi teſtamentum condere vellet, et talem facere hæredem, nihil reſpōdit.*
51 *Prothocollum, ſi in eo deſcripto non fuerunt verba, videlicet lectum, latum, et publicatū fuit teſtamentū, non valet.*
52 *Teſtamentum continens lectum, et publicatum, aliæq; ſolemnitates et ſubſtantialia deficiant, non valet.*
53 *Subſcriptio notarij ad teſtamenti validitatem de neceſſitate requiritur, alioquin teſtamentum per alios notarios in publicam formam releuari non poteſt.*
54 *Rogitus notarij de ſubſtantia teſtamenti requiritur, alioquin teſtamentum per alios notarios releuari non poteſt, nec fidem facit.*
55 *Inſtrumentum publicum ex originali ſumptum maiorem fidem non facit, quam prothocollum faciat.*

56 *Prothocollum ſi nullum eſt, etiam ab eo ſumptum tanquam ab infecta, & vitioſa radice procedens, nullum erit.*

57 *Prothocollum teſtamenti manu notarij, qui de eo rogatus fuit, & non alterius ſcriptum eſſe debet, aliàs non valet.*

58 *Maior ſi minorem ad diuiſionem prouocat, diuiſio valet.*

59 *Præſumitur in dubio, quòd maior minorem ad diuiſionem prouocauerit, quando de prouocatione non apparet, vt actus potius valeat, quàm pereat.*

60 *Diuiſio ratificata poſt legitimam ætatem retractari non poteſt.*

61 *Decretum in contractu diuiſionis bonorum immobilium per minorem cum iuramento facta non requiritur.*

Statuta certas ſolemnitates in contractibus ſecundum leges communes requirentia, contractus iuratos non comprehendunt. ibid.

62 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur.*

63 Remanens *in domo hæreditaria reliquorum bonorum per teſtatorem poſſeſſorum poſſeſſionem apprehendiſſe non dicitur.*

64 *Valor, & pretium rei tempore quo vendita fuit, non temporis præſentis precium attenditur.*

CONSILIVM CXXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa ad me tranſmiſſa, quamuis raro Iureconſulti animi motiua, iura, & rationes allegare conſueuerint, ubi conſi
1 lium pro cauſæ deciſione requiritur, cùm quid de iure ſentiat conſultus exprimere, tantum ſufficiat, ut tradunt doct. in c. ſicut. ext. de re iud. & dixi ſupra conſil. 70. Super puncto. in princ. Nihilominus, ut Do. Commiſſario Montisflorum meo obſeruandiſſimo morem geram, quid ſentiam, & quis in præſenti cauſa iuſtitiam foueat, iura & rationes in mediũ explicare conabor. Viſo igitur libello, ac diuiſionis inſtrumento, maturèq; conſiderato Dom. Sarræ teſtamento, teſtibuſque in caſu propoſito examinatis, & omnibus uiſis, diligenterque conſideratis. Prima fronte dicendum uideretur ſer Ludouicum de Lunardellis reũ conuentum ab omnibus per Franciſcummariam agentem petitis abſoluẽdum eſſe. Et moueor, quia quamuis ipſe ut Dom. Marciantonij eius patrui carnalis hæres ab inteſtato egerit, in cuius bonis filius
2 fratris ſuccedens unà cum patruo locum patris ingreditur, ut eſt tex. in §. reliquum. in auth. de hæred. quæ ab inteſt. ubi Angel. in 3. no. ad idem eſt tex. in auth. ceſſante. & in auth. poſt fratres. & ibi Bar. C. de legi. hæred. & tradit Alexand. conſil. 44. Videretur prima facie. columna quarta. in fi. uerſic. Item clarum eſt. uol. quinto. & hoc difficultatem habere nõ uideatur, ubi de patrui carnalis ſucceſſione, ut in caſu propoſito tractatur. ut declarat Dec. conſil. 1. Memini. col. 2. in prin. uer. Non tantum in duobus. & latiſſime conſi. 527. In ciuitate Rauẽnæ. in 4. par. cum alijs per Pariſ. relatis conſi. 20. Pro uera. col. 4. nu. 25. cum duob. ſeq. uol. 2. & conſ. 37. Si bona. col. 1. & 2. eo. uol. & Rol. conſi. 68. Perſpectis. col. 5. n. 23. uol. 1. & Aymo. conſi. 67. Vltra per me. col. 1. nu. 4. & conſi. 127. In contractu. col. 1. nu. 2. uol. 1. Nihilominus, quia in proceſſu bona per ipſum petita ad D. Sarramariam paternam, & non ad D. Marcumantonium ſpectaſſe, & pertinuiſſe conſtat, conſe-
3 quens eſt, ut ſuccedat regula. l. qui accuſare. C. de eden. cum ſi. ꝙ actore non probante reus abſoluatur, & ad demõſtrandum, ꝙ nedum petita domus; ſed alia bona de bonis Do. Sarræ fuerint, probatur primo per donationem ſer Ludouico de Agabitio D. Sarræ patri facta de uno modico terreni hortiui, contiguo domui habitationis dicti ſer Ludouici per Muſettum q. Guglielmi Hebræi ſub an. 1459. de quo publicum conſtat inſtrumentum manu q. ſer Franciſci q. ſer Angeli de Macerata in actis productum, in terra Montisflorum ſito iuxta bona eccleſiæ S. Pauli, & bona Vſannæ prædicti ſer Ludouici uxoris, quod hortiuum terrenum nedum ex cõiecturis, ſed ex confinibus deſignatis oſtendit peti-
4 tam domum fuiſſe in bonis Do. Sarræ. Cùm ad demonſtrandum fundum, ſiue domum, loci nomen cum duobus confinibus exprimi debeat. l. forma. in prin. ff. de cenſi. tradit Bar. & doc. in l. demonſtratio. col. pen. uer. Septimo quæro. ff. de cond. & demõ. ſed ad probandum petitam domum eandem eſſe, quam ſer Ludouicus de Agabitio tenebat, & poſſidebat, per prædictum hortum, & per iurium Eccleſiæ S. Pauli cõfinia demonſtratur, prout hodierno tempore talia reperiuntur, ergo &c. Probatur quoque per Cataſti librum in actis productum, in quo bona aratiua, uineata, & canetata iuxta Franciſcimariæ petitionem ad partitam D. Vſannæ prædictæ D. Sarræ matris deſcripta reperiuntur. Inſuper ex illo-
5 rum bonorum poſſeſſione, quam habuit D. Sarra, probatur, ut no. uoluit Bald. in l. indittia. col. ſi. 1. in fi. uer. Quarto principaliter quæritur. C. de rei uend. ubi quærit. an dominium per poſſeſſionem probetur, & diſtinguit, aut in iudicio ſummario, aut ordinario proceditur, ſi in ſummario, & ex præſenti poſſeſſione, dominium præſumitur, præſertim quando dominium per contradictionis modum, ut in caſu occurrenti, deducitur, & ad propoſitum facit, quod
6 ea quæ bona fide poſſidemus, in bonis noſtris eſſe dicuntur. l. bonorum. la 1. ff. de uerb. ſig. aut in iudicio ordinario proceditur, & tunc ex poſſeſſione dominium non præſumitur. ut l. præſes. C. de plagia. Nec refragatur, ſi diceretur ꝙ d. domus medietas ad D. Marcumantonium in eius portionem in diuiſione inter ipſum, ſer Ludouicum, & Ambroſium eius fratres, tanquam de paternis, & hæreditarijs bonis facta obuenit, ut publico conſtat inſtrumento in actis producto. Quia reſponderi poſſe uidetur eiuſmodi diuiſionem, aſſignationemq; D. Sarræ factam, quò ad ipſa uixerit, eidem Do. Sarræ præiudicium inferre non potuiſſe, cùm res inter alios acta
7 alijs præiudicare nõ poſſit. l. ſæpe. & ibi late per Ale. ff. de re iud. toto tit. in rubro, & nigro. C. res inter alios acta. nec res aliena per aliquem ſine domini cõſenſu obligari ualeat. l. 1. §. 1. & ibi gl. & Bar. ff. de pig. l. ſi fundus. §. 1. eo. tit. l. quæ prædium. C. ſi aliena res pig. data ſit. & eſt gl. in l. rem alienam. in uerbo, ſine mea uoluntate. ff. de pig. actio. & facit tex. in l. alienã rẽ. in priu. ff. eo. Et tãto magis cũ ipſa tali diuiſioni, aſſignationiq; præſens minime aſfuerit, aliquod ſibi illatũ fuiſſe præiudiciũ dici nõ põt. ut uoluit Bar. in l. quæ dotis. col. 4. in fi. nu. 19. ff. ſol. mat. Vbi inquit,
8 ꝙ abſens in eius præiudiciũ conſentire non dicitur, niſi in caſu in quo conſentire cogeretur, ẽt ſi pſens fuiſſet, ſed D. Sarra ſi præſens fuiſſet, cogi nõ potuiſſet, ut infra dicemus, ergo &c. Nec taciturnitas cum habitatione cum ſer Ludouico eius filio ſcientiam D. Sarræ præſumere facit, quamuis coniuncta ſit, & coniunctus coniuncti geſta ſcire præſumatur. l. octaui. ff. unde cogna. l. de tutela. C. de in integ. reſti. & plene no. per Bar. & doc. in l. 1. columna tertia. ff. ſi cer. pet. Quia hoc procedit, & uerum eſt quò ad

iura

Iura ſanguinis,ideſt quò ad cognationis ſcientiam.
& quò ad naturæ coniuncti proceſſum,ut declarat
Bald.in l.quoniam.C.de iure delibe.quem ſequitur
Alexand.conſil.ſeptuageſimoprimo.Videretur.co
lumna ſecunda.in fi.uerſic. Nec ad hoc obſtat. uo-
lumine primo.Soc.ſen. conſil.centeſimo quinqua-
geſimotertio. Pulchra. & ſubtilis. columna penul.
in fi.num.35. uerſic. Quòd licet tanquam frater. &
num.ſeq.uol.2.& Fel in c.Petrus.ſub num.3. ext. de
homicid.Corn.conſil.268.In hac.columna 3.uerſi.
Ex quibus uidetur.uol.3. & conſil.147. Quia cauſa,
col.3.uerſic.Licet enim ſit.uol.2.ubi inquit ſecus eſ
ſe in his quæ in facto conſiſtunt, quia conſangui-
neus ſcire non præſumitur,immo in eo præſumitur
ignorantia. ad idem Soc. ſen. conſil.97. In præſenti
conſultatione.col.1.nu.3.uol.4.& Dec.conſi.29.Et
pro tenui.col.2.uerſic. Non obſt.quod in iſto caſu.
Quinimmo ſi ipſa ſcientiam habuiſſet,uel tali diui-
ſioni,aſſignationiq; præſens fuiſſet, & tacuiſſet, in
ſui præiudicium conſenſiſſe non uideretur. Quia
10 quando quis contradicendo de re ſua actum fieri
impedire non poteſt, puta legare, uendere,diuide-
re,& ſimilia facere,tunc qui præſens eſt, & tacet,ad
ſui præiudicium conſentire non uidetur,ita dixit Ia
ſon in d.l.quæ dotis.columna 15.in fi.uerſic.Nunc
uenio ad caſus negatiuos. Fortius dico,quòd ſi præ
ſens fuiſſet,taciteq; conſentire uideretur, talis taci-
tus conſenſus non impediuiſſet, nec impedire po-
tuiſſet Do. Sarram eorum matrem quominus eius
uoluntatem,abſque alia pacti, & conuentionis de-
rogatione inter dictos fratres factæ de aſſignatione
aliàs ſibi ad eius uitam facta, mutare potuiſſet, ut
eſt in l.fi.C.de pact. Vbi pactum de uiuentis hæredi
11 tate non ualet,attamen ſi patris conſenſus,de cuius
hæreditate agebatur, interuenerit, ut ibi declarat
Bal.in prin.& Fulgo. conſi.73. Paterfamilias.col.2.
ualebit,ſed talis conſenſus ab eo, de cuius hæredita
te tractatur,reuocari poteſt,ut ibi eſt tex.&ideo ius
contrahentibus quæſitum non uidetur, ut ibi in-
quit Pau.de Caſt.alioqnin reuocari non poſſet.l.fi.
12 ff.de pact.Et huiuſmodi reuocatio non ſolum quò
ad ipſam Sarram reuocantem, de cuius agebatur
hæreditate,ex quo nulla alia bona,niſi prędicta poſ
ſidebat, uerumetiam ad alios paciſcentes operatur
quia eiuſmodi pactum quò ad omnes reſoluitur,
ut tradit Anch.conſi.463. Viſo diligenter tenore.&
in no.caſu ſcribit Bal. in c.ad noſtram. il 2. col.pen.
13 uerſ.Pone filiam. ext.de iureiu.ubi concludit,quòd
filia,quæ patris hæreditati cum iuramento uolente
patre in manibus fratrum, & patris renunciauit, ſi
poſtea pater in teſtamento diſpoſuit,quod non ob
ſtante iuramento cum fratribus ſuccedat,patri ſuc-
cedere poterit,quia ex teſtamento uenit,& quia il-
lud pactum inuito patre non tenet, ex quo requiri-
tur, quod pater in dicto conſenſu uſque ad mortē
perſeueret,ut eſt caſus ſing.in d.l.fi.C.de pact. tradit
Rota in deciſ.850.Vtrum filia.uerſi.Conſtat autem
in antiquis.& in recollectis Biligne.deciſ.3.de pact.
Bal.conſi.37.Quoniam.uol.2.ubi late. & ita conſu-
luit Paul.de Caſt.conſil.448. Non eſt dubium. col.
fi.nu.3.uerſic.Præterea ille.uol.1.in nouiſ. Guid.Pa
pæ in deciſ.599.Item etiam. Corn.conſil.94. Multū
nu.5.&6.uol.4.Afflict.in deciſ.350.Fuit dubitatum.
col.pen.nu.8.& 9.Bertrand.conſ.371.Viſis.nu.3.uo-
lu.1. & Pariſ. conſi.95. Eſt ferè.col.pen. nu.28.cum
plurib.ſeq.uol.1. cum alijs concord. de quibus per
Port.Imol.in 4.lib.concl.in 32.concl.in 2.limit.uer.
Tenendo hanc ultimam.fol.851.& Cag.in d.l.fi.nu
me.92. cum ſeq. Sic in propoſito dicendum uide-
tur,quod non obſtante illa diuiſione,& aſſignatio-
ne inter dictos fratres facta,de huiuſmodi tacito D.
Sarræ conſenſu, ipſa eius uoluntatem mutare po-
tuit,teſtamentumq; condere, prout condidit, & in
eo totam domum ſer Ludouico eius filio relinque
14 re.Nec D.Sarra potuit ex tali conuentione.&per di
ctos fratres aſſignatione facta ſibi legem impone-
re,a qua ſibi recedere non liceret.l.ſi quis in princi-
pio teſtamenti.de leg.3.& l.Diuus.§.ſicet.cum ſim.
15 ff.de iure cod. alioquin uideretur, quòd hæreditas
pacto dari poſſet,quod non eſt dicendum.l.hæredi
tas.C.de pact.conuen,& l.ex eo. C.de inuti. ſtipula.
16 Quia tale pactum liberam teſtandi facultatem im-
pedit,ideo contra bonos mores dicitur.d.l.ex eo.&
l.ſtipulatio hoc modo concepta.de uerb.obl.& hu
iuſmodi pactum uotum captandæ mortis inducit,
ideo non ualet de uiuentis hæreditate pactum. d.l.
fin.C.de pact.& facit tex.in c.captandæ.& in c.dete-
ſtanda. de conceſ.præb. in 6. Nec refragatur quòd
Dom.Sarra conſenſiſſe uideatur, quo caſu tollitur
uotum captandæ mortis,ut dicit tex.in d.l.fin.Quia
in tali caſu non perſeuerauit,& reuocare potuit,ut
dictum eſt,prout in eius teſtamento reuocauit. d.l.
17 fi.Præterea diuiſio prædicta fuit per Dom.Marcum
antonium cum conſenſu tantum ſui curatoris, &
proximorum ſuorum facta,quæ tam pro ſui parte,
quàm aliorum non ualuit,cùm ſine iudicis decre-
to facta fuerit,ut tradit Bar. in l.inter pupillos.ff. de
auct.tut. Barb.inter conſi.Curiſen.conſi.66. Sapien-
ter.col.16.uer.Capio nunc.Corn.conſi.108. In præ-
ſenti conſultatione.col.1.uol.3.Soc.ſen.conſil.254.
Viſa & conſiderata.col.1.nu.2.uolu.2.cum alijs per
18 Dec.congeſtis conſi.349.Conſuluit. col.1. Et tanto
magis,quia in dicto contractu iuramentum non in
teruenit, quod minorum cōtractus aliàs inualidos
confirmare conſueuit.auth.ſacramenta puberum.
C.ſi aduer.uend.ergo &c.His tamen minime refra-
gantibus in caſu propoſito contrarium de iure ue-
rius eſſe cenſeo,& teneo præfatum Franciſcumma
riam obtinere debere ſaltem quò ad petitam do-
mum,quod manifeſta ratione demonſtratur. Cla-
rum eſt enim ꝙ diuiſio inter Ambroſium D. Mar-
cumantonium, & ſer Ludouicum fratres, & filios
ſer Ioannis Chari de omnibus bonis paternis facta
fuit, exceptis quibuſdam terrarum petijs pro alimē
tis D.Sarræ eorum matris relictarum, quæ pro indi
uiſo remanſerunt, & cuilibet eius portio aſſignata
fuit,& inter alia D.Marcoātonio petitæ domus me
dietas obuenit,& ſer Ludouico altera medietas; ut
19 publico conſtat inſtrumento,de quo in actis. Et cū
eiuſmodi diuiſio ſit alienationis, & permutationis
ſpecies.ut lege prima. C. communia utriuſque iud.
& l.cùm pater. §. hæreditatem. de legatis ſecundo.
Corne.conſil. centeſimo uigeſimooctauo. Quo-
niam agitur.ad fin.uolumine quarto. & dicto con-
ſil. centeſimo octauo. in principio. uolumine ter-
tio, maxime quia a partibus, & non a iudice facta
fuit. ut uoluit Bartol.in l.cùm pater. §.euictis. in fi.
20 de legatis ſecundo. & ſit bonæfidei contractus. l.
maioribus.& ibi no. C. communia utriuſque iudi-
cum. tangit gloſſ. in d.l.prima. C. eodem, & tenet
Corne.conſil.trecenteſimo uigeſimoſexto. Vide-
tur in hac.columna ſecunda. in principio. uolumi-
ne primo. & conſil. ducenteſimo quadrageſimo.
Præſuppoſitis. columna prima. uolumine quarto.
21 & talis contractus ab initio nil aliud quàm obliga-
tionem, & perſonalem actionem produxerit, ut
res tradantur pro diuiſis, prout ex emptionis, &
uenditionis contractu. l. prima. ff. de actio. emp-
tio.l.final.ff. de contrahend. emption. & l.diuiſio-
nis placitum. ff. de pact. cum ſimilib. Et talis diui-
22 ſio quædam dicatur tranſactio, illiuſque uim ha-
beat; ut probatur in l. qui Romæ. §. duo fratres.

ibi, quaſi de hoc quoque tranſlatum fuiſſet, & ibi
no.doc.ff.de uerb.obl.noluit Bar.in l.tres fratres.&
ibi Iaſ.in 4.no.ff.de pac.cum ſimilib. ut tradit Socy.
iun.conſi.116.Viſo puncto.col.7.in fi.nu.36.uerſic.
23 Tertio retenta.uol.1.q nullo pacto reuocari pōt,ni-
ſi deceptionis prætextu.ut conſuluit Bal. conſil.72.
Factum ſuper quo.uol.2. & tangit Corn. d.conſilio
326.num.14. uol. 1. & no.in l.ſi ſoror.C.de collatio.
& in d.l.tres fratres.& d.§.duo fratres.cum ſim.Tan
24 to minus, quia cùm dicti fratres eorum portiones
pro diuiſo poſſederint,ut ex actis probatur,cenſen-
25 tur re ipſa diuiſionem ratificaſſe,quia ratificatio ne
dum uerbis,ſed & re ipſa, & ſic facto fieri,& oſten-
di poteſt.l.Paulus reſpondet.ff.rem rat.habe.& l.re-
prehendenda.C.de inſt.& ſubſt. cum alijs per Pariſ.
relatis.conſi.49 Contractus iſte.col.2.in fi. uol.1. &
poſſeſſio pro diuiſo poſtea continuata, ex diuiſio-
nis titulo præcedenti habita, & haberi cenſetur, &
ſic ex illo diuiſionis titulo poſſediſſe cenſetur, &
26 poſſeſſio ſine animo nō quæritur, neque retinetur.
l.3.in prin. & §.in amittenda.& l.ſi quis ui.§.differē-
tia.ff.de acqui.poſ.præſumuntur ergo animum ha-
buiſſe,q ille diuiſionis contractus,& diuiſio illa ra-
27 ta ſit, & tanto fortius quia ex tali diuiſione triginta
annorum præſcriptio iam cauſata dicitur, cùm ta-
lis diuiſio iuſtum præſcriptionis titulum tribuat,ut
ſcribit Alex.conſi.24.Ponderatis his.col.pen. uol.5.
ut a contractus diuiſionis tempore,uſque ad litis in
choatæ principium dignoſci poteſt,quamuis in ca
ſu propoſito etiam decem annorum præſcriptio in
ter præſentes ſufficiat,quia quilibet ipſorum fratrū
diu bonorum prædictorum poſſeſſionem cum ti-
tulo poſſeſſionis,& diuiſionis habuit. Cum igitur
talis diuiſio ſtantibus ſupradictis reuocari nequeat,
concludendum eſt Franciſcummariam ex ui talis
diuiſionis uel pro Do. Marciantonij medietate hæ-
redem dimidiæ petitæ domus medietatem obtine-
re debere, cùm ipſe in hæreditate Do. Marciantonij
patrui carnalis,ut diximus ſupra, patris locū ingre-
diatur. In contrarium adducta non refragantur, &
primo illius modici terreni hortiui donatio ſer Lu
douico Agabitio Do.Sarræ genitori facta, quia illa
horti particula neceſſario non probat,quòd petita
domus,de qua in donationis inſtrumento fit men-
tio,eadem ſit. Non enim probat hoc eſſe, quod ab
28 hoc abeſſe contingit.uulg.l.non hoc. C. unde cog.
& l.neque natales.cum uulg.C.de proba. Præterea
in illo donationis inſtrumento non dicitur, ubi di-
cta ſer Ludouici domus ſita ſit.Et eſto quòd ex con
finibus dictæ terrulæ hortiuæ deſcriptis præſumi
poſſet,quæ iuxta eccleſię Sancti Pauli iura eſſe dice
batur, non ſequitur, ergo eſt iſta domus, quæ per
Franciſcummariam petita fuit, potuit enim fortaſ-
ſe iuxta iura eccleſię Sancti Pauli altera domus adeſ-
ſe,ut per experientiam uidemus, quæ eſt rerum ma
29 giſtra.c.quàm ſit.ex.de elect.Pluralitas enim rerum
30 præſumitur,niſi identitas probetur.Alex.conſ.134.
In cauſa & lite.col.1.in fi.nu.3.uol.2.conſi.119.Viſo
proceſſu.col.pen.uerſi. Hoc enim importat. uol. 1.
quem ſequitur Iaſ.in l.fi.in fi.C.de ſecun.tab.&in d.
l.non hoc.col.2.in fi.uerſic. Nono ad iſtam regulā.
Afflict.in deciſ.23.Capellani.col.1.in fi. uerſic. Nec
obſt.quòd in rebus. Dec.in c.in præſentia. col.5. in
princ.uerſic.Et iſta concluſio.nu.13.ſub 9.no. extr.
de prob.& Aymo.conſi.112. In cauſa magiſt.Iorda
ni.col.1.ſub nu.3.uerſic.Nec ſequitur retro.uolu.1.
Cùm igitur eiuſdem domus identitas probata non
fuerit,dicendum eſt donationem non obſtare.Idē-
31 titas enim articulanda,& probanda erat.ut no.Bar.
in l. 1. C. ſi unus ex pluribus appella. & in l.ſenatus.
in fi.ff.de accuſatio.& habetur per Imo.in l.demon
ſtratio.col.2.ff.de cond. & demon. quæ tamen mi-
nime probata fuit, minuſq; per d. ſer.Ludouicum
32 articulata. Et ad hoc ut dici poſſit eandem eſſe do-
mum,duo ad minus confines conuenire debent. l.
forma.ff.de cenſi.Bar.& doct. in d.l.demonſtratio.
declarat Corne.conſil.134.In cauſa magiſtri.col.fi.
nu.8.uol.3.& conſi.165.Profecto.col.1.in fi. uerſic.
Tertio dictus ſer Franciſcus.eo.uol.Sed in d.dona-
tionis inſtrumento nulla fit de confinibus dictæ
domus mentio,ſed ſolummodo de finibus terrulæ
hortiuæ donatæ, inter quos ſunt iura eccleſiæ San-
cti Pauli,& alia quædam bona,quæ huic domui pe
titæ præſenti tempore non conueniunt, identitas
ergo non probatur.Immo ſi bene animaduertitur,
iura eccleſiæ Sancti Pauli pro confinibus in domo
petita non deſcribuntur, ſed dicitur tantum, quòd
in capella Sancti Pauli,& fundo plateæ maioris ſita
eſt,cui a duobus lateribus eſt ſer Guido Idanus, uia
uicinalis,a tertio Ioannesandreas Idanus,& a quar-
to uia communis,qui confines in dicto donationis
inſtrumento non deſcribuntur,ergo identitas pro-
bata non fuit,& ſic ad D.Sarram ſpectaſſe, & perti-
nuiſſe dici non poteſt.Nec domus in libro Cataſtri
deſcripta,& ad Do.Vſannæ partitam poſita, eadem
eſſe probatur, quæ per Franciſcummariam petita
fuit,quia cùm illa diſſimiles,& diuerſos habeat con
fines a finibus huius petitæ domus, eadem domus
dici non poteſt,ex diuerſitate enim confinium, res
diuerſa præſumitur.ut not.in l.2. C.de erro.calcul.
Affl.in d.deciſ.23.col.1.ſub nu.1.cum alijs conc.per
Hiero.de Monte.in tract.de finib.regen. c.22. Finiū
33 uarietas.nu.1.& nu.2. Et tanto minus quia per æſti-
mi librum poſſeſſio non probatur, neq; dominiū
ad fauorem eius qui in eodem libro deſcriptus eſt
contra eos,qui ſcripturæ æſtimi non conſenſerunt.
ſeu non interfuerunt, ut late tradit Alex. conſil.10.
Viſo proceſſu.columna fi.uerſicul. Non probatur
etiam. uolum.quarto. & conſil.57. In cauſa & lite.
columna penul.in fin.verſic. Nunc dicam. uolu.7.
idem obtentum fuiſſe affirmat Fely. in c. cùm cau-
ſam.col.1.ad fi.uerſic.Ex quibus pridie.extr.de pro
34 ba. Quia res inter alios acta, alijs præiudicare non
poteſt,ut in rub.& nigro.C.res inter alios acta.Et in
propoſito conſuluit Corne.d.conſil.165. uolu.3. Et
eò maxime quia partita eſt ad D. Vſannam, & non
ad D.Sarram deſcripta, quæ deinceps ad æſtimū ſer
Ioannis Chari aui paterni dicti Franciſcimariæ, &
patris dicti D.Marciantonij tranſlata, & poſita fuit,
ut in margine eiuſdem partitæ legitur, quæ domus
ad dictum ſer Io.Charum potius ſpectaſſe, & perti-
nuiſſe,quàm ad D.Sarram dici poteſt,& conſequen
ter dominium ad eam ſpectaſſe minime probatū
eſt.Cùm igitur liquido conſtet D.Sarram non fuiſ-
ſe dictę domus dominam, nec proprietariam, ne-
que in eius bonis illam manſiſſe, ſequitur quòd ēt
de ea diſponere non potuit. Non obſt.doctr.Bal.in
contrarium allegata in l.iudicia. C. de rei uendica.
Quia fateor illam eſſe uerā, quam etiam approbat
Rom.conſil.127.Poſito,q dominium. Alex.conſi.
8.Attentis his.in prin.uol.7.& Aymo.conſ.inc. Ab
batia Monaſt.S.Apollinaris.col.2.uer. Secundo cō
ſidero.nondū impreſſo,ſed penes me exiſtēte. Nos
uero ſumus ext.caſum Bal.nam ibi poſſeſſionē ue-
rā,& proprio nomine præſupponit,hic aūt D.Sarra
d.domū proprio nomine nō poſſidebat,ſed alieno
nomine,& ſic nomine D.Marciant.uirtute diuiſio
nis,& aſſignationis ſibi factæ quoad ipſa uiueret.Et
35 clarū ē q is q alieno noīe poſſidet, nō poſſidet, nec
poſſidere dr,ſed is poſſidet,cuius noīe poſſidetur.l.
qđ meo.in prin.ff.de acq.poſ.& c.cū uenissēt.ex.de
reſt.ſpo.& quāuis D.Marcusant. cuius noīe D.Sar-
ra poſ-

ra poſſidebat, non poſſideret, ut quia ex conuentio
ne in diuiſione facta poſſidere nolebat, non tamen
D.Sarra poſſidebat, quæ nomine Dom. Marcianto
nij poſſidebat, quia ipſa poſſidendi animum, & ſic
36 quærendi ſibi poſſeſſionem non habebat, ex quo
ſine animo poſſeſſio non acquiritur. d.l.3.§.1. & §.
in amittenda. cum ſimi. ff. de acq. poſ. Præſuppoſito
igitur quòd D.Sarra alieno nomine, & ſic nomine
D.Marciantonij poſſederit, nomine proprio poſſe-
diſſe non dicitur, & conſequenter per illam poſſeſ-
ſionem dominium probatum fuiſſe non dicitur.
Ex quibus etiam reſponſio patet ad id quod ſupra
dicebatur per diuiſionem, & aſſignationem D.Sar
ræ præiudicium afferri non potuiſſe, ſi enim eiuſdē
domus dominium ad ipſam nō ſpectabat, nullam
ſibi per illam diuiſionē præiudicium inferebatur,
diuiſio igitur, & aſſignatio fieri potuit, & ex conſe-
quenti D.Sarra domum tanquam propriam relin-
quere non potuit. cùm ad Do. Marcumantonium,
& ſucceſſiue ad Franciſcummariam eius nepotem
repręſentantem perſonam ſui patris pro medietate
portionis, quæ ad ipſum Marcumantonium in di-
uiſione ſibi obuenerit, pertineret, ex quo ius, quod
37 ipſa in dicta domo habebat, per eius obitum fuit
extinctum. §. finitur. & ibi Arc. in ult. no. Inſt. de uſu
38 fruct. Et ideo legando, tantummodo ius, quod in
dicta domo ipſa habebat, etiam ſi eius morte peri-
turum erat, uoluiſſe legare uidetur, & ſic nihil de-
betur, ut probatur in l. uxor patrui. & ibi doct. C. de
leg. & l. quod in rerum. §. 1. & ibi Bar. & alij. ff. de leg.
1. & Bal. in l. habitatio. cum ſim. C. de uſufr. Vbi in-
quit Bal. ſecundum Guil. de Cun. quòd ſi habitatio
39 nem habens alteri coniunctæ perſonæ rem legat,
quod nec res, neq; illius ęſtimatio debetur. Et eſto
quòd eam uti rem propriam legare potuiſſet, pro-
ut legauit, ſeu in tota illa domo in eius teſtamento
ſer Ludouicum hæredem inſtituit, dicimus eidem
teſtamēto tanquàm nullo, de falſoq; ſuſpecto, mul-
tiſq; carenti ſubſtantialibus de iure requiſitis, nullā
fidem adhibendam eſſe. Conſtat enim ipſum teſta-
mētum in publicam formam redactum a protho-
collo, originaliq; ſcriptura in pluribus differre. Pri-
mo, in prothocollo uerba illa (proprio ore dictæ
teſtatricis) cancellata, & interlineata reperiuntur, in
publico autem ſine aliqua ſuper eiſdem uerbis in-
terlineatura. Secundo, in prothocollo notarij no-
men non eſt deſcriptum, in ſumpto uerò ſer Gra-
tioſi q. magiſt. Io. de Ciottis nomen deſcriptum eſt.
Tertio, in prothocollo ſcriptum non reperitur, le-
ctum, & publicatum fuit dictum teſtamentum, in
40 ſumpto autem ſic. Cùm ergo inter ſe differant, ori-
ginali, & non publico ab eo ſumpto, ſtandum eſt.
tex. eſt, & ibi gl. Iac. de Belui. & Ang. in §. fin. in auth.
de tabel. Bar. Bal. Imo. & Pau. de Caſt. in l. Sempro-
nius. de leg. 2. Bal. in l. noſtram. in 2. col. in fi. uerſi. Et
41 nota quòd ſcriptura. C. de teſt. Præterea ad nuncu-
patiui teſtamenti confectionem ſeptem requirun-
tur teſtes. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationē.
C. de teſta. ſed cùm in caſu noſtro tres ſint teſtes, &
notarius, qui teſtamento contradicunt, & de teſti-
bus neceſſarijs, & teſtamentarijs ſunt, communis
doctorum doctrina ſuccedit, de qua per Lanfrā. in
repe. c. quoniam contra. in gloſſ. Inſtrumentorum
productiones col. 9. in fi. uerſic. Quæro nunquid in-
42 ſtrumentum. extr. de prob. & per Aymo. conſil. 58.
Ant. Cur. col. pen. in prin. nu. 15. uerſi. Non obſt. di-
ctum Imo. & num. ſeq. uolu. 1 quod aut unus teſtis
inſtrumento contradicit, aut plures, ſi unus, aut de
inſtrumentarijs, aut de extra inſtrumentarijs, ſi de
inſtrumentarijs, aut eſt teſtis numerarius, & de re-
quiſitis in inſtrumento, aut eſt ſupernumerarius,

primo caſu inſtrumētum facit de falſo ſuſpectum,
ita quòd fides ei non adhibetur. l. 1. §. ſi quis negat.
& ibi Bar. Bal. Ang. & Imo. ff. quemadmo. teſt. ape.
& hæc eſt magis communis opinio tam legiſtarū,
quàm canoniſtarum, ut atteſtatur Soc. ſen. conſ. 46.
Cùm in præſenti. in fi. & conſil. 143. Diu profecto.
col. 2. verſic. Quibus præſuppoſitis. uol. 1. ſed in oc-
currenti caſu tres ſunt teſtes, uidelicet Franciſcus
Ciottus. Antonius de Ciottis, & D. Gaſpar Brancu-
tus V.I. Doc. qui de inſtrumentarijs, & numerarijs
ſunt, quamuis D. Gaſpar ad ſer Gratioſum notariū
ſe referat, qui ſimiliter examinatus his contradicit,
quæ in originali, & in publico teſtamento ſcripta
ſunt, teſtamentum ergo pro ſuſpecto habetur, & ei
43 nulla eſt adhibenda fides. Et quamuis teſtamētum
inter liberos cum duobus teſtibus etiam non roga
tis ualeat, ut communiter tenent omnes in d. l. hac
conſultiſſima. §. ex imperfecto. & in auth. quod ſi-
ne. C. de teſt. Rol. conſil. 82. Prima facie. nu. 19. uol.
1. tanto magis cùm in terris ęcleſiæ ſumus. c. cum
eſſes. ext. de teſt. & tradit Alex. conſil. 146. Viſo the-
mate. col. 1. uerſ. Sed præmiſſis non obſtantibus. uo
lum. 2. Hoc tamen procedit, ubi in dicto teſtamen-
44 to inter eos æqualitas ſeruata eſſet, ſecus ſi inæqua-
liter inſtituti fuiſſent, prout in caſu noſtro contin-
git, quia tunc diſpoſitio dicti §. ex imperfecto. non
procedit, ut no. uoluit Rom. conſi. 385. In caſu præ
miſſo. col. 1. in fi. uerſi. Secundo principaliter. & cō-
ſil. 179. Ampliſſime doctor. quem refert. & ſequitur
Dec. conſil. 105. Et pro tenui. col. 3. in fi. uer. Secun-
do etiam reſponderi poteſt. idem firmat Rub. Alc.
conſil. 94. Viſo & diligenter. col. 2. ad fi. nu. 3. Nec re
fragatur, quòd in dicto teſtamento ęqualitas ſeruata ui
deatur, ex quo teſtatrix uoluit, quòd Franciſcusmaria
ueterem domum olim ſer Ioannis Chari aui pater-
ni perciperet, & ſer Ludouicus aliam domū in præ-
ſenti iudicio petitam haberet, quia præſupponen-
do, quòd domus relicta ſer Ludouico ipſius teſtatricis
eſſet, prout in eodem aſſeritur teſtamento, alteraq;
eſſet ſer Ioannis Chari, Do. Sarra ad eius libitum de
domo auita diſponere non poterat, ex quo per obi
tum d. ſer Ioannis Chari iam effecta fuerat eius filio
rū, in diuiſioneq; inter dictos fratres facta Ambro-
ſio patri d. Franciſcimariæ in eius portionem obue
nerat, ut in eodem diuiſionis inſtrumento manife-
ſte legitur, ut æqualitas igitur inter filium, & eius ne
potem ex altero filio in bonis ipſius teſtatricis ſer-
uaretur, debebat ipſa teſtatrix æqualiter ipſos in d.
domo ſibi, ut aſſeritur ſpectante inſtituere, & hoc
non facto, diſpoſitio dicti §. ex imperfecto. nō pro-
45 cedit. Fortius dico, quòd etiam ſi inter eos æqualitas ſer
uata fuiſſet, tale teſtamētum etiam inter liberos ra-
tione imperfectæ uoluntatis non ualeret ſecūdum
Bal. & com. doc. in d. §. ex imperfecto. ubi tenēt, quòd
quando teſtamentum eſt ratione imperfectæ uolū-
tatis imperfectū, nullo pacto, nec inter liberos, nec
etiam ad pias cauſas, ualet. l. ſi is qui teſtamentum.
& ibi Bar. in 2. oppo. ff. de teſt. ſequitur Ang. de Gā-
bel. in tract. de teſt. in gl. 106. incip. Factum, lectum,
perfectum. in fi. & Alex. conſi. 76. Ponderatis his. co
lum. pen. in prin. nu. 2. uerſ. Et conſtat. uol. 3. Atqui
hoc teſtamentum nedū eſt ratione imperfectæ uo-
luntatis imperfectum, ut ex ſuperius dictis, & ex in-
fra dicendis patet, uerumetiam eſt ratione omiſſæ
uoluntatis imperfectū, ergo &c. Et ſic remanet cō-
cluſio, quòd d. teſtm̄ tanquā uacillās pro ſuſpecto hr̄,
& inualidū remanet, Et ſi teſtiū dicta, & ſer Gratioſi
notarij depoſitio rectè perſpiciatur, liquido cōſtat,
quòd ſcriptura illa non eſt Do. Sarræ teſtm̄, ſed eſt quę
dam ſer Ludouici eius filij ſcriptura, qui totam illā
ſcripſit: Ipſa enim, nec hæredē nominauit, nec no-

 tarium

tarium rogauit, ut teſtamentum ſcriberet, quinimmo ipſum alloqui noluit, nec ei ad vllum uerbum
reſpondere, vt ipſemet in eius depoſitione atteſtatur, & teſtes etiam examinati fatentur, & ſic dictum
teſtamentum minime ualet, vt elegãter probat Ay-
46 mo. conſi. 117. Circa teſtamentum uol. 1. Et ad hoc
vt D. Sarræ teſtamentum valeret, requirebatur, ꝙ
ore proprio hæredem nominaret, ut teſtes ſcirent,
quem hæredem ipſa inſtituere vellet. tex. eſt in l. iubemus. §. 1. C. de teſtam. & ſi hæredem non nomi-
47 naret, & notarius in teſtamento nomen hæredis deſcriberet, Inquit Imperator in d. l. iubemus. in fi. ꝙ
notarius falſitatis pœnam non euitabit, & ita in proprijs terminis conſuluit Corne. conſi. 149. Licet in
hac conſultatione. col. 2. in fi. verſi. Videtur etiam,
uol. 3. Et quamuis in teſtamento publico illa uerba (ore proprio) ſint appoſita, de uoluntate tamen
ipſius ſer Ludouici in prothocollo cancellata fuerunt, ut ex eius ſcriptura in actis reperta, & ex ſer
48 Gratioſi depoſitione patet: Quæ cancellatio, & interlineatura & in teſtamento publico apponi debebat ſecundum Bar. in l. 2. §. 1. uerſi. Ex hoc etiam di.
co. ff. quemadmo. teſta. ape. ubi dixit quòd quando
notarius ex originali ſcriptura cancellationes, & interlineaturas habente aliquod in publicam formã
ſumit inſtrumentum, cum omnibus interlineaturis, cancellationibus, ſeu raſuris ſumere debet, de illiſq; in ſumpo publico mẽtionem facere, ne ſumptum maiorem fidem, quàm originale faciat, & tale ſumptum, in quo de dictis cancellationib. fit mẽtio, ſuſpectum remanebit, ſequitur Alex. conſi. 175.
Viſis narratis. col. 1. uerſi. Accedit ad confirmationem, uol. 7. Et eſto quòd cancellata non fuiſſent, directa tamen ſunt teſtibus, & non hæredi, dicitur. n.
quòd teſtes a proprio teſtatricis ore rogati fuerunt,
licet omnes contrarium in eorum depoſitionibus
atteſtentur, & non dicitur quòd teſtatrix ore proprio hæredem nominauerit, immo nominare non
potuiſſet hæredem, neque rogare teſtes, ex quo nullum uerbum Do. Sarra circa inſtitutionẽ expreſſit.
Quinimmo ut omnes teſtes deponunt, interrogata bis D. Sarra a dicto ſer Gratioſo ſi eius teſtamentum condere uellet, nunquam reſpondere uoluit,
tandem ſuggeſtionib. ſer Ludouici eius filij ab eo
interrogata ſi teſtamentum condere uellet, reſpondit, fa cio che tu uuoi. & ſer Ludouicus dixit, hor
queſto ci baſta, & ipſa nihil aliud dixit, quæ verba
apertiſſime demonſtrant, quod D. Sarra teſtamentum non condidit, ſed voluntati ſer Ludouici cõ-
49 miſit, quæ uoluntatis diſpoſitio alteri committi nõ
poterat, ut eſt tex. in l. captatorias. ff. de hæred. inſti.
& l. captatorias. C. de mili. teſta. Et ideo inquit Soc.
50 ſeni. conſi. 92. In cauſa domini Antonij. colum. 8. in
prin. uerſi. Ex quibus patet. uolu. 3. quem ſequitur
Gramma. in deciſ. 73. Venerabilis Antonius. col. 1.
num. 1. quòd ſi tres teſtamentarij teſtes deponerent,
quod teſtatrix nihil reſpondit, quando fuit interrogata ſi teſtamentum condere uellet, & talem facere hæredem, quòd teſtamentum de falſo arguitur,
ob quam ſuſpicionem teſtamentum non valet, ſubdens quòd pro certo quilibet iudex hanc partem
in iſto caſu ſequi debet. Et quòd dictum teſtamentum alia quoque ratione uitietur, & ſit nullum, demonſtratur, quia in prothocollo non dicitur ꝙ le-
51 ctum, latum, publicatumq; fuerit teſtamentũ, quæ
omnia de neceſſitate requiruntur, ut uoluit Ang.
de Gãbellio. in tract. de teſtam. in d. glo. 106. & Corne. conſi. 226. Licet in hac. circa fi. uolu. 3. & conſi.
70. Duo uenium. col. 1. in fi. uerſi. Et prothocollo,
uol. 4. & dixi ſupra con ſ. 180. In præſenti conſultatione, auim. 10. cum u.q uerſi. Prædictus tamen. For-

52 tius dixit idem Corne. d. conſi. 226. ad fi. quòd etiã
ſi in dicta ſcriptura diceretur, Lectum, & publicatum, & alia ſubſtantialia deficerent, teſtamentum
non nuncuparetur, quod dictum ſequitur Pariſi.
conſi. 27. Notula teſtamenti. col. 3. ad fi. nu. 16. uerſi. Nam ad obiectionẽ. uol. 2. cum multis concord.
53 ibi per eum congeſtis. Caret etiam dictum prothocollum notarij ſubſcriptione, quæ de neceſſitate requiritur, cum de ſubſtantia ſit, quòd notarij nomẽ
in eo apponatur, ut per quemcunque releuari poſſit. vt not. voluit Spec. in §. breuiter. uerſi. primo. &
colu. 3. in fi. uerſi. Poſt teſtes. in tit. de inſtru. editio.
alioquin imperfectum eſt, nec per alios notarios
in publicam formam releuari poſſet, ut firmat Bal.
in l. contractus. col. 2. uerſi. Sed quarto. C. de fide inſtru. cum multis concord. per Alex. congeſtis conſi. 153. Videtur prima conſideratione. co. 1. in fi. uer.
Item requiritur ſubſcriptio, uolum. 2. Nec in dicto
prothocollo liquet notarium de teſtamento roga-
54 tum fuiſſe, quod eſt de ſubſtantia, quia ſcriptura ſi
non continet, quòd notarius de ea rogatus fuerit,
per alios notarios releuari non poterit, neque fidẽ
facit, immo defectus ille eam uitioſam reddit, ut
uoluit Pariſi. d. conſi. 27. col. 2. num. 7. verſi. Tertio
quoniam. Cùm ergo prothocollum multis careat
ſubſtantialibus, concludo quod maiorem fidem
ſumptum non facit quàm originale, a quo ſumitur
55 & releuatur, ut decidit Alex. conſi. 175. Viſis narratis. uerſi. Et per iſta infertur. uolu. 7. quem ſequitur
Pariſi. d. conſi. 27. col. 3. num. 13. uerſi. Et columna
56 pe. Volens quòd ſi prothocollum eſt nullum, etiã
ſumptum ab eo nullum erit, tanquam extractum & ab
infecta & uitioſa radice procedens per not. per Ancha. conſi. 431. Præmiſſa. uerſi. Ex quo infero. ubi inquit quòd prothocollum cùm ſit fons & origo unde inſtrumentum ſumitur, ſi ei credendum nõ eſt,
multo minus inſtrumento releuato, quod ab eodem originem trahit; Præterea prothocollum ipſũ
57 non manu ſer Gratioſi, ſed manu ſer Ludouici ſcriptum fuit, ut ambo fatentur, & nihilominus ſer Gratioſi manu & non alterius ſcriptum eſſe requirebatur, vt tradit Alex. conſi. 104. Stantibus. col. 1. uerſi.
Tertio quia. vol. 7. ubi proprie in teſtamento loquitur. Multa alia hac in materia adduci poſſent, ſed
ne prolixus nimis uidear, prædictis contentus ero
concludens teſtamentum ipſum nullam fidem facere, nec valere, immo de falſo ſuſpectum eſſe, &
conſequenter nullum ex eo Franciſcomariæ ad cõſequendum eius portionem in medietate dictæ domus petitæ præiudicium fieri poteſt. Vltima non
58 refragatur obiectio de diuiſione per D. Marcum Ãtonium minorem ſine iudicis decreto facta. Quia
duplici modo reſpondetur, quod obiecta procedunt, vbi minor maiorem prouocaſſet, ſecus eſt
quando maior minorem prouocat, eo. n. caſu talis
diuiſio valet, nec eo caſu neceſſaria eſt Prætoris auctoritas, vt probatur in l. 1. ff. de reb. eo. & l. ſi pupillorum. eo. tit. & l. pe. C. de prædi. mino. tradit Roma. conſi. 106. Viſo themate. uerſi. Attamen in propoſito. & Alex. conſi. 7. In conſultatione. in fi. volu.
5. & firmat Barba. inter conſi. Cur. ſenio. d. cõſi. 66.
ſub num. 18. uerſi. Et ſi quiſpiam dixerit. per not. per
Ang. in l. interdum. ff. qui potio. in pigno. hab. &
not Bal. in l. 1. ff. de reb. eo. Et quamuis non appareat quis prouocauerit, in dubio tamen capienda
59 eſt præſumptio quòd maior minorem prouocauerit, vt actus magis valeat, quàm pereat iux. l. quoties
ff. de reb. dub. l. quotiens. de uerb. ob. c. abbate ſane.
extra. de verb. ſigni. & tradit Alcia. in tract. de præſump. in tertia regu. præſumptione. 34. in prin. Vel.
& ſecundo reſpondetur, quod quamuis diuiſio talis

ſis non ualuerit. cùm ſine decreto facta fuerit, ex
quo tamen poſt legitimam ætatem ſub ſilentio D.
Marcuſantonius tacuit, tacuerunt & eius hæredes,
qui eius perſonam repræſentant, ut in auth. de inre-
in. à morien. præſti. in prin. cum vulg. talis diuiſio.
60 cùm iam triginta anni & ultra effluxerint, ampli-
us retractari non potuit, nec poteſt, quia perinde
habetur, ac ſi ab initio cum decreto facta fuiſſet,
caſus eſt in. l. fi. & ibi Bal. & alij. C. ſi maior. ſac. alien.
rat. habue. & in proprijs terminis conſulendo tra-
dit Bal. conſi. 45. Qnandoque contractus. conſi. 184.
Ad intelligentiam. uerſi. Tenio præmitto. & conſi.
282. Proponitur quòd minor. uol. 2. Vbi allegat gl.
communiter approbatam. In. l. placet. C. communi
diuid. ſequitur Aymo. conſi. 19. Super tranſactione.
col. 1. in fi. num. 4. uerſi. Pro qua ratione. uol. 1. fa-
ciunt not. per Cagnol. in regu. quod ab initio. col.
1. nu. 2. ff. de reg. iur. Pari. conſ. 33. Exarato. col. 4. nu.
29. uerſi. Præterea obiectio. enm 4. ſeq. & conſi. 49.
Contractus iſte col. 2. ad fin. uerſi. Iſtis tamen non
obſt. num. 14. uolum. primo. & Bero. in lib. q. ſami-
61 lia. queſt. quadrageſimatertia. Quidam in contractu
diuiſionis. Addo qnòd cùm in dicta diuiſione iura
mentum interpoſitum fuerit, vt in fine inſtrumenti
colligitur, ibi iurauerunt &c. virtute dicti iuramenti
in dicta diuiſione & conſignatione domus aliud
decretum non requiritur, ita in terminis tradit
Imol. in repetitio. capitu. cùm contingat. colnmna
90. in princip. uerſicu. Item non obſtat quòd non vi
detur poſſe renunciari. ibi, ut patet in minore. ſub
nu. 90. extr. de iureiur. ubi inquit ꝙ quamuis in mi-
nore in alienatione rerum immobilium à lege cau
ſæ cognitio, & decretum requiratur. l. magis puto.
§. ne paſſim. ff. de reb. eo. ſi tamen alienatio abſque
dicta ſolemnitate cum inramento facta ſit, ualet
alienatio. allegat auth. ſacramenta puberum. C. ſi
aduer. uenditio. quod dictum referre & ſequitur
Alexan. conſi. 96. Viſo & oportune conſiderato.
colum. 2. in prin. nnm. ſecundo nerſi. Nam ſecun-
dum eum. uol. 6. Pro quibus ſaciunt not. per Soc.
ſenio. conſi. 131. Præſentis conſnltationis. colum. pe
num. ſecnndo uerſi. Confirmantur prædicta. uol. 4.
& Pariſi. conſi. 16. Circa præſentem. colum. 17. in
princi. num. 88. uerſicu. Et primo qnia omnia ge-
ſta. uolum. ſecundo. nolentes ſtatuta certas ſolem-
nitates in contractibus ſecundum leges commu-
nes requirentia, contractus iuratos non com-
prahendere, ideo diuiſio per minorem iuramen-
to firmata non uitiatur abſque decreto, & ſolemni-
tatibus à iure requiſitis, & ſic uidetur, quòd iura-
mentum defectum decreti ſupplere debeat, & ua-
lida fuerat diuiſio, dato quòd aliàs decretum in di-
uiſione prædicta requiratur, & ita conſuluit Dec.
apud Ariminum in conſi. incip. Viſis duobus con-
ſilijs, quod impreſſum non reperitur, ſed penes me
non impreſſum extat in ſubſcriptione unius cõſil.
D. Andreæ Fuſci de Vrbino. Et iſta quò ad petitionẽ
portionis domus petitę ſufficiant: Quo uero ad alia
in dicta petitione contenta breuiter concludo ſer
Lndouicum reum conuentum abſoluendum eſſe,
Nam Franciſcus maria nec articulauit, neque pro-
bauit ſer Lndouicum dicta bona tenere & poſſide-
62 re, pro ut in eius petitione deduxit. Et quilibet
quod eſt ſuæ intentionis fundamentum, probare
tenetur. l. ei qui dicit. ff. de prob. l. actor. C. eo. & l. qui
accuſare. eum ſi. C. de eden. Et quamuis domum pe
63 titam ſer Ludouicum poſſidere probauerit, in ea
quę poſt obitum. D. Sarræ eius matris remanſiſſe,
ex hoc tamen non ſequitur, ꝙ reliquorum bonorũ
olim per D. Sarram detentorum, & poſſeſſorum
poſſeſſionem appręhendiſſe dicatur, ut tradit Alex.
conſ. 70. Magnificus miles. col. fi. in fi. uol. 6. per not.
per Doc. in. l. 3. in prin. ff. de acqui. poſ. & ibi per eun
dem in. 5. col. in fi. uerſi. Quærit glo. cum multis con
cord, de quibus per Venafr. conſi. 96. Magnifice do-
mine num. 1. 2. & 3. Minusque ſuper petitis in libel-
li additione eius intentionem probauit, tùm quia
dictæ duæ terrarum tornatoriæ fuerunt per. D. Sar-
ram pro reſtitutione dotis Heliſabettæ dicti Franci-
ſcimariæ genitricis uenditæ cuidam Gandentio Ca
ualli pro ſcutis duodecim, vt ipſe examinatus atteſta
tur, quas terras poſt certum tempus idem Ganden-
tius in duabus terrarum tornatorijs in fundo Con-
chę additis quinquaginta denariorum libris cum d.
ſer Ludouico permutauit, dictęq; venditionis ac re
ſtitutionis dotis tempore vltra duodecim ſcutorum
ualorem non appreciabantur, quod tempus, & non
64 non pręſentis temporis valor attenditur, vt decidit
Guido Papę in decifio. 157. Notanter. vbi inquit.
quòd ita ſe habet communis opi. & in hac opinio-
ne maior pars doctorum parlamenti Delphinatus
reſiduit. & ita conſuluit Aymo. conſil. 114. num. 16.
conſi. 151. num. 7. & conſi. 188. num. 4. cum alijs ibi
per eum relatis. vol. primo. Tum etiam quia ſi prę-
ſens tempus attenderetur Franciſcus Maria non eſ
ſet ultra dimidiam lęſus, pro ut cõiter uolunt Do-
cto. in. l. 2. C. de reſcin. uen quia imprę ſentiarum, ut
pręfatus Gaudentius atteſtatur, quęlibet dictarum
tornatoriarum nouem aut decem ſcutis uendi pot
ſet, Vnde cùm earum ualor ad pręſens ſcutos vigin
ti quatuor non excedat, ultra dimidiam læſus dici
non poteſt, ideo ſer Lndouicus ab hac petitione ve
nit abſoluendus. d. l. qui accuſare. C. de eden. Quo ad
reconnentionem itidem concludo Franciſcum ma
riam abſoluendum eſſe, ex quo ſer Ludonicus col-
lectas de quibus in reconuentione, nec articulauit,
nec ſoluiſſe probauit: Quo ad expenſas, ex legitimis
cauſis, de quibus in proceſſu ambas partes abſoluẽ-
das cenſeo. Et ita concludo, conſulo, & iuris eſſe
cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Arimin. ad
laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimę virginis
matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Impenſa in exequijs funeralib. prius de bonis fideicomiſſo ſu-
biectis detrahi debet.*
2 *Impenſa in medicinis teſtatoris facta de bonis reſtitutioni
ſubiectis detrahi debet.*
3 *Impenſa in uelis lugubribus pro filijs & uxore teſtatoris fa-
cta de bonis reſtituendis detrahi debet.*
4 *Impenſa facta in officijs mortuorum, quæ pro teſtatoris ani
ma fiunt, de bonis reſtituendis detrahitur.*
5 *Libro fratris bona hæreditaria adminiſtrantis credendum
eſt.*
6 *Dos materna cum bonis paraſrenalibus de hæreditate pater-
na detrahi debet.*
7 *Dos quando legatur facta relatione ad dotis inſtrumentum,
quantitas legata debetur, etiam quòd minor quantitas in
inſtrumento dotis contineatur.*
8 *Debita teſtatoris de fideicommiſſo reſtituendo detrahi de-
bent.*
9 *Legitima filij de bonis reſtitutoni ſubiectis & non de alijs de-
trahi debet & num. 12.*
10 *Filius poſt obitum patris dicitur quaſi creditor legitimæ.*
11 *Fructus per filium in bonis reſtituendis percepti nec in eius
legitimam, nec in trebellianicam computantur.*
12 *Legitima de bonis allodialibus tantum reſtitutioni ſubiectis
detrahitur, & non de emphiteoticis.*
13 *Bona emphiteotica eccleſiæ ad fideicommiſſarium non tran-
ſeunt.*

Subro-

Subrogatum illius naturam ſapere debet, in cuius locum ſubrogatur. ibidem.

14 *Emphiteotica bona in legitima filij non imputantur.*

Legitimam nec de feudo, nec de re emphitheotica detrahitur. ibidem.

Argumentum de feudo ad emphiteoſim valet. ibidem.

15 *Filię dotatę reſpectu legitimæ partem faciunt, quamuis ob earum finem, & quietationem ad hæreditariam partem non admittantur.*

16 *Prælegata per teſtatorem filio de libris & ſumptibus in ſtudio, & ipſius doctoratu facta an veniant in fideicommiſſi reſtitutione?*

17 *Prælegata an in legitimam filij imputari debeant?*

18 *Expenſa in ſtadio pro filio doctorando facta, & pro filio doctorata an eius legitimam imputetur?*

19 *Legata de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahi debent poſt legitimam.*

20 *Trebellianica de bonis fideicommiſſario reſtituendis detrahi debet.*

21 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non poteſt. & num. 27.*

22 *Trebellianica per filios detrahi poteſt etiam ſi teſtamentum eſſet per eos iuramento approbatum.*

23 *Legitima filij, quæ eſt de iure naturæ debita, per patrem prohiberi non poteſt.*

24 *Legitimę tacite renunciari non poteſt, ſed expreſſa requiritur renunciatio.*

25 *Opinio Ancharani, quòd ſi filius patris teſtamentum approbauit, trebellianicam detrahere non poſſit, non eſt vera, & reprobata eſt.*

26 *Trebellianica an per non confectionem inuentarij perdatur?*

Hæres inuentarium non conficiens incidit in furti ſuſpicionē, & machinaſſe, ac ſurripuiſſe præſumitur ſi quid de bonis hæreditarijs adminiſtrauit. ibidem.

28 *Inuentarium bonorum hæreditatis fieri debet, vt bona hæreditaria non ſurripiantur, & ne per hæredem occultentur, & vt fideicommiſſarius de illis aduenïente reſtitutionis tēpore notitiam habeat.*

29 *Culpa & negligentia vnius hæredis in non conficiendo inuentariam cum culpa & negligentia aliorum cohæredum fideicommiſſariorum compenſari debet.*

30 *Malitia communis magis agenti nocet, quàm ei contra quem agitur.*

31 *Legitima filij grauati, quæ reſpectu filiorum ſemis eſt, an hæreditatis dimidiam excedere debeat?*

32 *Legitima & trebellianica portionis hæreditariæ filio relictæ medietatem capiunt.*

33 *Legitima filij vltra quatuor eſt ſemis.*

34 *Trebellianica eſt quarta reſidui reſtituendi portio poſt legitimam detractam.*

35 *Hęreditas in duodecim vncias diuiditur.*

36 *Filius grauatus de hæreditate m reſtituendo ſi abſque filijs deceſſerit, legitimam, & trebellianicam detrahere debet.*

37 *Legitima filij ſtatim iuxta numerum filiorum mortuo patre debetur.*

38 *Trebellianica eueniente fideicommiſſi conditione debetur.*

39 *Filius pure de reſtituendo grauatus vnam tantum portionem, & ſic legitimam detrahit.*

40 *Trebellianica per filium pure grauatum habita iuris diſpoſitione in legitimam computatur.*

41 *Filius pure grauatus ſi legitimam habuerit, trebellianicam in fideicommiſſi reſtitutione detrahere non poteſt, quia illa in trebellianicam imputatur.*

42 *Bona mobilia vſu conſumpta, et abſque dolo et culpa hæredis deperdita, ad fideicommiſſarij damnum, et præiudicium pereant.*

CONSILIVM CXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER reſtitutione fideicommiſſi per
hæredes Domini Matthæi Bruni Iuriſ
conſulti Ariminenſis facienda, conclu
do bona infraſcripta, quæ fideicōmiſſa
rijs imputari debent, eſſe per ipſos hære-
1 des detrahenda. l. 1. & 2. cum ibi not. per glo. & ſcri-
bentes. C. ad treb. cum ad ipſos fideicommiſſ. debi-
ta & legata per hæredes ſoluta pertineant ut tradit
Pariſi conſi. 55. Quoniam Iacobus. col. 5. num. 27.
uol. 3. Primo impēſa in funeralibus exequijs facta,
in ducendo uidelicet ad tumulum teſtatoris cada-
uer, in eiuſque indumentis, ut eſt tex. in l. paplnia-
nus. §. quarta autem. ff. de inoffi. teſta. l. fi. §. in com
putatione. & ibi Iaſ. poſt alios. C. de iure delibe. l. 1.
§. fi. & ibi Pau. de Ca. ff. ad l. falci. & l. ſi quis. §. fune-
2 ris cauſa. ff. de relig. & ſump. fune. in medicinis, &
collirijs pro teſtatoris infirmitate receptis. l. fune-
ris ſumptus. ff eo. tit. & l. in reſtituenda. C. de peti. hæ
3 redi. cùm eiuſmodi expenſæ parificentur expenſis
factis in funeralibus ut ibi not. Bal. & Saly. & tradit
Alex. & ibi Iaſ. in l. fi. §. in computatione. in 1. not.
C. de iure delibe. & plene per Roland. conſ. 14. Qm.
col. pe. in fi. num. 26. uſque ad fi. lib. 1. in ueſtis lugu-
bribus iuxta dicti teſtatoris diſpoſitionem, ritum-
que ac Ciuitatis conſuetudinem. Pau. de Ca. in d. §.
fi. num. 2. uerſ. Breuiter clarus eſt. In officijs, ſeu de-
4 functorum ſeptimis, quæ pro ſalute animæ teſtato-
ris fiunt. Abb. in ſua diſputa. incip. Sempronius cle-
ricus. num. 4. quem ſequitur Dec. conſ. 157. Quæri-
tur de expenſis. col. 1. tradit Bertrand. conſ. 84. Quā
uis fratres minores. colum. fi. uol. 3. Pet. de Vbal. in
tract. de cano. epiſco. & parochi. c. pe. num. 10. uerſ.
Vltimo quæritur. cum ſeq. & Mod. Fanen. in tract.
de pignori in 2. memb. quintæ par. numer. 28. uerſ.
Tertiodecimo fallit in expenſa funeris, de quibus
in computorum libris. q. Ludouici Bruni apparere
5 dicitur ut penes me reperiuntur, & in liſta manu
mea deſcripta ſunt. quibus plena fides adhibetur.
Bal. in l. 1. col. fi. & ibi Alex. in fi. C. de eden. idem A-
lex. conſi. 54. Circa id. colu. 2 uerſi. Confirmo quia.
num. 5. uol. 2. Corne. conſi. 81. Quanquam. colu. 4.
in prin. uerſi. Deueniendo ad teſtium. uolu. 4. cum
alijs per Dec. relatis conſi. 596. Ad dubia. colu. 2. nu.
9. uerſi. Sexto & ultimo. & Alcia. in tract. de præſūp.
6 in 16. præſump. primæ regulæ. Secundo maternæ
dotes cum ſuis parafernalibus bonis quę in eſſe re-
periuntur ut declarat Soc. ſen. conſ. 286. uolu. 2. in
prin. & col. 2. uerſi. ex quibus omnibus. Præſertim
quādo data fuerunt marito inæſtimata ut l. de his.
C. de do. inter uir. & ux. detrahuntur, & quamuis
teſtator in teſtamento ab eius uxore pro eius dote
ſcutos ducentos auri habuiſſe fateatur, & ad inſtrū
mentum dotale manu ſer Andreæ de Manzarolis
de cruce notarij publici Arimini confectū ſe refe-
rat, in quo continetur libras ſexcentum bonorum
argenteas tantum ſibi fuiſſe ſolutas, & ſic minorē
7 quantitatem, quàm in legato contineatur, nihilo-
minus quantitas legata, & non quantitas in dote
tradita debetur, ita Saly. in l. fi. C. de fal. cauſa adiec.
lega. Bal. in l. 2. uerſ. Conclude ergo. C. eo. tradit A-
re. in §. ſed ſi uxori. in prin. Inſti. de lega. & plenius
in tract. de teſtam. in glo. 43. Corne. conſi. 209. Li-
cet in hac. uol. 3. & Aymo. conſi. 149. Petrus Billeti
col. 1. num. 1. uerſi. Videretur dicendum. uolu. 1. ubi
allegat tex. in l. cum ſcriptum. in prin. ff. de do. præ-
leg.

leg.vbi maritus aſſeruit ad eum quinquagiuta dotis
nole perueniſſe,quę vxori ſolui voluit,deinde ad eũ
quadragiuta tantum perueniſſe apparuit, decidirur
ibi tota quinquaginta deberi, & ſic non attenditur
quantum pro dote re vera datum fuerit, ſed mariri
confeſſio, ideſt quantum confeſſus fuerit, quia
quatenus plus confeſſus eſt, quàm acceperit, il-
lud plus iure legati debetnr, cùm veriſimile non ſit
maritum immemorem fuiſſe quid & quantum no
mine dotis accepiſſet, confitendo igitur ſcienter de
maiori ſumma,id plus donare cenſetur. Tertio æs te
8 ſtatoris alienum detrahitur.d.§. quarta autem. & §.
fi.& ibi Are.Inſti.de lege falci. de quo in liſta manu
9 mea deſcripta ſunt. Quarto legitima Domi.M.vt eſt
10 tex.in d.§.quarta autem. Quia filius poſt patris obi
tum quaſi creditor legitimæ dicitur.Spe.in §. Nunc
videndum.colum.5.ſub num. 2. verſi. Sed nuuquid
patris confeſſio.in tit.de confeſſio.Oldr. conſi.107.
Circa municipale.col.2.ſub verſi. Ad quartam quæ
ſtionem.Rom.conſi. 277.Non eſt dubium. colum.
fi.num.3.verſi.Horum autem omnium.Calca.con
ſi.75.Quòd dictis. col.5.in fi.ſub nu.12.Cur.ſen.con
ſi. 13.Statuto Ianuæ.colum.pen.in fi.nu.25.ver. Ad
de quòd filius.& Soc.ſen. conſi. 30.Quamuis ex his.
colum.8.num.33.verſi.Duodecimo fiiia. vol.1.Nec
11 fructus per eũ percepti in eius legitima imputantur,
quia ſicuti legiuima debetur, ita & fructus legitimæ
auth.nouiſſima.& ibi not.C.de inoffi.teſtam. Alex.
conſ.69.Super primo.col.1.num.4.volum.1.& dixi
infra.conſ.139.Viſo proceſſu.num. 54. & conſ.162.
In præſenti.num.30.& 31.Soc. ſen.conſi.57.In cauſa
reſtitntionis.col.8.nu.39.verſi.Præterea etiam dico.
volu.4. Nec etiam in treblelianica imputari debet,
cum filius ſit ptimi gradus, vt eſt communis opin.
Doc.de qua per Rny.conſi.133.Videretur fortaſſis.
in fi.volum.2.& Pariſi.conſi.9.Olim dominus. col.
1.num.7.& num. 11.volum.2. conſi.47.Requiſitns.
colum.pen.in prin.num.12.& num.16.eo.volum.
& conſi.30.Viſo teſtamento.colum.pen.in fi.num.
12 16.volum.3.Et illa legitima de bonis allodialib.tan-
tum reſtitutioni ſubiectis & non de alijs quæ olim
emphiteotica fuerunt,detrahi debet,Rolan. a Valle
conſi.71.Viſis.colum.12.in princ.num. 58. ſub ver.
13 ſi.Tertia cadit dubiratio.volu.2.Bona enim emphi-
teotica eccleſiæ ad fideicommiſſarium nõ tranſeũt
vt declarat Bal.& communiter alij in l. ſi patroni.in
princ.ff.ad treb.Bald.conſi.70.Punctus.teſtator.vo-
lum. 2. Are.conſi.53.Diligenter diſcuſſis.colu. 2.in
prin.num.1.& 2.& ſequitur.Soc.iun.conſi. 72.Pro-
poſita quæſtio.colum.13.nu.61. volum. 1.cum con
cord.per Roland.relatis conſi.96.Viſo inſtrumento
num.11.ver.Item & ſecundo.volum.1.Nec dicatur,
illa tamen veniunt quando fideicommiſſarius eſt
de comprehenſis in inueſtitnra,ut per Bal.in l.cũ vi
rum in fi.C.de fideicomm.& Pau.de Caſt.in dic. l.ſi
patroni. quia reſpondetur ſecũdum Alex.ibi in vlt.
col.verſi.Addatis. quòd etiam illa procederet quan
do emphyteoſis eſt hæreditaria,ſecus ſi pro filijs, &
nepotibus,quia eo caſu non veniunt in reſtitutione
& idem tenet Alexand. conſil. 91. Ponderatis his.
colum.7.num.14.vol.1.& quo ad dominium non
veninnt ſed quo ad poſſeſſionẽ ſic, vt declarat Rui.
conſi.28.In cauſa.colum.2.num.4.volum. 5. Inter
quæ domus auita continebatur, quam Domin. Sa-
ladinus impræſentiarum pro duabus tertijs partib.
ab eius fratrib.emptam poſſidet.Nec dicatur ſi non
ueniunt in reſtitutione fideicommiſſi, ſaltem debẽ
tur per clauſulam iuris accreſcẽdi,quo poſita fuit in
d.Inueſtitura.per ea quæ tradit Bart.& alij commu-
niter ſcribentes in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 10.
q.ff.de verbo.ob.cum d.D.M. abſque filijs deceſſe-
rit,quia reſpondetur, ꝙ cum d. domus liberata fue-
rit & effecta allodialis per breue ſedis apoſtolicæ,di-
ci non poteſt amplius emphyteotica quia illud ius
accreſcendi & illa inueſtitura per liberationẽ factam
extinctũ fuit, & extincta fuit, & ius extinctũ ex nulla
penitus cauſa reuiuiſcere poteſt.l.qui res.§.aream.ff.
ff.de ſolut.& l.ſicut.C.de rep.hær.Soc.ſen. conſi. 34.
Ripa ſub.num.5. uolum. 4. & Gramma. in deciſio.
54.Nobilis.1.2.Sed ob. unũ dubium ꝙ ſi fuit graua-
tus in teſtamento de reſtituendo etiam bona em-
phiteotica, & fuit teſtamentum per grauatum ſim-
pliciter ſine aliqua proteſtatione approbatum, eo
caſu veniunt in reſtitutione ut voluit Alex.d.cõſ.91.
colum.8.verſi.quinimmo ipſe expreſsè.volum.1.&
idem dixit in d.l.ſi patroni.colum.pen.in fi.ver. Sed
ad hoc motiuum reſpondeo.quamuis ibi dicat hoc
procedere ſi emphyteoſis eſt recepta per ſe filijs,
14 & hæredibus.ſecus ſi pto liberis.Cum ergo prædicta
domus, & d. bona loco ipſius data, & ſubrogata in
fideicommiſſi reſtitutione non veniant,in legitimã
quoque non imputantur.Bal.conſ.110.Subſtitutio
facta.volum.5.Paul. de Caſt.conſil.44. Viſo, & exa-
minato.colum.pen.num 4.volum.2.in nouis.& eo
maximè quia per Dom.Matthęum Brunum auum
paternum,& Dom.Ludouicum de Raibaninis pro
auum maternum acquiſita fuerunt, & ſic aduenti-
tia dicuntur,quo caſu in legitimam non imputan-
tur, ut declarat Alexand. conſil. 8. Viſis ſubtiliſſi-
mis.in prin.& colum.2.in prin.& num.octauo. vo-
lum.3.conſi. 89. Vtrum emphyteoſis.num.4.& nu-
me.5.volum.4.& in d.l.ſi pratroni.colum. 3. verſic.
quam concluſionem. Et ſicut de feudo legitima
non detrahitur,ut inquit Paul.de Caſt. conſil. 179.
Magnificus Dom. Titus.colum. 1.verſ. Proponitur
autem.volum. 1.in nouis.& Rol.d. conſil.71.nu.58.
ita etiam de re emphyteotica quando ab auo vel
proauo proceſſit,vt inquit Alex.conſ.29.Perſpectis.
colum.2. nu.4. uolum. 5. Cùm emphyteoſis a pari
cum feudo procedat, & de feudo ad emphyteoſim
valeat argumentnm, vt tradit Iaſ. in l. 1. colum. 11.
uerſi.Nunquid autem argumentum.C.de iure em-
phi.Euerard.in ſua centu.argum.12.Locus a feudo
ad emphyteoſim.& Iul.Clar.in tract.de feudo.in 3.
quæſt.verſicu.Et hæc quidem concluſio. & Rolan.
conſi.17.Præſens articulus.colum.2. num. octauo.
cum multis concordant. & ibi per eum relatis. vo-
lum.ſecundo. Et talis legitima in hoc caſu medie-
tas eſt portionis quæ ab inteſtato prædicto Domin.
M.peruenire debebat deductis omnibus ſupra rela-
tis,quia poſt patris obitnm quatuor filij maſculi re-
manſerunt,videlicet.Dom.M.Dom.Saladinus, Lu-
douicus,& Cæſar bannitus, & quatuor filiæ fœmi-
næ,videlicet ſoror Alda, ſoror Margarita Moniales
Sancti Matthæi.Dom.Camilla uxor olim.Dom.Ni
colai Mattinelli,& Dom. Bartholomea uxor olim
15 ſer Camilli de Magis Cæſennatenſis dotatæ, Quæ
mulieres,& Cæſar bãnitus ad augẽdam legitimam
aliorum trium filiorum maſculorum uniuerſaliter
iuſtitutorum connumerantur, & ad faciendã uniuſ
cuiuſq; legitimam eſſe ſemiſſem,& ideo ſupplemen
tum legitimæ earum,quæ minus habuerunt, lucro
& commodo dictorum trium maſculorum vniuer
ſaliter inſtitutorum cedit, & ſic in hoc partem fa-
ciunt quamuis ad hæreditariam partem per earum
finem,& quietationem & excluſionem non admit
tantur,vt eſt tex.in auth.nouiſſima. & ibi not. Doc.
C.de inoffi.teſt.Bal.conſi.490. Statuto cauetur. uol.
4.Ang.conſil. 300.Punctus talis eſt,ſtatuto ciuitatis
Cortonę Cur.ſen.conſi.5.Aſtulphus pater.Soc.ſen.
conſi.75.Viſo teſtamenro Petri.col.2.in fi.ver.Con
firmatur hoc. volum.3. & copioſè per Dec. conſil.

607. Viſo

677.Viſo puncto.colum.pen.in fi.verſicu. Sequitur
tertium dubium.Et ideo inquit Bar.in l.1.§.filium.
ff.de contratab.quem ſequitur Corn.conſ.150.Hãc
quæſtionem.col.2.ad fi.uol.1.quòd filia ſi recepta
dote per pactum hæreditati renunciat,partem in le
gitima facit,ex quo partem habuit quamuis legiti-
ma minorem,& in caſu iſto eſt magis communis
opi.vt atteſtatur Gul.pa.in decis.295.An filiusfa.in
fi.& in deciſ.599. Item etiam in dicto proceſſu,in
prin.quem late proſequitur Nic. Bellon. conſi.83.
In cauſa D.Baronis.col.10.in prin.nume. 12. uerſic.
Quo ad ſecundum.uſque ad fi.& hoc dubitationẽ
non habet. Sed hic dubium inſurgit, an prælegata
de legalibus libris,ac alijs ſumptibus in ſtudio,& do
ctoratu factis eidem D.M.relicta in fideicommiſſi
reſtitutione ueniant?vel ſaltem in eius legitima cõ
putentur?Et dicendum uidebatur quòd in reſtitu-
tione ueniant,ex eo quòd fideicommiſſum illi in-
iunctum præceſſerunt ſecundum glo. communi-
ter approbatam in l. cùm uirum. C.de fideicom.&
in l.marcellus.§.quidam liberis.ubi Alex.poſt alios
inquit hanc eſſe communem opi. ff.ad treb. idem
Alex.conſi.25.Circa primum.colum.pe.in fi.uerſi.
Quantum autem.uol.1. Deci.conſi.254. Viſo pun-
cto.& Cur.Iu.conſi.13.Ex prædicta facti contingen
tia, quem refert Pariſi.conſi. 79. Videtur prima.in
prin.& nu.6.uol.2.Contrarium tamen dico in ca-
ſu propoſito, quia quamuis in præſenti caſu fidei-
commiſſum præceſſerint,nihilominus quia dein-
de in teſtamento dicitur, In omnibus autem alijs
ſuis bonis &c.per illa uerba manifeſtus eſt teſtato-
ris ſenſus ꝙ exceptis ſuperius prælegatis, in omnib.
alijs ſuis bonis uniuerſalẽ inſtitutionẽ,& deĩde ſub-
ſtitutionẽ fecit,& ſic ꝙ illa prælegata in fideicom-
miſſi reſtitutione non ueniunt, ita in ſpecie deci-
dit Bar. in d.§. quidam liberis. in pen.quæſtione.
et ita in terminis conſuluit Iaſ.conſi.175. Egregius
artium.col.fi.uerſi. Tertio principaliter. uolu.4.&
ante eum Fulgo.conſ.99.Quidam.A.col.2.in prin.
Soc.Iuni.conſi.18.de Tribus.col.pe.num.38. uerſi.
Et ſic uerba.& conſ.107.Conſului.col.antepe. nu.
45.uerſi.Tertio colligitur. uol.3. & ſequitur Pariſi.
d.conſ.79.Videtur prima. col.1.in fi.num. 10. cum
ſeq.& num.20.& 21.uol.2. Et tanto magis quia te-
ſtator noluit ullo unquam tempore Dominũ.M.
eiuſq; hæredes moleſtari,nec ab eis quicquam con
ſequi cauſa & occaſione quarumcunque quanti-
tatum pecuniarum,bonorũ, & librorum per eius
genitorem ſtudij,doctoratuſq; tempore præſtitorũ
& omne id & totum ꝙ per eius cohæredes peti,ex
igiq; poſſet occaſione prædicta iure legati eidẽ D.
M.reliquit,per quæ uerba apparet dictos libros, ſũ
ptuſq; in eius ſtudio,& doctoratu factos in reſtitu-
tione fideicommiſſi non uenire, & ita uoluit Pari-
ſi.d.conſi.79.numẽ.18.dicens quòd ſi de mente, ac
teſtatoris uoluntate apparere poteſt, quòd reſtituẽ
da non venirent,utique non ueniunt, ut in præſen
ti art.conſuluit Rui.conſ.133.Videretur fortaſſis.co
lum.fi.ſub num.16.uol.2.quamuis ſecundum com
munes iuris regulas, & conſideratis uerbis,& præle
gatorum ordine, & vniuerſalis fideicommiſſi ue-
nirent reſtituenda. Et quamuis in reſtitutione non
17 veniant, dicendum tamen uidetur, quòd in legiti-
mam Domini M.imputari debent, ex quo illa præ-
legata teſtatoris iudicio percipiuntur, ut eſt tex. in
l.quoniam nouella. C.de inoffi. teſta. tradit Bar.&
communiter Doc.in l.in quartam. ff.ad l.fal. & Be-
ned.Capra.conſi.64.Viſo.col.pe.in fi.num.25.uerſ.
Sed licet. Hoc tamen non refragante contrarium
concludendum puto,per ea quæ tradit Ang.in d.l.
in quartam.co.4.prope fi.uerſi.Ex prædictis etiam.

18 Vbi uoluit quòd expenſa in ſtudio facta,& pro filio
doctorando,quæ a patre inter uiuos donata uide-
tur,in legitimam imputari non debet, & hoc indu
bitanter uerum eſt in expenſa ſtudij pro filio docto
rato ante patris obitum facta,ut idem D. M.in gim
naſio Bononienſi doctoratus fuit die prima men-
ſis Martij.1533. ut in eius priuilegio ſub rogitu D.
Ludouici.q.Alè de federicis notarij publici Bono-
nienſis apparet, & eius pater decima quinta die
octobris.1540. ab hoc ſeculo migrauit.ut patet in li
ſta expenſarum per Ludouicum fratrem factarum
& conſtat ex uerbis & die teſtamenti paterni. Nam
quò ad filium doctorem pater illas expenſas donaſ
ſe uidetur,& talis donatio uiuo patre ualida fuit, ut
concludit Bar.in l.1.§.nec caſtrenſe.circa prin.ff.de
colla. bono. & Ang. in d.uerſi. Ex prædictis etiam.
tradit Bar.in tract.de duo.fratri.col.4.in fi. uerſi.Mi
hi autem uidetur diſtinguendum.& Bal.in auth.ex
teſtamento.col.3.uerſi.Vnum ſciat.& col.pe.uerſi.
Decimumquintum capitulum.C.de collatio.& A-
lex.conſ.50.Circa primam.co.pe.in fi.num.17.uer
ſi.Quę autem ad libros.uol.6. Et ideo prælegata il
la in legitimam imputari non poſſunt, ſed penes
hæredes D.M. libera & propria abſque reſtitutione
remanent.& ita conſuluit Ruy.d.conſi.133.Videre
tur fortaſſis.col.5.in prin.uerſi. Sed tamen præmiſ-
ſis.uol.2.& nouiſſime Roland.conſi.11.Omiſſis.co
lu.3.uerſi.Venio ad ſecundum caput. ſub num.15.
19 uſq; ad n.25.uol.2. Poſt legitimam,& ſic quinto lo
co detrahuntur legata in teſtamento relicta.Bal.cõ
20 ſi.222. Super primo puncto. uolu.4. Aymo conſil.
142.lac.nume.4.& Roland.conſ.65. Præſuppoſita.
num.18.cum plurib.ſeq.uol.1. Poſtremo trebellia-
nica detrahenda eſt, ut eſt tex.in c. raynaldus. & c.
raynutius.& ibi communiter Cano. extra. de teſtã.
& toto tit.ff.& C.ad treb.uidelicet de toto fideicom
miſſo,ꝙ ſupereſt deductis legatis, non autem habi-
to reſpectu ad omnia bona quæ erant in patrimo-
nio tempore mortis D. Io.patris D. M.ut declarat
Aymo conſi.16.Poſt redditum. col.1.uerſi.Sed du-
bitatio maior conſtat. uol.1.quem refert & ſequi-
21 tur Ancha.in 1.lib.q.in 6.q.Incip.Pulchra eſt.Cùm
illa in filijs primi gradus prohiberi nequeat, Alex.
conſi.43. Attenta.col.1. uerſi. Sed his non obſtan.
uol.2.Gui. pa.conſi.194. Iacobus de Molena. in fi.
Bertran.conſ.300.Suppoſito teſtamento.col. fi.nu
me.6.uol.3.& eſt magis communis opi.ut atteſta-
tur Dec.conſi.81.In caſu propoſito.colu.2.uerſ.Si-
militer in quarto dubio.quæ refert & ſequitur Go-
zadi.conſi.81.Circa ea.col.pe.num.15.& conſi.94.
An Illuſtriſſima.col.4.num.9.uerſi. Et ſaltem non
poteſt negari. ubi etiam de communi opi. atteſta-
tur.Soci.Iuni.conſi.131.Quæſtio propoſita. nu. 58.
& conſi.132. Ad corroborationem.in prin.& con
ſi.157. Viſo proceſſu.col.1.in fi.uerſi. Hanc tamen
opi.uol.1.& conſi.28.Quia difficultas.col.1.num.2.
vol.2.Pariſi.d.conſi.30.num.15.conſi.43. In huiuſ-
modi.col.3.uol.3.& conſi.47.Requiſitus.col.pe.in
prin.uerſi.Minus etiam obſtat.uolu.2. poſt Picum
in repeti.d.l.in quartam.colu.pe. Guid. pa.in deciſ.
51.Secundum ſtilum.& de magis communi opi.at
teſtatur Mantua.conſi.103. In præſenti caſu. num.
30.cum multis concord.nouiſſime per Roland.re
latis conſ.12.Inſpectis.num.6.uerſi.Verum præmiſ
ſis.& conſi.31.Viſo proceſſu.num.29.uol.1. & hãc
opi.magis æquam,veriorem,communioremq; at-
teſtatur Cagnol.in l.papinianus.§. meminiſſe. col.
3.ſub nume.11.uerſi.Sed maior difficultas.ff. de in
offi.teſta.vbi inquit eam vidiſſe ſemper obſeruari,
22 vt etiam tenui ſupra conſ.49.In præſenti conſulta-
tione.num.8.verſi.Quinimmo ſi in perſonam.Nec
dica-

dicatur quòd quamuis prohiberi non poſſit, ſi ta-
men prohibetur, & per filios teſtamentum patris
approbetur, detrahi non poteſt, ut cōſuluit Ancha.
conſ.152. Plura ſunt dubia.col.2.num.9.uerſi. Et ui
dendum eſt quem ſequitur Pariſi.conſi.18. Conſi-
deratis.col.15.num.99.uerſi. Tamen in præſenti ca
ſu.vol.2.& Cur.Iun.conſ.21.col.I.num.3.uerſi. Nec
obſtat.cum multis concord. per Roland. nouiſſi-
me relatis conſi.78. Circa primum.col.3.in prin.nu
me.13.uerſi. Sed ulterius. & num.ſeq.uol.1.ſed per
Dominum M. teſtamentum approbatum fuit, de-
bita,& legata in teſtamento relicta ſoluentem, per
eius igitur hæredes trebellianica detrahi nō poteſt.
Quoniam reſpondetur opinionem Ancha. ueram
non eſſe, quia etſi teſtamentum eſſet iuramēto ap-
probatum, trebellianicæ renunciatum fuiſſe non
diceretur, & ſic detractioni trebellianicæ non præ-
iudicaretur, ut late conſuluit Pariſi.d. conſi.43.col.
3.in prin.num.37.& 38.contra opi. Ancha. Præte-
rea ſi in caſu propoſito vera eſſet illa opinio, ſeque
retur etiam quòd legitima per patrem prohibita
detrahi non poſſet, quòd falſiſſimum eſt. d.l. papi-
nianus.§. quarta.& l.parentib.cum uulg.C.de inof-
fi.teſta.& firmat idem Ancha.eo.conſi.in 2.col.ad
fi.verſi. Legitimam uero debitam. quem ſequitur
Dec. conſi.236. Non parua.colu.3. uerſi. In quarto
dubio.& conſi.688. Ad confirmationem eorum.
col.2.uerſi. Tertio quæritur.cum multis concord.
de quibus per Roland.d. conſi.78. col.1.numer.5.
uerſi. Et ſimiliter etiam. Tum quia legitima, quę eſt
23 de iure naturæ debita, ut declarat pulchre Roma.
d.conſi.277.prohiberi non poteſt.l.omnimodo.&
l.quoniā in prioribus.C.de inoffi.teſta.& d.§.quar-
ta autem.alioquin ſequeretur quòd æs alienū pro-
hiberi poſſet, quod eſt plus quàm falſum. Tū etiā
24 quia legitimæ tacite renunciari non poteſt, ſed ex-
preſſa requiritur renunciatio, ut eſt tex. in l.ſi quā-
do.§.& generaliter.& ibi no.omnes. C.de inoffi te
ſta.& declarat Boeri.in deciſ.3. Filia in contractu.
col.2.num.7.cum duobus ſeq.& Pariſi.d. conſ.43.
25 col.4.in fi.numer.36.uerſi. Nec immerito. Et illam
opi.Ancha.repræhendit Cur.ſeni. conſi.75. Domi-
nus Ludouicus.col.4.numer.6.uerſi. Sed præmiſſis
non obſtantibus.& eam inquit non eſſe ueram De-
26 ci.conſi.257. Quæritur.col. fi.ante fi.uerſ. Non ob-
ſtat quòd ſaltem uidetur. Non ob.per Roland.d.cō
ſi.78.nu.13.& 14.poſt Cur. Iuni.teneat opi. Anch.
de qua ſupra: quia ipſe loquitur quando filius ex-
preſſe acceptauit prohibitionem trebellianicę cū
iuramento, quo caſu etiam ſi expreſſe acceptaret
prohibitionem legitimę, illam detrahere non poſ-
ſet ut declarat Io.Dilec. in trac.de arte teſtan. caut.
31. Hęres rogatus.num.6.uerſi. Item notandum eſt
an ſubſtitutio uel prout conſuluit Soci.Iuni.conſi.
122. Perſpectis.uol.1. quem ſequitur Port. Imol.in
1.lib.concluſio.in 42.reg.in 26.limita.& Curt.Iuni.
conſi.159.ſed in caſu noſtro D. Matthæus expreſſe
non acceptauit prohibitionem trebellianicæ, ergo
illam detrahere poſſunt eius hęredes. Etſi diceretur
Trebellianica non debetur ſaltem ex eo ꝙ Domi-
nus M.inuentarium non confecit, ut tenebatur, &
per non confeſſionem inuentarij perdatur trebel-
lianica, ut conſuluit Deci.conſi.480. In caſu qui cō
tingit.colu.fi.num. 16.uerſi. Sed tamen præmiſſis.
Vbi hanc eſſe magis communem opi.atteſtatur.
idem firmat conſi.495. Viſo eleganti.colu.pe. in fi.
num.25.cum duobus ſeq.& Bertran.conſi.241. Vi
ſo conſultationis themate.col.2.numer.3.uerſi. Ad
ſecundum dico.& conſi.250.col.3.num.5.& num.
8.uol.3. Cum hæres inuentarium non conficiens
in furti ſuſpicionem incidat.Roma.conſi.120. Cir-
ca primum.num.3.& ſi quid de bonis adminiſtra-
uit, machinaſſe, & ſubtraxiſſe præſumitur.Bald. cō-
ſi.403. In ſubſtitutione. uol.2. Reſpondetur hoc in
27 filijs primi gradus non procedere. ut tenet Senat.
Pedemonta.in deciſ.147. Agitur in ſenatu.col.fi.in
princ. uerſ. quapropter omnibus. Quia ſicut in eis
trebellianica prohiberi non poteſt, & fructus illis
in trebellianica non imputantur, ut dictum eſt, ita
etiam in inuentarij non confectione procedit, quì
nimmo magis communis opi.eſt, quòd trebellia-
nica per non confectionem inuentarij non perda-
tur. Bal.d.cōſi.403. Alc.& Iaſ.in l.marcellus in prin.
cum concord.ibi relatis.ad treb.& per eundem A-
lex.conſi.67. Viſis & ponderatis.colu.1.uerſi. Circa
ſecundum.uol.4.ubi etiam in principio ponit ꝙ le-
gitima per non confectionem inuentarij non per
ditur, ut etiam tenet Senat.Pedem.in deci.148.quę
ſitum etiam fuit.num. 10. cum duob.ſeq.poſt Cu-
ma.conſi.126. Proponitur quòd Batt.ad fi.& ita cō
ſuluit Ruy.conſ.57. De tribus.uol.2.a qua opi. tan-
quam magis communi non eſt recedendū inquit
Soci.Iuni.d.conſi.137.num.9.quia eā admiſit con-
ſuetudo, & eam ſequitur Aymo, conſi. 17. Quæri-
tur.uol.1.ubi magis quàm alius hunc articulū exa-
minat;& Roland.a Valle conſi.27. Illuſtriſſime do-
mine num.14.uol.1. & tenet hanc opi.tanquā ma-
gis æquam & magis communem.& ſecundū hanc
opi.conſului ut patet conſi.49. In præſenti conſul-
tatione.num. 10.eandem tenet Senat. Pedemonta.
in deciſ.147. Agitur in Senatu.in ult.col.dicens hāc
procedere in filijs primi gradus & alijs deſcēdentib.
ſecus in extraneis. Et quamuis contraria opi. quòd
perdatur, eſſet forte uerior, quod non admitto, in
caſu tamen noſtro dico ſatis conſtare inuentariū
per Dominum M.factum fuiſſe, cùm per eius geni
tricem infra quintam diem iuxta municipalem di
ſpoſitionem confectum fuerit, in quo omnia bo-
na mobilia apparent, & ſtabilia omnia in teſtamen
to deſcripta fuerunt, quæ ſufficere uidentur, ut in ſi
mili not.Bal.in l.filium quem habentem.col.fi.uer
ſi. Sed pone duo ſunt hæredes.C.fami.herc.& Pari-
ſi.conſi.25. Vidi teſtamentum.col.10.num.51.uerſ.
Quæ deſcriptio.& num.52.uerſi. Et licet in tali. uo-
28 lum.2. Cùm ad alium finem inuentarium fieri non
requiratur, niſi ut bona hæreditaria non ſurripian-
tur, neque per hæredem occultentur, ut declarat
Bal.conſi.221. Conſiderandum eſt.in prin.uol.4.&
in l.fi.circa prin.C.de iure delib. & ut fideicommiſ-
ſarius adueniente fideicommiſſi cōditione de om
nibus bonis fideicommiſſo ſubiectis notitiam ha-
beat. Pau.de Ca.in l.cùm tale.§.titius.col.fi.uerſ. Et
ex hoc dicunt Doc.ff.de condi.& demon. & Soci.
Iuni.d.conſi.132.col.2.num.4.& nume.5. Cùm er-
go D.Saladinus, & dicti.q.Ludouici hæredes fidei-
commiſſarij de omnibus bonis fideicommiſſo ſu-
biectis tàm per prædictum inuentarium, quàm per
immobilium & ſe mouentium deſcriptionem per
teſtatorem in teſtamento factam habeant & habue
rint notitiam, concludendum eſt per hæredes Do-
mini.M.trebellianicam detrahendā eſſe: Amplius
dico quòd tempore mortis teſtatoris dictus.q.Lu-
douicus Arimini præſens aderat, & infra tres men-
ſes poſt mortē eiuſdem patris teſtatoris D. Saladi-
nus ex partibus Siciliæ ultra Farum in patriam re-
uerſus fuit, & nihilominus ipſi tanquam hæredes
grauati nullum fecerunt inuentarium, ut teneban-
tur.§.ſi uero non fecerit.in auth.de hæredi. & falc.
& eo tempore Dominus M. in partibus Calabriæ
pro Vicario Reuerendiſſ.D.Auguſtini Gonzaghæ
Archiepiſcopi Rhegyni ſe gerebat, & niſi poſt ſex
annos Ariminum redijt, ideo per D. Saladinum, &

dicti.

dicti.q.Ludouici hæredes hæc opponi non poteſt, cùm ipſi quoq; in pari culpa, & dolo extiterint, immo in maiori ob eorum præſentiam: & culpa,
29 negligentiaq; D.M.cum culpa, negligentia ac dolo ſuorum fratrum bona hæreditaria adminiſtrantium compenſari debet iuxta tex.in l.domum.in fin. ff.de contrahend.emptione.l.ſi duo.ff.de dolo.& l. ſi ambo.ff.de compenſatio. Quia omnis malitia magis
30 agenti nocet, quàm ei contra quem agitur, inquit text.in l.apud celſum.§. marcellus.ff.de doli excep. & plenè tradit Innocent.in capitu.intelleximus.extra de adulteri. Concludo igitur trebellianicam per hæredes Domini M.detrahendam eſſe: Alia in-
31 ſurgit difficultas nunquid in legitima Domini M. quæ ſemis eſt, vt ſuperius concluſum extitit, & trebellianica, quæ eſt reſidui quarta portio, quas ipſe ſub conditione grauatus detrahere debet, hæreditatis dimidiam excedere valeant? dicendum videbatur quod non. Quia ſecundum communem opi-
32 nio. Docto. in dicto capitu. Raynutius. & capitulo Raynaldus. legitima, & trebellianica quando detrahuntur, medietatem tantum hæreditariæ portionis filio relictæ capiunt, vt tradit Pariſi.conſil.17. Ex lectura.colum.ſecunda. num. 16.volum.2.cum multis concordan.ibi per eum relatis, & ita in proprijs terminis conſuluit Aymo.conſil. 50. Alias reſpondi.vol.primo.per ea quæ tradit Bald. conſil. 94. Punctus quæſtionis.volum.2. dicens quòd quando legitima ad dimidiam partem hæreditatis aſcendit, filius ſub conditione grauatus ſolum legitimam detrahit ne grauatus plus quàm honoratus conſequatur, & ibi refert ex fide bona neminem alium legiſſe, qui id in ſpecie tangeret. Contrarium tamen de
33 iure verius arbitror. Nam clarum eſt, quòd filij legitima vltra quatuor fratres eſt ſemis, vt eſt text. apertus in §.primo.in authen.de trien & ſemis.& in authentic.nouiſſima.C.de Inofficioſ.teſtamen. quæ illi per teſtatorem auferri non poteſt, dixit Alberic. in l.ſcimus.colum.final.in princip. nume. tertio. C. eod.tit. nec in ea grauari, immo ſi aliquod onus ei adiunctum eſt, reijceretur, & pro non adiecto, & non appoſito haberetur. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus.& ibi Doctor. C.eodem. Et tre-
34 bellianica eſt quarta reſidui reſtituendi portio, vt not. in dicto capitu. Raynutius. & capitu. Raynaldus.& toto titul.ff.&.C.ad trebellia. & tradit Capra. conſil.decimo. Punctus. Viſa quadam.colum.quinta, nu.18. Si ergo in caſu noſtro (cum octo filij poſt patris obitum remanſerint) vniuſcuiuſq; legitima ſemis eſt, & ſic totius hæreditariæ portionis dimidia, & trebellianica eſt quarta reſidui portio, de tota igitur hæreditaria portione per hæredes Domi-
35 ni M.vnciæ ſeptem cum dimidia detrahi debent, totam hereditariam portionem in duodecim vncias diuidendo, iuxta text.in §. hæreditatis. Inſtitu.de hæredib. inſtituen. & non ſex vnciæ, & ita conſuluit Bartol.conſil. vigeſimoſecundo. Homo Accurſuli. colum.fina.verſicu. Venio ad ſucceſſionem. in prima part.& Bald.conſil. centeſimo primo. Punctus cauſæ talis eſt.verſicu. Imprimis videndum eſt.volum.ſecundo.& ita aliàs conſului, vt patet d. conſil. 49.In præſenti conſultatione.num. 11.verſi. Quò ad vltimum.libro primo. Et hęc opinio viua ratione comprobatur. Nam firma eſt in iure concluſio,
36 quòd vbi filius grauatus eſt hæreditatem reſtituere, ſi abſque filijs deceſſerit, legitimam & trebellianicam detrahere debet, vt communiter tenent Cano. in dicto capitu. Raynutius. & capitu. Raynaldus.& Iaſ. in l. filium quem habentem. columna quarta verſicu. Sed quando filius. C. famili. hærciſcund.
37 ſcilicet ſtatim mortuo patre legitimam habet iuxta filiorum numerum, vt inquit Bald. in dicta l. ſcimus. in quinto nota. Capra conſil. nono. Punctus quidam magiſter.colum.tertia.num.16.verſicu. Secundo videndum eſt.& Pariſi. d. conſi. 30. colum. fin.in princ.num.17. verſicu. Et quod dicta lex. volum.tertio.& late ſcribit.Socin.iun.dict.conſil. 131. nume.60.cum duob.ſequent. de qua omne grauamen omnis dilatio, & mora reijcitur.d. l.omnimodo.d.l.quoniam in prioribus.& dict. l.ſcimus.§.primo.& ibi Bald.in dict. quinto notab. & utrobique Iaſ. poſt alios. Poſtea autem eueniente fideicom-
38 miſſi conditione trebellianicam habet, quæ eſt quarta reſidui reſtituendi portio, vt dictum eſt, & ſic diuerſis temporib. legitimam & trebellianicam detrahit, & hanc diſtinctionem ponunt gloſ. Dyn. Barto. Bald. & alij in l. papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficio.teſtamento. Barto. in l. quanquam. C. ad l.falcid.& Areti.conſil. decimono. Ex facto. columm.prima, verſicu. Venio igitur ad ſecundum.nu. ſecundo.cum alijs per Iaſ.relatis in d.l. filium quem habentem.in d.ver. Sed quando filius.& per Afflictiſſimè.in deciſi.367.Nardus de Iſopo.colum.fi.nu. 4.verſi. Vtrum mater.& Capra.d.conſi.19.col.5.nu. 19. Si ergo diuerſo tempore, & ſic ſtatim poſt obitū patris legitima detrahitur, quæ ſemis erit, ſi quinq; aut plures erunt filij, & ſi quatuor aut pauciores, tertia pars erit eius, quod vnuſquiſque ab inteſtato habiturus fuiſſet, vt eſt text. in dicta authentica nouiſſima. & regula hæc nunquam fallit ſecundum Angel.in dicta l. papinianus.§.ſi quis mortis. verſic. No. quod tempore non poterit talis legitima adueniente fideicommiſſi conditione diminui, qua conditione adueniente, trebellianica, quæ erit quarta reſidui reſtituendi portio, detrahi debet. Et ſi contraria opinio uera eſſet, ſequeretur quòd nulla foret differentia, ſi filij purè, ſiue ſub conditione gra-
39 uati eſſent. Nam pure grauati, ſi quinque aut pauciores ſunt filij, vnam tantum detrahunt, vt communiter volunt Docto.in dicta l.filium quem habentem.& In dicto capitu. Raynutius. & capitu. Raynaldus. Ponamus quòd vnus ex ſeptem filijs purè grauatis quartam trebellianicam in fideicommiſſi reſtitutione petat, illamque illam a fideicommiſſario conſequatur, nunquid etiam legitimam con-
40 ſequetur? certum eſt quòd non. Quia illa quarta trebellianica iuris diſpoſitione in legitimam computatur, text. eſt in l.etiam. §.ſi debita.ff.de bon. liber. & dicta l.quoniam nouella. C. de inofficio.teſtamento.niſi quatenus una alteram excederet ſecū dum Bald.in ſua margari.in verbo Filius, ſub condi
41 tione. Si uerò mortuo patre ſtatim legitimam petijt, quæ ſemis erit, & eam habuerit, an in fideicommiſſi reſtitutione trebellianicam, etiam conſequetur? idem dicendum eſt, quòd non, ſecundum Bal. in dicto verbo Filius ſub conditione. ad fin. verſicu. Si autem ſit hæres vniuerſalis. quia illa in trebellianicam imputatur, cùm quicquid iure hæreditario habetur, in quartam trebellianicam imputetur, dicta l.in quartam.& ibi Bartol. Alexander, & alij repetentes. ff. ad l. falcid. & tradit Iaſon.in dicta l.filium quem habentem. columna, ſecunda in ſecundo euidentiali. & colum. ſequent. in princip. verſicu. No. ex tota iſta lege. Si ergo ſtatim legitimam habebit, quę ſemis erit, iuxta diſpoſitionem dictæ authenticæ, nouiſſima. Et in trebellianicam imputabitur, cùm ſit pure grauatus, & eandem habebit ſi ſub conditione, ergo nulla inter pure, & ſub conditione grauatum conſtituetur differentia, quod tamen non eſt verum, vt diximus ſupra. Quia in grauato ſub conditione legitima in trebellianicam non imputatur, ideo ſi tātum

ſemis

ſemis per hæredes Domini M. detraheretur, ſequeretur, quòd eius legitima in trebellianicam imputaretur, & tamen trebellianica quoque debetur, ex quo ſub conditione grauatus fuit, ut ſuperius dixi; Concludo igitur quòd nedum portionis hæreditariæ medietas ſibi relicta pro eius legitima per eius hæredes detrahi debet iuxta æſtimationem bonorũ prænotatorũ quæ tẽpore mortis patris, æſtimari debent. l. cũ quæritur. C. de inoffi. teſtam. & d auct. nouiſſ. eo. tit. tradit Deci. conſ. 19 col. fi. uerſ. Comprobatur hoc rõnem. quem ſequitur cũ alijs concord. Roland. conſ. 85. nume. 14. uolu. 1. & conſ. 97. col. antepe. num. 34. uerſ. Quoad ult. caput. uolu. 2. poſt Alex. conſi. 57. Ponderatis uerbis. col. 2. nu. 3. uerſi. Præterea in taxanda. uol. 3. & conſi. 132. Pro deciſio. col. 2. in prin. n. 6. uerſ. Legitima uero. uol. 6. Sed etiam trebellianica, quæ (ut dixi) erit quarta reſidui reſtituendi portio, quæ inſimul iunctæ ad uncias ſeptem cum dimidia aſcendunt, ut diximus ſupra, & in d. conſi. 49. nume. 11. & 12. Quo ad
42 mobilia dictæ hæreditatis concludo etiam de illis legitimam & trebellianicam modo quo ſupra detrahendas eſſe, quibus detractis ea quæ reperientur reſtituenda erunt. Et quamuis nonnulla ſine culpa & dolo Domini M. deperdita fuerint, & nonnulla uſu conſumpta fuerint, ad illa, ſeu ad illorum precium non tenebitur hæres Domini M. quandoquidem illa ad fideicommiſſariorum damnum, & præiudicium pereũt, ut eſt tex. in l. mulier. §. ſed etenim ſi quis. ff. ad treb. in l. in ratione. la. 2. §. incertæ autẽ. in fi. ibi res tamen quæ interierint. ff. ad l. falci. tradit Deci. conſi. 81. In caſu propoſito. col. 2. in fi. nu. 4. uerſi. De quinto dubio. cum alijs per Pariſi. relatis. d. conſi. 55. col. 5. num. 26. uerſi. Et bona mobilia. uolu. 3. poſt Capram conſ. 18. Cum uiſo. in fin. Et ita concludendum, & de iure reſpondendũ cẽſeo, Et hæc pro mei hæredis informatione, & ueritate ſcribere uolui, ego Matthæus Brunus Iuriſcõſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimę uirginis matris Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus per eum qui detineri & ſequeſtrari iuſſit, relaxari debet. & num. 3. & num. 4.*

2 *Cuſtodes carcerum pro debito captum ad creditorum inſtantiam non relaxant, niſi a iudice, qui illum carcerari iuſſit, bullettam habeant.*

5 *Sequeſtratio & captura etiam die feriata fieri poteſt, quando periculum eſt in mora.*

6 *Iudex principalis negocij in acceſſorij cauſa iudex eſſe debet.*

7 *Delegatus aliquem citans ſuæ delegationis copiam in citatione inſerere debet, alioquin citatio citatum non arctat, nec valet, & citatus comparere non tenetur.*

8 *Citatio inualida per comparitionem validatur, ſed quomodo procedatur, vide num. 9. & 10.*

9 *Citatus comparens per ſimplicem reſponſionem iudicis iuriſdictionem prorogare, & in ipſum conſentire videtur.*

11 *Proteſtatio contraria facto proteſtantem non iuuat, & quo caſu iuuet, vide nu. 12.*

13 *Proteſtatio de non conſentiendo in iudicem an per proceſſum ad vlteriora reiecta videatur? & an tacita ſuffitias reiectio, vel expreſſa iudicis pronunciatio de ipſius competentia requiratur?*

CONSILIVM CXXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur, non uidetur dubitandum relaxationem per Epiſcopi Vicarium factam, fuiſſe & eſſe nullam, ex eo quòd ipſe non erat in huiuſ-
1 modi relaxatione iudex, Nam carceratus per illum, qui eum detineri & ſequeſtrari iuſſit, non autem per alium, relaxari debet, ut notanter dixit Ang. in l. neque impuberes. §. fi. ff. de in ius uoc. ubi per illum tex. inquit quòd captus per iudicem, qui eum capi fecit, dimittẽdus eſt, Et ideo pra
2 cticam inoleri dixit quòd carcerum cuſtodes captũ pro debito ad creditorum inſtantiam non relaxant niſi primo iudicis bullettam habeant, qui eum car-
3 cerari fecit, & eſt ſecundum ipſum rõ: & eius eſt relaxare, cuius fuit carcerare. regu. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur. ꝙ par eſt ius in ligando & ſoluendo. c. verbũ. de pœn. diſt. 1. Abb. in c. ab excõicato. co. fi. in princ. ex. de reſc. & in regula iuris, eius eſt ſaluare cuius eſt deſtruere. ſequitur Ang de Arimini. in addi. ad Ang. in tract. maleſi. in glo. quòd fama publica. ſub uerſi. Et aduertas tu iudex. quamuis corrupte alleget Ang. in l. plerique. ff. de in ius uoc. Idem firmat Anch. conſ. 340. Viſo themate prædicto. prope fi. ubi quoddam ſtatutum ponderat, mandans
4 captum relaxari, dicens quòd ex quò ſtatutum nõ diſponit, a quo relaxari debeat, quòd ſecundum ius intelligi debet, ſcilicet auctoritate iudicis, qui eum detineri, ſequeſtrari, uel commendari fecit. Ad idẽ no. Bal. conſ. 91. Sed pone dictat ſtatutum. in fi. ver. Item mãdare. vol. 5. Cùm ergo Montanarius de Gubernatoris cõmiſſione captus, carceratusq; fuerit, vt ex mandato conſtat, & Vicarij Epiſcopi mandato & commiſſione relaxatus fuit, concludendum eſt relaxationem fuiſſe, & eſſe nullam, & denuo per eundem Gubernatorem tanquam nulliter relaxatum ſequeſtrari potuiſſe, & carceribus detineri. Nec dicatur talis noua ſequeſtratio, & captura die
5 in honorem Dei feriata fieri nõ poterat. Quia quãdo periculum eſt in mora, prout per fugæ Montanarij ſuſpicionem erat, tali die fieri potuit, ut declarat Bal. & Saly. in l. unica. C. de prohi. ſequeſtra. per glo. in l. fi. in uerbo fideiuſſionis. iuncto tex. & ibi Bar. & Doc. C. de feri. & per Alex. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. col. 1. uerſ. Pro hac diſtinctione. nu. 4. ff. qui ſatiſda. cogan. Præterea talis captura nec noua dicitur, ſed eadem cum prima continuata ſertur, ex quo non apparet per iudicem, qui eum detineri, & capi iuſſit, relaxatum fuiſſe: Nec dicatur Vicarium in eiuſmodi relaxatione competẽtẽ iudicẽ eſſe, & quod ad eũ relaxare ſpectabat, ex quo in cã prędicti Mõtanarij cõtra omnes eius creditores iudex delegatus erat, ideo pendente cauſæ cognitione, & iudicio coram eodem alias inchoato talem relaxationem cõmittere poterat. Cùm iudex prin-
6 cipalis negocij ſit, & eſſe debeat etiam in acceſſorij cauſa iudex. reg. acceſſorium. de regu. iur. in 6. cum ſimili. Quoniam ad hoc reſponderi poſſe videtur, quod in hac cauſa Vicarius non fuit contra Muſettum iudex, ex quo de Montanarij voluntate Muſettus in prima citatione non fuit per Vicarium citatus, in quem iuriſdictio prorogata nõ fuit, quinimmo per Muſettum declinata fuit. Cum igitur in prima citatione per Vicarium commiſſa in qua delegationis copia inſerta fuit, Muſettus citatus nõ fuerit, nec Gubernator reſpectu crediti ipſius Muſetti inhi-

inhibitus, concludendum eſt capturam primo fa-
ctam iuridice, legitimeq; commiſſam, & executam,
& conſequenter relaxationem Vicarij ſubſecutam
nulliter & tamquã a non ſuo iudice factam fuiſſe.
Et quamuis poſt primas citatoriales literas contra
alios Montanarij creditores emanatas, & executas,
uerbaliter Muſettus citatus fuerit, ut coram eodẽ
Vicario comparere deberet, & ſic legitime per Vi-
carium ad dictam relaxationem proceſſum fuiſſe
7 uideatur. Quia tamen talis citatio Muſettum nõ ap
præhendebat, ex quo iudex delegatus quando ali-
quem citat, in literis citatorialibus ſui reſcripti, dele
gationiſq; copiam inſerere debet, alioquin citatio
talis citatum non arctat, neque ualet, & citatus cõ-
parere non tenetur, quia eum ignorat eſſe iudicẽ,
tex. eſt in c. præterea. & ibi Doc. extra. de dilatio. l. 1.
C. de ſuperindictio. li. 10. declarat Bar. in auth. qui ſe-
mel. col. 2. uerſi. Quid debet facere actor. C. quo-
mo. & quando iud. & in l. ex quacunque. colu. 2. in
prin. uerſi. Sed iuxta hoc quæro. & in repeti. eiuſdẽ
l. in ulti. col. ad fi. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit. Nec
8 refragatur quod Muſettus per talem uerbalem ci-
tationem comparuerit, unde per huiuſmodi com-
paritionem citatio etiam inualida ualidatur. l. 1. in
princi. cum glo. incip. hic no. tria. in fi. ff. de feri. ubi
uult quod uocatus quando ſponte comparet, cita-
tionis defectus purgatur, declarat late Fely. in c. il-
lud. col. 3. in fi. uerſi. Quarta declaratio. extra. de præ
ſcrip. ſequitur Hyp. in repeti. l. de unoquoque. col.
23. nume. 53. uerſi. Item circa illud. ff. de re iudi. Nã
reſpondetur prædicta procedere ubi ſimpliciter ci
9 tatus comparens nihil opponit. Per ſimplicẽ enim
reſponſionem uocatus iudicis iuriſdictionem pro
rogare, & in ipſum iudicem conſentire uidetur. l. 1.
ff. de iud. uoluit glo. in d. l. ex quacunque. & ibi Bar.
in 2. col. uerſi. Procedõ in glo. Secus ſi comparens
10 de iudicis incompetentia oppoſuit, per illumque
actum in eum non conſentire proteſtatur, niſi ſi, &
quatenus &c. Nam per talem proteſtationem ip-
ſius forum declinat ut tradit Ang. in l. non uidetur
ff. de iudi. per Alex. in l. non ſolum. §. morte. in fi. ff.
de no. ope. nuncia. per Iaſ. poſt alios in l. ſancimus.
col. 2. uerſi. Tu adde. C. de iudi. & Deci. in c. 1. col. an
tepe. in prin. uerſi. Vnde ad tollendam. extra. eo. tit.
Et ideo dicta citatio per eius comparitionem ualli-
dari nõ dicitur, ut ſentit Bar. ubi ſupra. Nec dicatur,
quod proteſtatio ipſa ſit contraria facto, quæ prote
11 ſtantem iuuare non dicitur, ut uolunt communi-
ter Doct. in c. cum M. Ferrarienſis. extra. de conſti-
tu. & in d. §. morte. Quia hoc caſu contraria facto
non dicitur, ut declarat Deci. conſi. 460. Viſo pun-
12 cto. col. 2. nume. 11. & 12. Et caſu quo contraria fa-
cto diceretur, quia tamen in iudicio facta eſt, pro-
teſtantem iuuat, quouſque per iudicem reijciatur,
& non auditur, ita inquit Afflic. in deciſ. 78. In cau-
ſa firmaui num. 6. & Fely. in d. c. cum M. Ferrarien-
13 ſis. col. pe. uerſi. Fallit ſecundo in iudicialibus. Nec
dicatur, talis proteſtatio per proceſſum ad ulterio-
ra per iudicem reiecta fuit, quę tacita reiectio ſuffi-
cere uidetur, ut uoluit Ang. in d. l. ex quacunque.
col. fi. uerſi. Item an eſt neceſſe. quem ſequitur De-
ci. conſi. 107. In cauſa quæ nomine. in prin. Quia re
ſpondetur, quod immo expreſſa iudicis pronun-
ciatio requiritur, ut uoluit Bar. in repet. d. l. ex qua-
cunque. col. pe. in prin. uerſi. Vlterius quæro. & ibi
Pau. de Ca. ad fi. inquiens quod etiam ſi uere eſſet
iudex, poſtquàm in dubium reuocatum eſt, ad ulte
riora procedere non poteſt, niſi prius ſe iudicẽ cõ-
petentem eſſe pronunciet. ſequitur late ibi Iaſ. in ul
ti. col. uerſi. Iuxta prædicta ſuccedit. & declarat Fely.
in c. ſuper literis. colu. pe. in fi. numer. 74. uerſi. Fallit
duodecimo. extra de reſcrip. Ex quibus patet rela
xationem per Vicarium factam fuiſſe & eſſe nullã,
& conſequenter Montanarium in carceribus deti-
neri debere, donec Muſetto eius creditori ſatisfece-
rit. Et ita de iure reſpondendum cenſeo, ego Mat-
thæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem om
nipotentis Dei, ac glorioſiſſimę uirginis matris Ma
riæ, amen. & ita iudicatum fuit.

S V M M A R I V M.

1. *Legitima filiorum de fideicommiſſo per eorum matrem facto detrahi debet.*
Filius in legitima grauari non poteſt. ibidem.
2. *Legitima de fideicommiſſo ad pias cauſas reſtituendo detrahi debet.*
3. *Trebellianica per fratrem hæredem ex alterius fratris perſona de fideicommiſſo detrahi debet.*
4. *Legitima & trebellianica filij grauati hæreditarię ſuę portionis dimidiam capiunt.*
5. *Legitima filij eſt tertia pars portionis ſibi ab inteſtato obuenientis.*
6. *Trebellianica ex perſona filij ultimo defuncti detrahi non poteſt, quando fideicommiſſum eſt ad pias cauſas reſtituendum.*
7. *Legitima & trebellianica in alienatis poſt grauati mortem, & non in remanentibus imputari debent, intellige tamen in primo alienatis, ut num. 8. præſertim ſi in eis non interuenit dolus.*
Dolus in re alienata interueniſſe non præſumitur. ibidem numero 7.

CONSILIVM CXXX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu propoſito concludendum arbi
tror fratres & conuentum Sancti Catal
di dominæ Raphaelæ olim uxori Sigiſ-
mundi de Battalinis fideicommiſſarios
1 nullo pacto obtinere poſſe, ex quo legi
timæ Pandulphi, & Thomæ eius filiorum ac hære-
dum de dicto fideicommiſſo detrahi debet, quia in
eorum legitima grauari nequeunt. l. quoniam in
prioribus. & l. omnimodo. cum ſi. C. de inoffi. te-
ſta. Ang. conſi. 131. Ad deciſionem. Rom. cõſi. 185.
Pro deciſione quæſitorum. & Alex. conſi. 68. Circa
præmiſſam. uol. 4. & conſi. 78. Attentis uerbis. uo-
lum. 5. & Rolan. conſi. 31. Viſo proceſſu. col. 6. nu.
2 28. conſ. 78. Circa primum. in prin. uolum. 1. Quod
procedit, etiam ſi fideicommiſſum ad pias cauſas
reſtituendum ſit, ut tradit Pau. de Ca. conſi. 45. Sub
ſtitutio prædicta. col. 2. uerſi. Nunc eſt uidendum.
uol. 2. in nouis. Capra conſi. 66. Punctus. Quidã Ber
nardus. col. 3. num. 13. & conſi. 79. Punctus. Quidã
Titius. Deci. conſi. 239. Non parua. colu. 3. uerſi. In
quarto dubio. cum alijs concord. relatis Roland. a
Valle. d. conſi. 78. Circa primum. col. 1. num. 4. uol.
3 1. Et non tantum legitima, ſed etiam trebellianica
ex perſona dicti Pandulphi detrahi debet, ut eſt
tex. in c. raynaldus. & c. raynutius. extra de teſtam. &
not. in c. ſi pater. eo. tit. in 6. & tradit Alex. in l. ratio-
ne. §. quod uulgo. ff. ad l. falci. & conſi. 26. Circa pri-
mum. uol. 1. quæ duæ legitimæ amborum fratrum
unà cũ trebellianica ex perſona Pandulphi ad quin
que uncias ex aſſe aſcendunt, ex quo legitima & tre
4 bellianica Pandulphi eius portionis hæreditariæ
medietatem capiunt, ut tenet Doct. in locis ſupra
cita-

citatis.& declarat Alex.d.conſi.68. & Pari.conſi.17.
Ex lectura.col.2.verſi.Prout etiam.vol.2. Quæ ſuæ
5 portionis medietas in tribus vncijs conſiſtit. Legiti
ma verò Thomæ quæ eſt tertia pars ſuæ portionis,
vt eſt tex.in auth.nouiſ.cũ ſi.C.de inof.teſt. ad duas
extenditur vncias, & ſic duæ legitimę cum Trebel.
6 Pandulphi ad 5.vncias aſcendunt. Treb.n.ex perſo-
na Thomæ vlt.defuncti detrahi non poteſt,ex quo
fideicommiſſum ad pias cauſas reſtituendum ue-
nit,ut com.tenent doc.in l.Marcellus. in prin.& ibi
Iaſ.in 4.col.in fi.ff.ad Treb.Pau.de Ca.cõſi.426. Ad
primũ quæſitum.in fi.vol.2.in nouiſ.& Capr. d.cõſ.
79.io fi.vt late ſcripſi conſi.49.In præſenti. n.9. Nec
dicatur,ꝙ 5.vnciæ pro dictis duabus legitimis,& tre
bellianica in euictione domus magnæ ab hæredib,
Thomæ detractæ fuerunt, vt per ſentẽtiam Vicarij
Epiſcopi clare dignoſcitur.Qm̃ bñ rñdetur,ꝙ huiuſ
modi detractio in pręiudicium Geminiani fieri nõ
potuit,cùm illa detractio in bonis alienatis, & non
in remanentibus fieri debeat,& legitima,& Trebel
7 lianica in alienatis,& non in remanẽtibus poſt gra-
uati mortem imputari debent.vt eſt text.& ibi not.
Bar.Alex.& alij in d.l.marcellus.§.res quæ.Bal.cõ-
ſi.8.Si codicillaris.in fi.conſi.367. Simplex diuiſio.
conſi.42.In legitima.nu.2.vbi pulchre loquitur. &
conſi.392.Super primo.n.3.vol.4.& conſi.300. Cir
ca primam.nu.2.vol.3.Rom.conſi.277.Non eſt du
bium.col.2.ver.Tertio quia declarat elegãter Aret.
conſi.18.Viſa & diſcuſſa.col.pen.& fin.& in termi-
nis conſuluit Corn.conſi.120.In hac.col.fi.n.7.vſq;
ad fi.vol.3.& cõſi.246.In hac.col.fi.ver.Alius & ſic.
vol.2.Dec.conſi.202.Vt præſens.col.fi. in prin.n.8.
& d.conſi.236.Non parua.nu.9.cum duob.ſeq.Iaſ.
clare conſi.161.Reuocatur in dubium.vol.4.& pul
chre dixit Rub. Alexandri.conſi.157. Latiſſime.col.
1.Pariſ.conſi.18.Conſideratis.col.fi.nu.110.volu.2.
conſi.93.Potuit.col.fi.nu.57.& 58.eo.uol. & conſi.
109.D.Bernardinus.col.3.nu.34.volu.3.& Soc.iun.
conſi.28.Quia difficultas.col.1.vol.2.conſi.136. Ha
bita diligenti.col.2.verſ.Secundo dicendũ videtur,
nu.14.vol.1.vbi de com.opi.atteſtatur.& conſi.137.
Viſo proceſſu.col.1.ver. Secundo videndum.co.li.
Ruy.conſi.135.Viſo themate.col.6.nu.11.ver. Vlte
rius quæritur.vol.3.& Aymo.conſi.131.Ad primũ
quæſitũ.col.pen.nu.13.ver.Circa quartum.vol.1.&
dixi ſup.conſi.124. Præſupponitur in facto.nu.9.&
Rol.d.conſi.78.col.fi.nu.19.ver.Tamen his non ob,
Et præſertim ſi in alienatis non interuenit dolus, vt
per Are.d.conſi.18.col.pen.in fi.ver.His bf.& Gual
den.in trac.de arte teſtan.caut.fi. Vires habet.nu.3.
in rub.de vari.teſta.præcep. prout interueniſſe non
præſumitur.arg.l.merito.ff.pro ſoc.facit tex.in l.do
lum.C.de dolo.& tradit Calc.conſi.36. Viſis dictis.
col.3.nu.10.ver.Ad hoc accedat. Nec refragatur,ſi
8 replicaretur poſito ꝙ legitima & trebel. in alienatis
imputari dẽrent, hoc in prius alienatis procedit, vt
declarat Gram. in deciſ.105. Magnifica Portia. col.
10.in prin.uer.Et per prius.nu.46.poſt Are.d.conſi.
18.col.fi.in prin.ver.Et ex his ſequitur.& ver.ſeq.nõ
aũt in his apothecis Geminiani vltimo loco aliena
tis.ut declarat Pariſ.d.conſi.109.n.34. Quia hocidẽ
fateor,de remanentibus tamẽ detrahendas eſſe ne-
gamus,non.n.ſequitur,legitima,& trebellianica in
his vltimo loco in Geminianum alienatis imputari
non debent,ergo in remanentibus poſt mortẽ gra-
uati imputari debent,quia in prius alienatis, & non
in remanentibus imputari debent,vt dictum eſt, &
quamuis contrarium teneat Corn.cõſi.133.In præ
ſenti conſultatione.col.pen.in fi.uerſ.Nec ob.ꝙ nõ
computatur.volu.4.ibi licet forte alia fuerint prius
alienata.& conſi.234. Videtur in præſenti. in fi.vol.
3. dicẽs ꝙ cũ alienatio pendente conditione value
rit,non magis ab vlt.emptore quàm a primo res a-
uocari dẽat.Contrarium tñ ſentit Pau.de Ca. conſ.
468.Ad primum quo quæritur.col.1.uer.Sed nunc
pro declaratione.uol.1.in nouiſ.ꝙ immo prius alie
nata in legitima,& treb.computantur:& ita firmat
idem Corn.d.conſi.120.& Dec.d.conſ.202.& Rub.
Alex.d.conſi.157.Ruy.d.conſi.135.Are.in d.uer.Et
ex his ſequitur.& uer.ſeq.vbi in proprijs terminis lo
quitur.& Aymo.d.conſi.131.nu.13.Si.n.in prius a-
lienatis imputari debent, & domus ab hærede gra-
uati euicta ad ualorem noningentarum librarum
denariorum aſcendebat,hæreditaſq; ſiue fideicom
miſſum dictis fratribus,& conuentui debitum, de-
tractis dictis duabus legitimis, & treb. imputatis in
omnib. bonis per grauatum alienatis, ad ualorem
ſeptingentarum quinquagintaocto librarum, ſoli-
dorum ſex,& denariorum octo, computatis libris
centum eidem D.Raphaelæ per eius maritum lega-
tis,& libris ducentiſ in bonis paraphrenalibus,quæ
vſu non conſumuntur,aſcendebat, ipſis ergo fratri
bus,& conuentui bona ad ualorẽ dictarum ſeptin-
gentarum quinquagintaocto librarum,ſolidorum
ſex,& denariorum octo aſſignari debebant,& non
pro minori quantitate:ipſis.n.fratrib.& conuentui
imputandum eſt,ſi contra grauati hæredem nõ op
poſuerunt dictas duas legitimas,& trebellianicã Pã
dulphi in alienatis,& non in d.domo imputãdas eſ-
ſe, prout imputari debebant iuxta ea quæ ſuperius
dicta ſunt. ſequitur ergo ꝙ quo ad ipſos fideicom-
miſſarios Geminianus liberas ędes habet.l.loci cor
pus.§.competit.ff.ſi ſeru.vend.l.ſi prior.§.ſi ſimpli-
citer.ff.qui potio.in pig.habi.& l.fi.C.de rei uend. &
tradit Veron.in trac.de ſeru.ruſt.præd.in rub.de ſer-
ui.aquæduc.nu.63.in fi.& ſi recte Vicarij ſententia
animaduertatur, nemo erit qui non dicat debitam
portionem in bonis D.Raphaelæ dictis fideicõmiſ
ſarijs aſſignatam fuiſſe, videlicet de duodecim vn-
cias ſeptẽ, quæ facto diligẽti calculo ad dictas libras
ſeptingentas quinquagintaocto, ſolidos ſex, & de-
narios octo aſcendunt,quicquid ergo d.fideicõmiſ
ſarij a Geminiano petunt, indebite, pluſquè debi-
to expoſcunt.Geminianus igitur a petitis abſoluen
dus eſt cum expẽſarũ victoria,iux.l.eũ quẽ temere.
cũ ibi oo.per doc.ff.de iud.& c.finẽ litib.ext.de do-
lo. & ita dico.cõſulo, & iuris eſſe cẽſeo ego Matth.
Bru.Iuriſ.An.ad laudem omnipotentis Dei, ac glo
rioſiſ.Virg matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem duobus an venditionis inſtrumentum ei cui pri*
mo res vendita fuit, exponere teneatur?
2 *Prior in tempore potior eſt in iure.*
3 *Licentia per venditorem emptori conceſſa ad apprehenden-*
dum rei vendita poſſeſſionem, translationem poſſeſſionis
operatur.
4 *Emptor ſi in poſſeſſione rei vendita ſciente, & patiente*
venditore reperiatur, poſſeſſio de venditoris voluntate ſi-
bi tradita cenſetur.
Scientia, & patientia venditoris patientis emptorem rem
venditam tenere, & poſſidere, vim traditionis habet. ibid.
5 *Scriptura de neceſſitate in contractu venditionis non requi-*
ritur. & nu.12.
6 *Venditor ſi contractum ad emptoris requiſitionem facere*
promiſit, an inter eos actum videatur, vt venditio non ſit
perfecta?
7 *Venditor an ante celebratum venditionis inſtrumentum pœ-*
nitere valeat?
8 *Lex fi.C.de contrab.emp. quomodo procedat?*
9 *Delegatio loco ſolutionis habetur.*

10 *Delegatio de creditoris voluntate facta, per ipſumq; acceptata amplius reuocari non poteſt.*

11 *Venditio pura, & ſimplex perfecta eſſe dicitur.*

Emptio, & venditio contrahitur, vbi de re, & precio inter partes conuentum eſt. ibid.

12 *Venditio in ſcriptis facta non dicitur, quamuis inter partes agatur, quòd de venditionis contractu ſcriptura fiat.*

13 *Venditio, vt in ſcriptis facta dicatur, requiritur, quòd a contrahentibus expreſſe actum ſit, quòd aliter non valeat contractus.*

14 *Maritus dicitur dotalium rerum vxoris dominus.*

15 *Vxor in dotalibus rebus nullum habet vſumfructum, nec poſſeſſionem naturalem, neque ciuilem, nec dominium, niſi in ſpe.*

16 *Vxori ſoluto matrimonio rei vendicatio in dotalibus rebus, abſque aliqua traditione competit.*

Maritus quò ad rei dotalis vſumfructum ſibi præiudicare poteſt. ibid.

17 *Vxor conſtante matrimonio rem dotalem per eius maritum de facto venditam vendicare non poteſt, ſed rem propriam tantum.*

18 *Nemo contra factum proprium regulariter venire poteſt.*

19 *Exceptio de iure tertij etiam iuris agentis in totum excluſiua in iudicio ſummario non admittitur.*

20 *Vendens rem duobus de falſo punitur.*

21 *Teſtis in vno falſus etiam quòd in aliqua verum dixiſſet, in omnibus falſus eſſe dicitur.*

Iuramentum teſtis indiuiſibile eſt. ibid.

22 *Emptor primus, cui ius primo acquiſitum fuit, ſecundo emptori præfertur, etiam quòd citius, & poſſeſſio prius tradita fuiſſet, & ipſe in bona fide fuerit.*

CONSILIVM CXXXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN præſenti cauſa Michaelis Garuffi arbi
1 tror partes D. Gubernatoris fore, & eſſe
in condemnando ſer Franciſcum Bolo
gninum ad exponendum ei uenditio-
nis inſtrumentum domus primo loco
eidem Michaeli uenditæ iuxta tradita per Corn. cõ
ſil. 120. Licet prima columna prima num. 3. uerſic.
Et poteſt quis compelli. uol. 4. & Fabia. de Monte.
in tract. de emp. & uend. q. 5. prin. nu. 78. uerſi ſequi-
tur 3. pars q. declarandoq; venditionem 2. loco per
eundem ſer Franciſcum de eadem domo factam
Thomaſſo de Bettis eſſe nullam, & inualidam per
tex. ſing. in l. quotiens, & ibi plene per Iaſo. C. de rei
2 vend. Tùm quia primo facta fuit Michaeli uendi-
tio, & qui prior eſt in tempore, in iure potior eſſe
debet. l. quotiens. ff. de reg. iur. & c. qui prior. eo. tit.
lib. 6. cum ſi. per Mod. Fanen. in tract. de pigno. in 2.
memb. 5. par. in prin. relatis. Tùm etiam quia bono
rum poſſeſſionem ſibi uenditorum apprehenden-
di licentia ſibi conceſſa fuit, quam apprehendit,
ut ex teſtium depoſitione, & locatione de eadem
domo Antonio Caroli de Gimano per Michaelẽ
facta ex apocha manu ſer Io. Baptiſtæ Marignani
ſcripta ſub die 23. men. Oct. 1550. clariſſime cõſtat,
3 quæ licentia poſſeſſionis translationem operatur,
ut tradit Bal. ſingulariter in l. neceſſarias. §. pen. ff. de
pig. actio. & in l. fiſtulas. §. fundum. uerſi. No. hic pu
rificari. ff. de contrah. emp. & in ſua Margari. in uer-
4 bo, cõſuetudo. q. 6. Et eo ipſo q Michael fuit in poſ
ſeſſione d. domus ſciente, & patiente ſer Franciſco
venditore, poſſeſſio de eiuſdem ſer Franciſci uolun
tate ſibi tradita uidetur. l. 2. & ibi gl. Ang. & doct. C.
de acq. poſ. l. non ſolum. §. q uulgo. ff. de uſuc. l. 3. §.
illud. ff. de acq. poſ. & l. quãdã mulier. ff. de rei uẽd.
ubi dicitur, q ſcientia, & patientia uenditoris emp-
torem tenere, poſſidereq; patientis, nim traditionis
poſſeſſionis habet. Cur. ſen. conſ. 22. Titius & Seyus.
nu. 2. & Ruy. conſ. 83. Deueniendo. col. 3. n. 5. uol. 1.
5 Et quamuis nulla uẽditionis ſcriptura inter ſer Frã-
ciſcum, & Michaelem confecta fuerit, ualet tamen
talis venditio, quia in contractu emptionis, & uen-
ditionis de neceſſitate ſcriptura non requiritur, ut
no. Inſt. de emp. & uend. in prin. in gl. ſcriptura con-
ficiuntur. ibi. Si autẽ ſimpliciter. & ibi Are. in 4. no.
& in 2. col. uer. Quædam uero. & tradit Dec. conſil.
440. Pro reſolutione. col. 2. nu. 3. uer. Quinto & vlti-
mo. Nec refragatur, quòd ſer Franciſcus promiſerit
6 ad Michaelis requiſitionem contractum exponere
ex hoc inter eos actum videatur, q uenditio perfe-
cta non ſit, ſed conditionalis, ideo non ualeat. l. fin.
C. de contrah. emp. l. hæc uenditio. ff. eo. tit. & tradit
Boer. in deciſ. 301. Duæ ſunt communitates. col. 5.
nu. 4. uer. Sed uendulo. Et quia ante chartam de uẽ-
7 ditione factam uidetur, q ſit pœnitentiæ locus. Pau.
de Ca. in l. cũ res. col. 1. uerſ. Sed aduerte. C. de prob.
& in l. qui bis idẽ. ver. Sed quid ſi pluries uendidi. ff.
de uerb. obl. & in l. contractus. col. 3. uer. In tex. ibi
aliquod. C. de fide inſtru. Quoniam reſponderi po-
8 teſt primo, q tex. in d. l. fi. de contrah. empt. proce-
dit, ubi precium in alterius arbitriũ collatum eſſet,
illo tunc non arbitrante venditio reſoluitur, & ideo
quia conditionalis eſt, non ualet, ſecus ſi precium a
partibus firmatum eſt, & ſolutum fuit, vt in caſu p-
poſito contingit, tam per numerationem ſex ſcuto
rum per Michaelem ſer Franciſco factam, quàm et
per delegationem ſer Io. Baptiſtæ Marignani debi-
9 toris eiuſdem Michaelis, quæ loco ſolutionis habe-
tur, ut eſt tex. in l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. mãd. l. qui
debitorem. ff. de fideiuſ. Bart. in l. ſingularia. col. 6. n.
19. ver. Ego dico campſori. ff. ſi cer. pet. no. in l. dele-
gare. & ibi Ang. & Imo. ff. de noua. & in l. ſi Valeria-
nus. ff. de præt. ſtip. Bal. in l. fi. C. de noua. & in d. l. ſin
gularia. per Alex. in l. qui uſumfructum. ff. de uerb.
obl. Paul. de Ca. in l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolut. &
Dec. conſi. 421. Plene & ſubtiliter. col. fi. nu. 16. cùm
10 facta fuerit ſer Franciſco uolente, & acceptãte, quæ
amplius reuocari non poteſt, ſecundũ Alex. in d. l.
qui uſumfructum. ad fi. ver. Quid aũt ſi talis. Iſto. n.
11 caſu cùm venditio pura ſit, & ſimplex, perfecta ar-
guitur. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Secundo,
q Pau. de Ca. rõ vera non vr̃, dum ait q ex quo vo-
lunt partes per notarium ſcripturam confici, velle
vñr, q tabellio diem, qua rogatus fuerit, apponat,
hoc ego quoq; fateor, cùm aliter rogari nõ valeat,
ob hoc aũt non ſequitur, q contractus nõ eſſet pri
mo firmatus, ſi partes de re, & precio conuenerunt
ut eſt tex. & ibi no. gl. Inſt. de emp. & vend. in princ.
& quamuis contractus firmatus eſſet, replicandus
erit, vt tabellio inſtrumẽtum enunciare valeat, nec
infertur q partes contractum ſuſpẽdere voluerint,
prout inquit Pau. Quinimmo notarius per enuncia
tiua verba narrare poſſet venditionẽ inter eos con-
tractam fuiſſe, ad maioremq; firmitatem, & corro-
borationẽ, & ad faciliorẽ pbationẽ ipſas partes ad
præſens inſtrm̃ conficiendum acceſſiſſe, & hoc pa-
cto venditio iã facta reiteraretur, dieſq; qua inſtrm̃
fieret, apponeretur; & in caſu propoſito clariſſime
cõſtat venditionẽ Michaeli factã eſſe firmatã, ante-
quàm charta, & inſtrumẽtum celebraretur. ex quo
precium ſolutum fuit modo, quo ſuperius dictum
eſt. Et ideo in hoc caſu nullo pacto locum ſibi ven-
dicare poteſt, quod inquit Pau. & ita opin. Pau. de-
clarat Are. conſil. 159. Longa eſt. colu. 3. vbi inquit
Pauli deciſionem in dubio procedere, ſecus ſi ex
alijs,

alijs,quæ in contractu interuenerunt, apparet con-
trahentium uoluntatem fuiſſe, quòd ante ſcriptu-
ram contractus eſſet perfectus, ut in caſu occurren
ti conſtat ex partis precij ſolutione, & delegatione
12 facta. Alio modo dici poteſt dictum Pauli non eſſe
verum,quia ſecundum communem opi.quamuis
a contrahentibus agatur, quòd de uenditionis con
tractu inſtrumentum,& ſcriptura fiat, uenditio ta-
men in ſcriptis facta non dicitur,quia cùm de ſui na
tura contractus ſcripturam non requirat, ut dixi-
mus ſupra, partes cogitare uidentur,quòd ad faci-
liorem probationem ſcriptura conficiatur, iuxta l.
contrahitur.ff.de pig.& ita de cõſuetudine fieri ap-
paret,quę minime obſeruatur,quòd contractus in
ſcriptis fieri dicatur, ex eo quòd notarius de inſtru-
13 mento rogatus fuit. Ad hoc enim ut contractus in
ſcriptis fieri dicatur,requiritur quòd expreſſe a con
trahentibus actum ſit, quòd aliter contractus non
ualeat,ita Bar.in d.l.contractus.in prin.C.de fide in
ſtrum, idem tenet Ang. conſil.156. Do. Angelina,
prope fi. & eſt gl.in c.1. §.poſtquàm, in 12.caſu, de
cenſi. lib.6. & gl.in uerbo, ſcriptura conficiuntur.
Inſt.de emp.& uend.in prin.& Are.d.conſ.159. co
lum.3.in prin.uer.Præterea uerba partium. Fab.de
Monte.in trac.de emp.& uend.in 5.q.prin.uer.Ter
tio quæritur,idem firmat Afflic.in deciſ.105.In cau
ſa reductionis.in fi.& Gozad.conſi.1.nu.42. col.pe.
uer.Præterea & quarto. & Dec. d.conſi.340. col.2.
ſub nu.3.ubi de communi opi.atteſtatur. Ex quib.
hanc opi.magis communem eſſe conſtat,quòd il-
la uerba(uidelicet uà ch'io ti farò il contrario a tua
poſta)ſuperuacua ſint,& non faciunt uenditionem
in ſcriptis dici factã,neque conditionalem,cùm(ut
diximus)in huiuſmodi cõtractu de neceſſitate ſcri-
ptura non requiratur, nec faciunt, partes uoluiſſe
uenditionem non ualere,ſiue imperfectam eſſe, ni
ſi fieret inſtrumentum, ſed ad faciliorem probatio
nem appoſita ſunt,ut dictum eſt ſupra,& ita tenent
omnes ſupra citati. Nec refragatur,ſi diceretur pri-
mam uenditionem ſaltem reſpectu uxoris ſer Fran
ciſci non ualere, cum ipſa bonorum uenditorum
domina eſſe dicatur,& in uẽditione prima Michae
li facta conſenſum non præſtitit, quò fit ut ſecunda
uenditio cum conſenſu illius facta primæ præferri
debeat. Quoniam reſpondetur,quod quamuis pars
14 dictorum bonorum ad eam uti ſui patris heredem
ſpectare dicatur, nihilominus quia ſer Franciſcus
eius maritus dotalium uxoris rerum dominus eſ-
ſe dicitur,ut eſt tex.& ibi no. Bal.& alij in l.doce an-
cillam.C.de rei uend. & l.Pomponius. §.in dotem.
& ibi gl.ff.de acq.poſ.& habetur per Alberic. in l.in
rebus.in prin.C.de iure dot.de bonis illis diſponere
potuit, & tanto magis quia uigore legis municipa-
lis ſub rub.de uſuf.rerum uxo.& c.poſſeſſor,& uſu-
fructuarius eſt omnium uxoris bonorum. Et uxor
15 in eis nullum uſumfructum,nullamq; poſſeſſionẽ
naturalem,neque ciuilem habet. ut tradit Iaſo.in l.
2.col.34.in fi.uerſic. Non obſtat ſimile de re dotali.
C.de iure emph.nec dominium habet,niſi in ſpe.ut
uoluit Odofr.in d.l.in rebus.quem ibi refert Albe-
16 ri.ut ſoluto matrimon. rei uendicatio ſine ulla tra-
ditione ſibi competat,potuit ergo ſer Franciſcus in
illa parte,in qua uſumfructum habebat,ſibi præiu-
dicium inferre,ut inquit Bal. conſil.394. Super pri-
mo puncto.uol.4.Quinimmo dixit Bald. in d.l.do-
17 ce ancillam.uerſ. Et ideo ſi maritus. Quòd ſi mari-
tus de facto rem dotalem uenundedit,mulier con-
ſtante matrimonio rem uendicare non poteſt, idẽ
ante eum firmauit Specul. in tit.de actore. colum-
na 22. num.71. uerſic. Item filia ſine patris conſen-
ſu.cùm ergo ipſa conſtante matrimonio eam uen-
dicare non poſſit.per maritum uenditorem oppo-
ni non poteſt primam uenditionem inualidam eſ-
ſe, quia ſic opponendo contra factum proprium
18 ueniret, qđ regulariter minime poteſt. l.poſt mor-
tem.ff.de adoptio.& l.ſi creditoribus. cum ſimilib.
C.de ſer.pigno.da.manu. Et tanto magis cùm exce
19 ptio de iure tertij etiam iuris agentis in totum ex-
cluſiua in iudicio ſummario non admittatur, pro-
ut in præſenti cauſa uirtute reſcripti, ſummarie, &
ſola facti ueritate inſpecta,commiſſa.vt tenet Pau.
de Caſt.quem refert,& ſequitur Ale. in l.ille a quo.
§.ſi de teſtamento. col.3.in prin.uer. Item quòd ex
20 ceptio. ff. ad Treb. Quinimmo ſer Franciſcus rem
duobus uendens de falſo puniri debet.ut eſt tex.in
l.qui duobus.ff.de falſ.& tradit Abb.conſi.91. Quò
ad primum.col.4.poſt prin.ſub nu.7.in 1.par. & cõ
tra ipſum in litem iuratur, ut declarat Flor.in repe-
ti.l.ſi quando.nu.177. uerſic.Vendens enim. C.un-
de ui. quem ſequitur Anch. in 2.lib.q. in 2.q. nu.9.
nec ratione aſſertæ portionis dictorum bonorum
ad D.Baptiſtam eius uxorem ſpectantium ſe excu-
ſare poteſt,quia cũ ipſe ſit domus prædictæ,& quo-
rundam aliorum bonorum dominus, ut ex lectu-
ra inſtrumenti emptionis per ipſum factæ cogno-
ſcitur,ſaltem reſpectu dictæ domus, aliorumq; bo-
norum falſum incurriſſe dicitur. Fortius attentari
poteſt Dom.Baptiſtam eius uxorem in dictis bonis
nullum ius habere,nec in proceſſu probatum fuiſ-
ſe,& quamuis nonnulli teſtes deponant Aloyſium
eius patrem, uſque ad eius obitum illa bona tenuiſ
ſe,ac poſſediſſe,& poſt eius mortem Do. Baptiſtam
eius filiam,& hæredem uſque ad alienationem per
ſer Franciſcum factam, quia tamen ex inſtrumen-
to emptionis per ſer Franciſcum factę a Ioanne q.
Dominici Durantis,& a Durante q.Perini Duran-
tis in actis producto contrarium apparet, conclu-
dendum eſt, quòd etiam teſtes ut ſupra examinatĩ
de falſo conueniantur. ut in ſimili uoluit Aymo
conſil.54.Quæritur primo.col.3.in fi.nu.15.uerſic.
21 Non obſt.ꝙ aliqui teſtes. Et teſtis in uno falſus, in
omnibus etiam quod in aliquo uerum dixiſſet, di-
citur falſus ratione iuramenti, quod eſt indiuiduũ.
c.teſtimonium.ext.de teſti.no.doc.communiter in
c.fraternitatis.de hæret. Bald. in c.1.§.1. de contro-
uer.inueſt. Alex.conſi.53. In cauſa,& ibi col.3. nu.
12.vol.7.& Aymo.conſi.201. Præſupponitur in fa-
cto.col.7.in prin.uer. Non obſt.ꝙ.vol.2. cùm ergo
conſtet ſer Franciſcum fuiſſe dominum, & poſſeſ-
ſorem dictæ domus a dictis de Durantibus emptæ,
ſequitur primam uenditionem Michaeli factam,
22 & non ſecundam ualere,& tenere. Plus dico,ꝙ cũ
Michael titulum habeat, & ius fuerit ſibi per dictã
emptionem acquiſitum,etiam quòd ſecundo em-
ptori tradita fuiſset poſseſſio,& ipſe in bona fide fu
iſset,ſecundo emptori præferri debet.vt voluit Ab.
d.conſi.91.ſub d.num.7.Gozad.conſi.24.Quæritur
an Dauid.col.fi.nu.12.verſi.Præterea clarum eſt.&
Didac.Couar.in 2.lib.varia.reſol. c.19. nu.5. verſic.
Quinto eadem conſtitutio. Concludo igitur, cùm
Michaeli primo facta fuerit uenditio, per eumque
fuerit ſer Franciſco precium partim in pecunia nu-
merata,partimq; per delegationem ſolutum, & ip-
ſe in poſseſſione dictæ domus reperiatur, vt ſupe-
rius demonſtratum fuit, eundem ſer Franciſcum
condemnandum fore ad venditionis inſtrumentũ
Michaeli primo emptori exponendum cum expẽ-
ſarum victoria. Et ita dico, & iuris eſse cenſeo ego
Matthæus Brun.Iuriſc. Arim. ad laudem omnipo-
tentis Dei,ac glorioſiſ.Virg.matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Creditor pendente contra vnum ex correis iudicio, contra alium correum in alio iudicio experiri poteſt.*
2 *Correus vnus ſi per pactum, vel liberationis legatũ liberatus fuit, alter correus liberatus non dicitur.*
3 *Sententia ſi pro vno ex reis debendi abſolutoria fertur reſpectu iuris eius perſonam concernentis, correo non prodeſt.*
4 *Cauſa abſolutionis ſi abſoluti tantum perſonam reſpicit, etiã ſocio non proderit.*
5 *Cauſa ſententiæ ſententiã limitat, & non operatur pluſquàm ſua cauſa.*
6 Beneficium uni collatum an ad conſortem porrigatur?
7 *Quod uni in priuilegium conceditur, ad aliam perſonam non extenditur, nec ad alium caſum. & num. 14.*
8 Creditor ſi bona debitoris habeat ſequeſtrata, debitum tamen petere poterit.
9 *Oblatio creditori per debitorem de bonis ſtabilib. facta, de euictione cum fideiuſsore, eo caſu quo bona illa euincerentur, fieri debet, aliàs eſt nulla.*
10 *Viam quis in dubio eligere non cenſetur, per quam actus ſuus impugnetur.*
11 *Oblatio per debitorem creditori de bonis ſtabilibus facta ratione incertitudinis loci, & quota bonorum, redditur nulla.*
12 *Emens in prædio Sempronij tabulas centum terræ in ea parte, quã ipſe eligeret, electione non facta ſi rei uendicatione agit, ratione incertitudinis loci & quotæ nihil agit.*
13 *Executio ſi contra unum ex correis pro parte facta fuit, alter correus in ſolidum etiam ad integrum debitum conueniri poteſt.*

CONSILIVM CXXXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

QVO ad dubia nouiſſimè propoſita aduertendum eſt, ꝙ communis opi. doct.
1 eſt, ꝙ pendente contra unum ex correis
iudicio, creditor contra alium correum
in alio iudicio experiri poteſt. Bar. in l. in
duob. §. vbi duo. colum. 2. in fin. ff. de duo. re. quem
ſequitur Bal. in l. fi. C. de fideiuſ. per gl. ſing. in l. credi
tor. in prio. ff. manda. & in c. ex parte. col. pen. in fin.
verſi. Item oppo. lex dicit. extra de teſtib. hanc opin.
ſequitur Ang. in l. ſecunda, ad fin. verſicu. An autem
actione. ff. de duo. reis. eandẽ tenet & ſequitur Paul.
de Caſtro. & Areti. in dicto. §. vbi duo. & idem Paul.
conſi. 391. Non reperio iure cautum. volu. 1. in nouis. Aret. conſi. 33. Conſultatio præmiſſa. col. 1. verſ.
Circa ſecundum dubium. vbi atteſtatur hanc eſſe
communem doctorum ſententiam, eandem quoque ſequitur Alex. in l. quamuis. §. celſus. ff. de dam.
infec. & Capy. in deciſio. 219. In cauſa. Dom. Goffre
di. a qua opi. in iudicando minimè recedẽdum eſt,
2 iuxta iura uulg. In fortiorib. terminis dico ꝙ ſi vnus
ex correis per pactũ, vel liberationis legatum liberatus fuit, alter correus non eſt liberatus, deciſio eſt
Thol. 263. Item an liberato. Pro quo facit quod voluit Bar. in l. ex duobus. ff. de duo. re. quem ibi refert
& ſequitur Aret. in quinta colum. in fin. verſicu. Secundo principaliter, quòd ſi pro uno ex reis deben-
3 di abſolutoria fertur reſpectu iuris propriam perſonam concernentis, correo non prodeſt, niſi eſſet ſocius. per l. primã. ff. rem rat. hab. Quinimmo fortius
4 inquiunt Ang. & Imo. in d. l. ex duobus. quòd ſi abſolutionis cauſa abſoluti tantum perſonam reſpiciebat, prout in caſu præſenti contingit, talis abſolutoria etiam ſocio non proderit, quia cauſa ſententiæ
5 ſententiam limitat, ut non plus operetur quàm ſua
cauſa, ut. l. hæc enim. ff. de ſuſpec. tuto. & plenè declarat Bar. in. l. 2. §. ignominię. ff. de infami. Sequitur
ergo, quòd etiam ſi Vitalis creditor pro ſuo credito bona ſtabilia Silueſtri uigore reſcripti eius perſonæ conceſſi accipere condemnatus fuiſſet, ſibi nõ
nocebit, quin etiam contra alium correum experiri valeat, ex quo talis ſententia Sebaſtiano correo
non prodeſt, talis enim ſententia ex priuilegio perſonæ Silueſtri conceſſo, & non utrique procedit,
quia priuilegium perſonale ad aliam perſonam
non extenditur, ut latè ſcripſi in tractat. de ceſſio.
bono. in nona quæſtio. principal. ſi enim utriuſque
perſonam eiuſmodi priuilegium reſpiceret, utique
etiam Sebaſtiano prodeſſet, ut uoluit Ang. & Imo.
in d. l. ex duobus. ut refert Are. ibi in. 5. colum. in fi.
uerſi. Si enim cauſa. Pro quibus facit deciſio Bal. in
l. 1. in. 2. nor. C. de diuer. reſcrip. ubi quærit an benefi
6 cium uni collatum ad conſortem porrigatur, & di
ſtinguit, aut eſt quid connexum, aut ſeparatum,
primo caſu quod uni conceditur, alteri conceſſum etiam uidetur, ſecundo uero caſu quod uni
conceditur, de alio omitti uidetur. l. ſi maritus. C. de
donatio. inter uirum. & uxor. Præterea illud quod
7 ob gratiam, ſiue in priuilegium conceditur, nec
ad aliam perſonam, nec ad alium caſum extenditur. text. eſt & ibi not. Bald. in l. prima, in primo
notabil. C. de legib. Sed in præſenti caſu priuilegium eſt ſeparatum, & ob gratiam conceſſum, ergo &c. Et ex his fundamentis obiectio contra talem creditorem facta tollitur, qui quamuis de fructibus terrarum Silueſtri ſibi ſatisfieri elegerit, &
talis electio per iudicis decretum confirmata fuerit, in remque iudicatam tranſitum fecerit, per
hoc non tollitur, quin etiam ipſe creditor contra
Sebaſtianum alterum correum experiri queat, per
hoc enim ſibi non præiudicat, cùm ex tali decreto
minimè ſatisfactus fuerit, nec etiam per præceptum colonis ad eius inſtantiam factum ſatisfactus
dicitur, cum tale præceptum ſolutionem non faciat, pro ut etiam ſi executio per iudicem commiſſa fuiſſet, & per pignora, uel perſonæ capturam
conſummata fuiſſet, non diceretur ſatisfactus, cùm
etiam in tali caſu contra alium correum experiri
poſſet, ut ſentit Barto. in. l. conſentaneum. columna
final. ad fin. uerſicu. Quarto ſecundo. C. quomo. &
quando iudi. & Aret. dicto conſil. trigeſimotertio,
8 colum. prima, uerſicu. Circa ſecundum. Et ideo
inquit Bald. in l. qui legati. C. ut in poſſ. legat. quòd
quàmuis creditor bona debitoris habeat ſequeſtrata, debitum tamen petere poterit, quia non eſt ſibi
ſatisfactum. ſequitur Dec. conſil. duodecimo. Et
pro tenui. columna ſecunda uerſicu. Quinto nam
cùm iſta datio. & facit tex. & ibi not. Bald. in l. aduerſus. C. de actio. & obligatio. & ſic patet quòd plura
remedia, quæ ad creditoris ſatiſfactionem tendunt,
inſimul concurrunt, & vnum aliud non excludit,
ita inquit Dec. conſil. quadringenteſimo ſexageſimo. Viſo puncto. & in dubijs. col. ſecunda. in princ.
num. nono. & conſil. 562. Viſo puncto. colum. ſecunda num. octauo. cum duobus ſequen. Iaſ. conſi.
9. Circa primum dubium. in ultim. additione illius
conſi. quę incipit. Rener. domine Vicarie poſtridie
ad me. colum. prima uerſicu. Et in executiuis. uolu.
primo. & pulchrè per Neguſan. in tracta. de pign. in
ultim. fol. dicti tractat. uerſicu. Poſtremo in ma-
9 teria. Nec oblatio de bonis ſtabilibus per Silueſtrum facta ſibi prodeſſe potuit, quia eo tem-
pore

pore Silueſter fideiuſſorem de euictione dare de-
bebat eo caſu, quò bona inſolutum data euince-
rentur, cùm ergo non dederit, oblatio ipſa eſt nul-
la, ut ſing. uoluit Rom. cõſ. centeſimo ſexageſimo-
tertio. Conſtitutio curiæ. quem refert, & ſequi-
tur Iaſ. d. conſ. 9. col. 6. ad fi. uer. Requiritur & aliud.
Nec refragatur per Vitalem creditorem electionẽ
factam fuiſſe, ſibi primo de fructibus, deinde in tot
bonis ſtabilibus ſatisfieri, ideo ſibi imputandum ui
detur. l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. uel hy-
po. ſolui. iuncta l. ſi rem alienam. §. omnis pecunia.
ff. de pigno. actio. Bald. conſil. quinquageſimopri-
mo. Titius uendidit Seyo. uolumin. primo. & tradit
Abb. in c. præterea. ſub numero tertio. extr. de uſur.
& in c. inter alia. columna ſecunda. poſt prin. num.
8. in fi. extr. de immuni. eccle. Quia reſpondetur, ta-
lem electionem per Muſettum alium creditorem,
& non per Vitalem factam fuiſſe. Quinimmo ipſe
proteſtatus eſt ſemper, quòd ſuę appellationi, aliiſq;
iuribus ſuis præiudicare non intendit, & quatenus
bona immobilia pro eius credito accipere tenere-
tur, quòd tũc primo ſibi de fructibus, poſtea de im-
mobilibus ſatisfieri eligit, ſalua ſemper Muſetti prio
ris creditoris prærogatiua, & ſic eiuſmodi ele-
ctio conditionalis eſt, & non pura, & ſimplex, ideo
10 ſibi præiudicium nullũ intulit. In dubio enim quis
uiam eligere non cenſetur, per quam actus ſuus im
pugnetur. l. miles qui deſtinauerat. ff. de mili. teſta.
per Paul. de Caſt. in l. non uidetur. in fi. ff. de iud. Et
eſto quòd ex parte Vitalis talis electio ſimplex, pu-
raq; fuiſſet, dico quò ad alterum correum huiuſ-
modi electionem ſibi præiudicium non inferre, do
nec ipſe Vitalis talium bonorum poſſeſſionẽ ade-
ptus fuiſſet, illaq; inſolutum accepiſſet, ita quòd ue
re de credito ſuo ſatisfactus dici poſſet, quia. l. fi. C.
de fideiuſ. uult creditorem uere ſatisfactum eſſe, in
hoc autem caſu uere ſatisfactus non dicitur, etiam
quòd in fructibus, deinde in ſtabilibus ſatisfieri ele
giſſet, & quamuis ſatisfieri elegerit, non tamen ſe-
quitur ſatisfactum fuiſſe, quia talis electio effectum
non habuit, ita quòd in bonis illis ius creditori quę
ſitum fuerit, ex quo traditio ſecuta non fuit, quæ in
contractibus ad transferendum dominium requi-
ritur. l. traditionibus. C. de pact. ita reſpondet Dec. d.
conſil. 12. in pen. columna. uerſic. Nec obſt. quòd
11 in caſu iſto. Præterea oblatio per Syluestrum facta
de bonis ſtabilibus dandis, ratione incertitudinis lo
ci, & quotæ dictorum bonorũ, reali electione per
Vitalem, duorumque confidentium æſtimatione
prius non facta, fruſtratoria, & nulla redditur. l. 3. §.
incertam. & ibi Bar. & doct. & l. locus. ff. de acq. poſ.
12 Vnde inquit Bar. & in d. §. incertam per illum tex. ſe
aliàs in facti contingentia dixiſſe, quòd cùm quidã
in Sempronij fundo tabulas centum terræ emiſſet
ea in parte, quam ipſe eligeret, & priuſquam partẽ
eligeret, rei uendicatione egit, quod nihil egit, quia
uendicare non potuit, cum incerta foret ratione lo
ci, & quotæ. & cum Bar. ibi tenent alij. & ita conſu-
luit Bar. conſil. ſeptuageſimoquarto. Petrus uendi-
dit Bertæ ſuæ ſorori. Vitalis igitur ad alium correũ
tranſire poteſt, donec ei uere ſatisfiat, nec a Silue-
ſtro cogi poteſt, tot bona immobilia accipere ſi a-
lium correum cõuenire velit, etiam quòd illa acci-
pere elegiſſet. Plus dico, quod ſi Vitalis a Silueſtro
pro parte ſatisfactus fuiſſet, contra alium correum
pro reſiduo, quod ipſe non receperit, agere poſſet,
ut uoluit Paul. de Caſt. d. conſil. 391. in princ. & Ve-
13 ronẽ. in caut. 257. Quando quis. Fortius dico, quòd
ſi executio contra Silueſtrum pro parte facta fuiſ-
ſet, poteſt etiam Sebaſtianus alter correus inſoli-
dum denuo ad integrum debitum conueniri, ut
uoluit Afflict. in deciſio. 216. Sexdecim Iudæi. in fi.
per gloſſ. & Paul. de Caſt. in l. prima. C. ſi plures una
ſenten. & inquit ibi Afflict. quòd deciſio illa fuit ſi-
bi uiſa ita noua, quòd nunquam aliàs legit, nec au-
14 diuit. Nec refragatur doctrina Spec. & Hyp. allega-
ta. in rubr. de fideiuſſ. num. 372. uerſic. Quinquage-
ſimooctauo quæro. quia illa in pecunia numera-
ta procedit, ut ibi clare patet, & poſito etiam quòd
in re immobili loqueretur, dico talem oblationem
per Silueſtrum factam ſibi tantum, & non Sebaſtia
no correo prodeſſe. ex quo priuilegium Silueſtro
tantum de bonis ſtabilibus Vitali pro eius debito,
& non Sebaſtiano dandis conceſſum fuit, ut ſupe-
rius dictum eſt, ideo quò ad Sebaſtianum correum
Vitalis liberas ædes habet. l. loci corpus. §. compe-
tit. ff. ſi ſeru. uend. cum uulg. & per not. per Iaſ. d. con
ſil. nono. columna quinta. uerſic. Nam ſecundum
ueram, & communem ſententiam. & Gozad. con-
ſil. trigeſimoſecundo. Prima facie. columna prima.
in fi. uerſic. Secundo ego moueor. Concludendo
igitur, dico omnia dubia procedere ſi Vitalis con-
tra Silueſtrum experiri uellet, eſto quòd contra ip-
ſum ſententia in iudicatum tranſiuiſſet, ſed Sebaſtia
num correum conueniendo, Vitali non præiudi-
cat quin inſtrumenti executionem committi con-
tra Sebaſtianum petere potuerit. Et ita de iure re-
ſpondendum cenſeo, ſalua ſemper ſaniori ſententia
ego Mathæus Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad lau-
dem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis
matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Societas, ſeu confraternitas Sancti Hieronymi de Arimino, an locus pius dicatur, ita quòd Episcopo ſubiectus ſit, & quæ requirantur, vt locus pius dicatur, & Diœceſano ſubijciatur.*

2 *Confraternitas alicuius Eccleſiæ, ſeu loci pij, collegium licitum dicitur.*

3 *Episcopus inquirere debet, an in loco pio, & religioſo charitatis opera exerceantur.*

4 *Confraternitates ſub Episcopi iuriſdictione ſunt. & numero nono.*

5 *Episcopus confraternitates viſitare poteſt.*

6 *Episcopus impedire poteſt, ne confraternitates fiant, & ſi factæ ſunt, illas ex cauſa deſtruere poteſt.*

7 *Oratorium priuatum, ſeu hoſpitale ſi conſtruitur, & ordinetur, quòd Episcopus nullo pacto in eo ſe intromittat: Episcopus tamen inquirere poterit, an omnia ſecundum conſtructoris voluntatem ſint diſpoſita.*

8 *Canonica portio de relictis confraternitati factis Episcopo debetur.*

10 *Auctoritas Alexandri tanta eſt, quòd ab eius reſponſis recedere nephas eſt.*

Fatuus eſt iudex, qui ſe incompetentem pronunciat. ibidem.

11 *Iudex adhærere poteſt cui opinioni voluerit, quando diſcerni non poteſt, quæ opinio communis ſit.*

12 *Iudicandum eſt in dubio pro eccleſia.*

13 *Iudex ſi dubitatur, an ſit competens, & ordinarius ſe competentem pronunciare poteſt, ad effectum, vt de cauſa cognoſcere valeat.*

CONSILIVM CXXXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO reſolutione corũ quæ ad me tranſ
1 miſſa fuerunt. Præmitto primo ꝗ ſocie
tas Diui Hieronymi Ariminẽſis locus
pius eſſe dicitur, ut de ſe patet, quoniã
ibi pietatis opera exercentur, ut arguit
Spec. in §. Nunc uero aliqua. col. 28. num. 62. uerſi.
Et ſcias quòd inter relicta. de inſtrumẽ. editio. Abb.
conſi. 51. Ad claram reſolutionem, in 1. par. tradit
Fely. in c. de quarta. extra de præſcrip. Deci. conſi.
73. Viſo puncto. columna 2. uerſi. Tertio princi-
paliter. ubi proprie de confraternitate loquitur. &
ibi Deus colitur, & talis fraternitas ad diſciplinæ
actum, ad charitatem, pietatem, miſericordiam, ad
uitamque contemplatiuã ordinata eſt, quæ omnia
ad religionem pertinẽt: faciunt tradita per Io. and.
in c. ſane. extra de regula. Præterea hi confratres ri-
tu eccleſiaſtico uiuunt, oratorium, & altare ha-
bent, ubi ad eorum deuotionem orant, matutinaſ-
que ac ueſpertinas horas concinunt, & diuina de
Epiſcopi licentia celebrari faciunt. & ſic quodam-
modo ad inſtar eccleſiaſtici collegij redacti ſunt, at
que ea quæ eidem fraternitati legantur, in pietatis
opera conuertuntur, ut aduerſarij ad Cleri poſitio-
nes fatentur, hacq; intentione, expreſſaq; teſtatorũ
voluntate relinquũtur, & Epiſcopus de his cogno
ſcendo, non ſibi appropriando ſe intromittere po-
teſt. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi. & hoc ad offi-
cium Epiſcopi pertinet. cap. nos quidem. extra de
2 teſtam. & d. l. hæreditas. Secundo præmitto quòd
huiuſmodi confraternitas collegium licitum dici-
tur. cap. ſi quis. 42. diſtin. & cum eccleſiam Diui
Hieronymi ſibi annexam habeat, in qua etiam di-
uina celebrantur cum campanili, alijſque eccleſia-
ſticis ſignis, cum Epiſcopi auctoritate conſtructa
præſumitur, iuxta not. per glo. in clem. quia con-
tingit. §. fi. in uerbo altare. de religio. domi. & ex cõ
ſequenti ſicut ipſa eccleſia Epiſcopo ſubeſt. c. de xe-
nodochijs. ext. eo. tit. ita in hoſpitali arguit Pau. de
Ca. conſi. 5. Dicendum eſt quod dicta fraternitas.
uol. 2. in nouiſ. & uoluit Bal. conſi. 162. Quidam Frã
ciſcus. ibi. Vnde nec ſunt pia loca, niſi habeant ec-
cleſiam annexam. uolum. 5. & latiſſime conſuluit
in caſu propoſito Calderi. conſi. 4. & 5. in tit. de re
ligio. domi. quem refert, & ſequitur Roma. con-
3 ſi. 477. In caſu propoſitæ. Et ideo ad Epiſcopum
pertinet inquirere, an ibi charitatis opera exerceantur.
l. conuenticulam. C. de epiſco. & cleri. & c. 1. de
cenſi. lib. 6. in hac ergo fraternitate Diœceſanus iu-
4 riſdictionem habet, quia hoc ad iuriſdictionem ſpe
ctat, & ſic ſub quadam generali cura fraternitates
ſunt ſub Epiſcopo. l. parabolani. C. de epiſ. & cle. hãc
5 quoque fraternitatem Epiſcopus uiſitare poteſt,
cùm locus pius ſit. d. c. 1. de cenſi. in 6. in eo igitur, &
6 in perſonis iuriſdictionem habet. Impedire etiam
Epiſcopus poteſt, ne fraternitas fiat, & ſi facta eſt, il-
lam ex cauſa deſtruere, præſertim quando abſque
eius auctoritate & licentia conſtructa & ordinata
eſt, ut uoluit Abb. conſi. 89. Ex themate propoſito.
in prin. in 2. par. & Calde. d. conſi. 5. & 6. eo. tit. de re
ligio. domi. quos ſequitur Roch. de Cur. in tract. de
iure patro. in §. Conſtruxit. in 5. q. Amplius dico, ꝗ
7 ſi oratorium priuatum, uel hoſpitale conſtrueretur,
quod ſine Epiſcopi conſenſu fieri poteſt. c. uni
cuique. de conſecra. diſtin. 1. c. inter dilectos. & ibi
not. extra de dona. & diſponatur, vel ordinetur ꝗ
Epiſcopus de loco illo nullo pacto ſe intromittat,
ꝗ nihilominus uidere & inquirere poterit Epiſco-
pus, an omnia ſecundum defuncti conſtructoris
uoluntatem geſta ſint, ita decidit Panor. in d. cap.
inter dilectos. in fi. idem firmat Fede. de Sen. conſi.
111. Quæſtio talis eſt. col. 1. cum alijs per Cur. rela-
tis in d. tract. de iure patro. in §. Pro eo. col. 24. in fi.
num. 28. uerſi. Sed circa prædicta. in hac ergo con-
8 fraternitate Epiſco. iuriſdictionem habet. Præmit-
to etiam quòd de relictis fraternitati factis canoni-
ca portio Epiſcopo debetur, ut late examinat Pet.
de Vbal. in tract. de cano. Epiſco. & paroch. in 4. q.
decimæ quartæ. q. princ. quem refert & ſequitur A-
lex. conſi. 102. Super primo quæſito. colu. 1. uolu. 7.
& Lapus de Caſtellio. in tract. de cano. por. & de
quarta. c. 1. columna 4. uerſi. Venio ad ultimum. &
c. 2. in 6. & 7. q. Vbi etiam concludunt, quod talis
9 locus tanquã pius iuriſdictioni Epiſcopi ſubeſt, ut
cognoſcat, & non ſibi appropriet. Quibus ſic præ-
miſſis concludo confratres prædictos, cum de Epi
ſcopi iuriſdictione ſint, cum perſonis eccleſiaſticis
in ſolutione ſubſidij triennalis per Sanct. D. N. Pont.
Paulum tertium concurrere debere, non obſtanti
bus per Bal. adductis conſi. 134. Factum ſuper quo
conſilium petitur. uol. 2. in dubio traditis, quia illa
procedunt in fraternitatibus, & collegijs oratoria,
altare, eccleſiamque annexam non habentib. ſed
in proprijs domibus priuatum dumtaxat oratoriũ
& ubi legata ad uſum pium relicta non eſſent, pro-
ut ſunt in præſenti caſu, ut declarat Calderi. d. con-
ſi. 4. & Roma. d. conſi. 477. & ad omnia ad plenum
reſpondet Pet. de Vbal. in d. 4. q. uer. fi. Nunc venio
ad reſpondendum. Et quamuis Panormi. d. conſi.
31. in 2. dubio. contra Pet. de Vbal. tenere uideatur,
10 cum eo tamen tenet Alex. cuius auctoritas hiſce
temporibus adeo in excelſo, illuſtrique loco ſita
eſt, quòd ab eius reſponſis recedere nephas quodã
modo uideretur ſecundum Deci. conſi. 62. In cau-
ſa quæ agitur. col. 2. ad fi. uer. fi. Secundo reſponde-
tur. & cũ hac opi. tranſit Soci. ſeni. conſi. 82. In cau-
ſa uertente. col. 10. in prin. uerſi. Sed difficultas ori-
tur. ſub num. 34. uol. 4. Et ſi diceremus articulũ hũc
ob tantorum uirorum uarietatem dubium uideri,
concludendum erit in dubio potius tenendam fo-
re eorum opinionem, qui tales fraternitates eccle-
ſiaſticæ iuriſdictioni ſubiectas eſſe uolunt, ut iudex
in dubio ſe competentem iudicem pronunciare
valeat, ut ſequatur quod dici conſueuit, fatuum eſ
ſe iudicem qui ſe incompetentem pronunciat, &
tanto magis cum in hoc articulo diſcerni nequeat
11 quæ ſit communis opi. Et ubi non eſt, nec diſcerni
poteſt, quæ communis ſit opi. & ubi uario modo
loquuntur Doctores, cui opinioni voluerit iudex
adhærere poteſt, & in ſindicatu non tenetur, ut in-
quit Abb. in c. 1. extra de conſtitu. & ibi Deci. in ul-
12 ti. columna in 1. lectura. Et ideo magis pro eccleſia
iudicandum eſt, ut eſt tex. in l. ſunt perſonæ. in fi. ff.
de religio. & ſump. fune. & quamplura contra cõ-
munes cõcluſiones fauore eccleſiæ introducta ſũt,
ut habetur plene per Bar. & Doc. in l. 1. C. de ſacro-
ſan. eccle. & per Roma. in auth. ſimiliter. C. ad l. fal-
cid. & propterea dixit Afflic. in deciſione trecen-
teſima quinquageſimaquarta. In cauſa reuocatio-
nis. columna octaua. in princip. numero decimo-
13 quinto. uerſicul. Vel poteſt ſecundo. Quòd ubi du-
bitatur an iudex ſit competens ad effectum, ut de
cauſa cognoſcere valeat, & ipſe eſt iudex ordi-
narius, quòd tunc poteſt ſe iudicem eſſe com-
petentem pronunciare, præterquam in octo ca-
ſibus

ſibus per Ang.exceptis in l.ex quacunque.col.2.in
prin. ff.ſi quis in ius vocat. non ierit, in quibus hic
non reperitur comprehenſus. Ex quibus dubia ad
me tranſmiſſa ſublata eſſe cenſeo,& concludo Re-
ueren. Vicarium debere in præſenti cauſa ſe iudicẽ
competentem pronunciare, & ita pronunciarem,
ſi huiuſmodi cauſa mihi commiſſa foret, ego Mat-
thæus Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad laudem om-
nipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virg. matris Ma-
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur, vt quis in canonem ſi quis ſuadente dia-
bolo.17.q.4.incurriße dicatur.*
2 *Admenans baculum, vel enſem contra clericum, & ipſum
non percutiens excommunicatus non dicitur, ſed iniuria-
rum actione tenetur.*
Voluntas, ſiue conatus ſine effectu non punitur. Ibid.
3 *Inſultus ſi ſit ad Cardinalis domum, vt ei iniuria fiat, vel
in domo, ſiue in caſtro obſeſſus fuerit, vt ei verecundia, &
terror inferatur. c. felicis. de pœnis. in 6. locum ſibi non
vendicabit.*
4 *Clerico iniuriam inferens in eius domo, an ſacrilegus dica-
tur?*
5 *Sacrilegij pœna non eſt excommunicatio, niſi violenta per-
cuſſio ſequatur.*
6 *Sacrilegij pœna olim pecuniaria erat, nunc vero eſt arbi-
traria.*
7 *Intellectus ad c.ſi quis contumax.in fin.decimaſeptima quæ-
ſtione quarta.*
8 *Violans eccleſiam, vel eccleſiæ immunitatem de iure cano-
nico excommunicari debet.*
*Excommunicationem incurriſſe quis declarari non debet, niſi
prius citatus fuerit. ibi.*
9 *Declaratio de aliquo in excommunicationem incurſo, abſque
citatione facta tanquam nulla per eundem iudicem etiam
delegatum reuocari debet.*

CONSILIVM CXXXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PLVRA in uoce ad fauorem ſer Vincẽ-
tij de Coriliano allegaui, ut autem de ue
ritate eorum quæ aliàs dixi clarius appa
reat, nonnulla hic duxi deſcribenda, in
facto nemo diſcrepat, in iure autem di-
ſpares ſumus, ſed concordes effecturos nos ſpero.
1 Dico igitur ſer Vincẽtium ex illo actu in canonem
ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.non incurriſſe, quia
ille tex.tria coniunctim requirit, ſcilicet iniectionẽ,
violentiam, & iniuriam, vt etiam declarat Hoſt. in
ſumma.§.qualiter proferatur.col.4.in prin.uer. An
te omnia tamen no.de ſent.excom. hic autem unũ
tãtum interuenit, ergo &c. Nec ex tali actu, cùm in
2 perſonam conſummatus non fuerit, excõmunica-
tus efficitur. Nam ſi quis baculum, uel enſem con-
tra clericum admenauerit, ipſumq́; non percuſſe-
rit, excommunicatus non dicitur, ſed tantum iniu-
riarum actione tenetur. c.ſi quis pulſatus. de pœn.
diſt.1.Idem Hoſt. in d.§.qualiter. columna quarta.
in fi.uerſic.Imprimis ergo quæro.Steph.Eufred. in
repet.clem.1.de offi.ord.ſuper rub.de poteſta.ſecu-
la.ſuper eccle.perſo.in 3.reg.fallen.col.1. & 2. & fa-
cit glo.& ibi Io.And.Arch.Anch.Gem.& Phi.Fran.
in c.fælicis.ſuper gloſ.in ſecutione. de pœn.in 6.nam
uoluntas, ſiue conatus ſine effectu non punitur.c.
cogitatio.ea.diſt.1.& c.hæc autem uerba.& ibi no.
glo.ea.diſt.& tradit Gram.uoto.8. In cauſa reueren
3 di.& uoto ſeq. Et ideo dixit Arch. in d.c.fælicis. col.
1.uer.cæpit illud uerbum, quem ibi ſequitur Anch.
in prin. quòd ſi ad Cardinalis domum fiat inſultus,
ut ei fiat iniuria, uel in domo, ſiue in caſtro obſeſ-
ſus fuerit, uel etiam in domo claudatur, non ut ibi
cuſtodiatur, ſed ut ei uerecundia & terror inferatur,
non uendicabit ſibi locum. d. c. fælicis. ſecundum
Inno.in c.nuper. extr. de ſen. excom. quibus ſtanti-
bus ſer Vincentius excommunicatus declarari nõ
4 potuit. Nec refragatur, quod ille ſacerdos fuerit in eius
domo iniuriatus, & ſic clerico in eius domo iniu-
riam inferens ſacrilegus dicatur. c. ſacrilegium. 17.
q.4.quia ſi recte conſideratur ille tex.& no.per Ar-
chid.in d.c.fælicis.in prin.& Gem.ibi in fi.principij.
contra ſer Vincentium allegari non poterit. Nam
5 ſacrilegij pœna non eſt excommunicatio, niſi uiolẽ
ta percuſſio ſequatur, ut inquit Arch.ibi in uerſ.hẽ
qui clericum,& Gem. in uerſic. Item qui clericum
percutit, quod non eſt in caſu propoſito. ſacrilegij
6 pœna olim pecuniaria erat, nunc uero eſt arbitra-
ria. Abb.in c.cùm ſit.col.5.uer. Hodie tamen. extr.
7 de foro compet. Et quamuis tex.in c.ſi quis contu-
max.in fi.17.q.4. dicat quòd ſacrilegium duplicem
contineat pœnam, pecuniariam uidelicet, & excom-
municationem, de ſacrilegio tamen commiſſo, ad
actumq́; perfectum cõducto intelligitur, ut uoluit
text. ibi & iura ſuperius allegata. & plene declarat
Pau.Grillan.in tract.de pœn.omniſa.coitus.q.1.col.
1.2.& 3. Et eſto quòd in caſu propoſito ſacrilegium
commiſſum fuiſſe diceretur, ita quòd excommu-
nicationis pœna imponenda ueniat, ut uoluit. Abb.
in c.eccleſiæ.in fi.extr.de imm.eccl.ubi inquit uio-
8 lantem eccleſiam, uel eccleſiæ immunitatem de iu
re canonico excommunicari debere, ergo excom-
municatus non dicitur, & propterea ſer Vincentiũ
in excommunicationem per illum incurriſſe Reu.
Vicarius declarare non debebat, niſi ipſo prius cita
to, ut uoluit late Fely.in c.Rodulphus.col.pen. uer.
Citatur autem pars extr.de reſcrip. Et tanto magis;
quia ipſo iure per illum actum excommunicatus
non dicebatur, ſed excommunicari debebat, ut in-
quit Abb.in d.c.eccleſiæ.in fi. cùm igitur ipſo non
citato fuerit per Vicarium declaratus excommuni
catus, declaratio illa nulla eſt, & tanquam nulla de-
clarari debet etiam per eundem iudicem, quamuis
delegatus eſſet, cũ interlocutoria ſit, ut uoluit Spec.
in §.qualiter.col.4.in prin. uer. Ioannes de Deo di-
xit. Et ita de iure reſpondendum cenſeo ego Mat-
thæus Brun. Iuriſc. Arim. ad laudem omnipotentis
Dei, ac glorioſiſs. Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à delegato iudice ad delegantem, & non ad ordi-
narium appellare debet.*
2 *Reſcriptum conditionale ad preces ſupplicantis refertur.*
3 *Iudex de habitu, & coràm eo geſtis teſtis eſſe poteſt.*
4 *Princeps ſi cauſam ad ordinarium ſpectantem delegat, per
talem delegationem ordinarium iuriſdictione quò ad illam
cauſam priuaſſe, cauſamq́; ad ſe aduocaſſe cenſetur.*
5 *Cauſa quando delegabilis effecta dicatur.*
6 *Cauſa delegata ſi uerum ordinario committatur, amplius
in illa cauſa ordinarius non dicetur, ſed delegatus.*
7 *Exceptio ex defectu iuriſdictionis proueniens quandocunq;
opponi poteſt.*
8 *Exceptio rei iudicatæ ante litem conteſtatam, & non poſt,
opponi debet, vt proceſſum impediat.*
9 *Diſpoſitio ſtatutaria cùm ſit contra ius commune, extendi
non debet.*

10 *Ordinarius ſi tanquam delegatus iudicat, ad delegantem, &*
non ad ordinarium appellari debet.
11 *Princeps cauſam coram ordinario captam ad ſe aduocare,*
& alteri delegare poteſt.
Inferior a Principe cauſam coram ordinario captam ad ſe
aduocare non poteſt. ibid.
12 *Ordinarius per reſcriptum iuriſdictione priuatus in cauſa*
coràm eo capta amplius ſe intromittere non poteſt.
13 *Extenſio de uno caſu ad alium in ſtatutis correctorijs de iu-*
re non permittitur etiam ex identitate, vel maioritate ra-
tionis.
14 *Statutum volens quòd a ſententia delegati ad ordinarium*
appelletur non valet, etiam ſi in genere fuit a ſummo Pon-
tifice confirmatum.
Appellari ad minorem, vel æqualem non poteſt. ibid.

CONSILIVM CXXXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

QVO ad primum dubium, ſi regulam in
eo propoſitam attendimus, prout illam
ego quoque fateor, proculdubio illa in
fauorem Petripau. Bonamici allegari
poterit. Nam ſimpliciter eam intelligendo, proce-
dere dicimus quando a iudice ordinario ad iudicē
ordinarium appellationum appellatur; & ita iura
in primo dubio allegata procedant. Sed ſi a delega-
1 to iudice appellatur, prout in caſu propoſito con-
tingit, tunc ad delegantem, & non ad ordinarium
appellabitur. c. licet in corrigendis. & ibi doct. extr.
de offic. ord. & c. cum aliquibus. de reſcrip. in 6. facit
tex. in l. 1. §. 1. ff. quis & a quo. & l. aduerſus. C. ſi ad-
uer. rem iud. tradit Soc. ſen. conſi. 83. Pro clariori in-
telligentia. col. 3. ad fi. uerſic. Non ob. tertium fun-
damentum. uol. 4. & declarat Gozad. conſi. 76. Quæ-
ritur ſi poteſtas. col. 1. uerſic. Iſtis non obſtantibus.
Nec doctrina Bart. allegata. in l. 2. C. ut lite penden.
Petropaulo præiudicat, quia prius quàm per eum
obtentum fuiſſet reſcriptum cauſam ipſam iudici
damnorum datorum committi, fuerat per Princi-
pis reſcriptum ad diuerſæ partis inſtantiam ab eo-
dem iudice aduocata, & Prætori commiſſa, inſtan-
te deinceps eodem Petropaulo eidem damnorum
datorum iudici recommiſſa fuit, & ſic per reſcriptū
iudex damnorum datorum delegatus fuit, ideo do-
ctrina illa potius Petropau. quàm aduerſario pro-
deſt. Et quamuis ultimum reſcriptum conditiona-
2 le fuerit, ad preces tamen ſupplicantis refertur, ut eſt
tex. in c. olim. ext. de reſcr. & in c. cùm dilecti. ext. de
donatio. determinat expreſſe Io. de Imo. in l. iudex
poſteaquàm. ff. de re iud. quem ſequitur Alex. con-
ſil. 84. In cauſa uertente. col. fi. uerſic. Nec ad hoc ul-
timum ob. uol. 1. ſed in precibus narratur conſulto-
rem partibus ſecretum a notario electum fuiſſe:
hoc igitur probari non potuit, niſi per notarij rela-
tionem, quæ etiam fieri poteſt coràm quo nunc cā
pendet, ab eoq; ſimiliter de ſportulis penès ipſum
eo tempore depoſitis fides haberi poteſt. arg. eorū
quæ tradit Soc. ſen. conſi. 46. Eleganter. col. pen. nu.
43. uerſic. Secundùm quòd uidebatur. & nu. ſeq. uo-
lu. 4. & per Eufra. in add. ad Capel. Tholoſa. in deciſ.
142. Item fuit quæſitum. an arbiter iudex. col. 1. in
fi. uer. Secundo caſu principali. Vbi inquit, quod iudex
3 de habitis, & coram eo geſtis teſtis eſſe poteſt, quā-
uis hoc in iudicio per aduerſarium opponi nō poſ-
ſit, cùm appoſitio hæc coram delegante, & non co-
ram appellationum iudice, incōpetenti iudice, fie-
ri debuit, ex quo per delegatum ſententia lata fuit,
ut uoluit Bar. in l. ſi expreſſim. col. pen. in prin. uerſi.
Quæro coram quo iudice. ff. de appel. quem ſequi-
tur Fran. in c. dilecto. col. 19. in prin. nu. 64. uerſ. Vi-
geſimoſeptimo principaliter quæritur. ext. eod. tit.
Quòd autem damnorum datorum iudex delega-
tus fuerit, ex reſcripti uerbis inſertis ſupplicantis pre-
4 cibus conſtat. Et ubi Princeps aliquam cauſam ad
ordinarium ſpectātem alieni delegat, per talem de-
legationem ordinarium iuriſdictione, quo ad illam
dumtaxat cauſam, priuaſſe, cauſamq; ad ſe aduocaſ-
ſe cenſetur, ita tenet Bal. in c. 1. col. 3. uer. Ex præmiſ-
ſis ergo apparet. de allodijs in uſib. feud. cùm mul-
tis conc. relatis per Marcant. in trac. iud. in 4. part. in
16. diſt. nu. 38. uerſi. Decimonono dicitur. cum alijs
5 ibi per eum relatis. Ordinario igitur eius iuriſdictio-
ne per d. delegationem priuato, cauſa delegabilis ef-
fecta eſt. Bal. in l. ſi ut proponis. col. pen. ad fi. uerſi.
Quæro Papa delegauit. cum uer. ſeq. C. quomo. &
quando iud. ſequitur Iaſ. in l. more. col. fi. uerſ. Not.
tamen perpetuo. ff. de iuriſd. om. iud. Hyp. in ſingu.
172. Habebo. ubi in cōpromiſſo loquitur, & in ter-
minis noſtris ponit Soc. ſen. conſi. 67. Conſilijs no-
ſtris. col. 7. in fi. nu. 32. uerſ. Sexto reſpondetur. uolu.
1. Et ideo ſi eidem ordinario iterum committatur,
6 in illa cauſa ordinarius amplius non dicitur, ſed de-
legatus. ideo ab eo ad delegantem appellari debet,
& non ad appellationum iudicem, ut per Soc. d. cō-
ſi. 83. & Gozad. d. conſi. 76. nu. 6. 7. & 8. appellatio igi-
tur in caſu propoſito ex defectu iuriſdictionis iudi-
cis ad quem, nulla dicitur, ideo quandocunque cō-
tra ipſam de nullitate opponi poteſt, quamuis corā
iudice ad quem ſuper meritis cauſæ proceſſum fue-
rit. Quia exceptio ex defectu iuriſdictionis prone-
7 niens quandocunque opponi poteſt. glo. eſt ſing. &
communiter approbata in clem. 1. in gl. fi. de ſeque-
ſtra. poſ. & fruc. de qua late per Hypp. in ſing. 10. Tu
ſcis quòd exceptio. cum alijs conc. per Gozad. rela-
tis conſ. 72. In cauſa ex ciuitate Anconæ. col. 2. in fi.
uer. Tertio adduco. & doctr. Alex. allegata conſi. 63
Stantibus his. in col. pen. uerſ. plus autem dicit. uol.
8 4. in caſu ſuo procedit. Quia exceptio rei iudicatæ
ante litis conteſtationem, non poſt, ut proceſſum
impediat, opponi debet. iuxta tex. in c. 1. de litis con-
teſta. in 6. & præcipue ſi pars non ignorabat ſenten-
tiam in iudicatum tranſiuiſſe. Pro quo facit quod
no. Corn. conſi. 207. Quoniam de mutris. col. 2. ante
fi. ibi iſtud tamen procedit. uol. 2. quod in præſenti
exceptione ex iuriſdictionis defectu ſecus eſt, quia
illa quandocunque, ut dixi, opponi poteſt. & ex his
primum, ſecundum, & tertium dubium ſublatum
eſſe cenſeo. Circa quartum, & ultimum nouiſſime
traditum reſponderi poſſe arbitror, hoc modo di-
ſtinguens, aut cauſa erat coram ordinario cœpta, ei
deniq; per Principis reſcriptum ſimpliciter com-
miſſum fuit, quod in dicta cauſa procedat, eamque
pro iuſtitia expediat, eo caſu dicimus eiuſdem iuriſ-
dictionem exercitam, nō autem delegatam, & hoc
9 caſu ſtatuti diſpoſitio procedit, quæ, cum ſit contra
ius commune, diſponens quòd quando ordinarij
iuriſdictio per ſuperiorem eſt alterata, ſiue diminu-
ta, ordinarius dicitur delegatus. Et ideo quando ut
10 delegatus iudicat, ad ſuperiorem, & non ad ordina-
rium appellatur. ut uolunt Guil. de Cune. Alberic.
Bal. Ang. Pau. de Ca. & Iaſ. in l. ius autem ciuile. ff. de
iuſt. & iur. Ang. in l. 2. §. ſi quis ſimpliciter. & ibi Iaſ.
poſt omnes. in 4. no. ff. de uerb. obl. Bertach. in trac.
de epiſcop. in quinta parte quarti libri. numer. qua-
drageſimotertio. quæſt. & Marant. in tract. iudicia.
in quarta parte. diſtinctione quinta. in fin. numero
ſexageſimoquarto. uerſicul. Quadrageſimo diſ-
ſecunt

ferunt.ſtrictè & propriè intelligi debet, & non ex-
tenditur.l. quicquid aſtringendæ.de verbor.obliga-
tio.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſoluto matrimon.Barto. in
l.omnes populi.col.21.nu.60. verſi. Quarto quæro.
ff.de iuſt.& iur.Bald.conſi.411.Ciuitas Mantuæ co-
lum.fin.vol. 3.& Dec.conſ.444.Concurrit. col.pen.
in priu.verſi.Et his præmiſſis. Aut cauſa erat coràm
eodem ordinario cœpta,& per Principis reſcriptum
31 alteri delegata fuit(cùm Princeps cauſam coràm or
dinario cœptam ad ſe aduocare, & alteri delegare
valeat, quod inferior a Principe facere non poteſt,
vt declarat Marant.in dicto tractat.in dicta decima-
ſexta diſtinctio. num. uigeſimaoctaua.verſic.Deci-
mo nodicitur.ibi An autem inferior.)& poſtea a de
legato reuocata eidem ordinario ſummariè, ſim-
pliciter &c.commiſſa & delegata fuit, & hoc caſu di
cimus cauſam ipſam eſſe delegatam, & non excita-
tam, tùm quia per d.clauſulam ſummariè, ſimplici-
ter &c.alterata fuit eius iuriſdictio iuxta ſuperius di-
cta, tùm etiam quia circumſcripta etiam illa clauſu-
32 la, cùm ipſe ordinarius per primum reſcriptum iuriſ
dictione ſua priuatus amplius in dicta cauſa ſe intro
mittere non poterat, poteſt poſt impetratum ſecun
dum reſcriptum in eadem cauſa per delegationem
ſibi factam procedere; & hoc caſu ſtatutum locum
33 ſibi vendicare non poteſt, ne de uno caſu ad alium
fiat extenſio, quæ de iure non permittitur.l. præcipi
mus.in fi.C.de appella.glo.eſt in l. 2. C. de patri. qui
fili.diſtrax.cum concord.per Cur. ſen.relatis conſi.
13. Statuto Ianuæ. col.2.nu.7.ver.Non enim Pariſ.
conſi. 16.Videtur prima facie.col.1.in fin. num.17.
uer.Et in correctorijs.vol. 3. & in ſtatutis correcto-
rijs locum non habet extenſio etiam ex identitate,
vel maioritate rationis vt per Doc.in d.l.ſi conſtan-
te.ſol.mat.& communiter concluditur per Doct.in
auth.quas actiones.C.de ſacroſ. eccl. per Alex.con-
ſi.6.Attentis verbis.in princ.volum.7.& hanc.opin.
communiter approbari refert Pariſi.conſil.69. Do-
minus Ambroſius.colum.18.num.175.verſic. Nec
obſtabit ſimilitudo.volum.3.& Iaſ.in l.fi. in priu. C.
de indic. vidui.tollen. Cùm ergo ſtatutum ad hunc
caſum extēdi non debeat, concludēdum eſt illud in
caſu noſtro non refragari, ideo dicimus damnorū
datorum iudicem per ſecundum Principis reſcri-
ptum effectum fuiſſe delegatum per iuriſdictionis
alterationem, & propterea ad delegantem, & non
ad appellationum ordinarium iudicem appellari
debuiſſe, iuxta ſuperius dicta, & ſic concluſio rema-
net, quòd appellationis cauſa coram incompetenti
iudice interpoſita fuerit deſerta, & ita iudicandum
34 cenſeo. Fortius dico huiuſmodi ſtatutum non vale-
re, ex eo ꝙ tacitè velle videtur, ꝙ ab eiuſmodi iudi-
cis commiſſarij ſententia ad ordinarium iudicē ap-
pelletur, perinde ac ſi ab ordinario iudice appella-
tum fuiſſet, & ſic velle ad minorem, vel æqualē ap-
pellari poſſe, quod minimè poteſt.gloſſ. eſt in ca. 2.
verſi.Officia.de conſuetu. in 6. quam ſequuntur ibi
omnes.& Gozad.conſi.69.Videtur prima facie, co-
lum.fi.num.29.verſi. Circa quartum dubium. & d.
conſi.76.num.6.verſicu.Iſtis non obſtantibus. quia
contra appellationis ſubſtantiam foret, ut habetur
latè per Franc.in rub.extra de appellat.vnde ab eo,
qui maior eſt quocunque ordinario, ad ordinariū,
qui minor eſt appellari videretur, quod minimè po
teſt, vt per Alex.in rub.ff.de offi.eius. & c.ſtudiuiti.
extra de offic.delega.& Gozadin.d.conſi.76. nume.
7.& num.8. Et quod tale ſtatutum non ualeat, tenet
Corn.conſi.89.In hac conſultatione.colum.1. uer-
ſi.Puto autem.nume.3.cum pluribus ſeq.uolum.2.
& procedit etiam ſi a Papa confirmatum eſſet, ut la
tè probat Goza.d.conſi.76.colum.2.num. 33.cum
ſeq. Et ex his omnia dubia ſublata eſſe cenſeo, & cō
ſequenter appellationem deſertam eſſe pronunciā-
dum cū expenſarum uictoria, & ita de iure reſpon-
dendum puto ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ari
minen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſ-
ſimæ Virginis matris Mariæ amen. & ita iudica-
tum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Forma integralis congruitas ubi in contractu pupilli non eſt ſeruata, pupilli vtilitas nunquam præſumitur ſed damnoſitas potius.*

2 *Solemnitas iuris in contractu minoris requiſita ſi omiſſa eſt, vehemens doli præſumptio inducitur.*

3 *Dolus vbi in contractu minoris interuenit, ſemper læſio ineſſe dicitur.*

4 *Solemnitas iuris & forma ſi in alienatione bonorum pupilli ſeruata non fuit, etiam quòd in vtilitatem pupilli uerſetur, contractus ipſo iure non tenet.*

5 *Decretum iudicis in contractu minoris non ſeruata iuris ſolemnitate interponi non poteſt, etiam quòd ſit in eius utilitatem.*

6 *Minor omiſſa iuris ſolemnitate contrahere poteſt, absq; illa tamen alienare non poteſt.*

7 *Minor de forma iuris communis ſubſtantiali absq; curatoris auctoritate, & iudicis decreto immobilia alienare non poteſt.*

8 *Omiſſio ſubſtantialis formæ in alienatione immobilium minoris reddit contractum ipſo iure nullum.*

9 *Curatoris auctoritas & iudicis decretum in obligationib. & contractib. minorum non requiruntur, ſi contractus eſt in utilitatem, & fauorem minoris.*

10 *Regula l. quod fauore, C. de legi. quomodo procedat.*

11 *Lex quando reperitur aliquid particulariter prohibens fauore alicuius, & altera lex permiſſiua & generaliter loquens reperiatur, in earum concurſu illa quæ eſt prohibitiua in caſu particulari obtinet.*

12 *Legi, vel ſtatuto renunciari non poteſt, quando lex vel ſtatutū annullat actum ipſo iure.*

13 *Renunciare iuri ſuo quis in dubio velle non præſumitur.*

14 *Renunciatio ſtricti iuris eſt, in eaq; non veniunt, niſi ea quæ exprimuntur.*

15 *Solemnitati iuris directè renunciari non poteſt, præſertim ſolemnitati in alienationib. minorum requiſitæ.*

16 *Renunciari non poteſt his quæ a ſtatuto, vel a lege pro forma introducta ſunt, vt certa ſeruetur ſolemnitas.*

17 *Inducta in fauorem publicum mutari non poſſunt, nec eis renunciari.*

18 *Renunciari non poteſt his quæ diſpoſita ſunt a lege vel ſtatuto ius priuatum concernente, & renunciantis vtilitatem, & publicum, quæ ſeparari nequeant, ſecus ſi ſeparari poſſunt.*

19 *Renunciari non poteſt his quæ in vtilitatem renunciantis, & tertij introducta ſunt, niſi conſenſus tertij ſequatur.*

20 *Renunciari aū poteſt his quæ a lege, vel ſtatuto diſpoſita ſunt, ſi illa priuatam vtilitatem continent quæ tamen ob ætatis imbecillitatem introducta ſunt.*

21 *Res inter alios acta alijs præiudicare non poteſt.*

22 *Infans quicquid vides ignorat.*

23 *Solemnitas quæ eſt de forma, prout eſt quæ in alienatione immobilium minoris requiritur, actū præcedere debet, et ſi ex interuallo ſubſequatur, non valet actus.*

24 *Iudex officium ſuum non impartitur niſi petenti.*

25 *Solemnitates a iure requiſitæ in alienatione rei pupillaris quæ ſint.*

26 *Mandati exceptio quandocunq; & in qualibet iudicij parte opponi poteſt.*

CONSILIVM CXXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN præſenti cauſa dationis inſolutum ſa-
tis materiam enucleaſſe putaram, ita ut
nulla ori aut contingere poſſet dubita-
tio: nihilominus iterum aliam impone-
te materiam pro dubiorum reſolutione
ad me nouiſſime, tranſmiſſorum opere pretium eſ-
ſe uidetur: Ad primum igitur deueniens dico quòd
quamuis in proceſſu nuperrime agitato de aliqua
pupilli expreſſa læſione non fuerit fortaſſe probatũ,
ex his tamen quæ inter tutorem, & Sebaſtianum D.
Hyeronymæ maritum abſque ſolemnitate de iure
requiſita contracta fuere, manifeſta declaratur il-
lius læſio: Vbicunque enim integralis formæ cõgrui-
1 tas ſeruata non eſt, nunquam pupilli præſumitur u-
tilitas, ſed potius damnoſitas, uerba ſunt formalia
Bal. in l. quæcunque. colum. fi. uerſi. Sed as tamen. C.
de bon. quæ lib. at in propoſita quæſtione nulla iu-
ris forma ſeruata fuit, ergo læſio pupilli manifeſta
demonſtratur. Quod alia etiam ratione oſtenditur.
2 Quia ubi iuris ſolemnitas in contractu minoris re-
quiſita omiſſa eſt, tunc uehemens doli præſumptio
inducitur. gl. eſt ordi. in l. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10.
ſuper uerbo mala fide. Et ubi dolus interuenit, ibi
3 ineſt læſio. l. omnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit.
4 Fortius dico quòd etſi hoc in contractu eius reſpe-
ctu uerſaretur utilitas, non ſeruata iuris ſolemnitate
& forma in alienatione immobilium pupilli requi-
ſita contractus ipſo iure non tenet, ita dixit Bal. in l.
fi. §. neceſſitate. colum. 4. in fi. uerſicu. Et ideo dicit
Arch. C. de bon. quæ lib. idem tenẽt & firmãt Bart.
Bal. Alber. Pau. de Caſt. & doct. oẽs in l. cũm. §. eam
tranſactionem. & ibi Iaſ. reprobata ibi gl. ff. de tran-
ſac. & hanc eſſe communem opi. refert & ſequitur
idem Iaſon in l. contra iuris. in fin. principij. ff. de pa-
ctis. eandem opinio. ſequitur Affl. in deciſio. octua-
5 geſimaſeptima. Magnum eſt dubium. Quinimmo
tali caſu decretum etiã interponi non poſſet, ut ſin-
gulariter deciſum fuit in conſil. Neap. ut refert Ca-
pyci. in deciſio. 113. In cauſa baliorum. Nec refra-
gantur per Roma. adducta conſi. 316. Circa propo-
ſitam conſultationem. & conſi. 453. Viſa principali.
Quia ibi Roma. in obligatione per minorem ſine
curatoris auctoritate, & abſq; iuris communis, &
municipalis ſolemnitate loquitur, hic uerò in rerũ
pupilli alienatione ſumus. quæ ab obligatione, alio-
que contractu differt. Stant enim iſta ſimul quòd mi-
6 nor omiſſa iuris ſolemnitate contrahere ualeat, ab-
ſque illa tamen alienare non poteſt, ut abundè dedu-
cit Soc. ſen. conſi. 235. Viſa contingentia. colum. 2. in
prin. uerſi. In contrarium tamen. cum uerſi ſequen.
7 uolum. 2. De forma autem ſubſtantiali iuris com-
munis eſt minorem immobilia alienare non poſſe
niſi cum curatoris auctoritate, iudicisq; decreto. l.
ob æs. C. de præd. mino. & l. magis. §. non paſſim. cũ
8 ſeq. ff. de reb. eo. Omiſſio igitur formæ ſubſtantialis
reddit cõtractum ipſo iure nullum, ut uoluit Calca-
ne. conſi. 57. In cauſa. D. Dominicæ. colum. 1. in fin.
nũ. 3. idem firmat Fabia. de Monte. in tract. de empt.
& uendi. in quinta. q. principali. uer. Sequitur uidere
de forma & ſolemni. quæ requi. in aliena. rerum pu-
9 pil. num. 96. In alijs vero obligationibus & contra-
ctibus tales ſolemnitates non requiruntur, & illarũ
omiſſio contractum nõ viciat immo tenet contra-
ctus, ſi eſt in fauorem, minorisque vtilitatem, ut eſt
text. in l. iulianus. §. ſi quis a pupillo. ff. de actio. em-
pti. & ita procedunt per Roman. adducta, & te-
10 nent omnes nemine diſcrepante. Nec refragatur
regula. l. quod fauore. de legib. quia illa procedit,
quando ille, in cuius fauorem facta eſt, illa vti no-
lit, ideo illi fauori renunciare poteſt. l. ſi quis in con-
11 ſcribendo. cũ ſi. C. de pac. Sed vbi vna lex aliquid par-
ticulariter prohibẽs alicuius fauore reperitur, vt eſt
tex. in d. ob æs. & d. §. nõ paſſim. vbi immobiliũ pupil-
li alienatio ſine curatoris auctoritate, & iudicis de-
creto prohibetur, aliaq; lex permiſſiua, generaliter-
que loquẽs reperiatur, prout eſt text. in d. l. Iulianus.
§. ſi quis a pupillo, in 3. dubio allegatus, in illarum le-
gum concurſu illa in caſu particulari obtinet, quæ
eſt prohibitiua, vt probatur in l. ſi ruffinus. C. de mi-
li. teſtam. & egregiè tradit Pau. de Caſtr. in l. nulla. in
prin. ff. de legi. quem refert, & ſequitur Soc. iun. con-
ſi. 131. Quæſtio propoſita. colum. 8. in fin. num. 51.
verſi. Vltimo facit. volum. 1. Pro quibus faciunt tra-
dita per Alex. conſi. 116. Viſis quæ ſubtiliter. colu. fi.
12 uerſi. Et pariter non obſtat. vol. 6. ubi inquit, quòd quã-
do lex vel ſtatutum iure ipſo actum annullat, tali le-
gi, vel ſtatuto renunciari non poteſt, allegat no. per
Cyn. Iac. But. & Bald. in auth. ſi qua mulier. C. ad vel-
le. cum alijs ibi per eum relatis. Et tanto magis quia
13 in dubio non præſumitur quem iuri ſuo renuncia-
re velle. c. ſuper hoc. extra de renuncia. Dec. conſil.
452. Viſa inſtructione. col. fin. in prin. uerſic. Quarto
non ob. & conſi. 495. Viſo eleganti conſil. colum. 4.
in fi. nu. 19 & ſecundum eum ratio eſt, quia renun-
14 ciatio eſt ſtricti iuris, & in ea non ueniũt niſi ea quæ
15 exprimuntur, ſolemnitatiq; iuris directæ renuncia-
ri non poteſt. l. contra iuris. in princ. ff. de pact. cum
alijs per Alex. relatis conſi. 32. Opportune. colum. 1.
verſi. Præterea & ſecundo. volum. 2. & præſertim ſo-
lemnitati in alienationib. minorum requiſitæ, quia
aliàs legis & ſtatuti diſpoſitio requirentis ſolemnita-
tes ſubſtantiales in minorum alienationibus facilè
eludi, & fraudari poſſet. quod minime permitten-
dum eſt, ut uoluit idem Alex. conſi. 179. In cauſa &
lite, colum. 1. num. 3. verſi. Fortificatur. & num. 4. vo-
lum. 6. Et propterea in propoſito. Gozad. conſil. 28.
Statutum Bononiæ. colum. fi. uerſic. Profecto talis
16 non fuit. diſtinguendum eſſe putarem. Aut aliquid a
ſtatuto, uel a lege pro forma introductum eſt, vt cer-
ta ſeruetur ſolẽnitas, vt eſt in caſu noſtro, quod bo-
na minoris immobilia ſine duorum propinquo-
rum conſenſu, curatoris auctoritate, & iudicis de-
creto alienari non poſſunt. & illi renunciare nõ po-
17 teſt, ut not. in l. nemo poteſt. de leg. 1. Aut nõ eſt tra-
dita forma, & tunc aut ſumus in his quæ ius publi-
cum concernunt, & hoc caſu inducta in fauorẽ pu-
blicum mutari non poſſunt, nec eis renunciari po-
teſt. l. quod de bonis. §. fin. ad l. fal. l. ius publicum. ff.
de pact. not. Bar. & Doc. in auth. ſed cùm teſtator. C.
ad l. falc. & in d. l. nemo poteſt. & tradit Iaſ. in authẽ.
res quæ. in ult. colum. in 13. limit. C. communia de
18 lega. & tunc lex, ſiue ſtatutum locum habebit. Aut
diſpoſitum a lege, uel ſtatuto ius priuatum conce-
nit, renunciantisque vtilitatem, & publicam con-
tinet, quæ ſeparari nequeunt, & renunciari non
poteſt, vt not. in l. quos prohibet. ff. de poſtu-
lan. aut ſeparari poſſunt, & in renunciantis præ-
iudicium renunciatio valet. Aut in renuncian-
tis, & tertij vtilitatem aliquid introductum eſt,
19 & tunc renunciatio non valet, niſi tertij conſenſus
ſequatur, vt not. in l. 1. de commu. rerum aliena. &
tunc de omnium conſenſu renunciari poteſt: Aut
20 priuatam vtilitatem tantum continet, ſed illud ob
ætatis imbecillitatem introductum eſt, & tunc renũ-
ciatio non valet. l. ſi iura. ff. de in integ. reſti. & pro
hac diſtinctione videnda eſt gl. magiſtralis in §. quia
uero.

vero.in verbo ſenatuſconſulto. in anth. vt ſine pro
hibi.mai.debitri.& credi. & aliqnid per Caldc. con-
ſi.1.in ti,de pact.Cùm ergo in alienationc immobi-
lium minoris ſit a iure communi,& municipali tra
dita forma,& ſolemnitas,quæ nedum minoris vtili
tatem,ſed etiam ius publicum continet,dictaq; alie
nationis prohibitio ob ætatis minoris imbecillitatẽ
a iure introducta ſit,ſequitur quod illi legi prohibi
tiuæ renunciari non poteſt.Pro quibus faciunt tra-
dita per Bal.in d.l.quod fauore . vbi plura adducit,
quæ in fauorem minoris introducta ſunt, & tamen
in eius odium retorquentur,& ideo in caſu propoſi
to nō refragatur dicta regula.l.quod fauore. Ad ter
tium de contractu cum minore geſto abſque iuris
ſolemnitate requiſita,ꝙ cum eo contrahens oblige
tur,quamuis illo pupillus minimè teneatur per d.l.
Iulianus.§.ſi quis a pupillo.ff de actio. emption. ſa-
tis in reſolutione primi dubij ſupra reſponſum fuiſ-
ſe arbitramur,cùm aliud ſit contrahere,& aliud im
mobilia alienare,ideo vlterius non inſiſtam, niſi in
reſpondendo ad limitationem per Iaſ. traditam in
d.l.cum hi.§.eam tranſactionem.volentem contra-
ctum nullum per pupillum approbari , & ratificari
poſſe , ſi voluerit,debitas adhibendo ſolemnitates ,
quod aduerſarius minimè facere poſſet , at in caſu
propoſito pupillus petens de bonis pro dote ſuæ
matris inſolutum traditis ſibi inſtrumentum expo-
ni,contractum approbare & ratificare videtur , er-
go &c.' Breuiter ad hoc reſponderi poſſe arbitror,
in eius facultate non eſſe contra. D. Hieronymam
eius matrem , cum qua nihil actum extitit, aliena-
tionem hanc Sebaſtiano eius marito factam appro
21 bare , quia res inter alios acta alijs præiudicare non
poteſt.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.Bal. conſil.
322.Vidua.in fi.volum.2.toto tit.C.res inter alios a-
cta l.ſæpe.& ibi Alex.latè.ff.de re iud.& facit rub. C.
ne vxo.pro mari Et limitatio prædicta forſam pro-
cedere poſſet,ſi pupillus,vel eius tutor cum.D.Hie-
ronyma creditrice contraxiſſet,ſed cum ea contra-
22 ctum eſt nihil,ergo &c.Præterea pupillus hic cùm
infans ſit , dici non poteſt velle alienationem hanc
approbare, cùm quicquid videt , ignoret. l. prima,
C. de falſa mone. cum ſimilibus. Accedat ad hoc
23 quòd ſolemnitas quæ eſt de forma, prout eſt in ca-
ſu propoſito actum præcedere debet,ita quod ſi ex
interuallo ſubſeqnatur,actus non valet. Bald. in l. 1.
colum. decimatertia. nume. quadrageſimoquarto,
verſicu. Extra quæritur. C. qui admitti.& in l.vni-
uerſa.col.prima.verſicu.Sed contra oppoſitionem.
num.2.C.de preci.impe.offc.cum alijs per Affl. rela
tis in deciſio.355.Si præſtitus.colum.fi.in prin.num.
ſexto.verſic.Solemnitas enim. Amplius dico quòd
non poſſet alienationem prædictam approbare , e-
tiam ſi vellet,cùm in præſenti iudicio hoc ab eo pe-
titum non fuerit , & iudex officium ſuum non im-
24 partitur niſi petenti.l.4.§.hoc autem.& ibi Alexan.
& alij.ff.de dam.inf. & quamuis inſtrumentum ſibi
exponi expoſtulet,non ſequitur,ergo ſolẽnitates de
iure requiſitas adhibet,& ſi ſolemnitates ipſas adhi-
bere vellet,operæ precium eſſet ad ea recurrere no.
tradit Roma.conſi.3 ar. In caſu propoſitæ.in princ.
25 vbi quærit,quæ ſint in alienatione rei pupillaris a iu
re requiſitę ſolemnitates , & inquit iudici imprimis
& ante omnia excutere incumbit,an pecuniam nu
meratam minor habeat , vel in nominibus debitis,
quæ conueniri poſſint,vel in fructibus conditis,vel
in reddituum,uel obuentionum ſpecie,item requi-
rere,an aliæ res præter prædia reperiãtur,quæ diſtra-
hi valeant,ex quarum precio matris doub. ſatisfieri
poſſit,& ſi depræhenderit aliunde ſolui non poſſe,
quàm ex prędiorum diſtractione,tunc diſtrahi per-
mittat habita tamen cognitione , ut minus vtiliorẽ
pupillo , non autem vtiliorẽ magis diſtrahi iubeat.
Recurrendum eſt quoque ad ea quæ ſcribit Afflic.
in deciſio.249.Fuit in conſilio.& Pariſi. latè conſil.
98.Circa præſentem.conſi.99 Inhærendo. & conſil.
100.Contractus volum.1.& Fabia.de Monte.in dic.
tracta.de empt.& vendi.in 5.q.princ.dicto verſi. Se-
quitur videre de forma quæ requiritur in alienatio
ne rerum pupillarium.num.95.Sed omnia prædicta
pendente hoc iudicio adhiberi non poſſunt,ſed an-
te inchoatum iudicium adhiberi debebant, vt pul-
chrè ſcribit Aymo.conſi. 192. Caſus ita habet. col
7.poſt prin.verſic.Nec audiretur.volum.1.Et ex his
& ex ſupradictis ad quartum , & quintum dubium
reſolutio patet , ſuper quibus aliter nō laborabo. Et
quamuis pro uictoria obtinenda prædicta ſufficiãt,
ad vltimum tamen etiam reſponderi poteſt,& dico
quòd ſi iudex acta , proceſſumq; rectè rimabitur,
inueniet per procuratorem.D. Hieronymæ de nul-
litate omnium actorum , & per Sebaſtianum eius
maritum geſtorum,oppoſitum fuiſſe,per quæ ma-
nifeſtè patet mandati exceptionem oppoſitam fuiſ
26 ſe,& quatenus oppoſita non fuiſſet,quod tamen ne
gatur,quandocunq; tamen & quacunq; parte litis
opponi poteſt,l.licet.& ibi omnes.C.de procurato.
gloſſ.in capitul.exceptionem. in gloſſ.prima.in fin.
extra de exceptio.Roman.conſi.170.Sciebant.poſt
prin.& declarat Abb.in c.in noſtra.col.1.ad fi.nu.4.
verſicu.Item no.quòd exceptio.& colum.fi.verſicu.
In glo.in uerbo falſi.extr.de procura.cùm alijs abũ-
dè per Vanti. relatis in tracta. de nullitati. proceſ. &
ſenten.in rub.de nullita.ex defec.inhabili. ſeu man-
da.num.59. verſi. Tranſeamus ad ſecundum caput.
cum multis ſeq.Et ex his omnibus dubijs ſatis reſpõ
ſum fuiſſe cenſeo ego Mathæus Brunus Iuriſconſ.
Ariminen.Ad laudem omnipotentis Dei,ac glorio
ſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum per ſupplicantem citata parte præſentari debet poſt dilationem ſibi in eo conceſſam.*
2 *Ablatiui abſoluti in conditionem reſoluuntur.*
3 *Conditio in forma ſpecifica impleri debet.*
4 *Reſcriptum per ſupplicantem non obſeruatum iuxta formam in eo contentam habetur acſi conceſſum non fuiſſet.*
5 *Reſcriptum ad perſonam in eo non mentionatam non extenditur.*
6 *Dilatio principali conceſſa eius fideiuſſori maximè in obligationib.dandi minimè prodeſt.*
7 *Debitor principalis ex perſona ſua & eius priuilegio fideiuſſorem defendere poteſt.*
8 *Error in nomine proprio actum, & diſpoſitionem in reſcripto viciat.*
9 *Reſcriptum ſtrictè intelligendum eſt.*

CONSILIVM CXXXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur, concludo exe-
cutionem per Vitalem & Leonem peti-
tam contra Sabatinum Bettoni com-
mittendam eſſe, non obſtante reſcripto
in actis per eum producto, tùm quia nō
conſtat Nicolaum ſupplicantem parte citata reſcri-
ptum poſt dilationẽ ſibi conceſſam pręſentaſſe pro
ut tenebatur,c.vt debitus.extra de appellatio.& tra-
dit Spec.in rub.de reſcrip.præſenta.& in tit.de com-
peten.

peten.iudi.additio.§.pen.ſub num.2.verſicu.Si verò
plures ſunt.cum concord. ibi per eum relatis. tùm
et quia minimè conſtat ipſum iuratoriam cautionē
iuxta reſcripti formam præſtitiſſe,quo caſu ſicut Ni
colaus nullo pacto impetratis uti poteſt, ita Sabati-
nus inſolidū cū eo obligatus impetratis carere dēt.
In reſcripto.n.dicitur ꝙ Nicolaus ad dictę dilationis
beneficium præſtita iuratoria cautione admittatur.
2 Et certi iuris eſt quod iſti ablatiui abſoluti in condi
tionem reſoluuntur, videlicet ſi coram iudice cau-
tionem iuratoriam præſtiterit,ꝙ finito dilationis tē
pore eius debita in ſupplicatione relata perſoluet.l.
a teſtatore.ff.de cond.& dem.per ſcribētes in rub.ff.
3 ſol. matr.& conditio in forma ſpecifica impleri de-
bet.l.qui hæredi.& l.meuius.ff.de cond.& dem.con
ditio autem illa nunquam per Nicolaum adimple-
ta fuit,ergo reſcriptum nihil ſibi prodeſt.Nec refra-
gatur,ꝙ talis cautio per creditores petita non fuerit
iuxt.glo.Pau.de Caſt.& Iaſ.in l.vniuerſa.C.de preci.
4 impe.offe.quia cùm illa ſit de ſubſtantiali forma re
ſcripti,etiam non petita,omitti non debuit:vnde cū
talis forma per Nicolaum obſeruata non fuerit,re-
ſcriptum effectum non habuit, & ideo perinde eſt,
ac ſi conceſſum non fuiſſet,ita declarat Affl.in deci
ſio.378. Quidam debitor.num 3.Et poſito ꝙ cautio
per Nicolaum præſtita fuiſſet, nihilominus contra
Vitalem & Leonem Sabatinus obtinere nō poteſt,
tùm quia Nicolaus in precib. nullam fecit mentio-
nem de priuilegio iſtis fratrib. aliiſq; hebreis a ſede
apoſtolica iam ante,quàm poſt contractam obliga-
tionem contra omnes moratorias, ceſſiones bono
rum,& quinquennales,conceſſo.c.cum ordine. ex-
tra.de reſcript & per Specul.in §.ratione etiam eius.
verſi.Item excipitur quia eſt contra.de reſcript. præ-
ſentia.tùm etiam quia reſcriptum Nicolaum tantū,
& non Sabatinum compræhendit, dum exprimit,
attenta ſupplicantis paupertate &c.Beneficiū enim
principali conceſſum fideiuſſori non opitulatur, ſi
in reſcripto nulla de eo facta ſit mentio, cùm ad per
5 ſonam in eo nō mentionatā non extendatur reſcri-
ptum.c.ſignificante.5.& ibi not.Innoc. extra de re-
ſcrip.Calcan.conſi.18. Pro parte hoſpitalis.in princ.
& latè ſcripſi in tract.de ceſſio.bon.in 9.q.principal.
inci. An ceſſio principalis debitoris fideiuſſori pro-
ſit.& in terminis noſtris doctrina eſt Cy.per Bal.rela
ta in l.quotiens.colum.fi.verſi.Secundo modo quę
ritur.C.de preci.impe.offeren.& per Bar.Alexan.&
omnes in l.cùm filiusfam.§.1.in fi.ff.de verbor.obl.
6 vbi dicunt ꝙ dilatio principali conceſſa eius fideiuſ
ſori non prodeſt maximè in obligationibus dandi
ex quo eſt perſonale priuilegium,quod ad fideiuſſo
res non tranſit.l.exceptiones quæ perſonæ. ff.de ex-
ceptio.& tradit Aret.Inſt.de except.in rub.colum.8.
7 in n.verſi.Secundo poſtquàm vidimus. Licet princi
palis ex ſua perſona eius fideiuſſorem defendere
poſſet,vt voluit Imo.in d.l.cum filiusfam.§.1.quam
uis ibi contrarium teneat Alex. ſuper quo ſcripſi in
d.tract.de ceſſio.bono.in 25.q.quartę. q.princip.in-
cipi. An fideiuſſor datus ab his.num.5.verſi. Poterit
tamen.& aliquid in prædicta 9.quæſt.princ. ſub nu.
4.& 5.Et eſto quod dictum reſcriptum ad fideiuſſo-
ris perſonam extendi poſſet. In caſu tamen noſtro
ad Sabatinum non extenditur, cùm aduerſus Ra-
phaelem & fratres. q. Lazari de Arimino reſcriptū
fuerit per Nicolaum obtentum, quod nihil com-
mune habet cum Vitale,& Leone Sabatini & Nico
lai creditorib.diuerſa.n.ſunt creditorū nomina,ideo
8 ad hos creditores reſcriptum nō extenditur.Nec ob.
ſi dicatur, error in proprio creditorū nomine fuit,
qui error actum,& diſpoſitionē non viciat.l. ſi quis
in fundi vocabulo.& ibi ſcribentes.ff.de leg.1.& ha-
betur per Fel.in c. ſignificante. extra de reſcri. Quo-
9 niam reſpondetur hanc regulam in reſcripto locū
ſibi non vendicare,quod eſt ſtricti iuris,& ſtrictè in-
telligendum eſt.vt declarat Calcan.d. conſil. 18.in
prin. cum ſimilib.Nam ſi contra præsbiterum ſuper
eccleſia reſcriptum impetraui,ſi in proprio preſby-
teri nomine errari,quamuis de eccleſia conſtet, re-
ſcriptum non valet ,ita dixit Ioann. de Deo. in pri-
mo libro queſtionum. quæſtio. 41. quem ſequitur
Io. And.in addi.ad Spec.in §.ratione cauſæ. verſicu.
Quid ſi indubitatæ.de reſcrip.præſentia. idem Fel. in
d.c.ſignificante.colum. 1.verſi. Declara quinq; mo
dis.& Iaſ.in l.ſi in nomine.in 4.limit.C.de teſta.& in
d.l.ſi quis in fundi vocabulo.colum. 1.verſi. Aduer
tite tamen , vbi exclamat,ꝙ hoc modo maxima ad
prędictā regulā datur limitatio,quæ habet ꝙ errore
in nomine proprio regulariter non viciat. ex quib.
omnib.concludo reſcriptum productum nullo pa-
cto inſtrumenti executionem contra Sabatinū peti
tam impedire, & ita de iure reſpondendum cenſeo
ego Matthæus Brunus,Iuriſc.Arimi.ad laudem om
nipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virginis matris Ma
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex contractu ultro citroque obligatorio obtinere non poteſt, niſi prius pro eius parte adimpleuerit. & num. 3.*
2 *Dies & pæna vbi eſt in promiſſione appoſita, promittens elapſo die abſque interpellatione in mora conſtitutus eſſe dicitur.*
4 *Clauſula in contractib. apponi ſolita, videlicet, etiam pœna commiſſa, vel ſoluta, contractus maneat firmus, non obſeruantis minimè prodeſt.*
5 *Promittens cum iuramento infra certum terminum ſoluere, non ſoluens periurus efficitur.*
Quod me inuito actum eſt, mihi nocere non debet. ibidem.
Factum unius alteri non præiudicat ſine eius mandato. eo.
6 *Coniunctus quamuis pro coniuncto agere poſſit, ei tamen prę iudicare non poteſt, niſi ratificatio ſequatur.*
Vnus alium inuitum obligare non poteſt. ibidem.
7 *Inſtrumentum ſi quis producit ex eo agens confiteri tenetur vera eſſe omnia & ſingula in eo inſerta, & ſi ea impugnat, inſtrumenti productio ei non prodeſt.*
Inſtrumentum impugnans eius beneficium, & commodum perdit. ibidem.
8 *Mens & partium intentio etiam in contractibus attendi debet.*
Voluntas veriſimilis ſequenda eſt, quia cenſetur quis voluiſſe quod veriſimile ſit. ibidem.
9 *Interpretatio illa fieri debet, & attenditur, quæ magis veriſimilitudini adhæret.*
Damnum ſentire nō debet, qui commodum, & lucrum non ſentit: ibidem, & ſub num. 13.
10 *Interpretatio ex præcedentibus, & ſequentibus ſumitur.*
11 *Præcedentia declarant ſequentia.*
12 *Dictio, ſimiliter, & dictio, perinde, dictiones ſimilitudinariæ ſunt.*
13 *Dictio (ſimiliter) qualitatem præcedentem repetit.*
Commodum ab onere regulatur. ibidem.
14 *Nemo ſuum iactare velle præſumitur.*
15 *Dictio, Item, eſt repetitiua repetitionem præcedentis qualitatis inducens.*
16 *Promiſſio quælibet ſemper intelligenda eſt rebus ſic ſtantibus.*
17 *Conuentio inter aliquos communionis contemplatione geſta, ceſſante communione ceſſat ipſa conuentio.*
18 *Dotes ſi vni ex fratribus in communi viuentibus ſolutæ fuerunt, per eum probari debet in vtilitatem fratrum fuiſſe conuerſas.*

Socius

Socius omnium bonorum ſi quid acquirit, illud commune non eſt, ſed communicare cogitur ibidem.

19 *Reſeruatio de aliquo iure facta, quod in futurum eueniret, nullum ius tribuit.*

20 *Reſeruatio iurium ſolet tantum ius quod quis habet, reſeruare, non autem ex ea ius aliquod quæritur.*

21 *Reſeruatio iurium in ſententia, ſi quæ competunt, non ualet.*

CONSILIVM CXXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur cōcluſiue procedens arbitror nullam Altaſtellæ aduerſus Leonem ex vulgari regula actionem competere, quā in iure habémus, quòd ex contractu ultro citroque obligatorio quis agere non poſſit, niſi ex parte ſua prius adimpleuerit. l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & l. quæro. §. inter locatorem. cum uulg. ff. locat. Conſtat. n. quod Altaſtella pro eius parte nō obſeruauit, quæ in dotali inſtrumento continentur, Promiſit. n. Ioſue eius frater noīe proprio & noīe Altaſtellæ eius ſororis Matthiæ Mazzæ tunc eius futuro marito ſoluere iocalia, reſq́, argenteas ualoris centum octuaginta ducatorū, ducatoſque ducentum cum tertio pluri in pannis & ueſtibus muliebribus infra menſem poſt matrimonium inter dictos Altaſtellam, & Matthiam contractum, item infra annum ducatos centum in pecunia numerata, quæ bona, & pecuniæ infra dictum tempus per eos ſoluta non fuere, nec ad ea ſoluenda interpellari debebant, Quia ubi in promiſſione appoſita eſt
2 dies & pena, elapſo die quis abſque interpellatione in mora cōſtitutus eſſe dicitur. l. magnam. C. de contrahen. ſtipula. & Bar. in l. ſi ſtipulatus. & in l. inſulam. ff. de uerbo. obli. cum alijs per Doct. congeſtis in l. quod te. ff. ſi cer. pet. Cum ergo dicti fratres pro eorum parte non obſeruauerint ea, ad quæ in dicto dotali inſtrumento tenebantur, in eo ſe fundare nequeant, cum contractus ultro citroque ob
3 ligatorius expreſſe requirat, quòd agere intendens prius pro ſui parte adimpleuerit, alioqnin inepte, & fruſtratorie agere dicitur, & obtinere non debet. d. §. offerri. & d. §. inter locatorem. tradit Soci. ſeni. cōſi. 273. In præſenti conſultatione. col. 1. in fi. uerſi. Secundo principaliter. uolum. 2. & Gozadi. conſi. 1. in prin. Nec leo conuenta obſeruare tenetur, ex quo dicti fratres prius contrauenerunt. l. ſi quis maior. C. de tranſac. & c. peruenit. cum ibi not. per Doc. extra de iureiu. Quod in fortioribus terminis ampliatur procedere, etiam ſi adiecta ſit clauſula, ꝙ etiam
4 pœna commiſſa, uel ſoluta contractus maneat firmus, quia talis clauſula non obſeruāti minime prodeſt. l. cum pater. §. libertis. ubi Bar. de leg. 2. & in l. ſi ſtipulatus. ff. de fideiuſſo. glo. Bar. Bal. & alij in l. qui fidem. ff. de tranſac. nec etiam eiſdem fratribus prodeſt poſt terminum conuentum obſeruaſſe, quia
5 cùm Ioſue in non ſoluendo infra terminum periurus fuerit, ut tradit Fed. de ſen. conſi. 300. Factū proponitur eſſe tale. Fely. in c. 1. col. antepe. num. 26. uerſi. Septimo quæro. extra de iureiu. & Afflic. in deciſ. 30. Fuit dubitatum. num. 5, amplius audiri non debet, ſed a limine iudicij repellendus eſt. d. l. ſi quis maior. & c. 2. extra. de fideiuſ. cum ſimi. Si enim infra tempus præfixum Altaſtella & Ioſue promiſſas quantitates pro eius dote Matthiæ eius marito ſoluiſſent, & ſic durante ſocietate, omniumque bonorum communione inter Leonem & dictum Matthiam eius fratrem, nullum utique Leoni præiudicium etiam ſecuta poſtmodum inter eos diuiſione illatum fuiſſet, quia ante ſolutam ſocietatem abſq; Leonis iactura dotes extractæ fuiſſent, illiſque tunc extractis, peneſque aliquem in tuto depoſitis Leo ab illarum reſtitutione liberatus fuiſſet, & ſic in caſu diſſoluti matrimonij per obitum Matthiæ actio Altaſtellę aduerſus depoſitarium, uel hæredes Matthiæ, ſi ipſe eas recepiſſet a depoſitario, competeret, & non contra Leonem, & ſi in diſſolutione ſocietatis extractæ non fuiſſent, eo caſu Leo ad earū reſtitutionem teneretur; Cùm ergo dotium ſolutio durante ſocietate, & communione iuxta promiſſiones facta nō fuerit, ſed ea diſſoluta, & poſt diuiſionem, ſequitur Leonem ad dotium reſtitutionem minime teneri, ſed Altaſtella contra hæredes Matthiæ (ſi ſoluendo ſunt) competit actio; Nec dicatur, promiſſio per Ioſue Leoni facta abſque conſenſu & mandato Altaſtellæ ei præiudicare non potuit nec talis promiſſio ualet, quia, ꝙ me inuito actum eſt, mihi nocere non debet. l. in cauſæ. poſt prin. ff. de procu. l. 1. C. quib. res indi. non nocet. nec unius factum alteri præiudicat ſine eius mādato. l. ſeruus furioſi. ff. de manumis. l. ab agnato. ff. de cura. furio. l. fi. ff. qui & a quib. l. licet. ff. de iudi. & l. licet. C. de
6 procura. Et quamuis coniunctus pro coniuncto agere poſſit, ei tamen præiudicare non poteſt, niſi ratificatio ſequatur. l. 3. §. ſed & ſi forte. & ibi Bar. ff. iudi. ſol. Pau. de Ca. conſi. 100. In cauſa mihi commiſſa. in fi. uol. 1. in nouis. nec unus alium inuitum obligare poteſt. l. inter ſtipulantem. in r. 2. & 3. reſpon. de uerb. ob. & auth. ſi quando. uerſicul. Cùm autem. C. de conſtitu. pecun. Quia reſponderi poſſe uidetur, quòd cùm Altaſtella eius intentionem ſuper contentis in dotali inſtrumento fundare uideatur. & ex eo agat, omnia in eius præiudiciū ratificare uidetur, & ille qui inſtrumentum produ-
7 cit agens ex eo, confiteri tenetur uera eſſe omnia & ſingula in eo inſerta, & ſi ea impugnat, inſtrumenti productio ei non prodeſt, ita Bal. conſi. 15. omnis aſſeſſor. col. 1. nume. 2. uerſi. Secundo pater. uol. 2. & inſtrumentum impugnans beneficium, & commodum inſtrumenti perdit. c. cùm olim. & ibi not. Abb. extra de cenſi. Alex. conſi. 209. In cauſa & lite. in fi. & conſi. ſeq. num. 3. uol. 7. per Bar. late. in l. poſt legatum. cōlu. 2. uerſi. Sed quæro ſi dixi nullum. & col. ſeq. ff. de his quib. ut indi. & facit regul. ex eo. de reg. iur. in 6. cum alijs ſimili. per Iaſ. traditis in repeti. l. admonendi. col. 48. in fi. uerſi. Tertio limita niſi pars. ff. de iureiu. & per Deci. cōſi. 516. Quoniam cauſa iſta, col. pe. in fi. ante num. 22. uerſi. Item ꝙ plus eſt; Nec dicatur, pactum inter Leonem & Ioſue de dote Altaſtellæ reſtituenda factū, nedum communionis ſed diuiſionis quoque tempus compræhendere, ita quòd ſecuta inter eos diuiſione remanſit Leo etiam in caſu diſſoluti matrimonij ad dotes reſtituendas obligatus, Quoniam contrarium ex infra dicendis apparebit; Nam certum eſt quod inter Leonem, & Matthiam tempore dictæ promiſſionis iam contracta erat omnium ſuorum bonorum ſocietas, in communiq; uiuebant inſimul, & talis promiſſio per Leonem facta fuit, (ut ex inſtrumenti dotalis lectura conſtat) ꝙ caſu quo durante inter eos ſocietate dotes per Altaſtellam eidem Matthiæ ſolutæ fuiſſent, & deinde inter eos diſſolueretur ſocietas & diuiſio ſequeretur, talis diuiſio in præiudicium dotis Altaſtellæ nullo pacto fieri poſſet, ſed quòd dotes ipſæ prius, & ante omnia de communibus bonis extraherentur, & ita Leo ſe obligauit, & ad illarum reſtitutionem ſe

obli-

obligare uoluit, & hoc quia ipſe Leo ſolutis dotib. durante ſocietate, bonorumq; omnium communione, commodum, ac utilitatem non modicam ex illarum trafficu percipiebat, quod minime percepiſſet, ſi poſt diſſolutam ſocietatem dotes Matthiæ per Altaſtellam ſolutæ fuiſſent. Cùm ergo obligatio per Leonem in caſu ſocietatis & communionis facta fuerit, ad caſum diuiſionis non extenditur, ideo in caſu diſſoluti matrimonij per mortẽ Matthiæ Leo ad dictarum dotium reſtitutionem non tenetur, & ita fuit dictarum partium uoluntas
8 & intentio, quæ in contractibus etiam attenditur, ut eſt glo. in l. blanditus. C. de fideiuſſo. in l. in uenditione. in fi. ff. communia prædio. Bal. in l. prima. C. plus uale. quod agi. & in l. quamuis. C. de fideicom. & Deci. conſi. 184. Et pro tenui. col. 2. num. 7. Et cum ueriſimile ſit ita partes ſenſiſſe, iſta ueriſimilis uoluntas ſequenda eſt, quia cenſetur quis uoluiſſe quod ueriſimile ſit. l. titius. §. lucius. ff. de libe. & poſth. l. barbarius. ubi Iaſ. col. 1. in fi. ff. de offi. prę to. l. cùm ex pluribus. in prin. ibi quòd ueriſimile uidetur, & ibi Bal. ff. de ſolutio. l. cùm res. uerſi. 1. ubi Iaſ. col. 3. de leg. 1. l. mulier. la 1. in prin. ff. ad treb. l. fi. C. de poſthu. hære. inſti. & glo. in l. tale pactum. §. fi.
9 de pact. Et illa interpretatio fieri debet & attenditur, ubi magis ueriſimilitudini ſe adhæret. regu. inſpicimus. & ibi not. Dy. de reg. iu. in 6. & l. in obſcuris. ff. eo. tradit Corne. conſ. 278. Cuius nomen. col. 6. uerſi. Poſſet etiam dici. & conſi. 283. In præſenti. col. 2. num. 4. uol. 4. Sed ueriſimile fuit, & eſt, quòd Leo ſe ſolutis dotibus durante inter eos ſocietate non autem ea finita obligare uoluerit, ne damnũ, & iacturam pateretur, cum damnum ſentire non debeat, qui lucrum non conſequitur. regu. qui ſentit. de regu. iur. in 6. cum alijs per Calcan. relatis conſi. 45. Contra tamen. col. fi. uerſi. Item hoc illa. Et ta
10 lis intentio & interpretatio ex præcedentibus, & ſequentibus ſumitur, ut habetur in auth. ſi quando. C. de conſti. pecu. l. 1. in fi. cum ibi plene not. ff. de hæredi. inſti. cum alijs per Soci. ſeni. relatis cõſi. 295.
11 In cauſa. col. 1. in fi. num. 3. uol. 2. Et præcedentia declarant ſequentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. 1. l. qui filiabus. eo. tit. & l. nummis. de leg. 3. Sed in præcedentibus apparet partes ipſas uoluiſſe ꝙ dotes illæ de bonis communibus ipſorum fratrum detraherentur, ibi dum dicitur. Item quandocunque eſſo Leone ſi uoleſſe ſpartire cõ lo detto Matthia quelle mercantie & denari che al preſente hanno in cõmune, che detta Altaſtella prima ſi habbia da pigliare delle dette robbe, quali hanno in commune eſſi fratelli, le doti ſue, auanti eſſo Leone, & ſimilmente in omni caſu diſſolutionis matrimonij, quæ di-
12 ctio, ſimiliter, eſt dictio, ſimilitudinaria, ut late declarat Alberi. in l. clemẽs. ff. de hære. inſti. prout etiã eſt dictio, perinde, de qua per Soc. ſen. conſi. 62. Viſis. col. 4. uerſi. Confirmatur. num. 21 uolu. 4. Et talis
13 dictio, ſimiliter, qualitatẽ præcedentem repetit, uidelicet quod quandocunque matrimonij diſſolutio fierit, dictæ dotes per Altaſtellam de bonis ipſorum fratrum communibus detrahi deberẽt, eo modo quo detraherentur quando inter eos diuiſio fieret, & iſta quidẽ uera intentio tam Leonis, quã Ioſuę fuiſſe uidetur, quæ tergiuerſari nõ poteſt, nec quiſpiam ſanæ mentis diceret Leonem ſe obligare uoluiſſe ad dotium reſtitutionem poſt ſecutam diuiſionem, quæ per Altaſtellam durante ſocietate eius marito ſolutæ non fuiſſent, cùm poſt diuiſionem nullum earum commodum ſentire, aut percipere potuiſſet, nec præſumendum eſt, nec etiam ueriſimile quòd ipſe abſque ullo emolumẽto uoluiſſet tantam pati iacturam, cùm regulariter nemo
14 ſuum iactare uelle præſumatur. l. cum de indebito. ff. de probatio. cum uulg. Sed ſi durãte inter ipſum Leonem & Matthiam ſocietate & omnium ſuorũ bonorum communione dotes ſolutæ fuiſſent, per quam ſolutionem Leo lucrum & commodũ percipere poterat, æquum & cõdecens erat, ſecuta deinceps diuiſione; matrimonijq; diſſolutione per Matthiæ obitum, quòd ipſe Leo incommodum in earũ reſtitutione ſentiret. d. regu. qui ſentit. de reg. iur. in 6. Cùm commodum ab onere reguletur, & econtra. l. ſcio. in prin. ff. de annu. lega. & l. quotiẽs. in prin. ff. ad treb. immo nec incommodum, nec iacturam in earum reſtitutione pati diceretur, quia ſi durante ſocietate & communione prædictis Matthiæ iuxta promiſſionem ſolutæ fuiſſent, ſecũdum eam quoque tenebatur Leo tàm durante ſocietate in caſu diſſoluti matrimonij, quàm poſt ſecutam inter eos diuiſionem dictas dotes reſtituere, eo. n. caſu non ſuum, ſed alienum reſtituiſſet, quod ſecus eſſet, ſi impræſentiarum iam facta diuiſione & non ſolutis per Altaſtellam, ſiue per eius fratrem tẽpore communionis dotibus. Promiſſio igitur de reſtituendis per Leonem dotibus in caſu ſoluti matrimonij intelligitur, & intelligi debet, ſi earum ſolutio prius Matthia durante dicta ſocietate facta fuiſſet, non autem poſt ſecutam diuiſionem, ad quam dicta promiſſio ſtantibus ſupradictis uerbis ſalua ratione recti ſermonis extendi non poteſt, & ſi dictæ dotes ad Matthiæ manus peruenissent permanentibus eodem Matthia & Leone in dicta ſocietate, utique etiam dicta promiſſio ad poſt factam diuiſionem extenderetur ſi ante illam reſtitutæ non fuiſſent, ſed quia ſolutæ non fuerunt, ut ijdem Matthias & Altaſtella in eorum reſponſione ad interpellationes & proteſtationes per Leonem factas penes acta notarij Loreti de Silua notarij publici Brũduſii teſtãtur, ideo ad earũ reſtitutionẽ Leo non tenetur; quia ipſe ad illarum reſtitutionẽ teneri uoluit, ſi durante dicta ſocietate ſolutæ fuiſſent, nõ autem ea diſſoluta, alioquin ſequeretur, quòd de proprijs pecunijs & bonis, & non de communibus dictas dotes reſtituere teneretur, quòd eſſet cõtra ipſarum partium mentem nedũ tacitam, ſed expreſſam, quod minime dicendum eſt. Vlterius quod ipſæ partes intelligere uoluerint Leonem ad illarum reſtitutionem de communibus bonis teneri, demonſtratur per dictionem, Item, dum dicitur. Item quando il detto matrimonio ſi diſſolueſſe per mor
15 te di detto Mattia &c. Quæ dictio, item, eſt repetitiua. repetitionemq; præcedentis qualitatis inducit præſertim in caſu propoſito ubi eſt perſonarum, & rerum identitas, ut declarat Bar. in l. In repetendis. de leg. 3. Pariſi. conſi. 18. Conſideratis. col. 4. In prin. num. 23. & 24. uolu. 2. & Cur. Iuni. conſi. 44. Habita diligenti. col. 2. num. 5. & conſi. 102. Reſolui. col. 2. in prin. Et tanto magis prædicta ſunt uera, & locũ
16 habent, quia quælibet promiſſio, & obligatio ſemper intelligenda eſt, & tacitam recipit conditionẽ, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ſeu rebus ſic ſtantibus. ut eſt glo. not. in c. quemadmodum. in glo. 2. extr. de iureiu. in l. cum quis. ff. de ſolutio. in l. ꝙ ſeruius. ff. de condi. ob cau. declarat Corne. conſi. 116. Decreuerant. col. pe. in prin. uol. 3. & conſi. 102. Viſis. col. 4. in prin. uerſi. item ſimplex. uol. 2. & Cur. ſeni. conſi. 2. Eleganter. in fi. cum alijs per Gozad. relatis conſi. 27. In cauſa conductorum. in prin. Sed tẽpore quo dotium reſtitutionem promiſit Leo, ſocietas & communio cum Matthia durabat, illa igitur obligatio, & promiſſio eo in ſocietate, omniũque bonorum communione permanente intelligitur, non autem illa ceſſante, pro quibus faciunt

tradita

tradita per Cur.Iu.conſi.85.Circa præmiſſa.col.pe.
uerſi.Tertio principali fundamento. Vbi inquit, ꝙ
ubi conuentionis uerba conuentionem commu-
17 nionis contemplatione factam fuiſſe demonſtrãt,
ceſſante communione quæ per diuiſionem ſubſe-
cutam ceſſauit, tanquam ceſſante finali ratione ceſ
ſare debet ipſa conuentio.c.cum ceſſante.extra.de
appella.l.adigere.§.quamuis.ff. de iure patro.cum
uulg.ſed in caſu propoſito manifeſte colligitur ex
præcedentibus uerbis, dum uoluerunt partes, ꝙ tã
in caſu diuiſionis quàm diſſoluti matrimonij im-
primis & ante omnia de bonis ipſorum fratrũ cõ-
munibus dotes detrahantur, conuentionem com-
munionis prætextu factam fuiſſe, illa ergo ceſſante
promiſſio, obligatioq; per Leonem facta etiã ceſ-
ſare debet: Amplius dico quòd ad dictarum dotiũ
18 reſtitutionem Leo non tenetur, quia dato quòd ſo
cietatis tempore per Altaſtellam Matthiæ eius ma
rito ſolutæ fuiſſent, debet tamen Altaſtella pro-
bare illas in communem utilitatem conuerſas fuiſ
ſe ſecundum Spec.in tit.de iudi.§.ſequitur uidere.
col.3.num.8.uerſi. Quid ſi communione manentę
in 4.par.quem allegat & ſequitur Bal. conſi.378.li-
cet filij.uolumine tertio. & conſilio centeſimo ſe-
ptuageſimotertio. Erant quatuor fratres. uolu. te
quod eſt repertum conſil.453. uolumine quinto,
quia non ſequitur, illas recepit Matthias, ergo illas
in communẽ utilitatem conuertit, ut paręt in l. ſi
quis ſocietatem contraxit.& l. præcedenti. in prin.
& l.cum duobus.§.antepe.ff.pro ſoc.Vbi dicitur, ꝙ
illud quod unus ex ſocijs omnium bonorum ac-
quirit, non eſt commune, ſed communicare cogi-
tur, cùm ergo iſtud facti, ſit nõ præſumitur niſi pro
betur.l.quęcũque.§.qui a pupillo.ff.de publi.actio,
l. in bello. §. factę.ff. de poſtlim.reuer.& ita arguit
Pan.de Ca.conſi.304.Super primo quæſito dicen-
dum eſt.columna 2.numero 6.uerſi. Ad ſextum re
ſpondeo.uol.2.in nouis.Nec dicatur, ſententia per
regium Capitaneum Brunduſij lata ſuper diuiſio-
ne inter Leonem & Matthiam facienda Altaſtellæ
& Ioſuæ iura uigore contractus, & capitulorum in
eo exiſtentium ſibi competentia reſeruauit, ergo
dotium reſtitutionem in caſu ſoluti matrimonij re
ſpexit. Quia reſpondetur, quòd ibi ius, ſi quod in fu
turum eueniret, reſeruatum fuit, & ſic conditiona-
liter, & non ſimpliciter, uidelicet ſi quod ius Alta-
ſtellę, & eius fratri uirtute dicti contractus compe-
teret, illa enim reſeruatio de iure facta, quod in fu-
turum uigore contractus eueniret, cùm facta eſſe
19 dicatur per uerba iuris incertitudinem denotãtia,
nullum Altaſtellæ eiuſq; fratri ius tribuit, l.ſi quis le
gauerit.ubi Ang.de leg.1.& idem Ang.not.in l.om
nes.per illum tex.C.de præſcrip.30.anno. cum alijs
per Deci.citans conſi.516. Quoniam cauſa. col.pe.
in prin.uerſi.Et iſta concluſio.& tradit Aymo.con
ſi.29.Pro clariori.col.pe.in fi.num.8.uol.1.Quia hę
20 iurium reſeruationes ius tantum, quod quis habet,
reſeruare ſolent, l.eleganter.in prin.cum ibi not.per
gl.ff.de pig.act.& per Bar.in l.fi. ff.eo. tit. non autẽ
earum uirtute ius aliquod quæritur, ut eſt caſus in
l.4.§.ſi in uenditione.ff.quib.mod.pig.uel hyp.ſol-
ui.& ita intelligunt Dy.Bar.& Doc.in l.ſi ſic.de leg.
1.cum concord.per Alex.congeſtis conſi. 195.Per
ſpectis.col.fi.uerſi.Nec ob.prædictis.uol.6. & Soci.
ſeni. conſi. 287. Circa præſentem.numero 2.uolũ.
2.at prædictis Altaſtellæ & Ioſuæ nullum ius com-
petit, ut ſuperius demonſtratum fuit, talis ergo ſen
21 tentia quo ad dotium reſtitutionẽ, ſi quæ poſt ſub-
ſecutam diuiſionem Matthiæ ſolutæ fuerunt, Leo-
ni non præiudicat, & talis reſeruatio non ualet.Bal.
conſi.47.Caſus talis eſt Dominus Andriolus. uerſi.
Sed præſuppoſito.& cõſi.99.aliàs conſ.100. Egre-
gie & honorande.uol.1. Minuſq; refragatur per eũ
dem Capitaneum in eadem ſententia pronunciatũ
fuiſſe Leoni licuiſſe ad eius libitum diuiſionem fa
cere de communibus bonis inter ipſum & Mat-
thiam exiſtentibus, deductis prius bonis quæ Alta
ſtellæ ſunt, ergo ad ea reſtituenda uirtute talis ſen-
tentiæ Leo teneri uidetur: Quoniam reſpondetur
Altaſtellam eiuſque fratrem a Leone interpellatos
fuiſſe, (ut ex lectura ſuarum interpellationum, &
proteſtationum clariſſime patet) ut diuiſioni inter
ipſum & Matthiam faciendæ iuxta ſententiæ teno-
rem intereſſe deberent ad accipiendum, de eorum
que bonis communibus detrahendum ſuas dotes,
ſi quas dediſſe & ſoluiſſe conſtaret, ſed tali diuiſio-
ni intereſſe noluerunt, quia eas Matthiæ nõ aſſigna
uerunt, quinimmo declarauerunt (ut dictum eſt ſu
pra) pecunias dotales nec bona promiſſa pro dote
marito perſoluiſſe, ergo nulla bona de communi-
bus bonis in dicta diuiſione detrahere poterant: &
conſequenter ad aliquam dotium reſtitutionem
Leo cogi non poteſt. Et ita concludo, & de iure re-
ſpondendum cenſeo Ego Matthæus Brunus Iuri-
ſc. Arimi. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſ
ſimæ matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 Fides ſi per notarium de alicuius mandato facta fuit, ad pro bandum mandatum non ſufficit.
2 Procurator in iudicio poſt litem per alterum conteſtatam comparere non poteſt, niſi a domino litis ſubſtitutus ſit.
3 Principalis dominus ſi citatus fuit, non autem procurator dominus litis, iudicium erit nullum.
Sententia contra procuratorem ferri non poteſt, ſi non fuit dominus litis. ibidem,
4 Sententia ad inſtantiam procuratoris lata, de cuius mandato non conſtat, eſt nulla.
5 Iudex ex officio ſuo in cauſa appellationis ad nullitatem proceſſus cauſæ principalis animaduertere debet, nunquid procuratoris perſona legitima fuerit.
6 Nemo ſine actione experiri poteſt.
7 Fideicommiſſaria hæreditatis petitio contra hæredem grauatum non datur. & num. 18.
8 Rei vendicatio fideicommiſſario dari conſueuit ad uendicanda bona fideicommiſſo ſubiecta.
9 Verbum, ſpectare, & pertinere, in libello fideicommiſſarij poſitum, tam ad fideicommiſſariam hæreditatis petitionem, quàm ad rei uendicationem referri poteſt.
10 Actio illa intentata uidetur quæ ex libelli verbis colligi poteſt.
11 Libellantis intentio per libelli concluſionem perpenditur.
12 Concluſio libelli quando eſt ambigua, ex cauſa in eo narrata deprehenditur, quæ cauſa concludendi medium ad concluſionem inferens dicitur.
13 Petitio hæreditatis hæredi directo datur ad defuncti hæreditatem conſequendam.
14 Hæreditatis petitio fideicommiſſario non datur, ſed ex teſtamento actio.
15 Hæreditas, verbo, & re fideicommiſſario reſtitui debet.
16 Reſtituta hæreditate uerbo ſaltem omnia iura hæreditaria in fideicommiſſarium tranſeunt.
17 Fideicommiſſario datur fideicommiſſaria hæreditatis petitio poſt factam ſibi verbalem reſtitutionem num. 20.
19 In fideicommiſſaria hæreditatis petitione ueniunt ea quæ, & in ipſa directa hæreditatis petitione ueniunt.
21 Fideicommiſſaria hæreditatis petitio non oritur niſi poſt factam verbalem reſtitutionem.
22 Reſtitutio uerbalis qualiter fieri debeat.
23 Fideicommiſſarius ſi in defuncti bonorum poſſeſſionem im-

mitti

mieti peterēt, nō obſtente verbali reſtitutione ſuccumberet.

24 Bona fideicommiſſo ſubiecta ſi per hæredem grauatum alienata fuerint, eorum dominium abſq; reſtitutione odio hæredis in fideicommiſſarium tranſit.

25 Ius quod quis non habet, in alium transferre non poteſt.

26 Reſtitutio verbalis quando non eſt neceſſaria, & quando ſic.

Verbalis reſtitutio de æquitate canonica non requiritur. ibidem.

27 Remedium l. fi. C. de edict. diui Adria. tollend. ſi intentatum fuit, & cauſa ſit poſſeſſoria, ex parte agentis plena requiritur probatio.

28 Agens actione ex teſtamento ad rerum hæreditariarū reſtitutionem virtute fideicommiſſi petitorio, & non poſſeſſorio agere dicitur.

29 Iuramentum ſuppletorium in cauſa poſſeſſoria an deferri poſſit.

30 Teſtis ſi eſt ſingularis, iuramentum in ſupplementum probationis deferri non poteſt.

31 Iuramentum ſuppletorium hæredi ſuper eo quod a defuncto geſtum fuit, defferri non poteſt.

32 Iudex officium ſuum non impertitur niſi petenti.

33 Sententia libello conformis eſſe debet.

34 Iudex non ſupplet ſi plus probatum eſt, quàm petitum.

35 Iudex ultra petita pronunciare non poteſt, etiam ſi facultas procedendi de iure & de facto ſibi data fuiſſet.

36 Bona qualibet propria & libera præſumuntur, niſi contrariū probetur.

Teſtis unicus & ſingularis non probat. ibidem.

37 Teſtis deponens ſuper his, quæ in infantili ætate vidit, non probat.

38 Infans quicquid videt ignorat.

39 Teſtis ſuper impoſſibili, & non veriſimili deponens de falſo ſuſpectus eſt, & non probat. & nu. 41.

Teſtis in vno falſus in omnibus falſus dicitur. ibidem.

40 Probari quid requiratur in remedio fideicommiſſariæ hæreditatis petitionis intentato.

42 Teſtis varius in dicto ſuo non probat.

43 Dictum teſtis ambiguum contra producentem interpretari debet.

Teſtis ſibi ipſi contrarius ad concordiam reduci non debet, vt probet. ibidem.

44 Impenſa funeris, teſtamenti, & inuentarij prius de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahi debet.

45 Funeris impenſa in quibus conſiderari debeat. & numero 46. & 47.

46 Veſtes lugubres, & lugubria uela conſanguinearum de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahuntur.

47 Expenſæ in defuncti teſtatoris infirmitate geſtæ de hæreditate reſtituenda detrahuntur.

48 Libro tutoris tanquam veriſimilia continenti plena fides adhibetur.

49 Dotes vxoris teſtatoris, & earum fructus de bonis ſtabilib. reſtitutioni ſubiectis detrahi debent.

50 Debita hæreditaria de bonis reſtitutioni ſubiectis poſt funeris impenſam detrahi debent.

51 Debita teſtatoris de fructib. per hæredem grauatum perceptis ſolui non debent.

52 Legitima & trebellianica filiorum de bonis reſtituendis detrahi debent.

53 Filius poſt mortem patris creditor ſeu quaſi creditor ſuæ legitimæ dicitur.

54 Legitima ſicuti filio debetur, ita & legitimæ fructus.

55 Legata in teſtamento relicta de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahi debent.

56 Melioramenta & expenſæ vtiles, ac perpetuæ in bonis reſtituendis facta per hæredem grauatum detrahi debent, & num. 58.

57 Hæres de reſtituendo grauatus eſt hæreditatis poſſeſſori ſimilis.

59 Hæres ſoluens debita & legata, expenſaſq; in bonis reſtituendis faciens in dubio de ſuo patrimonio, non de hæreditatis patrimonio erogaſſe intelligitur.

60 Fructus de bonis reſtitutioni ſubiectis per hæredem percepti in melioramentis non imputantur & num. 63.

61 Teſtes de varijs pecuniarum ſummis deponentes in minori ſumma probant.

62 Teſtis de facto proprio deponens plenè probat.

64 Hæres grauatus non tenetur ad reſtitutionem bonorum uſu conſumptorum, & ſine eius culpa ex temporis longinquitate deperditorum.

65 Fructus bonorum fideicommiſſario reſtituendorum a die litis conteſtatæ tantum percepti debentur.

66 Appellatio ſi per vnum in parte & partib. contra ſe facientib. interpoſita fuit, altera parte non appellante, ſententia in partib. in quib. appellatum non extitit, firma remanet, ſi capitula ſeparata ſunt, ſecus ſi connexa.

CONSILIVM CXXXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO proceſſu, teſtibus examinatis, omnibuſq; in cauſa vertente inter Cecchinū Iuniorem appellantē ex vna, & Raphaelem a Catholica appellatū ex altera actitatis, arbitror partes iudicis ad quem, fore & eſſe in pronunciando nulliter fuiſſe in fauorem Raphaelis iudicatum, ex eo quòd nullibi conſtat ſer Galeotum Robertum Brancuſium, qui in prima inſtantia libellum, & Thomæ a Catholica teſtamentum produxit, Raphaelis procuratorē fuiſſe, & eo ipſo ꝙ in proceſſu non conſtat ipſum comparentem fuiſſe talem, negatiua probata cenſetur, videlicet talem non fuiſſe, quia quod ibi non apparet, non eſſe dicitur. l. fi. C. de reb. cred. cum alijs concor. plenè in propoſito per Vant. congeſtis in trac. de nulli. proceſ. & ſenten. in rub. ex inhabilita. ſeu defectu manda. num. 62. verſi. Imprimis ꝙ non fuerit talis & in rub. ex defec. citatio. num. 12. verſi. Et quo ad primum. cùm verſi. ſeq. nu. 14. & nihilominus vſque ad ſententiam ſemper tanquàm Raphaelis procurator comparuit, petijtque ſententiam ferri, & ad eius inſtātiam lata fuit, & ab initio contra ipſum ex parte Cecchini oppoſitum, & proteſtatum extitit,
1 vt in eius exceptionibus liquido conſtat. Quinimmo ſi fides per actuariū, vel alium notarium de eius mandato facta fuiſſet, non ſufficeret vt conſuluit Alex. conſi. 147. Viſis dubitationibus. volum. 6. & faciunt tradita per Pau. de Caſt. conſi. 12. Tota diſputatio. volum. 1. in nouis. Et eſto ꝙ ipſe legitimum habuiſſet mandatum, illudq; in actis produxiſſet. Quia tamen in proceſſu apparet per Dom. Iacobum Surianum litem fuiſſe conteſtatam, de cuius etiā mandato minimè cōſtat in actis, & quatenus appareret, & legitimata fuiſſet per litis conteſtationē eius perſona, & ſic verè dominus litis effectus fuiſſet, ſer Ga
2 leotus robertus poſtea, niſi a domino litis ſubſtitutus fuiſſet, cōparere nō poterat, vt habetur plenè p Bal. & Doct. in l. 1. C. de ſent. & interlo. omni. iudic.
3 Quinimmo ſi principalis dominus citatus fuiſſet, & non procurator dominus litis iudicium eſſet nullum. Bar. in l. procuratoribus. C. de procura. Specu. in tit. de actore. ſub num. 71. verſi. Item qui procuratorem. & Rota in deciſio. 21. Si dominus. in fi. in nouis. plenè ſcribit Marana in tract. iudic. in 4 part. diſtinct. 16. num. 26. verſi. Decimoſeptimo dicitur, fol. 37. in magnis impreſ. Iafre. Balb. in lib. deciſ. in cent. prima. deciſ. 43. Si principalis citatus. & ſententia cōtra ipſum procuratorem ferri non potuiſſet ſi dominus litis non fuiſſet, vt voluit Bal. in l. nihil. in ſecundo no-

do nota:C.de proc.& Cur.iun.in d.l. procuratorib,
4 num.1.Proceſſus igitur,& ſententia ad inſtãtiam ſer
Galeoti Roberti lata dicitur nulla,vt tradit Maranta
in d.tract.in 3.part.ſextæ part.princ.in ulti.col.num.
88.verſ.Septimo,non valet ſententia.ſol. 81. in ma-
gnis impreſ.& nouiſſimè declarauit Vant.in d. tract.
nulli.proceſ.& ſent.in dict.rubr. ex defectu inhabili.
5 manda.num.ſexageſimotertio.verſi. Et licet vbi an-
te litis conteſtationem. vbi inquit, quòd iudex e-
tiam ex eius officio in cauſa appellationis animad-
uertere debet quo ad nullitatem proceſſus cauſæ
principalis,ad procuratoris perſonam,nunquid legi
tima ſit,& ibi Capyc.allegat in deciſ.1.col.8. in prin.
nu.31. & 32. verſi. An autem iudex.hoc idem ſentit
idem Vant.eodem tract.in rub.ex defec.citatio. nu.
octuageſimoquinto.verſicu.Si non eſſemus.Iudex
igitur ad quem,pronunciare debet omnia acta,ſen
tentiamque latam fuiſſe & eſſe nulla & nullam,di-
uerſamque partem in expenſis condemnare: Et
poſito quòd in prima inſtantia legitimus interueniſ
ſet procurator,omniaque rite actitata fuiſſent,nihi-
lominus dico, quòd Cecchinus ab inchoati iudicij
obſeruatione abſoluendus erat, & ad ſic tenen-
dum, ab ipſa actione tanquàm a fundamento to-
tius cauſæ intentata inchoandũ eſſe puto,cùm ſine
6 illa nemo experiri valeat.l.ſi pupilli.§. videamus. ff.
de negot.geſt.l.quotiens.§.ſi temporali.ff. de admi-
niſtrat.tut.cap.examinata.extra de iudic.& not. glo.
in capitu.paſtoralis.in verbo experiri. extra. de cau.
poſ.& propric. Vnde percunctatis verbis in libello
narratis ac medio concludendi in ipſa cõcluſione,
dum nititur actor ex eo quòd bona iure fideicom-
miſſi ſibi ſpectare,& pertinere dicit, & ſe Franciſco.
q.Thomæ a Catholica ultimo ſine filijs morienti
ſubſtitutum, diemque fideicommiſſi ueniſſe, &
ceſſiſſe &c.dico quòd per illa uerba ſatis colligi vide
tur,quòd actor fideicommiſſariam hæreditatis peti
tionem intentauerit,quæ tamen actio aduerſus gra
7 uatum hæredem non datur, vt inquit text. in l. pri-
ma,iuncta gloſſ.in verbo poterit.& l.fina.ff.de fidei-
8 com.hæred. peti. uerum in rem,quæ fideicommiſ-
9 ſario dari conſueuit,& ideo in rem dixi,quia uerba
ſpectare,& pertinere, ad utrumque ob uerborum
ambiguitatem referri poſſunt.l.uerbum illud. ff. de
uerbo.ſignific. declarat Corn.conſi.38.In præſenti.
col.3,uol.3.& abundè per Felyn.in rub. de reſcrip.
colum.3.num.6.uerſi.Et opinio Rotæ. Nam ut in-
quit Bar.in l.gallus.§.quidam recte: ff.de lib.& poſt-
10 ſthum.illa actio intentata uidetur,quæ ex libelli uer
bis colligi poteſt.concordat quod not.Inn. in c.ſu-
11 per literis.extra de reſcrip.ubi dixit quod per libelli
concluſionem libellantis intentio perpenditur, de
quo etiam per Bartol.in l.aurelius.§.ſticho.ff. de li-
12 ber.legat. Et ubi concluſio ambigua eſſet, ex cau-
ſa narrata percipietur,quæ cauſa dicitur concluden
di medium ad concluſionem inferens;faciunt not.
per Bartol. ad propoſitum in l. poſt motam. C. de
petit.hæredit.& per eundem Bar.in l. qui ſtipendia.
13 C. de procurator. Nam hæredi directo ad defun-
cti hæreditatem conſequendam datur hæreditatis
petitio,ut in toto titu. ff. & C. de petit. hæreditat. &
præſertim in l.item uidendum.§.nunc uideamus.ff.
eod.titu.Fideicommiſſario autem non illa directa
14 datur,ſed ex teſtamento, in l. prima. C. communia
de legat.per gloſſ.in l.& ſine. C. ad Trebellia. & per
Doct.ibi,& in l.ſi legatus.ubi Bartol.ff.eod.& tradit
Alb.in l.precib.col.47.num. 109. uerſi. Sed quæro
quæ actio.C.de imp.& ali.ſubſt.& Corn.d.conſ. 18.
colum.2.in prin.num.3.& Aymo conſil.203. Defe-
rens.colum.2.num.16.uerſi.Similiter licet.uolum.
15 2,ut ſcilicet hæreditas re & uerbo reſtituatur.l.fa-
cta.in princ. & l. reſtituta. & ibi Doctor. ff. ad Tre-
16 bel.Factaque dicta reſtitutione omnia iura hæredi-
taria in eum tranſeunt.l. 1. & l. 2. ff. de fideicomm.
17 hæredi.peti.& d.l.reſtituta.& §.reſtituta. Inſtitut. de
fideicommi. hæreditat. & tunc ipſi fideicommiſſa-
rio fideicommiſſaria hæreditatis petitio,datur,uide
licet poſt factam dictam uerbalem reſtitutionem,
ut inquit gloſſ.in dicta l.facta.in uerbo.in bonis. &
colligitur ex dicto §.reſtituta.ex alijsque iuribus ſu-
18 pra allegatis. quæ contra hæredem de reſtituendo
rogatum minimè datur, ut inquit text. in dicta.l. fi-
na.ff.de fideicomm.hæreditat.peti.& dixi ſupra.ni-
ſi aliquid poſt factam reſtitutionem poſſideret, ut
declarat ibi gl.In qua fideicommiſſaria hæreditatis
19 petitione caueniũt,quæ & in ipſa directa,ut d.l.1.&
2.& eſt text.in l.fi.§.ſinautẽ ſub conditione. C.cõia
dele.& auth.contra rogatus.uer.Quod ſi contingat.
C.ad Trebellia. Inuenta igitur intentatæ actionis
radice, reſtat, ut ſuper ea uideamus quid conclu-
dendum ſit, Et dico quòd nil aliud ſequi pote-
rat niſi abſolutoria inchoati iudicij, ut ſuperius
dictum eſt, ex quo actio intentata non compe-
20 tijt. Talis enim actio ad conſequendam hæredi-
tatem,bonaque fideicommiſſo ſubiecta fideicom-
miſſario non competit, niſi facta ſaltem uerbali re-
ſtitutione,ut ff. ad trebel. per totum. & præcipuè in
d. l.facta.in princ.& in dicta l.reſtituta.& eſt gl.in d.l.
fi.ſuper uerbo.relicta.de fideicomm.hæredi.peti. &
gloſſ.in d.l.1.in gloſſ.2.eo. titu. & ubiq; Doc. & tra-
dit Soc.iun.conſi.92.Quoniam.colum.1.in fi.nu. 7.
uerſi.Et ratio eſt.& num.8.& conſi.129.Quantum.
21 in prin.nu.3.uer.Vel ſaltẽ.uol.1. Cùm illa non oria-
tur niſi poſt factam reſtitutionẽ,vt inquit Grat. cõſi.
22 101.Ex ſerie facti.col.6.in fi.nu.40.vol.2.Hoc tamen
procedit quãdo impoſſibile eſſet hæreditatẽ reſtitui
defuncto grauato ſine hærede,qui reſtituere poſſit,
nã tunc iura hæreditaria in fideicommiſſariũ abſq;
alia reſtitutione tranſeunt ſecundum Bart. in l. pen.
C.ad treb.& per Aymo.d.conſi.203.ſub eod. nu. 16.
Verbo autem fit reſtitutio,ſi hæres dicat,hæreditatẽ
tibi reſtituo,illamque tibi relaxo,ut not.in d.l.facta,
& d.l.reſtituta.& declarat Prat.Pap.in forma libelli
quo agi.ex ſubſt. in gl.Ac per fideicõmiſſũ. in fine
tertiæ, col.Hinc dixit Bar.Alex.& alij in l.fi.C. co.e.
23 diut.Adr: toll.ꝙ ſi fideicomiſſarius ſe in bonorum
defuncti poſſeſſionem immitti peteret non obſẽta
uerbali reſtitutione,ſuccumberet. idem firmat Bar.
conſil. 91. In queſtione.& hanc dicit eſſe commu-
nem opinio.Doc.in dicta l.fin.quam ſequitur Gual-
den.in tracta.de arte teſtand.in titu.de acqui. hære-
di.caut.20.l.iter omnia.num.6.uerſi. Fideicommiſ-
ſarius uero. Hoc tamen in quibuſdam caſib. reſtrin-
gitur.ut not.in l.pen.§.fin.C.ad treb.& Aymo.con-
ſi.12.Nobilis Gaſpar.colum.1.nu.5. uerſi. Videmus
etiam.vol.1.inter quos gl.enumerat vnum.ſ.ubi res
reſtitutioni ſubiecta per grauatum alienata fuiſſet,
quo caſu actiones ipſo iure in fideicommiſſarium
ſine alia reſtitutione tranſeunt,ut eſt caſus in l. fi. §.
24 pe.C.cõia del. Et ideo dixit Pau.de Ca.in d.l.facta. ꝙ
dominiũ bonorũ,quę per hæredẽ alienata ſunt,in fi
deicommiſſarium ſine reſtitutione tranſit odio hæ
redis,qui ſibi reſtituẽdi poteſtatẽ abſtulit, in nõ alie
natis uero,ſiue per hęredẽ poſſideantur,ſiue non,ſi
ne uerbali reſtitutione non tranſit,ut ibi.& l.reſtitu
ta.in alienatis ergo actiones ipſo iure abſq; reſtõne
in fideicommiſſarium tranſeunt. quia poſtquam
de reſtituendo grauatus per alienationem a ſe om-
nem actionẽ quam habebat in alium transferẽdo
abdicauit,inutilis eſſet ceſſio ſeu uerbalis reſtõ,quã
25 grauatus faceret,quia id quod non habet, in alium
transferre nõ poteſt.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.

& l. traditio.

& l.tra ditio.ff.de acq.rer.dom.l.& ita declarat glo.in
26 d.l.pen.§.fin.ſuper nerbo.ip ſo iure.C.ad trebel.Stat
igitur firma hæc concluſio, quòd vbi grauatus nul
lam actionem,nullumque ius habet, quia a ſe abdi
cauit,neceſſaria non eſt reſtitutio,& eſt ſpecialis ca
ſus,ut inquit gl.Vbi vero iura & actiones a ſe nõ ab-
dicaſſet,remanet regula,quòd actiones in fideicom
miſſariũ ſine reſtitutione ſaltem verbali non tran-
ſeunt,& hoc eſt clariſſimum, quia ſi ratio illa nõ eſ
ſet,quia a ſe abdicauit, & quia cedendo nihil ageret,
ſequeretur,ꝙ vbi res per alium eſſet alienata,vel vbi
res reſtituenda penes alium foret,forte ea aliquo ti-
tulo,ꝙ fideicommiſſarius abſq; reſtitutione uẽdica
re poſſet,& hoc falſum eſt, quia tunc quoq; ceſſio,
& reſtitutio ſaltem uerbo requiritur,ut l.cùm hære-
ditatem.& ibi gl.ſuper uerbo.non poſſidet.ff. ad tre
bel.dum inquit,nel quia alius poſſidet. & eſt tex. in
l.filiam fratrib.co.ti.vbi requiritur,ꝙ fratrib.fideicõ
miſſarijs per ſororem grauatam reſtitutio fiat,quã-
uis res per ipſos fratres alienatæ fuerint,qua reſtitu-
tione facta alienatio confirmatur & non ante,quia
ante reſtitutionẽ fratres,ius,quod habebant, in aliũ
transferre non poterant,ad hoc ẽt gl.in d.l.j.& l.fi.in
gl.magna.ff.de fideic.hær.pet.Et ſic clare patet,ꝙ ad
hoc ut ceſſio, ſeu reſtitutio non requiratur, operæ
precium eſt,ꝙ res ſit per grauatum alienata,ita ꝙ a-
ctiones a ſe abdicauerit,ut dictum eſt,& ubi res alie
nata non eſt, ſed penes hæredem reperitur, verba-
lis ſaltem reſtitutio requiritur,vt fideicommiſſarius
ad hæreditatẽ,& bona reſtitutioni ſubiecta caperiri
ualeat, ut dictum eſt. Ad propoſitum igitur redeun
do,neceſſario dicendum eſt, ꝙ cum ad hæreditaria
bona per grauatum non alienata agitur, ita ꝙ eorũ
dominium penes Cecchinũ vltimi grauati ſucceſſo
rẽ reperiatur,& a ſe nõ abdicatum,in regula ſumus,
ꝙ fideicommiſſarius ante reſtitutionẽ uerbo ſaltẽ
ſibi factam agere non poteſt,ex quò ſequitur, ꝙ Ra
phael cùm ante reſtitutionẽ uerbalẽ ſibi factã ege-
rit, & ſic ſine actione expertus fuerit, ſuccumbere
debebat, & debet.ideo Cecchinus ab inchoato iudi
cio abſoluendus erat: Nec ſufficit Raphaelẽ in libel
lo petiſſe Cecchinum cogi, & compelli ad bona in
eo deſcripta dimittenda & relaxãda, præmiſſa tamẽ
& ſemper requiſita ſaltẽ uerbali reſtõne, tù quia ta-
lis proteſtatio uerbalẽ reſtõnẽ nõ inducit, tùm quia
antequàm peteret Cecchinũ ad illa relaxanda cogi,
ſicq; priusq; fideicõmiſſaria hæreditatis petitione a-
geret,talis ceſſio, verbaliſq; reſtitutio fieri debebat,
& ſi Cecchinus talem ceſſionẽ,uerbalẽq; reſtitutio-
tionẽ facere recuſaſſet, per actionem ea teſtamento
ad eam faciẽdam compelli poterat.l.& ſine ſcriptu-
ra.C.ad treb.& declarat Albe.in d.l.precib.col.47.in
prin.uer.Sed quæro quæ actio. C. de impub. & alijs
ſubſt.& Corn.d.conſi.18.col.1.in fi.& col.2. in prin.
uer.Quæ quidem petitio.& dictum eſt ſupra. Cùm
ergo talis ceſſio,uerbaliſq; reſtitutio facta non fue-
rit,nec ad eam faciendam per iudicem compulſus
fuerit, fideicõmiſſaria hæreditatis petitio p Raphae
lẽ intẽtari non poterat,ex quo actiones,& iura in ip
ſum non trãſierant.ergo ſine actione expertus fuit,
& conſequenter ab inſtantia primi iudicij Cecchi-
nus cum expenſarum uictoria abſoluendus erat: Et
quãuis forte dici poſſet,ꝙ etſi uerbalis reſtitutio fa-
cta non ſit,de æquitate tamẽ canonica recta uia agi
poteſt,ẽt nõ facta reſtitutione uerbali,ut uoluit Bal.
in c.in præſentia.col.5.ſub nu.31.uer. Dubitatur mo
do,quomodo ſubſtituti.& ibi Dec.in 2.not.colu. 1.
uer.Nec ob.ꝙ iſtis fideicommiſſarijs.ex.de prob. Be
ne.Capra.in rep.c.Ray.in verb.Si abſq; liberis more
retur.col.200.ex.de teſt.ſequitur Boe.in deciſi. 156.
An fideicommiſſarij.nu.8.& Pari.conſ.53.D.Hiero.

col.fi.nu.115.uol.3.& propterea ceſſare debeãt quę
ſuperius dicta ſunt.Nihilominus circa merita cau-
ſæ nonnulla in fauorem Cecchini demonſtrare co-
nabor,ex quib.actor in maiori petitorum parte ſuc
cumbere dẽt. Tria igitur conſideranda vidẽtur.Pri-
mo nunquid Raphael omnia bona in calce libelli
petita in hęreditate Thomæ teſtãtoris remanſiſſe pro
bauerit? Secundo vtrũ Cecchinus ad bonorũ reſtõ-
nem quæ in præparatorijs, & in fine libelli nec pe-
tita, nec deſcripta fuerũt compelli poſſit,licet in ca
pitulis deſcripta fuerint,& in hæreditate d.Thomæ
probata remãſiſſe,& per Cecchinum poſſeſſa? Ter-
tio an bona in 14.& 16.capitulis contenta,per Fran
ciſcum vltimo grauatũ alienata in hæreditate eiuſ-
dem Thomę remanſerint? Quò ad primum conclu
do ꝙ non, ex eo, ꝙ bona in libelli partita, deſcri-
pta,quæ in 10.capitulo probatorio poſita eſt, con-
cernente unam petiam terræ aratiuæ tornatoriarũ
nouem & tabularum 86. in territorio Sancti Gau-
dentij ſitam in fundo nuncupato il Secondo, non
probantur in dicta hæreditate remanſiſſe, niſi per
Andream.q.Antonij Sauij,dictum autem unius di
ctum eſt nullius, quia in ore duorum uel trium ſtat
omne uerbum, & in qualibet cauſa non minus
duorum uirorum qui probatæ uitæ ſint, teſtimo-
nium admitti debet,ita inquit tex.in c.licet uniuer-
ſis.& ibi Doc.ext.de teſti.facit tex.in l.ubi numerus.
cum uulgar.ff.eo.Fortius dico quòd ſi remedium.
27 l.fi.C.de edic.diui adria.tol.intentatum fuiſſet,& ſic
cauſa, eſſet poſſeſſoria, ea parte agentis plena re-
quæreretur probatio. Bar.in extrauag.ad reprimen-
dum.in uerbo ſummarie.col.2.in prin. uerſ.Si uerò
non ita fauorabiles. quem refert & ſequitur Alex.
conſi.139.Circa primum.col.fi.uerſ.Si autem dicti
28 ſubſtituti.uol.6.Sed cùm in hac cauſa actione ex te
ſtamento ad rerum hæreditariarum reſtitutionem
uirtute fideicommiſſi agatur, quo caſu petitorio,
& nõ poſſeſſorio agi dicitur,ut probat idem Alex.
d.conſi.139.col.pe.uerſi.Capio aliam dubitationẽ,
igitur &c.Quinimmo ſi cauſa hęc poſſeſſoria eſſet,
29 torſanq; dici poſſet iuramentum ſuppletorium de
ferri poſſe,ut concludit Bar.in.d.l.admonendi.col.
pe.uerſi.Aduerte hic.ff.de iureiu.& Alex.conſi.103.
Super eo dubio.col.2.uerſ.Si tamen utrunq; vol.7.
& cõſi.91.In cauſa & lite.poſt prin.uerſi.Plus dico
uol.5.cùm ſingularis ſit iſte tes. iuramentum in
probationis ſupplemẽtum deferri non poteſt. Bal.
in.l.de quibus.ff.de legi.Alex.conſi.109. Viſo.col.
fi.uol.4.& conſi.32.Viſo.in fi.uol.1. & Deci conſi.
310.Viſis.in fi.& conſi.436.in cauſa.col.2.uerſi. Et
quando teſtes.eo maxime quia in caſu propoſito
hæredi deferreretur,cui,ſuper eo quod a defuncto
geſtum eſt, deferri non poteſt,Bal. in.l.ſi bona fidei
C.de reb.cred.Alex.cõſi.39.Vertitur lis.col.fi.uerſi.
Et cùm iſte teſtis.uol.5.quod notandum eſt ſecun-
dum Hyppo.in l.maritus.colum.2. uerſi.Et ea pri-
ma ſolutione.ff.de quæſtio. contra heredes & in al-
terius ius ſuccedentes, talibus enim iuramentum
ſuppletorium deferendum non erit, eſto quòd hæ-
res pro ſe teſtem unicũ habeat, merito ab illis Cec
chinus in prima inſtantia abſolutus fuit. Similiter
bona in nona & decima partita in libello deſcri-
pta, quæ deinceps continentur in 12.& 13.capitulis
duas quartas partes duarũ petiarum terræ ſyluatæ
in cõtrata Sancti Pauli cõprahendentib.per d.Tho
mam teſtatorem poſſeſſa fuiſſe non probantur, mi
nuſq; per teſtes, in eius hæreditate remãſiſſe, ergo
&c.Quo ad ſecundum ſimiliter cõcludo Cecchinũ
ad dictorum reſtitutionem cogi non potuiſſe,quia
iudex eius officium non impartitur niſi petenti.l.
4.§.hoc autem.& ibi Barto.Alexã.& alij.ff.de dam.
infec.

33 infec. & ſententia libello conformis eſſe debet. l. vt
fundus.ff.commu.diuid. l. vinum. & ibi latè per Iaſ.
in 13.colum.in fin.verſicu.Hinc aſſume ex glo.ff.ſi
cer.pet.& Fely.in cap.licet hely.extra de ſimo. Hinc
34 dixit Bald.in cap. primo. de mil. vaſ. qui contu. eſt.
quòd iudex non ſupplet ſi plus eſt probatum,quàm
petitum.ſequitur Alex.conſ.163.Viſo.colum.prima
in fi.verſi.Vnde inquit Bald.volum.2.Et ultra petita
35 iudex pronunciare non poteſt, etiã ſi facultas procedendi
de iure & de facto ſibi attributa fuiſſet,
Pan.de Caſt.loquens in arbitro & arbitratore,conſ.
136. Viſo libello. volum.2.in nouis.quem ſequitur
Pariſi.conſi.24. Licet de minus.colum. 19.nu.136.
uerſi.Inſuper ꝙ ab ipſis.volum.2.Bona.n.in quinto
capitulo continente tabulas nouẽ terræ canotaiæ,
aliaq; poſt octauum articulum in partita incip. Itẽ
unam petiam terræ aratiuæ tornatoriarum ſeptem
in circa.in fine libelli,nec deſcripta, nec petita fuerunt,
ergo ad ea reſtituenda Cecchinus cõpelli non
poteſt. Nec petiam terræ tornatoriarum ſeptem in
circa plebata Sancti Arcangeli ſitam in fundo nuncupato
Trenſento dictum Thomam poſſeſſam fuiſſe,
in eiuſque hæreditate remanſiſſe, probatum extitit.
Nam licet don Mariottus & Iacob.q.Franciſci Zãnini
deponant dictum Thomam bona in octauo
capitulo deſcripta poſſediſſe, in eiuſque hæreditate
manſiſſe,& impreſentiarum illa per Cecchinum
poſſideri, non tamen ſpecialiter & expreſſè de dicta
ſeptem tornatotiarum petia terræ deponunt.Illa.n.
petia terræ non fuit, nec eſt in octauo capitulo
deſcripta, ſed in alio ſequenti articulo ab octauo ſeparato
deſcripta reperitur, quod potius nonum
capitulum appellari poteſt, quamuis ſuper eo numerus
deſcriptus nõ fuerit,ut ex originali capitulorum
productorum ſcriptura legi poteſt:Cùm ergo
illa petia terræ in octauo capitulo deſcripta non appareat,
minuſque in eo comprehendatur, nec
comprehendi poſſit,concludendum prædictos teſtes
ſuper illa non depoſuiſſe, & ſic minimè probatum
fuiſſe dictum teſtatorem illam poſſediſſe, in
eiuſque hæreditate reliquiſſe. Et eſto quòd in eius
hæreditate remanſiſſe,& per Cecchinum poſſideri
probaretur, quia tamen in libello petita non fuit,
Cecchinus ad illam reſtituendam cogi non poteſt,
vt dictum eſt ſupra. Quo ad tertium & vltimum cõ
cludo quoque quòd illa bona per Franciſcum a-
36 lienata hæreditaria non fuerunt, ſed ipſius Franciſci
propria,cùm,quælibet bona propria & libera præſumantur,
niſi contrarium probetur.ca. nimis.& ibi
Io.Andr.& alij poſt eum.extra.de iureiu.Alex.conſ.
174.Oportune.in prin.num.2.vol.2. Alcia. in tract.
de præſump.in 1.& 3.præſum.ſecundæ reg.in princ.
Pau.de Caſt.conſ. 179.In cauſa quam magnifi.cum
multis concor.per Dec.relatis conſi.413.Conſuluit,
colum.pen.num.7.verſic. Et ad confirmationem.
& Arelata.in addi.ad dictam 3.præſum.Et quamuis
Iacobus.q.Lucæ deponat dictũ Thomam domum
in decimoquarto capitulo deſcriptam poſſediſſe,illamq;
in eius hæreditate remanſiſſe, nihilominus ipſe
vnicus & ſingularis eſt,qui non probat.l.licet cauſam.
& ibi Doc.extr.de proba.& c. licet ex quadam
& ibi Fely.in 3.colu.in prin.num.9.verſi.Et eſt regulariter.
cum concord.de quibus ibi per eum.extra
37 de teſtib.Et tanto minus quia de his quæ in infantili
ætate vidit, atteſtatur, cùm aſſeueret ſe tempore
ſuæ depoſitionis eſſe annor.44. ex proceſſuq; con-
38 ſtat d.Thomam anno 1514.deceſſiſſe,quo tempore
hic teſtis ſeptimũ annum agebat,qui infans dicitur,
in taliq; ætate quicquid videt ignorat. l. 1. C. de
fal.mone.& l.quamuis.§.infans.de acqui.poſſeſſio.
ff. de tali igitur tempore deponens, cùm ignorare
videatur,nihil probat.Roman.conſi. 157. Honorabilis.
verſi.Quod autem.Alex.conſi. 29. Clariſſimè
doctor.colum.3.verſi.Alius teſtis.num. 11.volum.
7.facit tex.in §.prætetea. Inſt. quib. non eſt permiſ.
face.teſtam.Are.in §.teſtes autem.uerſicu. In gl. impubes.
Inſt.de teſtamen. & in his terminis conſuluit
Dec. conſil.448. Vis tota. colum.3.in fin.ſub num
24.uerſi.Tertio quia.cum duobus ſeq.& Pariſ. conſi.
87.Ad ueritatem.colum.tertia.in fin.uerſicu.Circa
ſecundum principale. uolum. tertio. & conſilio
ſeq.colum.9.in fi.nu.75.uerſic. Proni etiam quia.&
conſi. 107.Laborioſa.col.9.in prin.nu.63. uer. Vlterius
aduertendum eſt.uolu.primo. Deponit etiam
eius patrem articulatas domos in decimoquatro
capitulo deſcriptas Thomæ articulato uendidiſſe
iam annis uigintiocto decurſis. Et nihilominus dictus
Thomas elapſis iam triginta ſex annis, ab hac
39 vita migrauit, vt ex proceſſu liquido conſtat,ergo
ſuper impoſſibili deponit, ergo de falſo ſuſpectus,
& ſic non probat.Alex.conſ.centeſimoſexageſimo
ſeptimo.Quoniam res.colum.fi.in prin.vol.6. cum
vul.& falſus in uno in omnibus falſus dicitur.c.teſtimonium.
extra de teſtib.Alex.conſi.45.Viſis atteſtationib.
colum.2.num.4.verſ.Modo ſi dictum teſtis.
cum tribus numeris ſeq.volum.2.conſi.47. In cauſa
& lite.colum.2.num.6.uerſi.Quarta ratio. & conſi.
150.In cauſa appellationis.in fin.uolum.6. Iudex
40 igitur a quo declarans domum illam in trebellianicam
dictorum hæredum tanquam hæreditariam
imputandã eſſe,male iudicauit; & eo maximè quia
in remedio fideicommiſſariæ hæreditatis petitionis
intentato Raphael minimè probauit dictum Thomam
fuiſſe dominum, vel quaſi illius domus,
ſiue ius aliquod in ea habuiſſe, prout de neceſſitate
in huiuſmodi remedio requirebatur, vt declarat
Pract. Papienſ. in for. libel. quo petit. hæred. ex
teſtam.in glo.1.uerſi.Quintum eſt.& Aymo. conſi.
61.Dominus Antonius.colum.2.in fi.num.6.Similiter
Iacobus Compatinus tanquam vnicus & ſingularis
in eius dicto nihil probat.deponit enim mãſionem
in 16.c.in prima partita deſcriptam eandem
cum domo in nono capitulo deſcripta fuiſſe, in
quo fit mentio de domo in comitatu Arimini ſita
in regione Sancti Marini in monte Abbatis in fundo
Machani, & tamen impoſſibile eſt, & non veriſimile
eandem eſſe, illa enim manſio ſita eſt (vt
fertur) in ciuitate Arimini, in regione Sancti Simeonis,
illa uero de qua in nono capitulo fit mentio, extra
ciuitatem poſita eſt, impoſſibile eſt ergo ean-
41 dẽmet eſſe. Et teſtis ſuper impoſſibili & non ueriſimili
deponens de falſo ſuſpectus eſt, & non probat,
vt dictum eſt,per not.per Alex.d.conſi.167. colum.
fina.in princ.verſicul. Eſt etiam teſtis. volum.
6.cum multis ſimilibus per Hippo.adductis.in l.1.in
princ.colum.26.in fin.num.63.verſic.Et ſcias quòd
nedum.cum plurib.ſeq.ff.de quæſt.& quamuis poſtmodum
ſuper alijs tribus partitis in decimoſexto
capitulo deſcriptis deponat, videlicet ſuper illis incipien.
Item vnam domum muratam &c. Item vnum
petium terreni hortiui &c. Item vnam domũ
ſitam in ciuitate Arimini &c. & dicat nedum hæc
tria, verum etiam manſionem in prima partita deſcriptam
unam & eandem domum fuiſſe, nihilominus
quia in hoc nullũ habet conteſtem, tanquã ſin-
42 gularis,& varius minimè probat.l.eos.& ibi Bar. in
fi.ff.de fal.Alex.d.conſi.29.col.2.num.8.verſi.Contra
d.teſtem.uolum.7.cum multis concord. ibi per
eum relatis.Nec magiſtri Caroli cerdonis depoſitio
cum depoſitione Iacobi compatini concordari poteſt,
quia magiſter Carolus deponit manſionem
in decimoſexto capitulo deſcriptam eandem eſſe

rum domo in vndecimo capitulo deſcripta. Com-
parinus nero atteſtatur eandem fuiſſe cum domo
in nono capitulo deſignata, ſuper eadem ergo non
deponunt, nec concordant, & quamuis in fine ſuæ
depoſitionis Comparinus aſſeueret illam man-
ſionem cum alijs eandem extitiſſe domum, non
tamen exprimit, quę ſit illa domus, & an illa ſit
quæ in nono; vel quæ in vndecimo capitulo de-
ſcripta reperitur, quamuis ſupra de illa quoque,
quæ in undecimo capitulo eſt deſcripta, mentio-
43 nonem faciat. Ideo cùm illa depoſitio dubia ſit, ad-
uerſus producentem interpretatio fieri debet. Alex
conſil. 20. In cauſa appellationis. colum. ſecunda.
verſi. Denique verba. volum. 4. cum concordan. ibi
per eum relatis. Et ſi hoc vltimum dictum de do-
mo in undecimo capitulo deſcripta intelligi debe-
re interpretaremur, ſibimetipſi contradiceret, & re-
pugnaret. & ſic non probat, quia teſtis ſibi ipſi con-
trarius ad concordiam, vt probet reduci non debet,
d. l. eos. & ibi Barto. de falſ. & Alexand. dicto conſil.
29. num. 8. volum. 7. cum contraria & adinuicem ſi
bi repugnantia non admittantur. l. ubi repugnantia.
& ibi late Cagnol. ff. de regu. iur. Cum ergo hi duo
teſtes ſuper dicta manſione non concordēt, nec ma
giſter Carolus de alijs trib. partitis in decimoſexto
capitulo deſignatis deponat, Comparini depoſitio
inualida remanet, & ad probationem non ſufficiēs,
& ſic Raphael nullo pacto ſuper partitis in decimo
ſexto capitulo annotatis ſe fundare poteſt, ſed ſu-
per domo tantum quæ impræſentiarum reperitur,
& prout iacet ſita in Ciuitate Arimini in regione
Sancti Simeonis, de qua Cornelius a Curru, & Ioan.
Franciſcus Fagnanus atteſtantur, quæ domus eſt
reſtitutioni ſubiecta: Quæ uero bona per Cecchi-
num reſtituenda ſint, ex his conſtat, quæ in tertio,
& quarto capitulo deſcripta fuerunt, de quo quar-
to una detrahitur manſio per Franciſcum ultimo
defunctum ab Arcāgelo Raphaelis fratre quinqua
ginta quinq; librarū precio cōparata ut publico cō-
ſtat inſtrumento in actis producto: Item bona in
ſexto, octauoq; capitulo annotata, in quo octauo
de tornatorijs ſex cum dimidia in regione Sanctæ
Iuſtinę poſitis fit mētio, Item in nono, undecimoq;
capitulo deſignata, de quibus omnibus imprimis
44 detrahi debet impenſa funeris, teſtamenti, inuen-
tarijq; ac aliæ neceſſariæ expenſæ, ut eſt text. in. l.
fi. §. in computatione. & ibi poſt alios Iaſ. C. de iure
delibe. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. te-
ſtam. §. fina. & ibi gloſſ. Inſtitut. de lege falcid. & pul-
chre tradit Roman. conſil. centeſimo ſeptuageſi-
moſexto. Viſis dubij propoſiti. columna prima,
45 uerſi. Quò ad ſeptimum, Quæ funeris impenſa ne-
dum inducendo ad ſepulchrum dicti Thomæ ca-
dauer conſideratur, cum expenſa neceſſaria dica-
46 tur, ut tradit Pau. de ca. in l. 2. §. fi. ff. ad l. falci. uerum
etiam in ueſtibus lugubribus, mulierumq; conſan
guinearum uelis, iuxta ritum, & conſuetudinem ci
uitatis, totiusq; Italiæ, atq; in celebrandis miſſis, &
mortuorum officijs pro ipſius teſtatoris anima, ut
concludit Deci. cōſi. 157. Quæritur de expenſis, uer.
47 In contrarium videtur, ac etiam in expenſis in eius
infirmitate geſtis. vt eſt tex. in l. in reſtituēda. C. de pe
ti. hæredi. firmat Neguſan. in tract. de pignori. in ſe-
cundo membro quintæ par. nu. uigeſimo octauo,
in. fin. in. 13. fallent. & abunde ſcripſit Pet. de Vbal.
in tract. de cano. epiſco. & parochia. c. pe. uerſi. Vlti-
timo quæritur. num. 10. & 11. in ultim. fol. quæ ex-
penſæ nedum in libro magiſtri Auguſtini aroma-
tarij, magiſtriq; Auguſtini Borgomēſis pannarerij
mercatorum in actis producto deſcriptæ, & ſolutæ
fuerunt, uerum etiam in libro adminiſtrationis
tutelæ per D. Lucretiam dicti teſtatoris uxorem ſu
48 ſceptæ. Cui tanquā uериſimilia continēti plena fides
adhibetur. Bal. in. l. 1. col. fi. & ibi Alex. in fi. C. de edē.
idem Alex. conſi. 54. Circa id. col. 2. uerſi. Et tanto
magis. ſub nu. 5. uol. 2. Corne. conſ. 81. Quanquam.
colum. 4. in prin. uerſicu. Deueniendo ad tertium.
uol. 4. cum alijs per Deci. relatis conſi. 596. Ad du-
bia. colum. 2. nu. 9. uerſi. Sexto & ultimo. & Alcia. in
tract. de præſump. in 16. præſump. in fi. in prima re-
gula. Are. in. §. actionum. col. 21. uer. Tertiodecimo
non tantum. Inſti. de actio. Bertrand. conſi. 60. Non
refricabo. col. pe. nu. 4. cum ſeq. uol. 3. de quibus ex-
penſis habita fuit per Iudicem a quo, conſideratio
cuius ſententia ſuper hoc capite in rem iudicatam
per actoris ſilentium tranſiuit, iuxta tradita per Fe-
ly. in. c. ſignificauerunt. extra. de exceptio. Detrahi-
tur deinde dos præfatæ D. Lucretiæ librarum qua-
49 dringentarum argentearum, de quibus in teſtamē-
to dicti Thomę teſtatoris tāquam ipſius debitum
apparet, & cùm in hac hæreditate non reperiantur
niſi bona ſtabilia, Cecchinus hæres ultimi grauati
pro dicta dotis quantitate bona immobilia ſupra
annotata retinebit, & conſequenter etiam dicto-
rum ſtabilium fructus pro rata dictæ quantitatis,
ut pulchre declarat Marian. Socin. Iuni. conſi. 170.
Circa primum dubium. colum. 2. in prin. uol. 2. De
50 trahūtur quoq; omnia alia debita per dictum teſta
torem cōtracta, in eiusq; hæreditate. d. l. papinianus
§ quarta autem. de inoffi. teſta. d. §. fi. & ibi Aretin.
Inſti. de lege falci &. l. 1. §. fi. ff. co. ti. cum ſi. Quæ in
proceſſu probata fuere, primo per inſtrumenta in
actis producta, continentia ducatorum uigintio-
cto auri ſolutionem per d. D. Lucretiam tutricem
teſtamentariam filiorum dicti teſtatoris factam
ſub die ſecunda menſis Martij. 1515. ſolutionem-
que ducatorum uiginti unius cum dimidio auri, &
ſolidorū triginta vnius argenteorum ſub die ſexta
menſis nouembris eiuſdem anni, & aliam ducato-
rum quinquaginta quinq; auri ſolutionem per ean
dē D. Lucretiam die uigeſimaſexta menſis ianuarij
eiuſdem anni factam, de quibus quinquaginta
quinq; de alijsq; uiginti uno cū dimidio nulla mē-
tio in ſententia iudicis primi facta fuit, & nihilomi
nus hæc etiam per Cecchinum detrahi debebant,
& debent: non enim obſtare poterat, quòd de di-
ctæ quantitatis debito per aliud inſtrumentum
non conſtaret in actis, quia ſatis erat, quod de il-
lius ſolutione conſtaret, cum de debito quoque in
inſtrumentis ſolutionum ſpecialis fieret mentio,
de quibus ſolutionibus, & debito rogatus exti-
terat idem notarius, & quamuis de debito inſtru-
mentorum productio neceſſaria non fuiſſet ra-
tionibus ſupra deductis, illa tamen ad ueritatem,
maioremque probationem oſtendendam in hac
ſecunda inſtantia producta fuerunt. Cætera quo-
que debita per mercatorum libros, eorumq; ſolu-
tiones probata fuere uidelicet librarum ſexdecim
ſolidorum quatuor, & denariorum ſex in pluribus
partitis per eandem tutricem magiſtro Franciſco
de Sueua factæ anno. 1515. 1516. & 1520. ducato-
rumq; decem & ſeptem auri, ac ſolidorum uigin-
ti unius cum dimidio, per eandem tutricem in plu-
ribus partitis Ioannifranciſco Olpho factæ anno
1515. pluresque aliæ ſolutiones uarijs creditoribus
per eandem factæ fuerunt de quibus in dicto eius li
bro adminiſtrationis, de expenſiſque poſt mortem
dicti teſtatoris factis in actis producto, prout ēi de-
trahēdas iudex a quo, in eius ſentētia declarauit. Nec
dicatur (ut audio) æs alienum teſtatoris in fructibus
de bonis eius hæreditatis perceptis cōpēſari debere,
51 Quia fructus ſuos hæres facit, & cum eis teſtatoris
debita

debita perſolui non deberit. Alex.& doc. in l,dedu-
cta.§.qui poſt.ff.ad Treb.& in l.ſcribit Celſus.eo,tit.
& conſuluit Soc.iun.conſ.109. paucis utar.col.3.In
fi.uerſ. Et ſi dicatur.uol.1.Poſt æs alienum de dictis
52 bonis reſtitutioni ſubiectis detrahenda eſt Cæſaris,
Gaudentij,& Franciſci dicti Thomæ teſtatoris filio
rũ legitima,& trebellianica.c.Raynutius.& c.Ray-
naldus.& ibi glo.& communiter doc.ext. de teſta.
& Iaſ.poſt omnes in l.filium quem habentem.C.fa
mil.herciſ.& in ſimili caſu conſuluit Anch. conſil.
27.Non ſeruato ordine.columna prima.uerſic.Ad
aliud uerbum.Cald.conſ.24.An ſi teſtator. in tit.de
teſt.& Dec.conſi.236.Non patua.col.3.uerſicul.In
quarto dubio.de legitima eſt tex.in d.l.Papinianus.
53 §.quarta autem.de inof.teſta.Nam filius poſt obitũ
patris dicitur creditor,ſeu quaſi creditor ſuæ legiti-
mæ.Oldr.conſi.107.Circa municipale. columna ſe
cunda.uerſic.Ad quartam quæſt.Rom.conſil.277.
Non eſt dubium.columna fi.num.3.Calcan.conſi.
75.Quod dictis.col.5.in fi.ſub num.12.uerſic. Nec
habet obſtare.Soc ſen.conſil.8.Quamuis.col.8.in
fi.uerſi.Duodecimo filia. uol.1.& Cur.ſen. conſil.
13.Statuto Ianuæ.columna pen. in fi. nu.15.Cùm
legitima ſibi debita ſeu quaſi debita dicatur,ut not.
glo.in §.ſi autem non implens.in auth.de hæred.&
falcid.in l.ſi emancipata.C.de iur.& fac.igno. in l.ſi
quis legatum.ad fi.ff.de falſ.& probatur in l.fi. C.de
cura.furio.& in l.unica. C.de his qui ante aper.tab.
& in l.1.§.pen.C.de cod.cum uulg.& bona hæredi
taria pro eius legitima ſibi obnoxia habet.l.ſcimus.
§.repletionem.C.de inof.teſt.& unà cum fructibus
54 ipſius legitimæ debetur. Quia ſicuti filio legitima
debetur,ita & legitimæ fructus.Bal.conſ.222.Super
primo puncto.uolu.4.etiam ſi conſumpti fuiſſent,
ut no.declarat Bal.in l.non eſt.C.fam.herciſ. quem
ſequitur Alex.conſil.69.Super primo dubio.col.1.
uerſi.Super ſecundo dubio.uol.1. de trebellianica,
habetur toto tit.ff.& C.ad treb. & in l.poſtea. §.er-
go.& §.ſed quia ſtipulationes.Inſt.de fideic.hæred.
55 & Dec.ubi ſupra.Legata quoque in dicto teſtamẽ-
to relicta poſt legitimam ueniunt de bonis reſtituẽ
dis detrahenda.Bal.d.conſi.222. Super primo pun-
cto.vol.4.& Aymo.conſi.141.Iac.nu.4.& Rol.con
ſil.65.Præſuppoſita.numer.18. cum ſeq.vol.1. quæ
partim per dictam tutricem tam ad pias cauſas,quã
alijs in eodem teſtamento nominatis, & præſertim
Fratribus Sancti Ioannis Euangeliſtæ, & Fratribus
Sancti Franciſci ſoluta fuerunt,de quibus in ſenten
tia iudicis a quo, nulla facta fuit mẽtio,cùm illa ſo-
luta fuiſſe probatum extiterit,ut in libro dictæ tutri
cis in actis producto conſtat,& per apochas,depo-
ſitionemq; per Priorem, & Procuratorem Mona-
ſterij dictorum Fratrum Sancti Ioannis Euangeli-
ſtæ factam,partimq; per Cecchinum hæredem teũ
conuentum ſoluta fuere, ut tam ex prædicto libro
tutricis, quàm etiam ex depoſitione teſtiũ pro par-
te eiuſdem Cecchini examinatorum, & per inſtru-
mentum publicum manu ſer Io. Baptiſtæ de Gu-
56 glielmis penes acta productũ,euidentiſſime liquet.
Melioramenta quoque in eiſdem bonis reſtitutio-
ni ſubiectis tam per eandem tutricem,quàm per d.
Franciſcum ultimum grauatum detrahi debent.Pa
riſ.conſ.55.Quoniam Iacobus.col.5.in prin.nu.22.
verſ.Ex quibus etiam infertur.cum ſeq.uol.3.Nam
57 quò ad hæc melioramenta aduertendum eſt,ꝙ hæ-
res grauatus eſt hæreditatis poſſeſſori ſimilis,uel ne
gociorum geſtori,ſiue cuilibet alteri utiliter impẽ-
denti.l.ſed ſi lege.§.id autem quis.ff.de pet.hæredit.
Bom.d.conſi.276.Viſis dubij propoſiti.uer.Quoad
58 quartum.& facit tex.in l.fi.ff.de pet.hæred.Meliora-
menta igitur,& utiles expenſas, & perpetuas hæres
grauatus deducit,& retinet, ſicuti quilibet bonæfi-
dei poſſeſſor,& negociorum geſtor.& ita tenet etiã
Paul.de Caſt.conſil.186. Dubium facit.columna ſe
cunda.in prin.uer.Et propter iſta alias dixi.uolum.
ſecundo.in nouiſ.& Calcan.conſi.37.Tota iſta quæ
ſtio.columna quarta.uerſi. Sic etiam non perdun-
59 tur, Et in dubio hæres de ſuo patrimonio, non de
hæreditatis patrimonio erogaſſe intelligitur. ut per
Bar.in l.cum proponas.C.pro ſoc.in l.ſi patruus.C.
communia utriuſque iud. & Roma.clare d.conſil.
276.& conſi.3.Viſo themate.Alex.conſi.78.Diſcuſ
ſis his.uol.2.Bal.in l.pen.ad fi.C.ſi quis alte.uel ſibi
Dec.conſi.21.Viſo puncto.col.fi.prope fi.uerſi.Vl-
timo relinquitur dubitatio.Alexã.conſil.134.Circa
ea.in fi.uol.5. Adeo ꝙ in his quoque melioramen-
60 tis,ac utiliter geſtis non imputantur fructus. ut per
Paul.de Caſt.in l.Lucius. §.Titia ex aſſe. ff. ad Treb.
Et non ſolum pro prædictis poteſt in omnibus bo-
nis reſtituendis retentione uti, uerumetiam iudicẽ
adire potuiſſet,ſibiq; inſolutum aſſignari facere bo
na hæreditaria pro his melioramentis,& utiliter ge
ſtis,ac in hæreditate expenſis.ut tradit Paul.de Caſt.
d.conſi.186.columna ſecunda.num.2.uerſic. Circa
ultimum quæſitum. & habetur per Bald.in l.iube-
mus.C.ad Treb.& in l.debitori.C.de pact.ſcilicet ea
quæ ſunt in fabricando, domumq; reaptando, ui-
tes,arboreſq; plantando, cæteraſq; expenſas neceſ-
ſarias,ac utiles faciendo, ut plene conſuluit Ruyn.
conſi.117.Circa primum.columna prima. uolu.3.
de quibus in libro dictæ tutricis, & per teſtium ex
Cecchini parte examinatorũ depoſitionem plene
conſtat. Nam magiſt.Bernardinus murator ait ſe
parietem fundaſſe,& conſtruxiſſe,in quo Frãciſcus
grauatus libras quindecim expẽdidit, de quo parie-
te deponit quoque magiſter Franciſcus de Roue-
reto dicens dictum Franciſcum libras quatuorde-
cim expendiſſe,in quibus quatuordecim libris am-
61 bo concordant tanquam in minori ſumma,ut late
probat Alex.conſi.64. Viſa conſultatione. col.1.in
fi.uer.Ad quod oſtendendum.num.7.& col.2.in fi.
num.9.uer.Idem & fortius.uolum.2.& conſil.183.
In cauſa & lite.col.pen.uerſi.Item alius teſtis.uol.6.
& Afflict.in deciſio.240.In cauſa Cubelli.columna
tertia.numero quinto,& ſexto.Idem magiſter Ber-
nardinus duas manſiones cum alijs refectionibus
ſoligaſſe ait,in quib.dictus Franciſcus libras uiginti-
quinque in duabus partitis expendidit,in quib. quã
62 uis unicus ſit teſtis,quia tamẽ de eo deponit, quod
a ſe geſtum fuit,probat,eiuſq; ſolius dicto ſtandum
eſt.ut no.decidit Salyc.in l.ſi quis decurio.in quarta
oppo.C.de falſ.quem ſequitur Alex. conſi.197. Vi-
ſis dubitationibus.columna fi.in prin.uerſic. Quia
reſpondeo.uolum.ſeptimo.Dec.conſi.56. In cauſa
appellationis.columna ſecunda.in prin.num.quar-
to.uer.Teſtis enim.& conſi.342.In cauſa partus co-
lumna prima.& conſil.363. In cauſa quæ agitatur.
columna prima.Hyp.conſi.111.Lecto.columna ſe-
cunda.num.6.& 7.& conſi.113.in præſenti cauſa.co
lumna tertia.in fi.num.15.uerſic.item dicta confeſ-
ſio.& in §.diligenter.nu.131.in ſua pract.crim.Ay-
mo.conſi.178.Viſo proceſſu.col.3.ſub nu.7.uerſic.
Septimum indicium.uolum.1.poſt Soc.in tract.fal
len.reg.507.in ult.fallen.Pariſi.conſi.104.in præſen
ti cauſa.col.9.nu.80.uerſ.Et licet pars aduerſa.uol.1.
& Soc.iun.conſi.61. in præſenti conſultatione.col.
fi.ad fi.uer.Præterea ipſe.uol.1.idem in magiſt.Frã-
ciſco q.magiſtri Melchioris cõcludendum eſt,alio
teſte deponente ſe cortile, de quo in 16. c. ſeligaſſe
de dicti Franciſci commiſſione,qui in eo libras 16.
expendidit.Super refectione ſchalæ, & furno depo
nunt Franc.q.Baptiſtæ, Dñicus aliàs Mengaroia, &

CONSILIVM CXXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN præſenti cauſa dationis inſolutum ſa-
tis materiam enucleaſſe putaram, ita ut
nulla ori ri aut contingere poſſet dubita
tio: nihilominus iterum aliam impone
re manum pro dubiorum reſolutione
ad me nouiſſime transmiſſorum operæ pretium eſ
ſe uidetur: Ad primum igitur deuenicos dico quòd
quamuis in proceſſu nuperrime agitato de aliqua
pupilli expreſſa læſione non fuerit fortaſſe probatũ,
ex his tamen quæ inter tutorem, & Sebaſtianum D.
Hyeronymæ maritum abſque ſolemnitate de iure
requiſita contracta fuere, manifeſta declaratur il-
lius læſio: Vbicunque enim integralis formę cõgrui
1 tas ſeruata non eſt, nunquam pupilli præſumitur u-
tilitas, ſed potius damnoſitas, uerba ſunt formalia
Bal. in l. quæcunque. colum. fi. uerſi. Scias tamen. C.
de bon. quæ lib. at in propoſita quæſtione nulla iu-
ris forma ſeruata fuit, ergo læſio pupilli manifeſta
demonſtratur. Quod alia etiam ratione oſtenditur.
2 Quia ubi iuris ſolemnitas in contractu minoris re-
quiſita omiſſa eſt, tunc uehementis doli præſumptio
inducitur. gl. eſt ordi. in l. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10.
ſuper uerbo mala fide. Et ubi dolus interuenit, ibi
3 ineſt læſio. l. omnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit.
4 Fortius dico quòd etſi hoc in contractu eius reſpe-
ctu uerſaretur utilitas, non ſeruata iuris ſolemnitate
& forma in alienatione immobilium pupilli requi-
ſita contractus ipſo iure non tenet, ita dixit Bal. in l.
fi. §. neceſſitate. colum. 4. in fi. uerſicu. Et ideo dicit
Archi. C. de bon. quæ lib. idem tenẽt & firmãt Bart.
Bal. Alber. Pau. de Caſt. & doct. oẽs in l. cũ hi. §. eam
tranſactionem. & ibi Iaſ. reprobata ibi gl. ff. de tran-
ſac. & hanc eſſe communem opi. refert & ſequitur
idem Iaſon in l. contra iuris. in fin. principij. ff. de pa-
ctis. eandem opinio. ſequitur Affl. in deciſio. octua-
5 geſimaſeptima. Magnum eſt dubium. Quinimmo
tali caſu decretum cuã interponi non poſſet, ut ſin-
gulariter deciſum fuit in conſil. Neap. ut refert Ca-
pyci. in deciſio. 113. In cauſa baliorum. Nec refra-
gantur per Roma. adducta conſi. 316. Circa propo-
ſitam conſultationem. & conſi. 453. Viſa principali.
Quia ibi Roma. in obligatione per minorem ſine
curatoris auctoritate, & abſq; iuris communis, &
municipalis ſolemnitate loquitur, hic uerò in rerũ
pupilli alienatione ſumus, quæ ab obligatione, alio
que contractu differt. Stant enim iſta ſimul quòd mi-
6 nor omiſſa iuris ſolemnitate contrahere ualeat, ab-
ſque illa tamen alienare non poteſt, ut abundè dedu
cit Soc. iun. conſi. 235. Viſa contingentia. colum. 2. in
prin. uerſi. In contrarium tamen. cum uerſi ſequen.
7 uolum. 2. De forma autem ſubſtantiali iuris com-
munis eſt minorem immobilia alienare non poſſe
niſi cum curatoris auctoritate, iudicisq; decreto. l.
ob æs. C. de præd. mino. & l. magis. §. non paſſim. cũ
8 ſeq. ff. de reb. eo. Omiſſio igitur formæ ſubſtantialis
reddit cõtractum ipſo iure nullum, ut uoluit Calca
ne. conſi. 57. In cauſa D. Dominicæ. colum. 1. in fin.
nũ. 3. idem firmat Fabia. de Monte. in tract. de empt.
& uendi. in quinta. q. principali. uer. Sequitur uidere
de forma & ſolemni. quæ requi. in aliena. rerum pu-
9 pil. num. 96. In alijs vero obligationibus & contra-
ctibus tales ſolemnitates non requiruntur, & illarũ
omiſſio contractum nõ viciat immo tenet contra-
ctus. ſi eſt in fauorem, minorisque vtilitatem, ut eſt
tex. in l. Iulianus. §. ſi quis a pupillo. ff. de actio. em-
pti. & ita procedunt per Roman. adducta, & te-
10 nent omnes nemine diſcrepante. Nec refragatur
regula. l. quod fauore. de legib. quia illa procedit,
quando ille. in cuius fauorem facta eſt, illa vti no-
lit, ideo illi fauori renunciare poteſt. l. ſi quis in con-
11 ſcribendo. cũ ſi. C. de pac. Sed vbi vna lex aliquid par
ticulariter prohibẽs alicuius fauore reperitur, vt eſt
tex. in d. ob æs. & d. §. nõ paſſim. vbi immobiliũ pupil
li alienatio ſine curatoris auctoritate, & iudicis de-
creto prohibetur, aliaq; lex permiſſiua, generaliter-
que loquẽs reperiatur, prout eſt text. in d. l. iulianus.
§. ſi quis a pupillo, in 3. dubio allegatus, in illarum le
gum concurſu illa in caſu particulari obtinet, quæ
eſt prohibitiua, vt probatur in l. ſi ruffinus. C. de mi
li. teſtam. & egregiè tradit Pau de Caſtr. in l. nulla. in
prin. ff. de legi. quem refert, & ſequitur Soc. iun. con
ſi. 131 Quæſtio propoſita. colum. 8. in fin. num. 51.
verſi. Vltimo facit. volum. 1. Pro quibus faciunt tra-
dita per Alex. conſi. 116. Viſis quæ ſubtiliter. colu. fi.
12 uerſi. Et pariter non obſtat. vol. 6. ubi inquit, quòd quã-
do lex vel ſtatutum iure ipſo actum anullat, tali le
gi, vel ſtatuto renunciari non poteſt, allegat no. per
Cyn. Iac. But. & Bald. in auth. ſi qua mulier. C. ad vel
le. cum alijs ibi per eum relatis. Et tanto magis quia
13 in dubio non præſumitur quem iuri ſuo renuncia-
re velle. c. ſuper hoc. extra de renuncia. Dec. conſil.
452. Viſa inſtructione. col. fin. in prin. uerſic. Quarto
non ob. & conſi. 495. Viſo eleganti conſil. colum. 4.
in fi. nu. 19 & ſecundum eum ratio eſt, quia renun-
14 ciatio eſt ſtricti iuris, & in ea non ueniũt niſi ea quæ
15 exprimuntur, ſolemnitatiq; iuris directæ renuncia-
ri non poteſt. l. contra iuris. in princ. ff. de pact. cum
alijs per Alex. relatis conſi. 32. Oportune. colum. 1.
verſi. Præterea & ſecundo. volum. 2. & præſertim ſo
lemnitati in alienationib. minorum requiſitæ, quia
alias legis & ſtatuti diſpoſitio requirentis ſolemnita
tes ſubſtantiales in minorum alienationibus facilè
eludi, & fraudari poſſet. quod minime permitten-
dum eſt, ut uoluit idem Alex. conſi. 179. In cauſa &
lite, colum. 1. num. 3. verſi. Fortificatur. & num. 4. vo
lum. 6. Et propterea in propoſito. Gozad. conſil. 88.
Statutum Bononiæ. colum. fi. uerſic. Profecto talis
16 non fuit. diſtinguendum eſſe putauit. Aut aliquid a
ſtatuto, uel a lege pro forma introductum eſt, vt cer
ta ſeruetur ſolẽnitas, vt eſt in caſu noſtro, quod bo-
na minoris immobilia ſine duorum propinquo-
rum conſenſu, curatoris auctoritate, & iudicis de-
creto alienari non poſſunt. & illi renunciare nõ po-
17 teſt, ut not. in l. nemo poteſt. de leg. 1. Aut nõ eſt tra
dita forma, & tunc aut ſumus in his quæ ius publi-
cum concernunt, & hoc caſu inducta in fauorẽ pu-
blicum mutari non poſſunt. nec eis renunciari po-
teſt. l. quod de bonis. §. fin. ad l. fal. l. ius publicum. ff.
de pact. not. Bar. & Doc. in auth. ſed cùm teſtator. C.
ad l. falc. & in d. l. nemo poteſt. & tradit Iaſ. in authẽ.
res quæ. in ult. colum. in 13. limit. C. communia de
18 lega. & tunc lex, ſiue ſtatutum locum habebit. Aut
diſpoſitum a lege, uel ſtatuto ius priuatum concer-
nit, renunciantisque vtilitatem, & publicam con-
tinet, quę ſeparari nequeunt, & renunciari non
poteſt, vt not. in l. quos prohiber. ff. de poſtu-
lan. aut ſeparari poſſunt, & in renunciantis præ-
iudicium renunciatio valet. Aut in renuncian-
tis, & tertij vtilitatem aliquid introductum eſt,
19 & tunc renunciatio non valet, niſi tertij conſenſus
ſequatur, vt not. in l. 1. de commu. rerum aliena. &
tunc de omnium conſenſu renunciari poteſt: Aut
20 priuatam vtilitatem tantum continet, ſed illud ob
ætatis imbecillitatem introductum eſt, & tunc renũ
ciatio non valet. l. ſi iura. ff. de in integ. reſti. & pro
hac diſtinctione uidenda eſt gl. magiſtralis in §. quia

uero.

vero.in verbo ſenatuſconſulto. in auth. vt ſine pro
hibi.mat.debitri.& credi. & aliquid per Calde. con-
ſi.1.in n.de pact.Cùm ergo in alienatione immobi-
lium minoris ſit a iure communi,& municipali tra
dita forma,& ſolemnitas,quæ nedum minoris vtili
tatem,ſed etiam ius publicum continet,dictæq; alie
nationis prohibitio ob ætatis minoris imbecillitatē
a iure introducta ſit,ſequitur quod illi legi prohibi
tiuæ renunciari non poteſt.Pro quibus faciunt tra-
dita per Bal.in d.l.quod fauore.vbi plura adducit,
quæ in fauorem minoris introducta ſunt,& tamen
in eius odium retorquentur,& ideo in caſu propoſi
to nō refragatur dicta regula.l.quod fauore. Ad ter
tium de contractu cum minore geſto abſque iuris
ſolemnitate requiſita,ꝙ cum eo contrahens oblige
tur,quamuis illo pupillus minimè teneatur per d. l.
Iulianus.§.ſi quis a pupillo.ff de actio. emption. ſa-
tis in reſolutione primi dubij ſupra reſponſum fuiſ-
ſe arbitramur,cùm aliud ſit contrahere,& aliud im
mobilia alienare,ideo vlterius non inſiſtam, niſi in
reſpondendo ad limitationem per Iaſ. traditam in
d.l.cum hi.§.eam tranſactionem.volentem contra-
ctum nullum per pupillum approbari, & ratificari
poſſe, ſi voluerit,debitas adhibendo ſolemnitates,
quod aduerſarius minimè facere poſſet, at in caſu
propoſito pupillus petens de bonis pro dote ſuæ
matris inſolutum traditis ſibi inſtrumentum expo-
ni,contractum approbare & ratificare videtur, er-
go &c. Breuiter ad hoc reſponderi poſſe arbitror,
in eius facultate non eſſe contra. D. Hieronymam
eius matrem, cum qua nihil actum extitit, aliena-
tionem hanc Sebaſtiano eius marito factam appro
21 bare, quia res inter alios acta alijs præiudicare non
poteſt.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.Bal. conſil.
322.Vidua.in fi.volum.2.toto tit.C.res inter alios a-
cta l.ſæpe.& ibi Alex.latè.ff.de re iud.& facit rub. C.
ne vxo.pro mari Et limitatio prædicta forſam pro-
cedere poſſet,ſi pupillus,vel eius tutor cum.D.Hie-
ronyma creditrice contraxiſſet,ſed cum ea contra-
22 ctum eſt nihil,ergo &c.Præterea pupillus hic cùm
infans ſit, dici non poteſt velle alienationem hanc
approbare, cùm quicquid videt, ignoret. l. prima,
C. de falſa mone. cum ſimilibus. Accedat ad hoc
23 quòd ſolemnitas quæ eſt de forma, prout eſt in ca-
ſu propoſito actum præcedere debet,ita quod ſi ex
interuallo ſubſequatur,actus non valet. Bald. in l. 1.
colum. decimatertia. nume. quadrageſimoquarto,
verſicu. Extra quæritur. C. qui admitti.& in l. vni-
uerſa.col.prima.verſicu.Sed contra oppoſitionem.
num.2.C.de preci.impe.offe.cum alijs per Affl. rela
tis in deciſio.355.Si præſtitus.colum.fi.in prin.num.
ſexto.verſic.Solemnitas enim. Amplius dico quòd
non poſſet alienationem prædictam approbare, e-
tiam ſi vellet,cùm in præſenti iudicio hoc ab eo pe-
titum non fuerit, & iudex officium ſuum non im-
24 partitur niſi petenti.l.4.§.hoc autem. & ibi Alexan.
& alij.ff.de dam. inf. & quamuis inſtrumentum ſibi
exponi expoſtulet,non ſequitur,ergo ſolēnitates de
iure requiſitas adhibet,& ſi ſolemnitates ipſas adhi-
bere vellet,operæ precium eſſet ad ea recurrere no.
tradit Roma.conſi.321.In caſu propoſitæ.in princ.
25 vbi quærit,quæ ſint in alienatione rei pupillaris a iu
re requiſitę ſolemnitates, & inquit iudici imprimis
& ante omnia excutere incumbit,an pecuniam nu
meratam minor habeat, vel in nominibus debitis,
quæ conueniri poſſint,vel in fructibus conditis,vel
in redditnum,uel obuentionum ſpecie,item requi-
rere,an aliæ res præter prædia reperiātur,quæ diſtra-
hi valeant,ex quarum precio matris dotib. ſatisfieri
poſſit,& ſi depræhenderit aliunde ſolui non poſſe,
quàm ex prędiorum diſtractione,tunc diſtrahi per-
mittat habita tamen cognitione, ut minus vtiliorē
pupillo, non autem vtiliorē magis diſtrahi iubeat.
Recurrendum eſt quoque ad ea quæ ſcribit Afflic.
in deciſio.249.Fuit in conſilio.& Pariſi. latè conſil.
98.Circa præſentem.conſi.99 Inhærendo. & conſil.
100.Contractus volum.1.& Fabia.de Monte.in dic.
tracta.de empt.& vendi.in 5 q.princ.dicto verſi. Se-
quitur videre de forma quæ requiritur in alienatio
ne rerum pupillarium.num.95.Sed omnia prædicta
pendente hoc iudicio adhiberi non poſſunt,ſed an-
te inchoatum iudicium adhiberi debebant, vt pul-
chrè ſcribit Aymo.conſi. 192. Caſus ita habet. col
7.poſt prin.verſic.Nec audiretur.volum.1.Et ex his
& ex ſupradictis ad quartum, & quintum dubium
reſolutio patet, ſuper quibus aliter nō laborabo. Et
quamuis pro uictoria obtinenda prædicta ſufficiāt,
ad vltimum tamen etiam reſponderi poteſt,& dico
quòd ſi iudex acta, proceſſumq; rectè rimabitur,
inueniet per procuratorem.D. Hieronymæ de nul-
litate omnium actorum, & per Sebaſtianum eius
maritum geſtorum,oppoſitum fuiſſe,per quæ ma-
nifeſtè patet mandati exceptionem oppoſitam fuiſ
26 ſe,& quatenus oppoſita non fuiſſet,quod tamen ne
gatur,quandocunq; tamen & quacunq; parte litis
opponi poteſt,l.licet.& ibi omnes.C.de procurato.
gloſſ.in capitul.exceptionem. in gloſſ.prima.in fin.
extra de exceptio.Roman.conſi.170.Sciebant.poſt
prin.& declarat Abb.in c.in noſtra.col.1.ad fi.nu.4.
verſicu.Item no.quod exceptio.& colum.fi.verſicu.
In glo.in uerbo falſi.extr.de procura.cùm alijs abū-
dè per Vanti. relatis in tracta. de nullitati. proceſ. &
ſenten.in rub.de nullita.ex deſec.inhabili. ſeu man-
da.num.59. verſi. Tranſeamus ad ſecundum caput.
cum multis ſeq.Et ex his omnibus dubijs ſatis reſpō
ſum fuiſſe cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ.
Ariminen.Ad laudem omnipotentis Dei,ac glorio
ſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

S V M M A R I V M.

1 *Reſcriptum per ſupplicantem citata parte præſentari debet poſt dilationem ſibi in eo conceßam.*
2 *Ablatiui abſoluti in conditionem reſoluuntur.*
3 *Conditio in forma ſpecifica impleri debet.*
4 *Reſcriptum per ſupplicantem non obſeruatum iuxta formam in eo contentam habetur acſi conceſſum non fuiſſet.*
5 *Reſcriptum ad perſonam in eo non mentionatam non extenditur.*
6 *Dilatio principali conceſſa eius fideinſſori maximè in obligationib. dandi minimè prodeſt.*
7 *Debitor principalis ex perſona ſua & eius priuilegio fideinſſorem defendere poteſt.*
8 *Error in nomine proprio actum, & diſpoſitionem in reſcripto viciat.*
9 *Reſcriptum ſtrictè intelligendum eſt.*

CONSILIVM CXXXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur, concludo exe-
cutionem per Vitalem & Leonem peti-
tam contra Sabatinum Bertoni com-
mittendam eſſe, non obſtante reſcripto
in actis per eum producto, tùm quia nō
conſtat Nicolaum ſupplicantem parte citata reſcri-
ptum poſt dilationē ſibi conceſſam præſentaſſe pro
ut tenebatur,c.vt debitus.extra de appellatio.& tra-
dit Spec.in rub.de reſcrip.præſenta.& in tit.de com-
peten.

petcn.iudi.additio.§.pen.ſub num.2.verſicu.Si uero
plures ſunt.cum concord. ibi per cum relatis. tùm
& quia minimè conſtat ipſum iuratoriam cautionē
iuxta reſcripti formam præſtitiſſe,quo caſu ſicut Ni
colaus nullo pacto impetratis uti poteſt, ita Sabati-
nus inſolidū cū eo obligatus Impetratis carere dēt.
In reſcripto.n.dicitur q Nicolaus ad dictę dilationis
beneficium præſtita iuratoria cautione admittatur.
2 Et certi iuris eſt quod illi ablatiui, abſoluti in condi
tionem reſoluuntur, videlicet ſi coram iudice cau-
tionem iuratoriam præſtiterit, q finito dilationis tē
pore eius debita in ſupplicatione relata perſoluet.l.
a teſtatore.ff.de cond.& dem.per ſcribētes in rub.ff.
3 ſol. matr.'& conditio in forma ſpecifica impleri de-
bet.l.qui hæredi.& l.meuius.ff.de cond.& dem.con
ditio autem illa nunquam per Nicolaum adimple-
ta fuit,ergo reſcriptum nihil ſibi prodeſt.Nec refra-
gatur,q talis cautio per creditores petita non fuerit
iuxt.glo.Pau.de Caſt.& Iaſ.in l.vniuerſa.C.de preci.
4 impe.offe.quia cùm illa ſit de ſubſtantiali forma re
ſcripti,etiam non petita,omitti non debuit:vnde cū
talis forma per Nicolaum obſeruata non fuerit,re-
ſcriptum effectum non habuit, & ideo perinde eſt,
ac ſi conceſſum non fuiſſet,ita declarat Affl.in deci
ſio.378. Quidam debitor.num 3.Et poſito q cautio
per Nicolaum præſtita fuiſſet, nihilominus contra
Vitalem & Leonem Sabatinus obtinere nō poteſt,
tùm quia Nicolaus in prec.b. nullam fecit mentio-
nem de priuilegio iſtis fratrib. aliiſq; hebreis a ſede
apoſtolica tàm ante,quàm poſt contractam obliga-
tionem contra omnes moratorias, ceſſiones bono
rum,& quinquennales,conceſſo.c.cum ordine. ex-
tra.de reſcript.& per Specul.in §.ratione etiam eius.
verſi.Item excipitur quia eſt contra.de reſcript. præ-
ſenta.tùm etiam quia reſcriptum Nicolaum tantū,
& non Sabatinum comprehendit, dum exprimit,
attenta ſupplicantis paupertate &c.Beneficiū enim
principali conceſſum fideiuſſori non opitulatur, ſi
in reſcripto nulla de eo facta ſit mentio, cùm ad per
5 ſonam in eo nō mentionatā non extendatur reſcri-
ptum.c.ſignificante.5.& ibi not.Innoc. extra de re-
ſcrip.Calcan.conſi.18. Pro parte hoſpitalis.in princ.
& latè ſcripſi in tract.de ceſſio.bon.in 9.q.principal.
inci. An ceſſio principalis debitoris fideiuſſori pro-
ſit.& in terminis noſtris doctrina eſt Cy.per Bal.rela
ta in l.quotiens.colum.fi.verſi.Secundo modo quę
ritur.C.de preci.impe.offeren.& per Bar.Alexan.&
omnes in l.cùm filiusfam.§.1.in fi.ff.de verbor.obl.
6 vbi dicunt q dilatio principali conceſſa eius fideiuſ
ſori non prodeſt maximè in obligationibus dandi
ex quo eſt perſonale priuilegium,quod ad fideiuſſo
res non tranſit.l.exceptiones quæ perſonæ. ff.de ex-
ceptio.& tradit Aret.Inſt.de except.in rub.colum.8.
7 in fi.verſi.Secundo poſtquàm vidimus. Licet princi
palis ex ſua perſona eius fideiuſſorem defendere
poſſet,vt voluit Imo.in d.l.cum filiusfam.§.1.quam
uis ibi contrarium teneat Alex. ſuper quo ſcripſi in
d.tract.de ceſſio.bono.in 25.q.quartę. q.princip.in-
cipi.An fideiuſſor datus ab his.num,3.verſi, Poterit
tamen.& aliquid in prædicta 9.quæſt.princ. ſub nu.
4.& 5.Et eſto quod dictum reſcriptum ad fideiuſſo-
ris perſonam extendi poſſet. In caſu tamen noſtro
ad Sabatinum non extenditur, cum aduerſus Ra-
phaelem & fratres. q. Lazari de Arimino reſcriptū
fuerit per Nicolaum obtentum, quod nihil com-
mune habet cum Vitale,& Leone Sabatini & Nico
lai creditorib.diuerſa.n.ſunt creditorū nomina,ideo
8 ad hos creditores reſcriptum nō extenditur.Nec ob-
ſtaicatur, error in proprio creditorū nomine fuit,
quia error actum,& diſpoſitionē non viciat.l. ſi quis
in fundi vocabulo.& ibi ſcribentes.ff.de leg.1.& ha-
betur per Fel.in c. ſignificante. extra de reſcri. Quo-
9 niam reſpondetur hanc regulam in reſcripto locū
ſibi non vendicare,quod eſt ſtricti iuris,& ſtrictè in-
telligendum eſt,vt declarat Calcan.d. conſil. 18.in
prin. cum uulga.Nam ſi contra præsbiterum ſuper
eccleſia reſcriptum impetraui,ſi in proprio presby-
teri nomine errati,quamuis de eccleſia conſtet, re-
ſcriptum non valet ,ita dixit Ioann. de Deo. in pri-
mo libro quęſtionum. quæſtio. 41. quem ſequitur
Io. And.in addi.ad Spec.in §.ratione cauſæ. verſicu.
Quid ſi indubitatæ.de reſcrip.præſenta. idem Fel. in
d.c.ſignificante.colum.1.verſi. Declara quinq; mo
dis.& Iaſ.in l.ſi in nomine.in 4.limit.C.de teſta.& in
d.l.ſi quis in fundi uocabulo.colum.1.verſi. Aduer
tite tamen, vbi exclamat,q hoc modo maxima ad
prędictā regulā datur limitatio,quæ habet q errore
in nomine proprio regulariter non viciat. ex quib.
omnib.concludo reſcriptum productum nullo pa-
cto inſtrumenti executionem contra Sabatinū peti
tam impedire, & ita de iure reſpondendum cenſeo
ego Matthæus Brunus,Iuriſc.Arimi.ad laudem om
nipotentis Dei ac glorioſiſſimæ Virginis matris Ma
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex contractu ultro citroque obligatorio obtinere non poteſt, niſi prius pro eius parte adimpleuerit. & num. 3.*

2 *Dies & pæna vbi eſt in promiſſione appoſita, promittens elapſo die abſque interpellatione in mora conſtitutus eſſe dicitur.*

4 *Clauſula in contractib. apponi ſolita, videlicet, etiam pæna commiſſa, vel ſoluta, contractus maneat firmus, non obſeruanti minimè prodeſt.*

5 *Promittens cum iuramento infra certum terminum ſoluere, non ſoluens periurus efficitur.*

Quod me inuito actum eſt, mihi nocere non debet. ibidem.

Factum unius alteri non præiudicat ſine eius mandato. eo.

6 *Contractus quamuis pro contractio agere poſſit, eis tamen præiudicare non poteſt, niſi ratificatio ſequatur.*

Vnus alium inuitum obligare non poteſt. ibidem.

7 *Inſtrumentum ſi quis producit ex eo agens confiteri tenetur vera eſſe omnia & ſingula in eo inſerta, & ſi ea impugnat, inſtrumenti productio ei non prodeſt.*

Inſtrumentum impugnans eius beneficium, & commodum perdit. ibidem.

8 *Mens & partium intentio etiam in contractibus attendi debet.*

Voluntas veriſimilis ſequenda eſt, quia cenſetur quis voluiſſe quod veriſimile ſit. ibidem.

9 *Interpretatio illa fieri debet, & attenditur, quæ magis veriſimilitudini adhæret.*

Damnum ſentire nō debet, qui commodum, & lucrum non ſentit: ibidem, & ſub num. 13.

10 *Interpretatio ex præcedentibus, & ſequentibus ſumitur.*

11 *Præcedentia declarant ſequentia.*

12 *Dictio, ſimiliter, & dictio, perinde, dictiones ſimilitudinariæ ſunt.*

13 *Dictio (ſimiliter) qualitatem præcedentem repetit.*

Commodum ab onere regulatur. ibidem.

14 *Nemo ſuum iactare velle præſumitur.*

15 *Dictio, Item, eſt repetitiua repetitionem præcedentis qualitatis inducens.*

16 *Promiſſio qualibet ſemper intelligenda eſt rebus ſic ſtantibus.*

17 *Conuentio inter aliquos communionis contemplatione geſta, ceſſante communione ceſſat ipſa conuentio.*

18 *Dotes ſi vni ex fratribus in communi viuentibus ſolutæ fuerunt, per eum probari debet in vtilitatem fratrum fuiſſe conuerſas.*

Socius

Socius omnium bonorum ſi quid acquirit, illud commune non
eſt, ſed communicare cogitur ibidem.
19 *Reſeruatio de aliquo iure facta, quod in futurum eueniret, nul*
lum ius tribuit.
20 *Reſeruatio iurium ſolet tantum ius quod quis habet, reſerua*
re, non autem ex ea ius aliquod quaritur.
21 *Reſeruatio iurium in ſententia, ſi qua competunt, non va-*
let.

CONSILIVM CXXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra- gio, amen.

IN caſu de quo quæritur cōcluſiue pro-
cedens arbitror nullam Altaſtellæ ad-
uerſus Leonem ex vulgari regula actio
nem competere, quā in iure habémus,
quòd ex contractu ultro citroque ob-
ligatorio quis agere non poſſit, niſi ex parte ſua
prius adimpleuerit. l. iulianus. §. offerri. ff. de actio.
emp. & l. quæro. §. inter locatorem. cum uulg. ff. lo
ca. Conſtat. n. quod Altaſtella pro eius parte nō ob
ſeruauit, quæ in dotali inſtrumento continentur,
Promiſit. n. Ioſue eius frater noīe proprio & noīe
Altaſtellæ eius ſororis Matthiæ Mazzæ tunc eius
futuro marito ſoluere iocalia, reſq́, argenteas ualo
ris centum octuaginta ducatorū, ducatoſque du-
centum cum tertio pluri in pannis & ueſtibus mu
liebribus infra menſem poſt matrimonium inter
dictos Altaſtellam, & Matthiam contractum, item
infra annum ducatos centum in pecunia numera-
ta, quæ bona, & pecuniæ infra dictum tempus per
eos ſoluta non fuere, nec ad ea ſoluenda interpella
ri debebant, Quia ubi in promiſſione appoſita eſt
2 dies & pena, elapſo die quis abſque interpellatio-
ne in mora cōſtitutus eſſe dicitur. l. magnam. C. de
contrahen. ſtipula. & Bar. in l. ſi ſtipulatus. & in l. in
ſulam. ff. de uerbo. obli. cum alijs per Doct. conge-
ſtis in l. quod te. ff. ſi cer. pet. Cum ergo dicti fratres
pro eorum parte non obſeruauerint ea, ad quæ in
dicto dotali inſtrumēnto tenebantur, in eo ſe fun-
dare nequeunt, cum contractus ultro citroque ob
3 ligatorius expreſſe requirat, quòd agere intendens
prius pro ſui parte adimpleuerit, alioquin inepte, &
fruſtratorie agere dicitur, & obtinere non debet. d.
§. offerri. & d. §. inter locatorem. tradit Soci. ſeni. cō
ſi. 273. In præſenti conſultatione. col. 1. in fi. uerſi. Se
cundo principaliter. uolum. 2. & Gozadi. conſi. 1. in
prin. Nec leo conuenta obſeruare tenetur, ex quo
dicti fratres prius contrauenerunt. l. ſi quis maior.
C. de tranſac. & c. peruenit. cum ibi not. per Doc. ex
tra de iureiu. Quod in fortioribus terminis amplia
tur procedere, etiam ſi adiecta ſit clauſula, ꝙ etiam
4 pœna commiſſa, uel ſoluta contractus maneat fir-
mus, quia talis clauſula non obſeruāti minime pro
deſt. l. cum pater. §. libertis. ubi Bar. de leg. 2. & in l. ſi
ſtipulatus. ff. de fideiuſſo. glo. Bar. Bal. & alij in l. qui
fidem. ff. de tranſac. nec etiam eiſdem fratribus pro
deſt poſt terminum conuentum obſeruaſſe, quia
5 cùm Ioſue in non ſoluendo infra terminum periu
rus fuerit, ut tradit Fed. de ſen. conſi. 300. Factū pro-
ponitur eſſe tale. Fely. in c. 1. col. antepe. num. 26. uer
ſi. Septimo quæro. extra de iureiu. & Afflic. in deciſ.
30. Fuit dubitatum. num. 5. amplius audiri non de-
bet, ſed a limine iudicij repellendus eſt. d. l. ſi quis
maior. & c. 2. extra. de fideiuſ. cum ſimi. Si enim in-
fra tempus præfixum Altaſtella & Ioſue promiſſas
quantitates pro eius dote Matthiæ eius marito ſol-
uiſſent, & ſic durante ſocietate, omniumque bono
rum communione inter Leonem & dictum Mat-
thiam eius fratrem, nullum utique Leoni præiudi-
cium etiam ſecuta poſtmodum inter eos diuiſione
illatum fuiſſet, quia ante ſolutam ſocietatem abſq;
Leonis iactura dotes extractæ fuiſſent, illiſque tunc
extractis, peneſque aliquem in tuto depoſitis Leo
ab illarum reſtitutione liberatus fuiſſet, & ſic in ca
ſu diſſoluti matrimonij per obitum Matthiæ actio
Altaſtellę aduerſus depoſitarium, uel hæredes Mat-
thiæ, ſi ipſe eas recepiſſet a depoſitario, compete-
ret, & non contra Leonem, & ſi in diſſolutione ſo-
cietatis extractæ non fuiſſent, eo caſu Leo ad earū
reſtitutionem teneretur; Cùm ergo dotium ſolu-
tio durante ſocietate, & communione iuxta pro-
miſſiones facta nō fuerit, ſed ea diſſoluta, & poſt di-
uiſionem, ſequitur Leonem ad dotium reſtitutio-
nem minime teneri, ſed Altaſtella contra hæredes
Matthiæ (ſi ſoluendo ſunt) competit actio; Nec dica
tur, promiſſio per Ioſue Leoni facta abſque conſen
ſu & mandato Altaſtellæ ei præiudicare non potuit
nec talis promiſſio ualet, quia, ꝙ me inuito actum
eſt, mihi nocere non debet. l. in cauſæ. poſt prin. ff.
de procu. l. 1. C. quib. res iudi. non nocet. nec unius
factum alteri præiudicat ſine eius mādato. l. ſeruus
furioſi. ff. de manumis. l. ab agnato. ff. de cura. furio.
l. fi. ff. qui & a quib. l. licet. ff. de iudi. & l. licet. C. de
6 procura. Et quamuis coniunctus pro coniuncto
agere poſſit, ei tamen præiudicare non poteſt, niſi
ratificatio ſequatur. l. 3. §. ſed & ſi forte. & ibi Bar. ff.
iudi. ſol. Pau. de Ca. conſi. 100. In cauſa mihi com-
miſſa. in fi. uol. 1. in nouis. nec unus alium inuitum
obligare poteſt. l. inter ſtipulantem. in 1. 2. & 3. re-
ſpon. de uerb. ob. & auth. ſi quando. uerſicul. Cùm
autem. C. de conſtitu. pecu. Quia reſponderi
poſſe uidetur, quòd cùm Altaſtella eius intentio-
nem ſuper contentis in dotali inſtrumento funda-
re uideatur, & ex eo agat, omnia in eius præiudiciū
ratificare uidetur, & ille qui inſtrumentum produ-
7 cit agens ex eo, confiteri tenetur uera eſſe omnia
& ſingula in eo inſerta, & ſi ea impugnat, inſtru-
menti productio ei non prodeſt, ita Bal. conſi. 15.
omnis aſſeſſor. col. 1. nume. 2. uerſi. Secundo pater.
uol. 2. & inſtrumentum impugnans beneficium, &
commodum inſtrumenti perdit. c. cùm olim. &
ibi not. Abb. extra de cenſi. Alex. conſi. 209. In cau-
ſa & lite. in fi. & conſi. ſeq. num. 3. uol. 7. per Bar. la-
te, in l. poſt legatum. cōlu. 2. uerſi. Sed quæro ſi dixi
nullum. & col. ſeq. ff. de his quib. ut indi. & facit re-
gul. ex eo. de reg. iur. in 6. cum alijs ſimili. per Iaſ. tra
ditis in repeti. l. admonendi. col. 48. in fi. uerſi. Ter-
tio limita niſi pars. ff. de iureiu. & per Deci. cōſi. 516.
Quoniam cauſa iſta, col. pe. in fi. ante num. 22. uer-
ſi. Item ꝙ plus eſt; Nec dicatur, pactum inter Leo-
nem & Ioſue de dote Altaſtellæ reſtituenda factū,
nedum communionis ſed diuiſionis quoque tem
pus compræhendere, ita quòd ſecuta inter eos diui
ſione remanſit Leo etiam in caſu diſſoluti matri-
monij ad dotes reſtituendas obligatus, Quoniam
contrarium ex infra dicendis apparebit; Nam cer-
tum eſt quòd inter Leonem, & Matthiam tempo-
re dictæ promiſſionis iam contracta erat omnium
ſuorum bonorum ſocietas, in communiq; niue-
bant inſimul, & talis promiſſio per Leonem facta
fuit, (ut ex inſtrumenti dotalis lectura conſtat) ꝙ ca
ſu quo durante inter eos ſocietate dotes per Alta-
ſtellam eidem Matthiæ ſolutæ fuiſſent, & deinde in
ter eos diſſolueretur ſocietas & diuiſio ſequeretur,
talis diuiſio in præiudicium dotis Altaſtellæ nullo
pacto fieri poſſet, ſed quòd dotes ipſæ prius, & ante
omnia de communibus bonis extraherentur, &
ita Leo ſe obligauit, & ad illarum reſtitutionem ſe

obli-

obligare uoluit,& hoc quia ipſe Leo ſolutis dotib.
durante ſocietate,bonorumq; omnium commu-
nione,commodum, ac utilitatem non modicam
ex illarum trafficu percipiebat, quod minime per-
cepiſſet, ſi poſt diſſolutam ſocietatem dotes Mat-
thiæ per Altaſtellam ſolutæ fuiſſent. Cùm ergo ob
ligatio per Leonem in caſu ſocietatis & commu-
nionis facta fuerit,ad caſum diuiſionis non exten-
ditur,ideo in caſu diſſoluti matrimonij per mortẽ
Matthiæ Leo ad dictarum dotium reſtitutionem
non tenetur,& ita fuit dictarum partium uoluntas
8 & intentio,quæ in contractibus etiam attenditur,
ut eſt glo.in l.blanditus.C.de fideiuſſo. in l. in uen-
ditione.In fi.ff.communia prædio. Bal. in l.prima.
C. plus uale. quod agi. & in l.quamuis. C. de fidei-
com.& Deci.conſi.184.Et pro tenui. col.2. num.7.
Et cum uериſimile ſit ita partes ſenſiſſe, iſta uериſi-
milis uoluntas ſequenda eſt,quia cenſetur quis uol
uiſſe quod uериſimile fit.l.titius.§. lucius.ff. de libe.
& poſth.l.barbarius.ubi Iaſ.col.1.in fi.ff.de offi.præ
to.l. cùm ex pluribus. in prin. ibi quòd ueriſimile
uidetur,& ibi Bal.ff.de ſolutio.l.cùm res.uerſi.1.ubi
Iaſ.col.3.de leg.1.l.mulier.la 1.in prin.ff.ad treb.l.fi.
C.de poſthu.hære.inſti.& glo.in l.tale pactum.§. fi.
9 de pact. Et illa interpretatio fieri debet & attendi-
tur,ubi magis ueriſimilitudini ſe adhæret. regu.in-
ſpicimus.& ibi not. Dy.de reg.iu.in 6.& l. in obſcu-
ris.ff.eo.tradit Corne.conſ.278. Cuius nomen.col.
6.uerſi. Poſſet etiam dici.& conſi.283. In præſenti.
col.2.num.4.uol.4.Sed ueriſimile fuit,& eſt, quòd
Leo ſe ſolutis dotibus durante inter eos ſocietate
non autem ea finita obligare uoluerit, ne damnũ,
& iacturam pateretur, cum damnum ſentire non
debeat,qui lucrum non conſequitur.regu.qui ſen-
tit.de regu.iur.in 6.cum alijs per Calcan.relatis con
ſi.45.Contra tamen.col.fi.uerſi.Item hoc illa. Et ta
10 lis intentio & interpretatio ex præcedentibus, & ſe
quentibus ſumitur,ut habetur in auth. ſi quando.
C.de conſti. pecu.l. 1. in fi. cum ibi plene not.ff.de
hæredi.inſti.cum alijs per Soci.ſeni.relatis cõſi. 295.
11 In cauſa.col.1.in fi.num.3.uol.2. Et præcedentia de
clarant ſequentia.l.ſi ſeruus plurium.§.fi. de leg. 1.l.
qui filiabus.eo.tit.& l.nummis.de leg.3.Sed in præ-
cedentibus apparet partes ipſas uoluiſſe ꝙ dotes il-
læ de bonis communibus ipſorum fratrum detra-
heretur,ibi dum dicitur. Item quandocunque eſſo
Leone ſi uoleſſe ſpartire cõ lo detto Matthia quel-
le mercantie & denari che al preſente hanno in cõ
mune,che detta Altaſtella prima ſi habbia da piglia
re delle dette robbe, quali hanno in commune eſſi
fratelli,le doti ſue,auanti eſſo Leone, & ſimilmen-
te in omni caſu diſſolutionis matrimonij, quæ di-
12 ctio, ſimiliter, eſt dictio, ſimilitudinaria, ut late de-
clarat Alberi.in l.clemẽs.ff.de hære. inſti.prout etiã
eſt dictio, perinde,de qua per Soc.ſen.conſi.62.Vi-
ſis.col.4.uerſi.Confirmatur.num.21.uolu.4.Et talis
13 dictio, ſimiliter, qualitatẽ præcedentem repetit,ui-
delicet quod quandocunque matrimonij diſſolu-
tio fierit,dictæ dotes per Altaſtellam de bonis ipſo-
rum fratrum communibus detrahi deberẽt,eo mo
do quo detraherentur quando inter eos diuiſio
fieret,& iſta quidẽ uera intentio tam Leonis, quã
Ioſuę fuiſſe uidetur,quæ tergiuerſari nõ poteſt,nec
quiſpiam ſanæ mentis diceret Leonem ſe obligare
uoluiſſe ad dotium reſtitutionem poſt ſecutam di
uiſionem, quæ per Altaſtellam durante ſocietate
eius marito ſolutæ non fuiſſent, cùm poſt diuiſio-
nem nullum earum commodum ſentire, aut per-
cipere potuiſſet. nec præſumendum eſt,nec etiam
ueriſimile quòd ipſe abſque ullo emolumẽto uol-
uiſſet tantam pati iacturam,cùm regulariter nemo
14 ſuum iactare uelle præſumatur.l. cum de indebito.
ff.de probatio.cum uulg. Sed ſi durãte inter ipſum
Leonem & Matthiam ſocietate & omnium ſuorũ
bonorum communione dotes ſolutæ fuiſſent,per
quam ſolutionem Leo lucrum & commodũ per-
cipere poterat,æquum & cõdecens erat,ſecuta de-
inceps diuiſione; matrimonijq; diſſolutione per
Matthiæ obitum,quòd ipſe Leo incommodum in
earũ reſtitutione ſentiret.d.regu. qui ſentit. de reg.
iur.in 6.Cùm commodum ab onere reguletur, &
e contra.l.ſcio.in prin.ff. de annu.lega.& l. quotiẽs.
in prin.ff.ad treb.immo nec incommodum, nec ia
cturam in earum reſtitutione pati diceretur,quia ſi
durante ſocietate & communione prædictis Mat-
thiæ iuxta promiſſionem ſolutæ fuiſſent, ſecũdum
eam quoque tenebatur Leo tàm durante ſocietate
in caſu diſſoluti matrimonij, quàm poſt ſecutam
inter eos diuiſionem dictas dotes reſtituere, eo.n.
caſu non ſuum,ſed alienum reſtituiſſet,quod ſecus
eſſet,ſi impræſentiarum iam facta diuiſione & non
ſolutis per Altaſtellam,ſiue per eius fratrem tẽpo-
re communionis dotibus.Promiſſio igitur de reſti
tuendis per Leonem dotibus in caſu ſoluti matri-
monij intelligitur,& intelligi debet, ſi earum ſolu-
tio prius Matthia durante dicta ſocietate facta fuiſ
ſet,non autem poſt ſecutam diuiſionem, ad quam
dicta promiſſio ſtantibus ſupradictis uerbis ſalua
ratione recti ſermonis extendi non poteſt, & ſi di-
ctæ dotes ad Matthiæ manus perueniſſent perma-
nentibus eodem Matthia & Leone in dicta ſocieta
te,utique etiam dicta promiſſio ad poſt factam di-
uiſionem extenderetur ſi ante illam reſtitutæ non
fuiſſent,ſed quia ſolutæ non fuerunt, ut iidem Mat
thias & Altaſtella in eorum reſponſione ad inter-
pellationes & proteſtationes per Leonem factas pe
nes acta notarij Loreti de Silua notarij publici Brũ
duſij teſtãtur,ideo ad earũ reſtitutionẽ Leo non te
netur;quia ipſe ad illarum reſtitutionẽ teneri uol-
uit,ſi durante dicta ſocietate ſolutæ fuiſſent,nõ au-
tem ea diſſoluta,alioquin ſequeretur, quòd de pro
prijs pecunijs & bonis,& non de communibus di-
ctas dotes reſtituere teneretur,quòd eſſet cõtra ip-
ſarum partium mentem nedũ tacitam, ſed expreſ-
ſam,quod minime dicendum eſt. Vlterius quòd ip
ſæ partes intelligere uoluerint Leonem ad illarum
reſtitutionem de communibus bonis teneri, de-
monſtratur per dictionem,Item,dum dicitur.Item
quando il detto matrimonio ſi diſſolueſſe per mor
15 te di detto Mattia &c.Quæ dictio, item, eſt repeti-
tiua.repetitionemq; præcedentis qualitatis inducit
præſertim in caſu propoſito ubi eſt perſonarum,&
rerum identitas, ut declarat Bar. in l. in repetendis.
de leg.3.Pariſi.conſi.18.Conſideratis.col.4. in prin.
num.23.& 24.uolu.2.& Cur.Iuni.conſi.44. Habita
diligenti.col.2.num.5.& conſi. 102. Reſolut. col.2.
in prin.Et tanto magis prædicta ſunt uera, & locũ
16 habent,quia quælibet promiſſio,& obligatio ſem-
per intelligenda eſt,& tacitam recipit conditionẽ,
ſi res in eodem ſtatu permanſerit,ſeu rebus ſic ſtan
tibus.ut eſt glo.not.in c.quemadmodum. in glo.2.
extr. de iureiu.in l.cum quis.ff.de ſolutio.in l.ꝙ ſer
uius.ff.de condi.ob cau.declarat Corne. conſi. 116.
Decreueram.col.pe.in prin.uol.3. & conſi. 102.Vi-
ſis.col.4.in prin.uerſi. Item ſimplex. uol. 2. & Cur.
ſeni.conſi.2.Eleganter.in fi.cum alijs per Gozad. re
latis conſi.27.In cauſa conductorum.in prin.Sed tẽ
pore quo dotium reſtitutionem promiſit Leo, ſo-
cietas & communio cum Matthia durabat, illa igi
tur obligatio,& promiſſio eo in ſocietate,omniũ-
que bonorum communione permanente intelli-
gitur, non autem illa ceſſante, pro quibus faciunt
tradita

tradita per Cur.Iu.conſi.85.Circa præmiſſa.col.pe.
uerſi.Tertio principali fundamento. Vbi inquit,ꝙ
ubi conuentionis uerba conuentionem commu-
17 nionis contemplatione factam fuiſſe demonſtrãt,
ceſſante communione quæ per diuiſionem ſubſe-
cutam ceſſauit,tanquam ceſſante finali ratione ceſ
ſare debet ipſa conuentio.c.cum ceſſante.extra.de
appella.l.adigere.§.quamuis.ff. de iure patro.cum
uulg.ſed in caſu propoſito manifeſte colligitur ex
præcedentibus uerbis,dum uoluerunt partes, ꝙ tã
in caſu diuiſionis quàm diſſoluti matrimonij im-
primis & ante omnia de bonis ipſorum fratrũ cõ-
munibus dotes detrahantur,conuentionem com-
munionis prætextu factam fuiſſe,illa ergo ceſſante
promiſſio, obligatioq; per Leonem facta etiã ceſ-
ſare debet: Amplius dico quòd ad dictarum dotiũ
18 reſtitutionem Leo non tenetur,quia dato quòd ſo
cietatis tempore per Altaſtellam Matthiæ eius ma
rito ſolutæ fuiſſent, debet tamen Altaſtella pro-
bare illas in communem utilitatem conuerſas fuiſ
ſe ſecundum Spec.in tit.de iudi.§. ſequitur uidere.
col.3.num.8.uerſi. Quid ſi communione manente
in 4.par.quem allegat & ſequitur Bal. conſi.378.li-
cet filij.uolumine tertio. & conſilio centeſimo ſe
ptuageſimotertio: Erant quatuor fratres. uolu. 1.
quod eſt repetitum conſil. 453. uolumine quinto.
quia non ſequitur,illas recepit Matthias, ergo illas
in communẽ utilitatem conuertit, ut patet in l. ſi
quis ſocietatem contraxit.& l. præcedenti. in prin.
& l.cum duobus.§.antepe.ff.pro ſoc.Vbi dicitur, ꝙ
illud quod unus ex ſocijs omnium bonorum ac-
quirit,non eſt commune,ſed communicare cogi-
tur,cùm ergo iſtud facti,ſit nõ præſumitur niſi pro
betur.l.quęcũque.§.qui a pupillo.ff.de publi.actio,
l. in bello. §. factę.ff. de poſtlim.reuer.& ita arguit
Pau.de Ca.conſi.304.Super primo quæſito dicen-
dum eſt.columna 2.numero 6.uerſi. Ad ſextum re
ſpondeo.uol.2.in nouis.Nec dicatur, ſententia per
regium Capitaneum Brunduſij lata ſuper diuiſio-
ne inter Leonem & Matthiam facienda Altaſtellæ
& Ioſuæ iura uigore contractus,& capitulorum in
eo exiſtentium ſibi competentia reſeruauit, ergo
dotium reſtitutionem in caſu ſoluti matrimonij re
ſpexit.Quia reſpondetur,quòd ibi ius,ſi quod in fu
turum eueniret,reſeruatum fuit,& ſic conditiona-
liter,& non ſimpliciter, uidelicet ſi quod ius Alta-
ſtellę,& eius fratri uirtute dicti contractus compe-
teret, illa enim reſeruatio de iure facta, quod in fu-
turum uigore contractus eueniret, cùm facta eſſe
19 dicatur per uerba iuris incertitudinem denotãtia,
nullum Altaſtellæ eiuſq; fratri ius tribuit,l.ſi quis le
gauerit.ubi Ang.de leg.1.& idem Ang.not.in l.om
nes.per illum tex.C.de præſcrip.30.anno. cum alijs
per Deci.citatis conſi.516. Quoniam cauſa. col.pe.
in prin.uerſi.Et iſta concluſio.& tradit Aymo.con
ſi.29.Pro clariori.col.pe.in fi.num,8.uol.1.Quia hę
20 iurium reſeruationes ius tantum,quod quis habet,
reſeruare ſolent.l.eleganter.in prin.cum ibi not.per
gl.ff.de pig.act.& per Bar.in l.fi. ff.eo. tit. non autẽ
earum uirtute ius aliquod quæritur, ut eſt caſus in
l.4.§.ſi in uenditione.ff.quib,mod.pig.uel hyp.ſol-
ui.& ita intelligunt Dy.Bar.& Doc.in l.ſi ſic.de leg.
1.cum concord.per Alex.congeſtis conſi. 195.Per
ſpectis.col.fi.uerſi.Nec ob.prædictis.uol.6. & Soci.
ſeni. conſi. 287. Circa præſentem.numero 2.uolſi,
2.at prædictis Altaſtellæ & Ioſuæ nullum ius com-
petit, ut ſuperius demonſtratum fuit,talis ergo ſen
21 tentia quo ad dotium reſtitutionẽ,ſi quæ poſt ſub-
ſecutam diuiſionem Matthiæ ſolutæ fuerunt, Leo-
ni non præiudicat,& talis reſeruatio non ualet.Bal,
conſi.47.Caſus talis eſt Dominus Andriolus. uerſi.
Sed præſuppoſito.& cõnſi.99.aliàs conſ.100. Egre-
gie & honorande.uol.1.Minuſq; refragatur per eũ
dem Capitaneum in eadem ſententia pronunciatũ
fuiſſe Leoni licuiſſe ad eius libitum diuiſionem fa
cere de communibus bonis inter ipſum & Mat-
thiam exiſtentibus,deductis prius bonis quæ Alta
ſtellæ ſunt,ergo ad ea reſtituenda uirtute talis ſen-
tentiæ Leo teneri uidetur: Quoniam reſpondetur
Altaſtellam eiuſque fratrem a Leone interpellatos
fuiſſe, (ut ex lectura ſuarum interpellationum, &
proteſtationum clariſſime patet) ut diuiſioni inter
ipſum & Matthiam faciendæ iuxta ſententiæ teno-
rem intereſſe deberent ad accipiendum, de eorum
que bonis communibus detrahendum ſuas dotes,
ſi quas dediſſe & ſoluiſſe conſtaret, ſed tali diuiſio-
ni intereſſe noluerunt,quia eas Matthiæ nõ aſſigna
uerunt,quinimmo declarauerunt(ut dictum eſt ſu
pra)pecunias dotales nec bona promiſſa pro dote
marito perſoluiſſe, ergo nulla bona de communi-
bus bonis in dicta diuiſione detrahere poterant: &
conſequenter ad aliquam dotium reſtitutionem
Leo cogi non poteſt. Et ita concludo,& de iure re-
ſpondendum cenſeo Ego Matthæus Brunus Iuri-
ſc. Arimi.ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſ
ſimæ matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Fides ſi per notarium de alicuius mandato facta fuit, ad probandum mandatum non ſufficit.*

2 *Procurator in iudicio poſt litem per alterum conteſtatam comparere non poteſt, niſi a domino litis ſubſtitutus ſit.*

3 *Principalis dominus ſtcitatus fuit, non autem procurator dominus litis, iudicium erit nullum,*

Sententia contra procuratorem ferri non poteſt, ſi non fuit dominus litis. ibidem,

4 *Sententia ad inſtantiam procuratoris lata, de cuius mandato non conſtat, eſt nulla.*

5 *Iudex ex officio ſuo in cauſa appellationis ad nullitatem proceſſus cauſæ principalis animaduertere debet, nunquid procuratoris perſona legitima fuerit.*

6 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*

7 *Fideicommiſſaria hæreditatis petitio contra hæredem grauatum non datur. & num. 18.*

8 *Rei vendicatio fideicommiſſario dari conſueuit ad uendicanda bona fideicommiſſo ſubiecta.*

9 *Verbum, ſpectare, & pertinere, in libello fideicommiſſarij poſitum, tam ad fideicommiſſariam hæreditatis petitionem, quàm ad rei uendicationem referri poteſt.*

10 *Actio illa intentata uidetur quæ ex libelli verbis colligi poteſt.*

11 *Libellantis intentio per libelli conclusionem perpenditur.*

12 *Concluſio libelli quando eſt ambigua, ex cauſa in eo narrata deprehenditur, quæ cauſa concludendi medium ad concluſionem inferens dicitur.*

13 *Petitio hæreditatis hæredi directo datur ad defuncti hæreditatem conſequendam.*

14 *Hæreditatis petitio fideicommiſſario non datur, ſed ex teſtamento actio.*

15 *Hæreditas, verbo, & re fideicommiſſario reſtitui debet.*

16 *Reſtituta hæreditate uerbo ſaltem omnia iura hæreditaria in fideicommiſſarium tranſeunt.*

17 *Fideicommiſſario datur fideicommiſſaria hæreditatis petitio poſt factam ſibi verbalem reſtitutionem num. 20.*

19 *In fideicommiſſaria hæreditatis petitione ueniunt ea quæ, & in ipſa directa hæreditatis petitione ueniunt.*

21 *Fideicommiſſaria hæreditatis petitio non oritur niſi poſt factam verbalem reſtitutionem.*

22 *Reſtitutio uerbalis qualiter fieri debeat.*

23 *Fideicommiſſarius ſi in defuncti bonorum poſſeſſionem immitti*

miſſi peteret, nō obſtante uerbali reſtitutione ſuccumberet.

24 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ſi per hæredem grauatum alienata fuerunt, eorum dominium abſq; reſtitutione odio hæredis in fideicommiſſarium tranſit.*

25 *Ius quod quis non habet, in alium transferre non poteſt.*

26 *Reſtitutio verbalis quando non eſt neceſſaria, & quando ſit.*

Verbalis reſtitutio de æquitate canonica non requiritur: ibidem.

27 *Remedium l. fi. C. de edict. diui Adria. tollend. ſi intentatum fuit, & cauſa ſit poſſeſſoria, ex parte agentis plena requiritur probatio.*

28 *Agens actione ex teſtamento ad rerum hæreditariarū reſtitutionem virtute fideicommiſſi petitorio, & non poſſeſſorio agere dicitur.*

29 *Iuramentum ſuppletorium in cauſa poſſeſſoria an deferri poſſit.*

30 *Teſtis ſi eſt ſingularis, iuramentum in ſupplementum probationis deferri non poteſt.*

31 *Iuramentum ſuppletorium hæredi ſuper eo quod a defuncto geſtum fuit, defferri non poteſt.*

32 *Iudex officium ſuum non impertitur niſi petenti.*

33 *Sententia libello conformis eſſe debet.*

34 *Iudex non ſupplet ſi plus probatum eſt, quàm petitum.*

35 *Iudex ultra petita pronunciare non poteſt, etiam ſi facultas procedendi de iure & de facto ſibi data fuiſſet.*

36 *Bona qualibet propria & libera præſumuntur, niſi contrariū probetur.*

Teſtis unicus & ſingularis non probat. ibidem.

37 *Teſtis deponens ſuper his, quæ in infantili ætate vidit, non probat.*

38 *Infans quicquid videt ignorat.*

39 *Teſtis ſuper impoſſibili, & non veriſimili deponens de falſo ſuſpectus eſt, & non probat. & nu. 41.*

Teſtis in vno falſus in omnibus falſus dicitur. ibidem.

40 *Probari quid requiratur in remedio fideicommiſſariæ hæreditatis petitione intentato.*

42 *Teſtis varius in dicto ſuo non probat.*

43 *Dictum teſtis ambiguum contra producentem interpretari debet.*

Teſtis ſibi ipſi contrarius ad concordiam reduci non debet, vt probet. ibidem.

44 *Impenſa funeris, teſtamenti, & inuentarij prius de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahi debet.*

45 *Funeris impenſa in quibus conſiderari debeat. & numero 46. & 47.*

46 *Veſtes lugubres, & lugubria uela conſanguinearum de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahuntur.*

47 *Expenſæ in defuncti teſtatoris infirmitate geſtæ de hæreditate reſtituenda detrahuntur.*

48 *Libro tutoris tanquàm veriſimilia continenti plena fides adhibetur.*

49 *Dotes vxoris teſtatoris, & earum fructus de bonis ſtabilib. reſtitutioni ſubiectis detrahi debent.*

50 *Debita hæreditaria de bonis reſtitutioni ſubiectis poſt funeris impenſam detrahi debent.*

51 *Debita teſtatoris de fructib. per hæredem grauatum perceptis ſolui non debent.*

52 *Legitima & trebellianica filiorum de bonis reſtituendis detrahi debent.*

53 *Filius poſt mortem patris creditor ſeu quaſi creditor ſuæ legitimæ dicitur.*

54 *Legitima ſicuti filio debetur, ita & legitimæ fructus.*

55 *Legata in teſtamento relicta de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahi debent.*

56 *Melioramenta & expenſæ vtiles, ac perpetuæ in bonis reſtituendis facta per hæredem grauatum detrahi debent, & num. 58.*

57 *Hæres de reſtituendo grauatus eſt hæreditatis poſſeſſori ſimilis.*

59 *Hæres ſoluens debita & legata, expenſaſq; in bonis reſtituendis faciens in dubio de ſuo patrimonio, non de hæreditatis patrimonio erogaſſe intelligitur.*

60 *Fructus de bonis reſtitutioni ſubiectis per hæredem percepti in melioramentis non imputantur & num. 63.*

61 *Teſtes de varijs pecuniarum ſummis deponentes in minori ſumma probant.*

62 *Teſtis de facto proprio deponens plenè probat.*

64 *Hæres grauatus non tenetur ad reſtitutionem bonorum vſu conſumptorum, & ſine eius culpa ex temporis longinquitate deperditorum.*

65 *Fructus bonorum fideicommiſſario reſtituendorum a die litis conteſtatæ tantum percepti debentur.*

66 *Appellatio ſi per unum in parte & partib. contra ſe facientib. interpoſita fuit, altera parte non appellante, ſententia in partib. in quib. appellatum non extitit; firma remanet, ſi capitula ſeparata ſunt. ſecus ſi connexa.*

CONSILIUM CXXXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISO proceſſu, teſtibus examinatis, omnibusq; in cauſa vertente inter Cecchinū iuniorem appellantē ex vna, & Raphaelem a Catholica appellatū ex altera actitatis, arbitros partes iudicis ad quem, fore & eſſe in pronunciando nulliter fuiſſe in fauorem Raphaelis iudicatum, ex eo quòd nullibi conſtat ſer Galeotum Robertum Brancurſum, qui in prima inſtantia libellum, & Thomæ a Catholica teſtamentum produxit, Raphaelis procuratorē fuiſſe, & eo ipſo quod in proceſſu non conſtat ipſum comparentem fuiſſe talem, negatiua probata cenſetur, videlicet talem non fuiſſe, quia quod ibi non apparet, non eſſe dicitur. l. fi. C. de reb. cred. cum alijs concor. plenè in propoſito per Vanti. congeſtis in trac. de nulli. proceſ. & ſenten. in rub. ex inhabilita. ſeu defectu manda. num. 62. verſi. Imprimis quod non fuerit talis & in rub. ex defec. citatio. num. 12. verſi. Et quo ad primum. cùm verſi. ſeq. nu. 14. & nihilominus vſque ad ſententiam ſemper tanquàm Raphaelis procurator comparuit, petijtque ſententiam ferri, & ad eius inſtātiam lata fuit, & ab initio contra ipſum ex parte Cecchini oppoſitum, & proteſtatum extitit,
1 vt in eius exceptionibus liquido conſtat. Quinimmo ſi fides per actuariū, vel aliom notarium de eius mandato facta fuiſſet, non ſufficeret vt conſuluit Alex. conſi. 147. Viſis dubitationibus. volum. 6. & faciunt tradita per Pau. de Caſt. conſi. 12. Tota diſputatio. volum. 1. in nouis. Et eſto quod ipſe legitimum habuiſſet mandatum, illudq; in actis produxiſſet. Quia tamen in proceſſu apparet per Dom. Iacobum Surianum litem fuiſſe conteſtatam, de cuius etiā mandato minimè cōſtat in actis, & quatenus appareret, & legitimata fuiſſet per litis conteſtationē eius perſona, & ſic verè dominus litis effectus fuiſſet, ſer Ga
2 leotus robertus poſtea, niſi a domino litis ſubſtitutus fuiſſet, cōparere nō poterat, vt habetur plenè per Bal. & Doct. in l. 1. C. de ſent. & interlo. omni. iudic.
3 Quinimmo ſi principalis dominus citatus fuiſſet, & non procurator dominus litis iudicium eſſet nullum. Bar. in l. procuratoribus. C. de procura. Specu. in tit. de actore. ſub num. 71. verſi. Item qui procuratorem. & Rota in deciſio. 21. Si dominus. in fi. in nouis. plenè ſcribit Maranta in tract. iudic. in 4 part. diſtinct. 16. num. 26. verſi. Decimoſeptimo dicitur, fol. 37. in magnis impreſ. Iafre. Balb. in lib. deciſ. in cent. prima. deciſ. 43. Si principalis citatus. & ſententia cōtra ipſum procuratorem ferri non potuiſſet ſi dominus litis non fuiſſet, vt voluit Bal. in l. nihil. in ſecundo no-

do nota:C.de proc.& Cur.iun.in d.l. procuratorib,
4 num.1.Proceſſus igitur,& ſententia ad inſtãtiam ſer
Galeoti Roberti lata dicitur nulla,vt tradit Maranta
in d.tract.in 3.part.ſextæ part.princ.in ulti.col.num.
88.verſ.Septimo,non valet ſententia.ſol. 81. in ma-
gnis impreſ.& nouiſſimè declarant Vant.in d. tract.
nulli.proceſ.& ſent.in dict.rubr. ex defectu inhabili.
5 manda.num.ſexageſimotertio.verſi. Et licet vbi an-
te litis conteſtationem . vbi inquit , quòd iudex e-
tiam ex eius officio in cauſa appellationis animad-
uertere debet quo ad nullitatem proceſſus cauſæ
principalis,ad procuratoris perſonam,nunquid legi
tima ſit,& ibi Capyc.allegat in deciſ.1.col.8. in prin.
nu.31. & 32. verſi. An autem iudex.hoc idem ſentit
idem Vant.eodem tract.in rub.ex defec.citatio. nu.
octuageſimoquinto.verſicu.Si non eſſemus.Iudex
igitur ad quem,pronunciare debet omnia acta,ſen
tentiamque latam fuiſſe & eſſe nulla & nullam,di-
uerſamque partem in expenſis condemnare : Et
poſito quòd in prima inſtantia legitimus interueniſ
ſet procurator,omniaque rite actitata fuiſſent,nihi-
lominus dico , quòd Cecchinus ab inchoati iudicij
obſeruatione abſoluendus erat , & ad ſic tenen-
dum, ab ipſa actione tanquàm a fundamento to-
tius cauſæ intentata inchoandũ eſſe puto,cùm ſine
6 illa nemo experiri valeat.l.ſi pupilli.§. videamus. ff.
de negot.geſt.l.quotiens.§.ſi temporali.ff. de admi-
niſtrat.tut.cap.examinata.extra de iudic.& not. glo.
in capitu.paſtoralis.in verbo experiri. extra. de cau.
poſ.& proprie. Vnde percunctatis verbis in libello
narratis ac medio concludendi in ipſa cõcluſione,
dum nititur actor ex eo quòd bona iure fideicom-
miſſi ſibi ſpectare,& pertinere dicit , & ſe Franciſco.
q.Thomæ a Catholica ultimo ſine filijs morienti
ſubſtitutum , diemque fideicommiſſi ueniſſe , &
ceſſiſſe & c.dico quòd per illa uerba ſatis colligi vide
tur,quòd actor fideicommiſſariam hæreditatis peti
tionem intentauerit,quæ tamen actio aduerſus gra
7 uatum hæredem non datur , vt inquit text. in l. pri-
ma,iuncta gloſſ.in verbo poterit.& l.fina.ff.de fidei-
8 com.hæred. peti.uerum in rem,quæ fideicommiſ-
9 ſario dari conſueuit,& ideo in eam dixi,quia uerba
ſpectare,& pertinere , ad utrumque ob uerborum
ambiguitatem referri poſſunt.l.uerbum illud. ff. de
uerbo.ſignific. declarat Corn.conſi.38.In præſenti.
col.3.uol.3.& abundè per Felyn.in rub. de reſcrip.
colum.3.num.6.uerſi.Et opinio Rotæ. Nam ut in-
quit Bar.in l.gallus.§.quidam rectè: ff.de lib.& poſt-
10 ſthum.illa actio intentata uidetur,quæ ex libelli uer
bis colligi poteſt.concordat quod not.Inn. in c.ſu-
11 per literis.extra de reſcrip.ubi dicit quod per libelli
concluſionem libellantis intentio perpenditur , de
quo etiam per Bartol.in l.aurelius.§.ſticho.ff. de li-
12 ber.legat. Et ubi concluſio ambigua eſſet , ex cau-
ſa narrata percipietur,quæ cauſa dicitur concluden
di medium ad concluſionem inferens;faciunt not.
per Bartol. ad propoſitum in l.poſt motam. C.de
petit.hæredit.& per eundem Bar.in l. qui ſtipendia.
13 C.de procurator. Nam hæredi directo ad defun-
cti hæreditatem conſequendam datur hæreditatis
petitio,ut in toto titu. ff. & C. de petit. hæreditat. &
præſertim in l.item uidendum.§.nunc uideamus.ff.
eod.titu.Fideicommiſſario autem non illa directa
14 datur,ſed ex teſtamento, in l. prima. C.communia
de legat.per gloſſ.in l.& ſinc. C. ad Trebellia. & per
Doct.ibi,& in l.ſi legatus.ubi Bartol.ff.eod.& tradit
Alb.in l.precib.col.47.num. 109. uerſi. Sed quæro
quæ actio.C.de imp.& ali.ſubſt.& Corn.d.conſ. 18.
colum.2.in prin.num.3.& Aymo conſil.203. Defe-
rens.colum. 2.num.16.uerſi.Similiter licet.uolum.
15 2.ut ſcilicet hæreditas re & uerbo reſtituatur. l.fa-
cta.in princ. & l. reſtituta. & ibi Doctor. ff. ad Tre-
16 bel.Factaque dicta reſtitutione omnia iura hæredi-
taria in eum tranſeunt. l. 1. & l. 2. ff. de fideicomm.
17 hæredi.peti.& d.l.reſtituta.& §.reſtituta. Inſtitut. de
fideicommi. hæreditat. & tunc ipſi fideicommiſſa-
rio fideicommiſſaria hæreditatis petitio,datur,uide
licet poſt factam dictam uerbalem reſtitutionem ,
ut inquit gloſſ.in dicta l.facta.in uerbo.in bonis . &
colligitur ex dicto §.reſtituta.ex alijsque iuribus ſu-
18 pra allegatis. quæ contra hæredem de reſtituendo
cogatum minimè datur , ut inquit text. in dicta.l. fi-
na.ff.de fideicomm.hæreditat.peti.& dixi ſupra.ni-
ſi aliquid poſt factam reſtitutionem poſſideret , ut
declarat ibi gl.In qua fideicommiſſaria hæreditatis
19 petitione ea ueniũt,quæ & in ipſa directa,ut d.l.1.&
2.& eſt text.in l.fi.§.ſin autẽ ſub conditione. C.cõia
dele.& auth.contra rogatus.uer.Quod ſi contingat.
C.ad Trebellia. Inuenta igitur intentatæ actionis
radice , reſtat , ut ſuper ea uideamus quid conclu-
dendum ſit, Et dico quòd nil aliud ſe qui pote-
rat niſi abſolutoria inchoati iudicij , ut ſuperius
dictum eſt , ex quo actio intentata non compe-
20 tijt . Talis enim actio ad conſequendam hæredi-
tatem,bonaque fideicommiſſo ſubiecta fideicom-
miſſario non competit, niſi facta ſaltem uerbali re-
ſtitutione,ut ff. ad trebel. per totum. & præcipuè in
d. l.facta.in princ.& in dicta l.reſtituta.& eſt gl.in d.l.
fi.ſuper uerbo.relicta.de fideicomm.hæredit.peti. &
gloſſ.in d.l.1.in gloſſ.2.eo. titu. & ubiq; Doc. & tra-
dit Soc.iun.conſi.92.Quoniam.colum.1.in fi.nu. 7.
uerſi.Et ratio eſt.& num.8.& conſil.129.Quantum.
21 in prin.nu.3.uer.Vel ſaltẽ.uol.1. Cùm illa non oria-
tur niſi poſt factam reſtitutionẽ,vt inquit Grat. cõſi.
22 101.Ex ſerie facti.col.6.in fi.nu.40.vol.2.Hoc tamen
procedit quãdo impoſſibile eſſet hæreditatẽ reſtitui
defuncto grauato ſine hærede,qui reſtituere poſſit,
nã tunc iura hæreditaria in fideicommiſſariũ abſq;
alia reſtitutione tranſeunt ſecundum Bart. in l. pen.
C.ad treb.& per Aymo.d.conſi.203.ſub eod. nu. 16.
Verbo autem fit reſtitutio,ſi hæres dicat,hæreditatẽ
tibi reſtituo,illamque tibi relaxo,ut not.in d.l.facta,
& d.l.reſtituta.& declarat Prat.Pap.in forma libelli.
quo agi.ex ſubſt. in gl. Ac per fideicõmiſſũ. in fine
tertiæ , col.Hinc dixit Bar.Alex.& alij in l.fi.C. eo.ti.
23 diui.Adr. toll. q̃ ſi fideicommiſſarius ſe in bonorum
defuncti poſſeſſionem immitti peteret non obiecta
uerbali reſtitutione ſuccumberet. idem firmat Bar.
conſil. 91. In queſtione.& hanc dicit eſſe commu-
nem opinio.Dec.in dicta l.fin.quam ſequitur Gual-
den.in tracta.de arte teſtand.in titu.de acqui. hære-
di.caut.20.Licet omnia.num.6.uerſi. Fideicommiſ-
ſarius uero.Hoc tamen in quibuſdam caſib.reſtrin-
gitur,ut not.in l.pen.§.fin.C.ad treb.& Aymo.con-
ſi.12.Nobilis Gaſpar.colum. 1.nu.5. uerſi. Videmus
etiam.vol.1.inter quos gl.enumerat vnum.ſ.ubi res
reſtitutioni ſubiecta per grauatum alienata fuiſſet ,
quo caſu actiones ipſo iure in fideicommiſſarium
ſine alia reſtitutione tranſeunt,ut eſt caſus in l. fi. §.
24 pe.C.cõia del. Et ideo dixit Pau.de Ca.in d.l.facta. q̃
dominiũ bonorũ,quę per hærediẽ alienata ſunt,in fi
deicommiſſarium ſine reſtitutione tranſit odio hæ
redis,qui ſibi reſtituẽdi poteſtatẽ abſtulit, in nõ alie
natis uero,ſiue per hęredẽ poſſideantur,ſiue non.ſi
ne uerbali reſtitutione non tranſit,ut ibi.& l.reſtitu
ta.in alienatis ergo actiones ipſo iure abſq; reſtõne
in fideicommiſſarium tranſeunt. quia poſtquam
de reſtituendo grauatus per alienationem a ſe om-
nem actionẽ quam habebat in alium transferẽdo
abdicauit,inutilis eſſet ceſſio ſeu uerbalis reſtõ,quã
25 grauatus faceret,quia id quod non habet, in alium
transferre nõ poteſt.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.

& l.traditio.ff.de acq.rer.domi.& ita declarat glo.in
26 d.l.pen.§.fin.ſuper uerbo.ipſo iure.C.ad trebel.Stat
igitur firma hæc concluſio, quòd vbi grauatus nul
lam actionem,nullumque ius habet, quia a ſe abdi
cauit,neceſſaria non eſt reſtitutio,& eſt ſpecialis ca
ſus,ut inquit gl.Vbi vero iura & actiones a ſe nõ ab-
dicaſſet,remanet regula,quòd actiones in fideicom
miſſariũ ſine reſtitutione ſaltem verbali non tran-
ſeunt,& hoc eſt clariſſimum, quia ſi ratio illa nõ eſ
ſet,quia a ſe abdicauit, & quia cedendo nihil ageret,
ſequeretur,ꝙ vbi res per alium eſſet alienata,vel vbi
res reſtituenda penes alium foret,forte ex aliquo ti-
tulo,ꝙ fideicommiſſarius abſq; reſtitutione uẽdica
re poſſet,& hoc falſum eſt, quia tunc quoq; ceſſio-
& reſtitutio ſaltem uerbo requiritur,ut l.cùm hære-
ditatem.& ibi gl.ſuper uerbo.non poſſidet.ff. ad tre
bel.dum inquit,uel quia alius poſſidet. & eſt tex. in
l.filiam fratrib.co.ti.vbi requiritur,ꝙ fratrib.fideicõ
miſſarijs per ſororem grauatam reſtitutio fiat,quã-
uis res per ipſos fratres alienatæ fuerint,qua reſtitu-
tione facta alienatio confirmatur & non ante,quia
ante reſtitutionẽ fratres,ius,quod habebant, in aliũ
transferre non poterant,ad hoc ẽt gl.in d.l.j.& l.fi.in
gl.magna.ff.de fideic.hær.pet.Et ſic clare patet,ꝙ ad
hoc ut ceſſio, ſeu reſtitutio non requiratur, operæ
precium eſt,ꝙ res ſit per grauatum alienata.ita ꝙ a-
ctiones a ſe abdicauerit,ut dictum eſt,& ubi res alie
nata non eſt, ſed penes hæredem reperitur, verba-
lis ſaltem reſtitutio requiritur,vt fideicommiſſarius
ad hæreditatẽ,& bona reſtitutioni ſubiecta experiri
ualeat, ut dictum eſt. Ad propoſitum igitur redeun
do,neceſſario dicendum eſt, ꝙ cum ad hæreditaria
bona per grauatum non alienata agitur, ita ꝙ eorũ
dominium penes Cecchinũ vltimi grauati ſucceſſo
rẽ reperiatur,& a ſe nõ abdicatum,in regula ſumus,
ꝙ fideicommiſſarius ante reſtitutionẽ uerbo ſaltẽ
ſibi factam agere non poteſt,ex quo ſequitur; ꝙ Ra
phael cùm ante reſtitutionẽ uerbalẽ ſibi factã ege-
rit. & ſic ſine actione expertus fuerit, ſuccumbere
debebat, & debet.ideo Cecchinus ab inchoato iudi
cio abſoluendus erat: Nec ſufficit Raphaelẽ in libel
lo petiiſſe Cecchinum cogi, & compelli ad bona in
eo deſcripta dimittenda & relaxãda, præmiſſa tamẽ
& ſemper requiſita ſaltẽ uerbali reſtõne, tũ quia ta-
lis proteſtatio uerbalẽ reſtõnẽ nõ inducit, tùm quia
antequàm peteret Cecchinũ ad illa relaxanda cogi,
ſicq; priusq; fideicõmiſſaria hæreditatis petitione a-
geret,talis ceſſio, verbaliſq; reſtitutio fieri debebat,
& ſi Cecchinus talem ceſſionẽ,uerbalẽq; reſtitutio-
nẽ facere recuſaſſet, per actionem ex teſtamento
ad eam faciẽdam compelli poterat.l.& ſine ſcriptu-
ra.C.ad treb.& declarat Albe.in d.l.precib.col.47.in
prin.uer.Sed quæro quæ actio. C. de impub. & alijs
ſubſt.& Corn.d.conſi.18.col.1.in fi.& col.2. in prin.
uer.Quæ quidem petitio.& dictum eſt ſupra. Cùm
ergo talis ceſſio,uerbaliſq; reſtitutio facta non fue-
rit,nec ad eam faciendam per iudicem compulſus
fuerit, fideicõmiſſaria hæreditatis petitio p Raphae
lẽ intẽtari non poterat,ex quo actiones,& iura in ip
ſum non trãſierant.ergo ſine actione expertus fuit,
& conſequenter ab inſtantia primi iudicij Cecchi-
nus cum expenſarum uictoria abſoluendus erat: Et
quãuis forte dici poſſet,ꝙ etſi uerbalis reſtitutio fa-
cta non ſit,de æquitate tamẽ canonica recta uia agi
poteſt,ẽt nõ facta reſtitutione uerbali,ut uoluit Bal.
in c.in præſentia.col.5.ſub nu.31.uer. Dubitatur mo
do,quomodo ſubſtituti.& ibi Dec.in 2.not.colu. 1.
uer.Nec ob.ꝙ iſtis fideicommiſſarijs.ex.de prob. Be
ne.Capta.in 1.p.c.Ray.in verb.Si abſq; liberis more
retur.col.200.ext.de teſt.ſequitur Boe.in deciſi. 156.
An fideicommiſſarij.nu.8.& Pari.conſ.53.D.Hiero.
col.fi.nu.115.uol.3.& propterea ceſſare debeãt quę
ſuperius dicta ſunt.Nihilominus circa merita cau-
ſæ nonnulla in fauorem Cecchini demonſtrare co-
nabor,ex quib.actor in maiori petitorum parte ſuc
cumbere dẽt. Tria igitur conſideranda vidẽtur.Pri-
mo nunquid Raphael omnia bona in calce libelli
petita in hęreditate Thomæ teſtõris remanſiſſe pro
bauerit? Secundo virũ Cecchinus ad bonorũ reſtõ-
nem quæ in præparatorijs, & in fine libelli nec pe-
tita, nec deſcripta fuerũt compelli poſſit,licet in ca
pitulis deſcripta fuerint,& in hæreditate d.Thomæ
probata remãſiſſe,& per Cecchinum poſſeſſa? Ter-
tio an bona in 14.& 16.capitulis contenta,per Fran
ciſcum vltimo grauatũ alienata in hæreditate eiuſ-
dem Thomę remanſerint?Quò ad primum conclu
do ꝙ non, ex eo, ꝙ bona in libelli partita, deſcri-
pta,qua in 10.capitulo probatorio poſita eſt, con-
cernente unam petiam terræ aratiuæ tornatoriatũ
nouem & tabularum 86. in territorio Sancti Gau-
dentij ſitam in fundo nuncupato il Secondo, non
probantur in dicta hæreditate remanſiſſe, niſi per
Andream.q.Antonij Sauij,dictum autem unius di
ctum eſt nullius, quia in ore duorum uel trium ſtat
omne uerbum, & in qualibet cauſa non minus
duorum uirorum qui probatæ uitæ ſint, teſtimo-
nium admitti debet,ita inquit tex.in c.licet uniuer-
ſis.& ibi Doc.ext.de teſti.facit tex.in l.ubi numerus.
cum uulgar.ff.eo.Fortius dico quòd ſi remedium.
27 l.fi.C.de edic.diui adria.tol.intentatum fuiſſet,& ſic
cauſa, eſſet poſſeſſoria, ex parte agentis plena re-
quireretur probatio.Bar.in extrauag.ad reprimen-
dum.in uerbo ſummarie.col.2.in prin. uerſ.Si uerò
non ita fauorabiles. quem refert & ſequitur Alex.
conſi.139.Circa primum.col.fi.uerſ.Si autem dicti
28 ſubſtituti.uol.6.Sed cùm in hac cauſa actione ex te
ſtamento ad rerum hæreditariarum reſtitutionem
uirtute fideicommiſſi agatur, quo caſu petitorio,
& nõ poſſeſſorio agi dicitur,ut probat idem Alex.
d.conſi.139.col.pe.uerſi.Capio aliam dubitationẽ,
igitur &c.Quinimmo ſi cauſa hęc poſſeſſoria eſſet,
29 forſanq; dici poſſet iuramentum ſuppletorium de
ferri poſſe,ut concludit Bar.in.d.l.admonendi.col.
pe.uerſi.Aduerte hic.ff.de iureiu.& Alex.conſi.103.
Super eo dubio.col.2.uerſ.Si tamen utrunq; vol.7.
& cõſi.91.In cauſa & lite.poſt prin.uerſi.Plus dico
uol. 5. cùm ſingularis ſit iſte tex. iuramentum in
probationis ſupplemẽtum deferri non poteſt. Bal.
in.l.de quibus. ff.de legi. Alex.conſi.109. Viſo.col.
fi.uol.4.& conſi.32.Viſo.in fi.uol.1. & Deci conſi.
310.Viſis.in fi.& conſi.436.in cauſa.col.2.uerſi. Et
quando teſtes. eo maxime quia in caſu propoſito
hæredi deferretur,cui,ſuper eo quod a defuncto
geſtum eſt, deferri non poteſt,Bal. in.l.ſi bonæ fidei
C.de reb.cred.Alex.cõſi.39.Vertitur lis.col.fi.uerſi.
Et cùm iſte teſtis.uol.5.quod notandum eſt ſecun-
dum Hyppo.in l.marius.colum.2. uerſi.Et ex pri-
ma ſolutione.ff.de quæſtio. contra heredes & in al-
terius ius ſuccedentes, talibus enim iuramentum
ſuppletorium deferendum non erit, eſto quòd hæ-
res pro ſe teſtem unicũ habeat, merito ab illis Cec
chinus in prima inſtantia abſolutus fuit. Similiter
bona in noua & decima partita in libello deſcri-
pta, quæ deinceps continentur in 12.& 13.capitulis
duas quartas partes duarũ petiarum terræ ſyluatæ
in cõtrata Sancti Pauli cõprahendentib.per d.Tho
mam teſtatorem poſſeſſa fuiſſe non probantur, mi
nusq; per teſtes, in eius hæreditate remãſiſſe, ergo
&c.Quo ad ſecundum ſimiliter cõcludo Cecchinũ
ad dictorum reſtitutionem cogi non potuiſſe,quia
iudex eius officium non impartitur niſi petenti.l.
4.§.hoc autem.& ibi Barto.Alexã. & alij.ff.de dam.
infec.

33 inſec. & ſententia libello conformis eſſe debet. l. vt
fundus.ff.commu.diuid. l. vinum. & ibi latè per Iaſ.
in 13.colum.in fin.verſicu.Hinc aſſume ex glo.ff.ſi
cer.pet.& Fely.in cap.licet hely.extra de ſimo. Hinc
34 dixit Bald.in cap. primo. de mil. vaſ. qui contu. eſt.
quòd iudex non ſupplet ſi plus eſt probatum,quàm
petitum.ſequitur Alex.conſ.163.Viſo.colum.prima
in fi.verſi.Vnde inquit Bald.volum. 2.Et ultra petita
35 iudex pronunciare non poteſt, etiã ſi facultas pro-
cedendi de iure & de facto ſibi attributa fuiſſet,
Pau.de Caſt.loquens in arbitro & arbitratore,conſ.
136. Viſo libello. volum.2.in nouis.quem ſequitur
Pariſi.conſi.24. Licet de minus.colum. 19.nu.136.
uerſi.Inſuper ꝙ ab ipſis volum.2.Bona.n.in quinto
capitulo continente tabulas nonẽ terræ canotatæ,
aliaq; poſt octauum articulum in partita incip. ītẽ
unam petiam terræ aratiuæ tornatoriarum ſeptem
in circa.in fine libelli,nec deſcripta, nec petita fue-
runt,ergo ad ea reſtituenda Cecchinus cõpelli non
poteſt. Nec petiam terræ tornatoriarum ſeptem in
circa plebata Sancti Arcangeli ſitam in fundo nun
cupato Trenſento dictum Thomam poſſeſſam fuiſ
ſe,in eiusque hæreditate remanſiſſe, probatum exti
tit.Nam licet don Mariottus & Iacob.q.Franciſci Zã
nini deponant dictum Thomam bona in octauo
capitulo deſcripta poſſediſſe, in eiusque hæredita-
te manſiſſe,& impreſentiarum illa per Cecchinum
poſſideri, non tamen ſpecialiter & expreſsè de dicta
ſeptem tornatoriarum petia terræ deponunt.Illa.n.
petia terræ non fuit, nec eſt in octauo capitulo
deſcripta, ſed in alio ſequenti articulo ab octauo ſe-
parato deſcripta reperitur, quod potius nonum
capitulum appellari poteſt, quamuis ſuper eo nu-
merus deſcriptus nõ fuerit,ut ex originali capitulo-
rum productorum ſcriptura legi poteſt:Cùm ergo
illa petia terræ in octauo capitulo deſcripta non ap-
pareat, minusque in eo compræhendatur, nec
comprehendi poſſit,concludendum prædictos te-
ſtes ſuper illa non depoſuiſſe, & ſic minimè proba-
tum fuiſſe dictum teſtatorem illam poſſediſſe, in
eiusque hæreditate reliquiſſe. Et eſto quòd in eius
hæreditate remanſiſſe,& per Cecchinum poſſideri
probaretur, quia tamen in libello petita non fuit,
Cecchinus ad illam reſtituendam cogi non poteſt,
vt dictum eſt ſupra. Quo ad tertium & vltimum cò
cludo quoque quòd illa bona per Franciſcum a-
36 lienata hæreditaria non fuerunt, ſed ipſius Franciſci
propria,cùm,quælibet bona propria & libera præ-
ſumantur,niſi contrarium probetur.ca. nimis.& ibi
Io.Andr.& alij poſt eum.extra.de iureiu. Alex.conſ.
174.Oportune.in prin.num.2.vol.2. Alcia. in tract.
de præſump.in 1.& 3.præſum.ſecundæ reg.in princ.
Pau.de Caſt.conſ. 179.In cauſa quam magnifi.cum
multis concor.per Dec.relatis conſi.413.Conſuluit.
colum.pen.num.7.verſic. Et ad confirmationem.
& Arelata.in addi.ad dictam 3.præſum. Et quamuis
Iacobus.q.Lucæ deponat dictũ Thomam domum
in decimoquarto capitulo deſcriptam poſſediſſe,il-
lamq; in eius hæreditate remanſiſſe, nihilominus ip
ſe vnicus & ſingularis eſt,qui non probat.l.licet cau
ſam.& ibi Doc.extr.de proba.& c. licet ex quadam
& ibi Fely.in 3.colu.in prin.num.9.verſi. Et eſt regu
lariter.cum concord.de quibus ibi per eum.extra
37 de teſtib.Et tanto minus quia de his quæ in infantili
ætate vidit, atteſtatur, cùm aſſeueret ſe tempore
ſuæ depoſitionis eſſe annor.44.ex proceſſuq; con-
38 ſtat d.Thomam anno 1514.deceſſiſſe,quo tempore
hic teſtis ſeptimũ annum agebat,qui infans dicitur,
in talique ætate quicquid videt ignorat. l. 1. C. de
tal.mone.& l.quamuis.§.infans.de acqui.poſſeſſio.
ff. de tali igitur tempore deponens, cùm ignorare
videatur,nihil probat.Roman conſi. 157. Honora-
bilis.verſi.Quod autem.Alex.conſi. 29. Clariſſimè
doctor.colum.3.verſi.Alius teſtis.num. 11. volum.
7.facit tex.in §.præterea. Inſt. quib. non eſt permiſ.
face.teſtam.Arc.in §.teſtes autem.uerſicu. In gl. im
pubes.Inſt.de teſtamen. & in his terminis conſuluit
Dec. conſil 448. Vis tota. colum.3.in fin.ſub num
24.uerſi.Tertio quia.cum duobus ſeq.& Pariſ. con
ſi.87.Ad ueritatem.colum.tertia.in fin.uerſicu.Cir-
ca ſecundum principale. uolum. tertio. & conſilio
ſeq,colum.9.in fi.nu.75.uerſic. Prout etiam quia.&
conſi.107.Laborioſa.col.9.in prin.nu.63. uer. Vlte-
rius aduertendum eſt.uolu.primo. Deponit etiam
eius patrem articulatas domos in decimoquarto
capitulo deſcriptas Thomæ articulato uendidiſſe
iam annis vigintiocto decurſis. Et nihilominus di-
ctus Thomas elapſis iam triginta ſex annis, ab hac
39 vita migrauit, vt ex proceſſu liquido conſtat,ergo
ſuper impoſſibili deponit, ergo de falſo ſuſpectus,
& ſic non probat.Alex.conſ.centeſimoſexageſimo
ſeptimo.Quoniam res.colum.fi.in prin.vol.6. cum
vul.& falſus in uno in omnibus falſus dicitur.c.teſti
monium.extra de teſtib.Alex.conſi.45.Viſis atteſta
tionib.colum.2.num.4.verſ.Modo ſi dictum teſtis.
cum tribus numeris ſeq.volum.2.conſi.47. In cau-
ſa & lite.colum.2.num.6.uerſi.Quarta ratio. & con
ſi.150.In cauſa appellationis.in fin.uolum.6. Iudex
40 igitur a quo declarans domum illam in trebelliani-
cam dictorum hæredum tanquam hæreditariam
imputandã eſſe,male iudicauit;& eo maximè quia
in remedio fideicommiſſariæ hæreditatis petitionis
intentato Raphael minimè probauit dictum Tho-
mam fuiſſe dominum, vel quaſi illius domus;
ſiue ius aliquod in ea habuiſſe, prout de neceſſi-
tate in huiuſmodi remedio requirebatur, vt decla-
rat Pract. Papienſ. in for. libel. quo petit. hæred. ex
teſtam.in glo.1.uerſi.Quintum eſt.& Aymo. conſi.
61.Dominus Antonius.colum.2.in fi.num.6.Simi-
liter Iacobus Comparinus tanquam vnicus & ſin-
gularis in eius dicto nihil probat.deponit enim mã-
ſionem in 16.c.in prima partita deſcriptam eandem
cum domo in nono capitulo deſcripta fuiſſe, in
quo fit mentio de domo in comitatu Arimini ſita
in regione Sancti Marini in monte Abbatis in fun
do Machani, & tamen impoſſibile eſt, & non ve-
riſimile eandem eſſe, illa enim manſio ſita eſt (vt
fertur) in ciuitate Arimini,in regione Sancti Simeo
nis, illa uero de qua in nono capitulo fit mentio,ex
tra ciuitatem poſita eſt, impoſſibile eſt ergo ean-
41 dẽm eſſe. Et teſtis ſuper impoſſibili & non ueri-
ſimili deponens de falſo ſuſpectus eſt, & non pro-
bat,vt dictum eſt,per not.per Alex.d.conſi.167. co-
lum.fina.in princ.verſi.cui. Eſt etiam teſtis. volum.
6.cum multis ſimilibus per Hippo.adductis.in l.1.in
princ.colum.26.in fin.num.63.verſic.Et ſcias quod
nedum.cum plurib.ſeq.ff.de quæſt.& quamuis poſt
modum ſuper alijs tribus partitis in decimoſexto
capitulo deſcriptis deponat, videlicet ſuper illis In-
cipien. Item vnam domum muratam &c. Item v-
num petium terreni hortiui &c. Item vnam domũ
ſitam in ciuitate Arimini &c. & dicat nedum hæc
tria, verum etiam manſionem in prima partita de-
ſcriptam unam & eandem domum fuiſſe, nihilomi
nus quia in hoc nullũ habet conteſtem, tanquã ſin-
42 gularis,& varius minimè probat.l.eos.& ibi Bar. in
ti.ff.de fal.Alex.d.conſi.29.col.2.num.8.verſi.Con-
tra d.teſtem.uolum.7.cum multis concord. ibi per
eum relatis.Nec magiſtri Caroli cerdonis depoſitio
cum depoſitione Iacobi comparini concordari po
teſt, quia magiſter Carolus deponit manſionem
in decimoſexto capitulo deſcriptam eandem eſſe

cum domo in vndecimo capitulo deſcripta. Comparinus nego atteſtatur eandem fuiſſe cum domo in nono capitulo deſignata, ſuper eadem ergo non deponunt, nec concordant, & quamuis in fine ſuæ depoſitionis Comparinus aſſeueret illam manſionem cum alijs eandem extitiſſe domum, non tamen exprimit, quę ſit illa domus, & an illa ſit quæ in nono; vel quæ in vndecimo capitulo deſcripta reperitur, quamuis ſupra de illa quoque, quæ in vndecimo capitulo eſt deſcripta, mentio-
43 nonem faciat. Ideo cùm illa depoſitio dubia ſit, aduerſus producentem interpretatio fieri debet. Alex conſil. 20. In cauſa appellationis. colum. ſecunda. verſi. Denique verba. volum. 4. cum concordan. ibi per eum relatis. Et ſi hoc vltimum dictum de domo in undecimo capitulo deſcripta intelligi debere interpretaremur, ſibimetipſi contradiceret, & repugnaret. & ſic non probat, quia teſtis ſibi ipſi contrarius ad concordiam, vt probet reduci non debet, d. l. eos. & ibi Barto. de falſ. & Alexand. dicto conſil. 29. num. 8. volum. 7. cum contraria & adinuicem ſibi repugnantia non admittantur. l. ubi repugnantia. & ibi latè Cagnol. ff. de regu. iur. Cum ergo hi duo teſtes ſuper dicta manſione non concordēt, nec magiſter Carolus de alijs trib. partitis in decimoſexto capitulo deſignatis deponat, Comparini depoſitio inualida remanet, & ad probationem non ſufficiēs, & ſic Raphael nullo pacto ſuper partitis in decimo ſexto capitulo annotatis ſe fundare poteſt, ſed ſuper domo tantum quæ impræſentiarum reperitur, & prout iacet ſita in Ciuitate Arimini in regione Sancti Simeonis, de qua Cornelius a Curru, & Ioan. Franciſcus Fagnanus atteſtantur, quæ domus eſt reſtitutioni ſubiecta: Quæ uero bona per Cecchinum reſtituenda ſint, ex his conſtat, quæ in tertio, & quarto capitulo deſcripta fuérunt, de quo quarto una detrahitur manſio per Franciſcum ultimo defunctum ab Arcāgelo Raphaelis fratre quinquagintaquinq; librarū precio cōparata ut publico cōſtat inſtrumento in actis producto: Item bona in ſexto, octauoq; capitulo annotata, in quo octauo de tornatorijs ſex cum dimidia in regione Sanctæ Iuſtinę poſitis fit mētio, Item in nono, undecimoq; capitulo deſignata, de quibus omnibus imprimis
44 detrahi debet impenſa funeris, teſtamenti, inuentarijq; ac aliæ neceſſariæ expenſæ, ut eſt text. in. l. fi. §. in computatione. & ibi poſt alios Iaſ. C. de iure delibe. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. teſtam. §. fina. & ibi gloſſ. Inſtitut. de lege falcid. & pulchre tradit Roman. conſil. centeſimo ſeptuageſimoſexto. Viſis dubij propoſiti. columna prima,
45 verſi. Quò ad ſeptimum. Quæ funeris impenſa nedum inducendo ad ſepulchrum dicti Thomæ cadauer conſideratur, cum expenſa neceſſaria dica-
46 tur, ut tradit Pau. de ca. in l. a. §. fi. ff. ad l. falci. uerum etiam in ueſtibus lugubribus, mulierumq; conſanguinearum uelis, iuxta ritum, & conſuetudinem ciuitatis, totiuſq; Italiæ, atq; in celebrandis miſſis, & mortuorum officijs pro ipſius teſtatoris anima, ut concludit Deci. cōſi. 157. Quæritur de expenſis, uer.
47 In contrarium videtur, ac etiam in expenſis in eius infirmitate geſtis. vt eſt tex. in l. in reſtituēda. C. de peti. hæredi. firmat Neguſan. in tract. de pignori. in ſecundo membro quintæ par. nu. uigeſimo octauo. in. fin. in. 13. fallent. & abunde ſcripſit Pet. de Vbal. in tract. de cano. epiſco. & parochia. c. pe. verſi. Vltimo quæritur. num. 10. & 11. in ultim. fol. quæ expenſæ nedum in libro magiſtri Auguſtini aromatarij, magiſtriq; Auguſtini Borgomēſis pannaterij mercatorum in actis producto deſcriptæ, & ſolutæ fuerunt, uerum etiam in libro adminiſtrationis tutelæ per D. Lucretiam dicti teſtatoris uxorem ſu-
48 ſceptæ. Cui tanquā uerisſimilia continēti plena fides adhibetur. Bal. in. l. 1. col. fi. & ibi Alex. in fi. C. de edē. idem Alex. conſi. 54. Circa id. col. 2. uerſi. Et tanto magis. ſub nu. 5. uol. 2. Corne. conſ. 81. Quanquam. colum. 4. in prin. uerſicu. Deueniendo ad tertium. uol. 4. cum alijs per Deci. relatis conſi. 596. Ad dubia. colum. 2. nu. 9. uerſi. Sexto & ultimo. & Alcia. in tract. de præſump. in 16. præſump. in fi. in prima regula. Are. in. §. actionum. col. 21. uer. Tertiodecimo non tantum. Inſti. de actio. Bertrand. conſi. 60. Non refricabo. col. pe. nu. 4. cum ſeq. uol. 3. de quibus expenſis habita fuit per Iudicem a quo, conſideratio cuius ſententia ſuper hoc capite in rem iudicatam per actoris ſilentium tranſiuit, iuxta tradita per Fely. in. c. ſignificauerunt. extra. de exceptio. Detrahitur deinde dos præfatæ D. Lucretiæ librarum qua-
49 dringentarum argentearum, de quibus in teſtamēto dicti Thomę teſtatoris tāquam ipſius debitum apparet, & cùm in hac hæreditate non reperiantur niſi bona ſtabilia, Cecchinus hæres ultimi grauati pro dicta dotis quantitate bona immobilia ſupra annotata retinebit, & conſequenter etiam dictorum ſtabilium fructus pro rata dictæ quantitatis, ut pulchre declarat Marian. Socin. Iuni. conſi. 170. Circa primum dubium. colum. 2. in prin. uol. 2. De-
50 trahūtur quoq; omnia alia debita per dictum teſtatorem cōtracta, in eiuſq; hæreditate. d. l. papinianus § quarta autem. de inoffi. teſta. d. §. fi. & ibi Aretin. Inſti. de lege falci & l. 1. §. fi. ff. co. ti. cum ſi. Quæ in proceſſu probata fuere, primo per inſtrumenta in actis producta, continentia ducatorum uigintiocto auri ſolutionem per d. D. Lucretiam tutricem teſtamentariam filiorum dicti teſtatoris factam ſub die ſecunda menſis Martij. 1515. ſolutionemque ducatorum uiginti unius cum dimidio auri, & ſolidorū triginta vnius argenteorum ſub die ſexta menſis nouembris eiuſdem anni, & aliam ducatorum quinquaginta quinq; auri ſolutionem per eandē D. Lucretiam die uigeſimaſexta menſis ianuarij eiuſdem anni factam, de quibus quinquaginta quinq; de alijſq; uiginti uno cū dimidio nulla mētio in ſententia iudicis primi facta fuit, & nihilominus hæc etiam per Cecchinum detrahi debebant, & debent: non enim obſtare poterat, quòd de dictæ quantitatis debito per aliud inſtrumentum non conſtaret in actis, quia ſatis erat, quod de illius ſolutione conſtaret, cum de debito quoque in inſtrumentis ſolutionum ſpecialis fieret mentio, de quibus ſolutionibus, & debito rogatus extiterat idem notarius, & quamuis de debito inſtrumentorum productio neceſſaria non fuiſſet rationibus ſupra deductis, illa tamen ad ueritatem, maioremque probationem oſtendendam in hac ſecunda inſtantia producta fuerunt. Cætera quoque debita per mercatorum libros, eorumq; ſolutiones probata fuere uidelicet librarum ſexdecim ſolidorum quatuor, & denariorum ſex in pluribus partitis per eandem tutricem magiſtro Franciſco de Sueua factæ anno. 1515. 1516. & 1520. ducatorumq; decem & ſeptem auri, ac ſolidorum uiginti unius cum dimidio, per eandem tutricem in pluribus partitis Ioannifranciſco Olpho factæ anno 1515. pluresque aliæ ſolutiones uarijs creditoribus per eandem factæ fuerunt de quibus in dicto eius libro adminiſtrationis, de expenſiſque poſt mortem dicti teſtatoris factis in actis producto, prout ēt detrahēdas iudex a quo, in eius ſentētia declarauit. Nec dicatur (ut audio) æs alienum teſtatoris in fructibus de bonis eius hæreditatis perceptis cōpēſari debere,
51 Quia fructus ſuos hæres facit, & cum eis teſtatoris

debita

debita perſolui non deberet. Alex.& doc. in l.dedu-
cta.§.qui poſt.ff.ad Treb.& in l.ſcribit Celſus.eo,tit.
& conſuluit Soc.iun.conſ.109. paucis utar.col.3.in
fi.uerſ. Et ſi dicatur.uol.1.Poſt æs alienum de dictis
52 bonis reſtitutioni ſubiectis detrahenda eſt Cæſaris,
Gaudentij,& Franciſci dicti Thomæ teſtatoris filio
rũ legitima,& trebellianica.c.Raynutius. & c.Ray-
naldus.& ibi glo.& communiter doc.ext. de teſta.
& Iaſ.poſt omnes in l.filium quem habentem.C.fa
mil.herciſ. & in ſimili caſu conſuluit Anch.conſil.
27.Non ſeruato ordine.columna prima.uerſic.Ad
aliud uerbum.Cald.conſ.24.An ſi teſtator. in tit.de
teſt.& Dec.conſi.236.Non parua.col.3.uerſicul.In
quarto dubio.de legitima eſt tex.in d.l.Papinianus.
53 §.quarta autem.de inof.teſta.Nam filius poſt obitũ
patris dicitur creditor,ſeu quaſi creditor ſuæ legiti-
mæ.Oldr.conſi.107.Circa municipale. columna ſe
cunda.uerſic.Ad quartam quæſt.Rom.conſil.277.
Non eſt dubium.columna fi.num.3.Calcan.conſi.
75.Quòd dictis.col.5.in fi.ſub num.12.uerſic. Nec
habet obſtare.Soc ſen.conſil.8.Quamuis.col.8.in
fi.uerſi.Duodecimo filia.uol.1. & Cur.ſen. conſil.
13.Statuto Ianuæ.columna pen. in fi. nu.15.Cùm
legitima ſibi debita ſeu quaſi debita dicatur,ut not.
glo.in §.ſi autem non implens.in auth.de hæred.&
falcid.in l.ſi emancipata.C.de iur.& fac.igno. in l.ſi
quis legatum.ad fi.ff.de falſ.& probatur in l.fi. C.de
cura.furio.& in l.unica. C.de his qui ante aper.tab.
& in l.1.§.pen.C.de cod.cum uulg. & bona hæredi
taria pro eius legitima ſibi obnoxia habet.l.ſcimus.
§.repletionem.C.de inof.teſt.& unà cum fructibus
54 ipſius legitimæ debetur. Quia ſicuti filio legitima
debetur,ita & legitimæ fructus.Bal.conſ.222.Super
primo puncto.uolu.4.etiam ſi conſumpti fuiſſent,
ut no.declarat Bal.in l.non eſt.C.fam.herciſ. quem
ſequitur Alex.conſil.69.Super primo dubio.col.1.
uerſi.Super ſecundo dubio.uol.1. de trebellianica,
habetur toto tit.ff.& C. ad treb. & in l.poſtea. §.er-
go.& §.ſed quia ſtipulationes.Inſt.de fideic.hæred.
55 & Dec.ubi ſupra.Legata quoque in dicto teſtamẽ-
to relicta poſt legitimam ueniunt de bonis reſtituẽ
dis detrahenda.Bal.d.conſi.222. Super primo pun-
cto.vol.4.& Aymo.conſi.141.Iac.nu.4.& Rol.con
ſil.65.Præſuppoſita.numer.18. cum ſeq.vol.1. quæ
partim per dictam tutricem tam ad pias cauſas,quã
alijs in eodem teſtamento nominatis, & præſertim
Fratribus Sancti Ioannis Euangeliſtæ, & Fratribus
Sancti Franciſci ſoluta fuerunt,de quibus in ſenten
tia iudicis a quo, nulla facta fuit mẽtio,cùm illa ſo-
luta fuiſſe probatum extiterit,ut in libro dictæ tutri
cis in actis producto conſtat,& per apochas,depo-
ſitionemq; per Priorem, & Procuratorem Mona-
ſterij dictorum Fratrum Sancti Ioannis Euangeli-
ſtæ factam,partimq; per Cecchinum hæredem reũ
conuentum ſoluta fuere, ut tam ex prædicto libro
tutricis, quàm etiam ex depoſitione teſtiũ pro par-
te eiuſdem Cecchini examinatorum, & per inſtru-
mentum publicum manu ſer Io. Baptiſtæ de Gu-
56 glielmis penes acta productũ,euidentiſſime liquet.
Melioramenta quoque in eiſdem bonis reſtitutio-
ni ſubiectis tam per eandem tutricem,quàm per d.
Franciſcum ultimum grauatum detrahi debent.Pa
riſ.conſ.55.Quoniam Iacobus.col.5.in prin.nu.22.
verſ.Ex quibus etiam infertur.cum ſeq.uol.3.Nam
57 quò ad hæc melioramenta aduertendum eſt,ꝙ hæ-
res grauatus eſt hereditatis poſſeſſori ſimilis,uel ne
gociorum geſtori,ſiue cuilibet alteri utiliter impẽ-
denti.l.ſed ſi lege.§.id autem quis.ff.de pet.hæredit.
Bom.d.conſi.276.Viſis dubij propoſiti.uer.Quoad
58 quartum.& facit tex.in l.fi.ff.de pet.hæred.Meliora-
menta igitur,& utiles expenſas, & perpetuas hæres
grauatus deducit,& retinet, ſicuti quilibet bonæfi-
dei poſſeſſor,& negociorum geſtor.& ita tenet etiã
Paul.de Caſt.conſil.186. Dubium facit.columna ſe
cunda.in prin.uer.Et propter iſta alias dixi.uolum.
ſecundo.in nouiſ.& Calcan.conſi.37.Tota iſta quæ
ſtio.columna quarta.uerſi. Sic etiam non perdun-
59 tur. Et in dubio hæres de ſuo patrimonio, non de
hæreditatis patrimonio erogaſſe intelligitur. ut per
Bar.in l.cum proponas.C.pro ſoc.in l.ſi patruus.C.
communia utriuſque iud. & Roma.clare d.conſil.
276.& conſi.3.Viſo themate.Alex.conſi.78.Diſcuſ
ſis his.uol.2.Bal.in l.pen. ad fi.C. ſi quis alte. uel ſibi
Dec.conſi.21.Viſo puncto.col.fi.prope fi.uerſi.Vl-
timo relinquitur dubitatio.Alexã.conſil.134.Circa
ea.in fi.uol.5. Adeo ꝙ in his quoque melioramen-
60 tis,ac utiliter geſtis non imputantur fructus. ut per
Paul.de Caſt.in l.Lucius.§.Titia ex aſſe. ff. ad Treb.
Et non ſolum pro prædictis poteſt in omnibus bo-
nis reſtituendis retentione uti, uerumetiam iudicẽ
adire potuiſſet,ſibiq; inſolutum aſſignari facere bo
na hæreditaria pro his melioramentis,& utiliter ge
ſtis,ac in hæreditate expenſis.ut tradit Paul.de Caſt.
d.conſi.186.columna ſecunda.num.2.uerſic. Circa
ultimum quæſitum. & habetur per Bald.in l.iube-
mus.C.ad Treb.& in l.debitori.C.de pact.ſcilicet ea
quæ ſunt in fabricando, domumq; reaptando, ui-
tes,arboreſq; plantando, cæteraſq; expenſas neceſ-
ſarias,ac utiles faciendo, ut plene conſuluit Ruyn.
conſi.117.Circa primum.columna prima. uolu.3.
de quibus in libro dictæ tutricis, & per teſtium ex
Cecchini parte examinatorũ depoſitionem plene
conſtat. Nam magiſt.Bernardinus murator ait ſe
parietem fundaſſe,& conſtruxiſſe,in quo Frãciſcus
grauatus libras quindecim expẽdidit, de quo parie-
te deponit quoque magiſter Franciſcus de Roue-
reto dicens dictum Franciſcum libras quatuorde-
cim expendiſſe,in quibus quatuordecim libris am-
61 bo concordant tanquam in minori ſumma,ut late
probat Alex.conſi.64. Viſa conſultatione. col.2. in
fi.uer.Ad quod oſtendendum.num.7.& col.2.in fi.
num.9.uer.Idem & fortius.uolum.2. & conſil.183.
In cauſa & lite.col.pen.uerſi.Item alius teſtis.uol.6.
& Afflict.in deciſio.240.In cauſa Cubelli.columna
tertia.numero quinto,& ſexto.Idem magiſter Ber-
nardinus duas manſiones cum alijs refectionibus
ſoligaſſe ait,in quib.dictus Franciſcus libras uiginti-
quinque in duabus partitis expendidit,in quib. quã
62 uis unicus ſit teſtis,quia tamẽ de eo deponit, quod
a ſe geſtum fuit,probat,eiuſq; ſolius dicto ſtandum
eſt.ut no.decidit Salyc.in l.ſi quis decurio.in quarta
oppo.C.de falſ.quem ſequitur Alex. conſi.197. Vi-
ſis dubitationibus.columna fi.iſi priu.uerſic. Quia
reſpondeo.uolum.ſeptimo.Dec.conſi.56. In cauſa
appellationis.columna ſecunda.in prin.num.quar-
to.uer.Teſtis enim.& conſi.342.In cauſa partus co-
lumna prima.& conſil.363. In cauſa quæ agitatur.
columna prima.Hyp.conſi.111.Lecto.columna ſe-
cunda.num.6.& 7.& conſi.113.in præſenti cauſa.co
lumna tertia.in fi.num.35.uerſic.item dicta confeſ-
ſio.& in §.diligenter.nu.131.in ſua pract.crim.Ay-
mo.conſi.178.Viſo proceſſu.col.3.ſub nu.7.uerſic.
Septimum indicium.uolum.1.poſt Soc.in tract.fal
len.reg.507.in ult.fallen.Pariſi.conſi.104.in præſen
ti cauſa.col.9.nu.80.uerſ.Et licet pars aduerſa.uol.1.
& Soc.iun.conſi.61. in præſenti conſultatione.col.
fi.ad fi.uer.Præterea ipſe.uol.1.idem in magiſt.Frã-
ciſco q.magiſtri Melchioris cõcludendum eſt,alio
teſte deponente ſe coſtile, de quo in 16. c. ſeligaſſe
de dicti Franciſci commiſſione,qui in eo libras 16.
expendidit.Super refectione ſchalæ, & furno depo
nunt Franc.q.Baptiſtæ, Dñicus aliàs Mengaroia, &

Hieronymus de Bizocchis, qui de plantis quoquo
arboribus domeſticis,& uitibus deponunt, pro qui
bus hæres grauatus agrum quatuor iugerum in li-
bris octuaginta octo meliorauit, in quib. Frãciſcus,
& Dominicus(ut in minori ſumma)concordant,ut
dictum eſt: Quæ melioramenta uti neceſſaria,& uti
lia ad ſummam,ualorẽq; librarum centum,& qua-
draginta trium aſcendunt, (quamuis in ſententia
centum dumtaxat detrahenda eſſe index declaraue
rit)& illę 143. detrahi debent, ut eſt text. & ibi ual.
de not. Bartol. Paul. de Caſtr. Alexand.& Iaſ.in dicta
l. domus, in princ. de legatis primo. per quem text.
63 dicunt ibi Alexand. & Iaſ. quòd talia melioramen-
ta, & expenſæ in rebus reſtitutioni ſubiectis factæ,
in fructibus perceptis compẽſari non debent, quia
interim res ipſius hæredis eſſe dicuntur, ideo fru-
ctu.. lucratur,& gloſſ. ſingula. allegat in l. emptor. in
princip. in uerbo ſuperfluum. in fin. ff. de rei uendi-
catio.& tradit Pau. de Caſt. in dicta. l. Lucius. §. titia
ex aſſe. ad Treb.& Pariſi. dicto. conſil. 55. Quoniam
Iacobus. colum. 5. num. 25. uerſicu. Fructus inſuper.
uolum. 3. Quibus omnibus ſupra detractis habita
omium bonorum reſtituendorum legitima liqui-
datione reſtitui debent ea, quæ penes Cecchinum re
manebunt, unà cum bonis mobilibus in inuẽtario
deſcriptis, habita tamen illorum conſideratione,
quæ uſu conſumpta fuere,& præſumuntur, & quæ
ſimiliter ex temporis longinquitate abſque culpa &
defectu dicti hæredis grauati deperdita fuerunt, pro
64 ut huiuſmodi conſideratio haberi debet. Cùm ad
illa reſtituenda Cecchinus minimè teneatur, ut uo-
luit Pariſi. d. conſi. 55. colum. 5. uerſic. Et bona mo-
bilia. quamuis Iudex hanc conſiderationem in ſen-
65 tentia non habuerit,& non bene: in hoc igitur habi
ta dicta conſideratione ſententia reformari debet,&
habito fructuum reſtituendorum reſpectu a die tã-
tum litis conteſtatæ perceptorum,& non a die peti-
tionis & teſtamẽti iux. not. per Pau. de Ca.& alios in
l. in fideicõmiſſaria. in prin. ff. ad treb. Pet. de Ancha.
conſi. 291. Super plurib. in fi. Bologni. in addi. ad Io.
de Ana. conſi. 102. Viſa facti ſerie. in fi. num. 4. Goz.
conſi. 104. In hac cauſa. colum. 5. num. 24. uer. Octa-
uo dato. Aret. conſi. 155. Diligenter. colum. fina. ad
fi. uer. Venio nunc ad quartum. per tex. & ibi gl. in
cap. Raynutius. in uerbo conteſtatæ extr. de teſtam.
& eſt tex. in l. fin. C. de uſur. & fruct. leg. & eſt magis
communis opi. ut refert & ſequitur Pariſi. conſil. 1.
Vulgatum eſt. colum. 10. in fi. num. 94. uerſic. Etiam
ſi eſſemus. volum. 3. In cæteris autem partibus a qui
bus Cecchinus non apppellauit, ſententia illa reuo
cari, ſiue reformari non poteſt, ſed confirmari de-
bet, ex quo in partibus illis in rem tranſiuit iudi-
catam. Cùm Raphael, aut pro eo alter non appella-
uerit. Et ideo ſuccedit Doctorum doctrina in cap. ſi
gnificauerunt.& ibi Felyn. extra de exceptio. & per
Phi. franc. in c. ſi duobus. colum. 2. in fi. verſic. Circa
66 tertium caſum. vbi pulcherrimè loquitur. extra de
appella. quòd quando in parte & partibus contra ſe
facientibus appellauit, ſi pars altera non appella-
uit, capitulaque connexa non ſunt, ſed ſeparata,
ſententia in partibus in quibus appellatum non
extitit confirmata remanet, & tanto magis quia
aduerſarius in ſuis exceptionibus in hac ſecunda in
ſtantia ſententiari, & declarari petijt bene fuiſſe &
eſſe per iudicem a quo iudicatum. Et ideo in parti-
bus, in quibus per nullam partium appellatum ex-
titit, ſententia reſcindi non poteſt, ſed firma & uali-
da remanet, ut per Phi. franc. ubi ſupra. & ita de iu-
re reſponderi poſſe opinor ego Matthæus Brunus
Iuriſc. Arimin. ad laudem omnipotentis Dei ac glo-
rioſiſſimæ uirginis matris Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum per notarium exemplatum ex rogitu notarij defuncti cum iudicis decreto,& per habentem ab ordinario iuriſdictionem, fidem facit,& probat, et num. 2.*
3 *Fundamento ſublato omnia inde ſecuta corruunt.*
4 *Actore non probante reus abſoluitur, etiam quòd probandi onus in ſe aſſumpſerit & non probauerit.*
5 *Citatio partis an in exemplatione inſtrumenti facienda requiratur?*
6 *Citatio partis in exemplatione inſtrumenti de ſtilo & conſuetudine omitti poteſt.*
7 *Conſuetudo coràm appellationis iudice probari debet, quamuis in prima inſtantia non requireretur.*
8 *Notario atteſtanti ſe aliquid de commiſſione & iudicis auctoritate feciſſe, non creditur.*

CONSILIVM CXL.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 PRO dubiorum reſolutione ad me nouiſ
ſimè trãſmiſſorum dico circa primum,
regulariter inſtrumẽtum per notarium
ex rogitu tabellionis defuncti cum au-
ctoritate iudicis exemplatum fidem fa-
cere, vt eſt text. in capitu. cum P. tabellio.& ibi com
muniter Cano. notant, vbi plenè per Abb. extra de
fide inſtrumen. tangit Alexand. in auth. ſi quis in ali
quo. colum. 2. in fi. verſicul. Faceret etiam fidem. C.
de edend. per Barto. in l. prima. §. ſi quis in duobus.
ff. de ſecun. tabu. cum concord. ibi per Alexã. relatis
& per Iaſ. in d. authen. ſi quis in aliquo. colum. pen.
2 in prin. verſ. Decimo fallit. Idem dico ſi publicetur
per notarium cui auctoritas per habentem ab ordi-
nario iuriſdictionem attributa fuit, vt voluit Ho-
ſtien. In ſumma de fide inſtrumen. §. fina. in princip.
quod idem firmat Spec. in §. oſtenſo. colum. 8. verſi.
Fiebat autem. de inſtrum. editio. Et ſi ex diuerſo obij
ceretur huiuſmodi auctoritatem conceſſam, tam
in prima quàm in ſecunda inſtantia per appellan-
tem probatam non fuiſſe, idem contra appellatum
ex teſtamenti productione per alium notarium exẽ
plati & publicati obijci poteſt, contra quod per Cec
chinum in prima inſtantia in eius exceptionibus
oppoſitum fuit, quæ exceptio in fauorem rei potẽ-
3 tior erit, quàm actoris, quia ſublato teſtamento,
quod eſt principale,& potentiſſimum in huiuſmo
di cauſa actoris fundamentum omnia inde ſecuta
corruunt. l. hactenus. in fi. cum l. ſeq. ff. de aqua plu.
arcen. l. nam origo. ff. quod ui aut clam. c. cum Pau-
lus. 1. q. 1. c. ad audientiam. extra de eccle. edifi. Cor-
ne. conſil. 218. Licet ſuper hac, in princ. ibi, & ideo
videntur prima acta inualida. uol. 1.& conſil. 89. In
hac conſultatione, in princ. num. 2. uolum. 2. & tra-
dit Aymo. conſil. ſexto, Plura videnda ſunt. colum.
8. in prin. num. 36.& conſi. 151. Neminem exiſtima-
maior difficultas ſubeſſe uidetur, dico ex teſtiū depoſitionibus
tam primæ admiſſionis, quàm præſentis
iudicii, ſatis apparere dictos de Alippo, abſq; eorum
culpa ad inopiam, & paupertatem deueniſſe,
nec de ulla eorum fraude commiſſa conſtare pōt,
cùm æris, frumenti, porcorumq; iactura in naufragio
paſſa per teſtium depoſitiones in proceſſu probata
fuerit. Nec dicatur teſtes ad inſtantiam dictorū
fratrum examinatos ſingulares uideri, quo caſu nō
3 probant. c. licet cauſam. cum ual. ext. de prob. Quia
reſpondetur ꝙ quàmplures in æris perditione ſunt
conformes. Quinimmo etiam ꝙ in tempore ſingulares
uiderentur, cùm in genere ſuper iactura, & dāno
4 deponant, probare dicuntur, quia quando de probando
quicquam in genere agitur, quamuis ſingulares
ſint teſtes, nihilominus probant, exempli gratia
5 ſi quiſpiam diffamatur, diffamatioq; per teſtes
ſingulares probetur, probata dicitur. Alc. conſi. 72.
Inſpecto. col. 1. in fi. nu. 4. uol. 1. con. 85. Viſo themate.
col. fi. nu. 10. uer. Præterea teſtes. uol. 2. conſil. 92.
Viſo & oportune. col. 4. in prin. uer Nec ob. ſi dicatur.
uol. 5. & conſi. 10. Mature. col. 2. in prin. uer. Præterea
teſtes. uol. 6. Calca. conſil. 9. In quæſtione. col.
2. in prin. uer. Nec ob. quod dicatur. & conſil. 76. In
prædicta cā. col. 5. nu. 10. uer. Item ſi quis uelit dicere.
Idem ſi de alicuius poſſeſſione probetur, idem ſi
de alicuius iuriſdictione, de probandoq; quempiā
eſſe hæreticum, & de ſimilibus. Et ideo Pau. de Ca.
conſi. 143. Viſo proceſſu, & atteſtationibus. col. fin.
uer. Cuius ergo. uol. 2. in nouiſ. cōcludit, ꝙ teſtium
ſingularitas ſolū obeſt, qn̄ probatio poteſt eſſe du-
6 bia, nam ſe ad eſſe, & non eſſe habere poteſt, ſecus
qn̄ omnia ad eundem finem ſine quacunq; dubietate
tendunt, ſed in præſenti caſu poſito ꝙ teſtes prædicti
de diuerſa iactura per d. fratres paſſa loquātur,
oēs tn̄ ad iacturam, damnumq; paſſum probandū
tendunt. Et ppea inquit Bal. conſi. 218. Præſuppoſito
ſtatuto irritante. uer. Sequitur alius articulus. uo
7 lu. 1. Quòd nō qualibet ſingularitas teſtes ſingulares,
& nō idoneos reddit, ſed illa quæ in ſubſtātia differt,
in ſubſtātia uero teſtes illi non ſunt ſingulares,
qa in iacturæ effectu cōueniūt. Diceretur aūt ſingu
8 laritas in ſubſtantia differre, qn̄ teſtes ſingulares ad
eūdē finē nō tēderēt, v. g. mutuū p debitoris confeſſionē
pbare uolo, in qua cōfeſſione teſtes circa locū,
vel circa tp̄s ſingulare ſunt, nā hm̄oi ſingularitas
ī ſubſtātia differt, qa eſſe pōt, ꝙ teſtes de diuerſis cōfeſſiōib.
diuerſisve mutuis loquātur, quorū aliqua
ſoluta, & extincta ſint, uel q̄ adhuc peti nequeunt,
qa in diē, uel ſub aliqua cōdōne ſit reſtō, ſed in caſu
ppoſito hęc diuerſitas cadere nō pōt, quia ſem p eadē
eſt iactura, & idē effectus, & hic reſultare nō pōt,
niſi unicū factū, ſeu unicus iacturæ, & bonorū pditionis
effectus, quo in facto oēs teſtes cōteſtes extāt
eſto millies q in loco & tpe ſingulares ſint, & ſic in
iactura, & bonorū pditione, ita refert Calca. cōſ. 19.
Ad primū. col. 5. n. 19. ibi, vñ licet dicāt de cōfeſſiōe.
& abūde ſcribit Aymo cōſ. 73. Dicendū. col. 7. ad fi.

ver. Non obſt. quòd teſtes. & col. ſeq. uol. 1. & conſ.
78. De anno 1539. col. 2. n. 2. uer. Primo quia. & ſeq.
90. uol. & diffuſius in ſuo tract. de antiq. temp. in 4.
par. ſectione. Sed. n. per totum in ultimo impreſſis.
Non obſtat ſi dicatur ſatis de dictorũ fratrum frau-
de conſtat, ex quo bona omnia, quæ in terra Man-
delli poſſident, item trafficorum, & mercium com
munionẽ, & ſocietatem, quam cum eorum patre
retinent, non indicauerunt, ut Cãpanati teſtes pro-
bare conantur, & quæ indicare tenebantur, ut ple-
ne ſcripſi in tract. de ceſſio. bono. in 5. q. princ. ergo
ad bonorum ceſſionem admitti non debent. Quia
reſpondetur minime conſtare fratres prędictos bo
na ulla in terra Mandelli uti propria poſſidere, illa
enim propria Hieronymi eorum patris ſunt, ſuntq;
bona auita, & quamuis cum eo in communione
ſtare dicantur, dictaq; bona poſſidere, uti filij tamẽ,
iureq; familiaritatis poſſident, non autem uti dicto-
9 rum bonorum domini, quia filij cum eorum patre
habitantes, iure familiaritatis bona paterna poſſi-
dere dicuntur, non autem tanquàm ueri domini,
& poſſeſſores. l. qui iure. ff. de acq. poſ. Soc. ſen. con-
ſil. 131. In præſenti conſultatione. col. 1. uol. 1. Goza-
di. conſi. 99. In hac cauſa. col. 2. in prin. uerſi. Tertio
quoties. Cur. iun. conſi. 108. Circa controuerſiam.
col. 6. in fi. uerſic. Tota igitur. cum alijs concor. per
Alc. relatis in tract. de præſump. in 23. præſump. ſe-
10 cundæ reg. nu. 4. & nu. 5. Et qui re aliqua iure fami-
liaritatis utitur, in ea ius ſibi non quærit, nec eam
præſcribit. Pariſ. conſi. 26. Et ſi in præſenti. col. 3. uer
ſic. Tamen aduertendum eſt. num. 19. uol. 1. Et ideo
filij uiuente patre quaſi domini, & non ueri, & pro-
prij domini dicuntur, ut eſt tex. In l. in ſuis. & ibi do-
cto. de lib. & poſth. niſi per dictos fratres empta, aut
acquiſita fuiſſe probaretur, quod minime probatũ
eſt, ergo &c. Et potius patris quàm filiorum bona
præſumuntur, tum quia pater ibi continue mora-
tur, tum quia ipſe legalis perſona, & nobilis extat,
cum illius loci pro gubernatore ſe geſſerit, ut depo
nit ſer Thomaſius de Gadis, & quamuis ſer Baptiſta
a Feno deponat prędictos fratres caſamẽtum unũ
aliamq; domus partem, & duas Molendini rotas,
& beſtiamina cum eorum patre indiuiſa retinere,
non ſequitur, ergo dicti fratres ſunt illorum bono
rum domini, quia illa familiaritatis iure, non autẽ
iure proprietatis, & dominij poſſident, cùm hoc mi
nime probatum fuerit, immo ex depoſitione pri-
mi teſtis pro Campanato examinati ſuper octauo
capitulo deponentis eorum patrem unum molen-
dinum conſtruxiſſe, contrarium apparet, filij ergo
11 nullum ius in eis habent. Nec communio inter pa-
trem, & filios exiſtens inter eos ſocietatem probat.
Alex. conſi. 138. Ponderatis his. in fi. uol. 5. Quia in-
12 ter patrem, & filios tacita ſocietas contracta non
dicitur, ut uelle uidetur Bald. in l. cùm oportet. in
prin. C. de bon. quæ lib. & in auth. ex teſtamento. C.
de collatio. nec etiam expreſſa (cùm inter patrem,
13 & filium non oriatur ciuilis obligatio) ut probat
Corn. conſi. 272. In hac conſultatione. col. 2. in prin.
14 uer. Ex pari ratione. uo. 1. Et ſicut ex ſola bonorum
communione, communique habitatione inter
fratres ſocietas contracta non cenſetur. Bal. conſil.
472. Super primo. lib. 4. Corn. conſi. 98. Licet uidea
tur. col. 1. ad fi. uerſi. Tamen his non obſt. & conſil.
212. Videtur in præſenti. col. 1. in fi. uerſi. Tamen his
non obſt. uol. 4. & conſi. 214. In hac. col. 2. nu. 3. uer
ſic. Et ex ſola. eod. lib. & Bologni. in addi. ad Ioã. de
Ana. conſi. 65. Viſo puncto. ita quoque inter patrẽ,
& filios, cùm inter patrem, & filios minus quàm in
ter fratres præſumatur, ex quo inter eos nulla ori-
tur ciuilis obligatio, ut tradit Corn. d. conſil. 272. d.
uer. Ex pari ratione. Quinimmo quamuis appareret
15 poſſet inter eos eſſe ſocietatem (quod tamen nega-
tur) ſi tamen conſtaret nonnulla bona per unum
ex ſocijs nomine proprio, quamuis de pecunia cõ-
muni, empta fuiſſe, bona illa in ſocietate uenire nõ
dicuntur, nec ſocius illa communicare tenetur. ut
probat Aymo. conſil. 131. Ad primum quæſitum.
col. pen. in prin. uerſic. Circa ſecundum. uolu. 1. At
in caſu propoſito nedum inter eos ſocietas non ap
paret, nec bona ex communi pecunia comparata
16 fuiſſe, immo in dubio ex propria potius quàm cõ-
muni præſumitur. ut tradit Dec. conſi. 446. Viſo ele
ganti. nu. 2. & 3. & Veronen. cant. 128. Si unus ex fra
tribus. & idem Aymo. d. conſi. 131. d. uerſi. Circa ſe-
cundũ. illa igitur bona per hos fratres indicari non
17 debebant. ergo per eos nulla fraus commiſſa cenſe
tur. Præterea hic teſtis cùm in dicto ſuo ſit ſingula-
ris, nullumq; in hoc conteſtẽ habeat, minime pro-
bat. c. licet cauſam. & ibi doc. ext. de proba. c. bonæ,
ext. de electi. cum aliis pulchre per Aymo. allegatis
conſi. 41. Venerabilis. col. fi. uerſ. Et licet teſtes. uol.
18 1. Et tanto minus cùm ſit Campanati compater,
quo caſu per cognationem ſpiritualem, ſicut per
naturalem repellitur ſecundum Bald. in l. generali-
ter. ff. de in ius uoc. cum aliis per Alex. relatis conſi.
237. Perſpectis, col. 2. uer. Et nedum prædictus. n. 8.
uolu. 6. Et quamuis in hoc nonnulli contradicant.
ut tenet idem Alex. in d. l. generaliter. col. 2. in prin.
uerſi. Ex iſta æquiperatione. & firmat d. conſi. 237.
ſub num. 9 attamen ſecundum eum ob hoc ſatis ui
detur, quòd ei minus credetur, adeo ꝙ ſemiplene
non probatur inquit Bar. in l. admonendi. col. 8. in
19 prin. uer. Venio ad tertium. ff. de iureiur. Vbi tenet,
ꝙ unus teſtis ſemiplenam probationem facit, quã-
do eſt omni exceptione maior, ſecus ſi talis eſſet cõ
20 ditionis per quam eius fides in aliquo uacillaret,
puta conſanguineus, uel parti multũ amicus, quia
hoc caſu ſemiplenam probationem non faceret,
nec iudicem ad opinionem, ſed ad ſuſpicionem in
duceret, & eo maxime quando plures teſtes uériſi-
militer haberi poſſent, prout in caſu præſenti, nam
plures teſtes examinati fuerunt ſuper his quę ſer Ba
ptiſta deponit, & alij ſuper eodem deponere pote-
rant, quod tamen nõ depoſuerunt, ergo potius cõ-
tra Campanatum extat ſuſpicio, & ſic ille teſtis in
aliquo non probat, & tanto minus cùm ipſe ſuper
interrogatorio capitulum decimum concernente
hæc exprimat uerba. Ne ſo altrimente ſe loro hab-
biano comprato detti calamenti per le loro mer-
cantie, ne ſo li fatti ſuoi, idemq; ſuper uigeſimo ca
pitulo repetit, inquiens. Imperoche come ho det-
to, non ſo li fatti ſuoi, ex quibus uerbis geminatis ſa
tis clare oſtenditur hunc teſtem ſe ſuſpectum red-
di, & non probare: ſi enim geſta, dictorumq; fratrũ
negocia ignorat, ſcire non poteſt, ipſos pro indiui-
ſo calamenta inter ipſos, & Hieronymum eorum
patrem poſſidere, duaſq; Molendini rotas, & beſtia
mina habere, prout ipſe deponit. Ideo non eſt ei in
21 aliquo fides adhibenda, nec probat, cùm plene fa-
ctum ignoret. Alex. conſil. 88. In cauſa dominæ. in
fi. uol. 4. & cõſ. 94. Viſo proceſſu. in prin. uo. 6. Nec al
ter quoq; teſtis noĩe ſer Baptiſta Nicolai Calderarij
cõtra d. fratres quicquã pbat. Nã licet ſup 2. c. dicat:
io ſo che loro padre, & figliuoli ſtãno inſieme, nõ
tñ ſeqtur ꝙ inter eos mercium ſocietas cõtracta dica
22 tur, q̃a ex cõi habitatione inter eos ſocietas nõ ĩdu
citur, ſed ſolũ uictus inſimul, & nõ lucri ex mercib.
cohabitatio intelligit, ut ſupius quoq; dixi, idẽq; te
ſtis hoc idẽ deponit, eodẽq; c. declarat, dicẽs q̃n lo-
ro ſtauan' cõ ſuo padre, uiueuã' ad un pane, & uino
& q̃n duo ad unũ panẽ, & ad unũ uinũ uiuũt, nõ dr
inter

ter eos inducta tacita ſocietas, ut probat Alex.con
ſil.166.In cauſa & lite.col.3.in prin.uerſi.Super de-
cimoquarto capitulo.uol.6. Et quamuis ſuper ter-
tio capitulo dicat: quanto alli traffichi,& mercan-
tie io ſo che li predetti, padre, & figliuoli in quelle
parti uendeuano,& comprauano mercãtie, & rob
be a loro pertinenti, & faceuano il tutto inſieme.
non tamen deponit, quo tempore talia gerebant,
& quamuis aliquo tẽpore in præteritum forte geſ-
ſiſſent,quod negatur,non tamen probat, quòd ad
præſens hæc agant. Vnde ſuccedit regula, non pro-
23 bat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non
24 hoc. cum vulg. C. unde cogna. Et probatio dubia
probantem non releuat,c.in præſentia. ext.de pro-
25 batio.cum ſimilib. Et teſtis de tempore non depo-
nens,quod eſt de ſubſtantia, non probat. Bald.in l.
teſtium.col.fi.uerſ.Quærit Cy.C.de teſti.& Fel.poſt
alios in c.ex tenore.ext.eo.tit.& in præſenti caſu tẽ-
pus eſt de ſubſtantia,quia ſi probaretur ꝙ dicti fra-
tres cum eorum patre trafficum & mercantias age
rent,ipſiq; hoc non indicaſſent,fraudem commiſiſ
ſe dicerentur, & ſic ceſſionis beneficio indigni eſ
ſent,ſed tempus non probat,ergo non releuat. Præ
terea hoc dictum intelligitur ſecundum ea,quæ ip
ſe ſuper ſecundo capitulo deponit, uidelicet quòd
ipſi fratres merces, & bona ad eos pertinentia uen-
debant,& emebant, omniaq; inſimul peragebant,
ubi cum eorum patre morabãtur,uerum quia im-
præſentiarum diuiſi,ab eoque ſeparati permanent,
cùm ipſi Ariminum colant, & eorum pater in ter-
ra Mandelli inhabitat,ergo &c.Pro quo faciunt di-
cta per Alex.conſi.191.Viſis nouis. poſt prin. uol.7.
Vlterius hic teſtis eodem ſingularitatis morbo la-
borat, cùm in eius dicto conteſtem non habeat,
ideo (ut dixi) non probat,& ſibi ipſi contrarius eſt,
dum ſuper ſecundo capitulo ait, da ſei anni in quà
io non ſon ſtato lì,& ſuper decimo capitulo inquit,
26 & ſono quattr'anni che non ſon ſtato là.Vnde teſtis
ſibi ipſi contrarius non probat.l.eos.In princ.& ibi
Bar.in fi.ff.de falſ. & Alex.conſi.29. Clariſſime do-
ctor.col.2.uer.Contra dictum teſtem.& conſ.190.
Viſis atteſtationibus.uol.7. Deinde dicit ſo che lo-
ro hanno caſe,& un molino,& ſuper interrogato-
rio illud capitulum concernente in cauſa ſcientiæ,
inquit,io ſo per hauer ueduto,& altro non ſo: & di
cti ſui rationem non reddit, an illa domus, & mo-
lendinum per ipſos fratres,uel eorum partem ex lu
27 cris,& mercãtijs acquiſita ſint. Quo fit ut teſtis qui
eius dicti cauſam, & rationem non reddit, nec aſſi-
gnat etiam non interrogatus,non probat.tex.eſt in
l.fi.& ibi no.Bar.per illum tex.ff.de offic.proc.cæſa.
Alex.conſi.136.Viſo & examinato.col.3.uerſ. Nec
etiam obſt.quòd teſtis.& conſi.72. Inſpecto.col.fi.
28 uerſi.Nec etiam obſtaret.uol.1. Et hic teſtis cùm ſit
utriuſque partis debitor,& ſui creditoris ſeruus ap-
pelletur ſecundum glo.in l.fideicommiſſa. §. ſi rõ
de leg.3.& in l.3.C.de nouatio.& Bar.in l.ſi conſtã-
te.§.quoties.col.1.nu.5.ff.ſol.mat. in aliquo quoq;
de fide diminuitur, unde ſemiplenam quoque pro
bationem facere non uidetur per no. per Bar.in d.
l.admonendi.d.uerſi.Venio ad tertium. Cùm ergo
hic teſtis conteſtem non habeat,& in eius dicto ſin
gularis reperiatur,alios etiam patiatur defectus,cõ-
cludendum eſt cõtenta in eius depoſitione nõ pro-
bare,nullumq; fratribus prædictis præiudicium in-
ferre. Nec mutui ſcriptura per eorum patrem ſcri-
pta de ſcutis quinquaginta Campanato prodeſt in
probanda dictorum fratrum fraude, quia licet mu
tuum illud per patrem nomine ipſius, & eius filio-
rum contractum fuerit,cùm in eorum abſentia fa-
ctum fuerit, & de eo nullam haberent ſcientiam,
indicare non tenebantur, ergo nulla fraus per eos
commiſſa uidetur. Nec teſtes de ludo.uictu,& di-
ctorum fratrum ueſtitu ad probandam eorum cul
pam refragantur.Quia poſito quòd prædicta ultra
eorum condecentiam probarent, quod negatur,
non tamen probant quòd ex eorum ludo,& ex alijs
ad paupertatem,& inopiam deuenerint, quod ta-
men requiritur, ut ceſſionis beneficio priuaretur,
ut probat Bald.in l.1.columna ſecunda.uerſi.Quæ-
ro utrum ille qui ſtudioſe.& col.fi.uerſi.Iſta autem
renunciatio.C.qui bon.ced.poſ.& late ſcripſi in tra
cta.de ceſ.bono. in 28.q.quartę q.princip. Præterea
29 Baptiſta q.Antonij non probat, tùm quia ob con-
feſſionem,& Euchariſtiam debito tempore non aſ
ſumptam excommunicatus eſt. c.omnis utriuſque
ſexus.ext.de pœniten.& remiſ. & tradit Eufre.in tra
cta.de reprobatio.teſti.in uerbo,excommunicatus.
& ratio eſt,quia non confitens eius peccata,Eucha
reſtiamq; non aſſumens in peccato mortali eſſe di
30 citur.Et teſtis in peccato mortali exiſtens a teſtimo
nio repellitur.Ruy.conſi.196.In hac lite.col.1.in fi.
num.6 uerſic.Item prædictus.uolum.quinto.& Fir
ma.in ſuo repert.in uerbo,peccatum.num.20.& te
ſtis excommunicatus teſtimonium in iudicio ſecu
lari ferre non poteſt.c.decernimus. de ſent. excom.
in 6.& tradit Sal.in l.placet.in fi. C.de ſacroſan. ec-
cleſ.tùm etiam quia de huiuſmodi ludo, uictu, &
ueſtitu ab annis tribus citra deponit, idemq; depo-
nit Nicolaus de Crema,quod non releuat,cùm an
te dictum tẽpus ad inopiam peruenerint dicti fra-
tres,ut ex admiſſione alternatiui beneficij & proceſ
ſu ſuper ea fabricato, & in præſenti iudicio clariſſi-
me patet. Et ex his omnia dubia ſublata eſſe arbi-
tror ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad
laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſimæ Virgi-
nis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſolui debet etiam quòd ipſe ni-
hil probauerit.*
2 *Sequeſtratio eſt de iure prohibita.*
3 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*
4 *Iudex actorem actione carentem (etiam parte non opponen-
te) repellere debet, ſi per actoris confeſſionem, vel ex actis
conſtat.*
5 *Teſtis ab vna parte approbatus contra illam probat.*
6 *Teſti de facto proprio deponenti credendum eſt, & ipſius
ſolius dicto ſtandum eſt, & plene probat.*
7 *Variatio teſtis primum eius dictum debilitat, ſecundaq;
depoſitio attenditur.*
8 *Teſtis conteſtem non habens tanquam ſingularis non pro-
bat.*
9 *Vox vnius, vox nullius.*
10 *Teſtis debitor, cùm creditoris ſeruus appelletur, de fide di-
minuitur.*
11 *Negatiua dua ſimul iuncta, in eademq; oratione poſita vnã
affirmatiuam arguat.*
12 *Teſtis lucrum ſperans, & in re propria, deponens non pro-
bat.*
13 *Notario ſuper commiſſione ſibi facta de receptione, & exa-
minatione teſtium atteſtanti non creditur.*
14 *Teſtis ad perpetuam rei memoriam examinatus etiam ad
rei inſtantiam examinari non poteſt, vbi de morte, & diu-
turna teſtis abſentia timeretur.*
15 *Teſtis ad perpetuam rei memoriam examinari non debet,
quando terminus ad probandum in cauſa ſtatutus fuit.*

CONSILIVM CLII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa inter Ioã. Mariam de Paſtonis calderarium actorem ex una. & Antonium Gambalargam, & Paulũ Cauazzam de Clodio nautas reos conuentos ex altera ſe defendentes uertente, arbitror partes D. Capitanei Portus Arimini fore, & eſſe in abſoluendo a petitis reos conuentos cum expenſarum uictoria, & in committendo bona dictorum nautarum ſequeſtrata relaxari, cautionemq́; per eos præſtitam aboleri tàm ex uulgata regula, quòd
1 actore non probante reus abſolui debeat, etiam quòd ipſe nihil probauerit. l. qui accuſare. C. de eden. & c. 1. ext. ut eccleſ. benef. cum alijs concord. per Dec. relatis conſi. 3. Et diligenter. in fi. quàm etiam ex eo,
2 quòd omnis ſequeſtratio de iure prohibita cenſetur, ut in rubro, & nigro. C. de prohibi. ſequeſtra. & in clemen. 1. de ſequeſtra. poſ. & fruct. cum uulg. Et ad id
3 tenendum ex infra dicendis moueor. Clarum eſt. n. quòd nemo ſine actione experitur, vulg. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. docto. in l. vbi pactum. C. de tranſact. l. quotiens. §. ſi temporali. ff. de admi. tuto. c. examinata. ext. de iud. & no. glo. in c. paſtoralis. in verbo, experiri. ext. de cauſ. poſſ. & propric. Vnde dixit glo. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in verbo, in opponendo. & ibi Bar. in antepe. col. uerſic. Item
4. no. ex iſta glo. ff. de pact. quòd iudex etiam parte nõ petẽte actorem actione carentem repellere debet; quando ex actoris confeſſione, vel ex actis ſibi conſtat. Idem firmat Bar. in l. ita ſtipulatus. ad fi. de uer. obl. poſt gl. in d. l. ubi pactum. & ibi late Iaſ. in 4. col. uerſic. No. ergo diligenter. & Alex conſil. 166. In cã & lite. in prin. uolu. 6. Quòd autem Io. Mariæ ſine actione egerit, oſtenditur, quia bona prædictis nautis Anconæ conſignata, ut illa Piſaurum conducerent, per eos Silueſtro Ioannis Ioppę famulo, iuxta conuentionem inter Gambalargam, & Io. Mariæ actoris famulum initam, conſignata fuerunt, ſi igitur bona conſignauerunt, & pacta, conuentioneſque adimpleuerunt, nulla aduerſus eos actori competit actio. Nec dicatur, immo per teſtes ex parte actoris examinatos clariſſime conſtat, petita bona fuiſſe per ipſum actorem, & Franciſcum eius famulum dictis nautis conſignata, ut illa Ariminium ueherent, uel per fidos nautas Ariminum tranſmitterent, ut patet ex depoſitione magiſtri Stephani Ferrarij ſuper ſecundo capitulo dicentis: Trouandoſi qui in Ancona Antonio Gambalarga, & Paulo Cauazza furono ricercati da Gio. Maria Articolaro, & da Franceſco ſuo gargione, & li articolati marinari diſſero di portarle a Peſaro, & ſe trouariano altro nolo, che le portariano a Rimino, ſe non che le darebbono a perſone da bene, che le portarebbono, & coſì reſtarono d'accordo, & coſì Franceſco Articolato conſignò le articolate robbe al detto Gambalarga, & ſuo compagno nella ſua barca. cum quo magiſter Thomas de Sancto Anatorio alter teſtis ſuper ſecundo capitulo concordare uidetur, dicens, & coſì fui preſente quando il gargione di M. Gio. Maria, & maſtro Stefano Magnano conſignorno, & meſſero le dette due balle di ramo uecchio, & la caſſa, & la balla di ſtracci nella barca di Antonio Gambalarga marinaro, che la portaſſe a Rimino, ò le conſignaſſe a Gio. Maria calderaro, & Antonio Gambalarga riſpoſe, non ui date faſtidio ch'io le portarò, o mandarò a Rimino, ò di cõſignarle al detto Gio. Maria. Hoc etiam ex depoſitione Silueſtri famuli Ioannis Ioppæ colligi uidetur, dum inquit, ſe imbattete che Franceſco gargione di M. Gio. Maria in Ancona medeſmamẽte partìo ad eſſo Gambalarga, perche uoleua ancor lui mandare certe robbe a Rimino, & non trouaua barche, ne la trouò altrimente, eccetto che Gambalarga diſſe, io ue le portarò ſino a Peſaro, & ſe ci ſarà barca ue ſi manderanno de lì ſino a Rimino. Cũ ergo Gambalarga, & Paulus ſocij bona illa Ariminum non conduxerint, nec fide digno conſignauerint, ut Ariminũ illa aſportarent, prout promiſerãt immo illa cõſignarũt Angelo Fanenſi, ut idẽ Silueſter deponit, dicens: & coſì tutti duoi, cioè eſſo teſtimonio, & eſſo Gãbalarga cõſignorno le dette robbe al detto Angelo, cioè dui colli di ramo vecchio, vna caſſa da menſa, & una balla di ſtramazzo, & da poi una pezza di feltro a refuſo. Quem Angelum Fanenſem Gambalarga pro bono uiro approbauit, ut idem Silueſter in prima, & ſecunda depoſitione deponit, qui Angelus deinde bona per actorem petita defraudauit, ſurripuit, & quo uoluit aſportauit contra uoluntatem Io. Mariæ ueri dictorum bonorum domini, ut Farinella, & Silueſter deponunt, ſequitur ergo quòd Gambalarga, & Paulus ad reſtitutionem, ſeu dictorum bonorum deperditorum, & per Angelum Fanẽſem ablatorum ſatisfactionem tenentur, & tanto magis quia uidetur ipſos de furto per dictum Angelum commiſſo conſcios fuiſſe, ex quo prius Gãbalarga illum carcerari fecerat, & deinde pro eo fideiuſſit, ut ex carceribus liberaretur, & liberatus aufugit, & ab eo Gambalarga nedum ſcutos quindecim auri, ſed brachia ſex panni nigri alti, & brachia quadraginta ſeptem telæ albæ abſtulit, cum quibus bonis, & pecunijs ipſe Gambalarga ballam deinde Io. Antonij Zimę ſimiliter per eundem Ang. furto ſubtractam, hæbreoq́; pignori traditam exegit, ut Angelus Farinella prope finem ſuæ depoſitionis deponere uidetur. Quoniam ad hęc omnia reſponderi poſſe uidetur, quòd immo ex depoſitione Silueſtri ad inſtantiam actoris examinati liquido conſtat Antonium Gambalargam dicto actoris famulo pollicitum fuiſſe bona illa Piſaurum conducere, ibique Silueſtro conſignare, ut in dicta depoſitione patet, dum inquit, Gambalarga diſſe; io ue le portarò ſino a Peſaro, & ſe ci ſarà barca, ue ſi manderanno de lì ſino a Rimino, & dictus famulus replicauit ſubiciens, ouero le conſignarete a Silueſtro, intelligendo de ipſo teſte, idem ſuper 3. interrogatorio repetit dicens: & detto Gambalarga diſſe al detto Franceſco gargione di Gio. Maria che portaria le ſue robbe per ſino a Peſaro, & ſe ci ſarà barca, ue ſi mandaranno ſino a Rimino, & allhora Franceſco predetto replicò dicendo; ouero le potrete conſignare a Silueſtro gargione di M. Giouan Ioppa, cui Silueſtro tanquam per actorem approbato credendum eſt, & contra ipſum plene probatum no. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. Spec. in tit. de teſte. § ſi pe. uerſic. ſeu. Et po. quod teſtem. Rom. conſi. 435. Quo ad primum. col. fi. uerſi. Secundo quia cum ex productione & conſi. 104. Patet reuerendum firmat Alex. conſil. 191. Vtis nouis. ſub nu. 3. uol. 7. Soc. in tract. fallen. in uerbo, teſtes parentes. in 4. fal. Dec. conſi. 536. In cauſa quæ agitur Mantua. col. 4. uerſ. Et cum ſit ab utraque parte. Pauli. conſi. 29. Præſens iudicium. in prin. uol. 4. & Soc. iun. conſil. 69. Pro dilucidatione. col. 3. in prin. nu. 11. & n. 14. ubi. 1. Et ex depoſitione Silueſtri conſtat Gambalargam eidem Silueſtro dicta bona Piſauri conſignaſſe, dum inquit, eſſendo in Peſaro uenne la barca di Antonio Gambalarga,

doue

doue erano dentro fra le ſue, & d'altri ſuoi amici li
quindeci colli, quali eſſo Siluestro fece ſcaricare in
terra, & li agiutò ancor lui, quali ſi riceuettero dal
detto Gambalarga, & poi ad eſſo Gambalarga lo ſa
tisfece di tutto il noliggiato d'Ancona inſino a Pe
ſaro, de quali colli ue n'eran' 4. ch'andauano a Gio.
6 maria Paſtoni in Rimino. Cui teſti tanquam de fa-
cto proprio deponenti credendum eſt, ipſiuſq; ſo-
lius dicto ſtandum eſt, & plene probat, ut not. deci-
dit Saly. in l. ſi quis decurio. in 4. oppo. C. de falſ. idē
firmat Pau. de Ca. in l. quicunque in fi. C. de ſer. fu-
gi. Alex. conſi. 197. Viſis dubitationibus. colu. fi. in
prin. uerſ. Quia reſpondeo, uol. 7. ſequitur Dec. con
ſi. 56. In cauſa appellationis. co. 2. in prin. nu. 4. uerſi,
Teſtis enim. conſi. 342. In cauſa partus. colu. 1. conſ.
363. In cauſa quæ agitatur. col. 1. Soc. in tract. fallen.
in uerbo, Teſti uni etiam in magna dignitate. in 2.
fallen. Et quamuis multi contrarium teneāt, ut per
Alex. ſibi ipſi contrarium. conſi. 192. Perſpecta. col.
3. in fi. uerſi. Et quamuis Saly. uol. 6. ubi de commu
ni opi. contra Saly. atteſtari uidetur. & per Ruy. cō-
ſi. 161. Quo ad primum. col. 4. in prin. num. 8. uerſi,
Et primo quia. uol. 4. conſi. 19. Videtur prima facie.
col. 2. uerſi. Nec ob. allegata. uol. 5. & conſi. 65. Quā-
uis. col. 1. uerſi. Nec uidetur obſtare. eo. uol. non ta
men negant quin fortius probet, quàm alter quan-
do de eius facto proprio ſine eius intereſſe depo-
nit, ut uoluit Inno. in c. inquiſitione. extra de accu-
ſa. Ant. de But. in c. cùm cauſam. extra de teſti. & A-
re. conſi. 71. Diligenter & mature. col. 2. uerſi. Secun
do conuincitur. & copioſe per Aymo. conſi. 73. Di
cendum uideretur. col. 7. in prin. uerſi. Non ob. q̄ il
li teſtes. & conſi. 178. Viſo proceſſu. col. pe. uerſi. Sep
timum indicium, uol. 1. cum quo teſte concordat
Hercules Carrettarius ſuper 3. capitulo dicens, Sil-
ueſtro mi diſſe, laſſate ſtare queſti colli che ſono
qui in terra, perche li uoglio mandare a Rimino,
quali ha portato nella ſua barcha il detto Gamba-
larga. Idem deponit Thomas Carrettarius, inquiēs,
l'articulato Siluestro diſſe ad eſſo teſtimonio & ad
Hercole carrettaro, carricate queſti, & il reſto laſſa
teli che li uoglio mandare a Rimino per la prima
barcha che andarà, ſubdens, & detto Siluestro pa-
gò il nolo per conto di detti colli al detto Gamba-
larga, accettando li detti colli appreſſo di ſe, per mā
darli come ci diſſe a Rimino, apparet igitur ex ho-
rum teſtium depoſitione bona per Franciſcū acto-
ris famulum Gābalargę Anconæ conſignata, fuiſ-
ſe per Gābalargam Siluestro Ioannis Ioppæ famu-
lo conſignata iuxta commiſſionem per dictū Frā-
ciſcum ſibi factam, Non obſtat, quòd Silueſter
in depoſitione pro actore facta dicat, quòd ipſe,
& Gambalarga dicta bona Angelo Fanenſi con-
ſignauerunt, ex qua conſignatione tanquam
male geſta Gambalarga Ioannimariæ omnia da-
mna paſſa reſarcire teneatur. Quia reſponde-
tur quod in alia eius depoſitione ad inſtantiā Gam
balargæ facta idem Silueſter inquit, & prima che
haueſſi licenza dal Daciero conſignai al detto An-
gelo da Fano li detti quattro colli di Gio. maria, &
le dette robe che le doueſſe portar a Gio. maria Pa-
ſtoni, & alquanti giorni dapoi li feci la lettera, alla
quale ſi referiſſe, diretiua al detto Gio. mariæ, in
quibus literis apparet quòd ipſe teſtis ſolus dicta
bona Angelo Fanenſi conſignauerat, in dictaq; cō
ſignatione nec Gambalarga, nec Paulus eius ſo-
7 cius interuenit. Et quamuis ipſemet teſtis uariet, hu
iuſmodi tamen uariatio eius primum dictū in de-
poſitione ad inſtantiam actoris facta debilitat. Vn-
de eius uirtute iudex eius animum ad primam de-
poſitionem adhærere non debet, ſed ad ſecundam,

Et tanto magis huic ſecundo dicto ipſius Siluestri
ſtandum eſt, quia maiores ſunt coniecturę pro hoc
ſecundo dicto, quo caſu illi, etiam quòd ſecundum
ſit, ſtandum eſt. cap. literas. extra de præſump. & ibi
ponderant illum tex. ad hoc Bal. & Abb. & ſequitur
Alex. conſi. 127. Viſo proceſſu. col. 2, nume. 6. uerſi.
Vnde uariatio. uol. 7. Quod autem maiores ſint cō-
niecturæ pro hoc ſecundo, patet per ea quæ dicti
duo Carrettarij deponūt, & nedum per literas eiuſ-
dem teſtis ſcriptas, & Ioannimariæ directas, in qui-
bus ut dixi apparet ipſum ſolum non autem eum
eo Gambalargam conſignaſſe, uerum etiam ex
dolo, & fraude Ioannismariæ, & Ioannis Ioppæ
ſubornantium Angelum Farinellam, ut dictas lite-
ras in mare proijceret, ut conſtare poſſet Siluestrū
bona prædicta Angelo Fanenſi conſignaſſe, ut idē
Farinella deponit: Non aduerſantur teſtes ad acto-
ris inſtantiam examinati, & primo magiſter Stepha
nus, quia eius depoſitio potius ad Gambalargæ fa-
uorem quàm contra ipſum tendit, dum inquit di-
ctos nautas promiſiſſe dicta bona Piſaurum con-
ducere, prout illa conduxerunt, ut ex teſtium de-
poſitione conſtat; Et quamuis dici poſſet eos ſpo-
pondiſſe, quòd ſi naulum aliud reperirent, illa bo-
na Ariminum afferrent, non conſtat, nec ex parte
actoris probatum fuit, ipſos aliud naulum inueniſ
ſe, prout probare tenebatur, ad hoc ut Gambalar-
ga ad damnum Io. mariæ teneretur, quo igitur nō
probato Gambalarga, & Paulus ſocij Ariminum
illa conducere nō tenebātur; Et poſito etiam quòd
promiſiſſent naulo etiam non reperto illa probis
uiris conſignare, qui ea Ariminum conducerent,
ut magiſter Stephanus deponere uidetur, quod ta-
men negamus, hic teſtis conteſtem nō habet, ideo
8 ut ſingularis non probat. Alex. conſi. 212. Ponde-
ratis. col. 5. uerſi. Non probat etiam. uol. 6. ubi Bal.
adducit not. dicentem in l. fi. in 15. oppo. C. de eo re.
diui Adr. col. quòd non ſolum teſtis ſingularis non
probat, uerum etiam teſtes, qui ita ſingulares eſſe
9 poſſunt, ſicut conteſtis, & quia uox unius uox nul-
lius. l. iuriſiurandi. & ibi Bal. no. C. de teſti. & c. licet
cauſam. & ibi Doc. extra de proba. & c. bonæ. extra.
de electio. cum alijs de quibus per Aymo. cōſi. 41.
Venerabilis. col. fi. uerſi. Et licet teſtes. uolum. 1. Prę
10 terea hic teſtis eſt actoris debitor, qui cùm credito-
ris ſeruus appelletur ſecundum glo. in l. fideicom-
miſſa. §. ſi rem. de leg. 3. & in l. 3. C. de nouatio. Bar.
in l. ſi conſtante. §. quotiens. col. 1. ad fi. ff. ſol. matr.
& Alex. in l. maritum. colu. 2. in prin. ſub. uerſi. Nec
ob. d. l. fi. ff. eo. de fide diminuitur, per ea quę de Cō
patre tradit Alex. conſi. 237. Perſpectis. colu. 2. ſub
num. 9. & num. 10. uerſi. Ex poſito quòd. uolu. 6. Vl
tra quod etiam inquit, quod nihil ſibi pro eius de-
poſitione promiſſum nō fuit, ergo aliquid ſibi pro
11 miſſum fuit. Quia duæ negatiuæ ſimul & in eadem
oratione poſitę unam affirmatiuam faciunt. d. l. 1.
de ſer. fugi. Bar. in l. fęminæ. ff. de ſena. & clem. 1. &
ibi Card. in prin. de offi. deleg. Si ergo aliquid ſibi
promiſſum fuit, ergo non probat tanquàm lucrū
12 ſperans, & in re propria deponens. l. in omnibus. &
ibi glo. & Doc. C. de teſti. Secundo non retragatur
magiſtri Thomæ. q. Hieronymi dictum. Quia ſi be
ne animaduertitur, contrarius eſt magiſtro Stepha
no. & Siluestro. Nam magiſter Stephanus & Silue-
ſter deponunt nautas prædictos promiſiſſe princi-
paliter dicta bona Piſaurum aſportare, & cum con
ditione Ariminum, hic autem deponit eos princi-
paliter promiſiſſe illa Ariminum cōducere, & non
ſub conditione, & nihilominus magiſt. Stephanū
pro conteſte allegat, ergo de falſo ſuſpectus eſt, &
ſic non probat. Bal. in c. cùm cauſam quæ inter ar-

chie-

chlepiſcopum. colu.5. extra de teſti. & Grammati. conſi.26.In cauſa matrimonij.colum.8.nu. 10.verſi.Vnde ſuccedit.& conſi.38.Formata innuiſitione. colum.fi.ſub nu.27.verſic.& ſic ſuccedit.Fortius dico ꝙ teſtes ad actoris inſtantiam examinati nõ probant.Cùm examinatio per quendam notarium Anconitanum facta fuerit,cui talis examinatio per locumtenentem Vicegerentis Anconæ,cui literę Capitanei Portus Arimini directæ fuerunt, commiſſa
13 nõ fuit: Nec refragatur ꝙ notarius ille atteſtetur.D. Vicegerentem mandaſſe per ipſummet notarium illos teſtes examinari,quia notario ſuper commiſſione de receptione,teſtiumque examinatione ſibi facta atteſtanti non creditur,vt expreſſè inquit Hoſti.quem refert & ſequitur Abb.in c. quoniam contra.colum. 18.in princ. verſi. Tertio not. & ibi Dec. colum.22.in prin.num. 59.verſi.Tertio per Abb.extra de probatio. Alex.conſi. 206. Viſo themate.colum.3. in prin.num.6.verſi.Et per not.per Inno.nolum.2.conſi. 101.Circa primum.colum.3.ad fi. verſic.Item iſte teſtis.volum.6.& d.conſil.212. Ponderatis.colum.4.num.21.uerſi.Item non probant. eo. volum.Dec.conſi.42. Et pro facultate. colum. 2.in princ.uerſi.Vnde infert.& conſi.159.Caſus qui proponitur.colum.penult.in princ.nume.6. & ita deciſum fuit,ut pulchris rationibus atteſtatur Afflict. in deciſio.317. In cauſa cuiuſdam legati. & dixi ſupra conſi.93.Non uidetur in cauſa Andreæ.colum.fin. num.6.uerſi.Vlterius Archipræſbytero.Non obſtãt dicta per Angelum Farinellam de fideiuſſione per Gambalargam Angelo Fanenſi præſtita, ut a carceribus relaxaretur, & de ſcutis quindecim,& alijs bonis eidem Angelo ablatis.Quoniam ſi Farinellæ depoſitio, fidesq; per Capitaneũ portus Piſauri facta recte animaduertantur,clarè patebit carcerationẽ,fideiuſſionẽq; per Gambalargã præſtitã, reſpectu ballæ Io.Antonij Zimæ,quam Angelus Fanenſis abſtulerat,hæbreoque ſub pignore tradiderat, præſtitam fuiſſe:Et quamuis dicta bona cum pecunijs per Gãbalargam hæbreo pro reluitione eiuſdem ballæ tradita fuerint,vt Farinella deponit, qui ſingularis eſt, non tamen conſtat,dictos nautas de extractione, dictorumque bonorum ſurreptione a ballis, & capſa Io.mariæ actoris conſcios fuiſſe, neque notitiam habuiſſe bona per dict. Angelum ablata d. Io. mariæ bona fuiſſe,ideo dici non poteſt eos ullã fraudẽ
14 in illis commiſiſſe: Vlterius dico illius depoſitionẽ nullam,& nulliter factam fuiſſe. Quia quamuis ad perpetuam rei memoriam quis examinari ualeat, etiam ad rei inſtantiam,ut tradit Fel. in c. ſignificauit.colum.2.ad fi.verſi.Prima concluſio.extra de teſtib.& Alex.conſi.203.Super themate.colum.pe.in fi.num.7.uerſi.Quantum autem.volum. 2. Hoc tamen procedit, vbi de morte,uel diuturna ipſius teſtis abſentia timeretur.ut uolunt Doc.in d.c.ſignificauit.& tradit Soc.in trac.fall.in uerbo Teſtes examinari.in 1.fall.ſed in præſenti caſu nec mortis timor, neq; diuturna abſentia probata fuit, immo nec fuerunt hæc allegata , ergo huiuſmodi diſpoſitio nullam fidem facit:Præterea forma, quæ in tali caſu de iure requiritur,& quam Io.Petrus de Ferrarijs in practica Papienſi ponit in for.produc. teſti. ad ꝑpet.rei memo.in 1.glo.ſeruata non fuit, ergo examinatio redditur nulla,& nullam fidem facit,neque dictis nautis ullum infert præiudicium:Et quãuis ſeruata fuiſſet,quia tamen tempus examinationis teſtium iure ordinario inſtabat, ad perpetuã rei memoriam examinari non poterant, ut tradit Soc. ſen.conſi.14.Circa dubia.colum.fi.num.10. uerſic. Et miror quòd fiat.uolum.4.Et ex his omnibus firma remanet concluſio hos nautas à petitis abſoluendos eſſe cum expenſarum uictoria, eorumque bona ad inſtantiam Io.mariæ ſequeſtrata relaxari, cautionemque per eos præſtitam aboleri. Et ita iudicandum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ , amen & ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa hæredi ad petendum bona hæreditaria competit.*

2 *Actio utilis,non directa fideicommiſſario datur, quæ in eum per reſtitutionem ſaltem uerbalem transfertur.*

3 *Iura utilia,antequàm hæres hæreditatem reſtituat,non ſunt in eſſe producta.*

4 *Fideicommiſſario,contra bonorum hæreditariorum occupatores abſq; alia reſtitutione reiuendicatio datur.*

5 *Hæres alienans bona fideicommiſſo ſubiecta a ſe omnia iura & actiones abdicat.*

6 *Reſtitutio uerbalis requiritur ut fideicommiſſarius in hæreditate ius habeat.*

7 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*

8 *Reſtitutio uerbalis & realis an in uno & eodem libello intentari poſſit. & num.9.*

9 *Actiones quarum una eſt ad alteram præparatoria,ſi eodem tempore ortæ ſunt,eodem libello ordine ſucceſſiuo cumulari poſſunt,ſi uero ortæ non ſunt,ſed pendenti iudicio una caſu naſci ſperatur,ſimiliter cumulari poſſunt , ſi uero non ſperatur non poſſunt. & num.10.& 11.*

12 *Agens ſine actione experiri non poteſt.*

13 *Solemnitates, & iuris apices tolluntur in cauſa,in qua ſola facti ueritate inſpecta proceditur.*

14 *Ordo præpoſterus an & quando proceſſum uiciat. & num.15. 17.& 18.*

16 *Agens præpoſtere a iudicij limine repellendus eſt.*

CONSILIVM CLIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

TERRIA in præſenti iudicio motiua iterũ
1 proponũtur. Circa primum præſuppono,ut aliàs dixi,quod primo hæredi directæ dantur actiones. l. item uidẽdum §.nunc uideamus.& ibi Doct.ff. de pet. hæred.cum ſim.fideicommiſſario autem. non illæ directæ,ſed utiles,quæ per reſtitutionem ſaltem uerbo factam in eum transferuntur.in l.prima, in princip.& ibi Alexand.& alij.ff.ad trebellia. & l. facta. in princip.cum uulga.ff. eo. Quo ſtante dico in præſenti dubio contra Cecchinum a Catholica propoſito, non fuiſſe reſpectu perſonæ Franciſci ultimo defuncti in Raphaelem uti primum fideicommiſſarium utiles actiones translatas niſi prius facta uer-
3 bali reſtitutione , quia hæres antequam hæreditatẽ reſtituat,iura utilia nõ ſunt in eſſe producta,ſed producuntur,cum reſtituit,meritò regulariter uerbalis requiritur reſtitutio, ut in eſſe producantur, poſt quàm autem reſtitutio ſemel primo fideicommiſſario facta eſt,iam ſunt in eſſe producta,ergo alia reſtitutio in ſecundum,uel tertium fideicommiſſarium facienda non requiritur , ut amplius in eſſe producantur, ſed nec etiam ut producta tranſeant , quia ſuperuacuum eſſet: Cùm ergo per Franciſcum ultimum hæredem reſpectu ſuæ hæreditariæ portionis in Raphaelem reſtitutio facta non fuerit,tametſi in eum reſpectu hæreditariæ portionis Gaudentij & Cæſaris eius fratrum abſque alia reſtitutione utiles actiones

actiones tranſlatæ dici poſſent, cùm in illis portio-
nibus Franciſcus primus & ſecundus dicatur fidei
commiſſarius, concludo nos eſſe reſpectu portio-
nis ultimi morientis extra tertium caſum. l. pe. §. fi.
C. ad treb. ideo firma remanet & defenſata conclu
ſio noſtra, ꝙ Raphael ſine actione expertus fuerit,
& ſic primum dubium ſublatũ remanet. Nec quar
tus caſus per glo. in d. §. fi. poſitus ad quæſtionem
noſtram obijci poteſt, quia ille tantum bona per
hæredem alienata reſpicit, quæ non fuerunt per
Raphaelem, nec eorum precium petita, dubium
autem procederet, ſi Raphael contra bona aliena-
ta detinẽtes expertus fuiſſet, ut uolunt omnes doc.
ibi. & glo. & Bar. in l. fi. §. fi. in fi. C. communia de le-
ga. quia fideicommiſſario ſine alia reſtitutione cõ-
4 tra bonorum alienatorum occupatores rei uendi
catio datur, non autem contra hæredem, ut ait ibi
5 glo. & Bar. & eſt ratio, quia hæres a ſe iura, & actio-
nes abdicauit, ut dixi ſupra conſi. 139. Viſo proceſ-
ſu. num. 24. uerſi. Et ideo dixit Pau. per not. per glo.
in d. l. pe. §. fi. C. ad treb. & per Pau. de ca. in d. l. facta.
in prin. & facit tex. in auth. Contra rogatus. uerſi. ꝙ
ſi contingat. C. eo. Ad ſecundum reſponderi poſſe
arbitror, præſupponendo prius ut dixi, ꝙ ad hoc,
6 ut fideicommiſſarius in hæreditate ius habeat, in ip
ſumq; utiles actiones tranſeant, ad illam conſequen
dam, & ad omnia bona hæreditaria conſequenda
requiritur quòd prius uerbalis reſtitutio ſibi fiat. d.
l. facta. in prin. & l. reſtituta. & ibi Doc. ad treb. & §.
reſtituta. Inſt. de fideicom. hæredi. alloquin abſque
illa reſtitutione agens ſine actione agere dicitur. Et
ideo inquiunt ibi Doc. quòd uehementer errant,
qui ante illam reſtitutionem iura hæreditaria inten
tant. Et propterea Pau. de Ca. in d. l. reſtituta. in prin.
refert ſe annullari feciſſe quendam proceſſum, in
quo fideicommiſſarius ſibi bona relaxari petierat,
antequàm aliqua reſtitutio ſibi facta fuiſſet, ex quo
ſine actione experiebatur, & ita ibi quoque ſequi-
tur Alex. & idẽ firmat & ſequitur Veronen. in tract.
cautela. in caut. 111. Poſtquam ſumus. & Soci. Iuni.
conſi. 137. Viſo proceſſu. in prin. uolu. 1. Hoc igitur
ſtante dico Raphaelem non obſtãte petitione per
eum facta de reſtituendis ſibi bonis in libello deſcri
ptis (præmiſſa ut fertur requiſitione de uerbali re-
ſtitutione facienda) ſuccumbere debere, quia cum
actio ad realiter petendam hæreditatem, & bona
hæreditaria ſibi reſtitui, nondum orta fuiſſet, illa in
tentari non poterat, Quia non entium nullæ ſunt
7 qualitates. l. eius qui in prouincia. uerſi. Quod ſi ſti
pulatus. & ibi Dec. ſi cer. pet. impoſſibile erat enim
fideicommiſſarium realiter agere poſſe, antequàm
actio ſibi ceſſa fuiſſet, cùm illa nondum nata erat,
in eumq; ipſo iure non tranſeat, prout in hæredem
tranſit, ideo inepte agere dicitur. Nec refragatur, ꝙ
8 ſimul & ſemel uia reſtitutionis uerbalis & realis in
eodem libello intentata uideatur, & quę intentari
poſſe videtur, ex quo una actio eſt ad alteram præ-
paratoria, ut inquit glo. & Bar. in l. qui de inofficio
ſo. in fi. ff. de inoffi. teſta. Quoniam reſpondetur di-
ſtinguendo, prout eleganter diſtinguit Ang. in d. l.
qui de inofficioſo. In 2. col. uerſi. No. ſingulariter.
quam diſtinctionem etiam firmat & proſequitur
Roma. conſi. 392. Circa primum. colu. 2. in fi. uerſi.
9 An libellus iſte. Aut actiones quarum una eſt ad al-
teram præparatoria, eodem tempore ſunt natæ, ea-
rumq; exercitium eſt in eſſe productum, & tunc fa
teor, ꝙ eo. libello ordine ſucceſſiuo cumulari pñt.
tex. eſt in l. fi. & ibi glo. C. ad exhiben. ubi ad exhi-
dum actio rei uendicationis præparatoria ſimul ſu
bordinata cum rei uendicatione eodem libello cu
mulatur. Si uero ambę non ſunt natæ, & tunc ſi pẽ
10 dente iudicio una earum ex negligentia ſeu rei cõ-
uenti contumacia naſci ſperatur, eodem libello ſi-
militer dico ordine ſucceſſiuo cumulari poſſe. glo.
11 eſt ordi. in l. 1. in fi. glo. magnę. ff. de actio. emp. Si ve
ro pendente iudicio earum una oriri non ſperatur
immo huiuſmodi ſpes ceſſat, tũc dico quòd impoſ
ſibilis eſt cummulatio ſubordinata, quicquid dixe
12 rit glo. in d. l. qui de inofficioſo. cùm agens ſine ac-
tione experiatur, quòd ẽ impoſſibile. uul. l. ſi pupil-
li. §. uideamus. ff. de nego. geſt. cum ſimili. & iudi-
cium ſub conditione formari non poteſt, quæ eo
pendente affutura non ſit. l. non quemadmodum.
& ibi Doc. ff. de iudi. Cum igitur in propoſito per
Raphaelem actio ad bona hæreditaria ſibi reſtituẽ
da intentata fuerit, & ſic prius realis quàm uerbalis
reſtitutio petita fuerit, & antequàm actio ſit in eſſe
producta, conſequẽs eſt, ut ipſa ſubordinata actio-
num cumulatio eodem libello fieri non potuit.
13 Ad tertium quoque reſponderi poſſe opinor, ꝙ &
ſi ad uerbalem agendo reſtitutionem de iuris poſi-
tiui apicibus eſſe dicatur, & in hac cauſa ſola facti
ueritate inſpecta procedatur, per quam clauſulam
huiuſmodi ſolemnitates & iuris apices tolli uiden-
tur iuxta uoi. per Alex. conſi. 114. Viſo proceſſu. co
lum. 2. uerſi. Præterea ſumus. uol. 6. Mod. Fanen. in
tract. de pigno, in 1. memb. octauæ par. nume. 28. &
29. uerſi. Decimo fallit regula. Corne. conſi. 55. Vi-
ſis & diligenter. col. pe. uerſi. Nec etiam ob. uol. 3.
Dec. in l. fi. col. 4. in fi. uerſi. Similiter non requiritur
ff. ſi cer. pet. & Iudex manu regia inſpecto iure gen
tium, remotoque iure ciuili procedere ualeat, & a
iuris regulis recedere, ut plene per Grammati. in de
cis. 19. Lata ſententia. nu. 4. cum ſequentib. immo
per dictam regulam omiſſio, ordiniſq; iudiciarij
peruerſio attendi non debet ut conſuluit Ruy. cõ-
ſi. 68. In cauſa. num. 3. uol. 2. Puto tamen in præſen-
ti caſu diſtinguendum eſſe: Aut tales ſolemnitates,
& iuris apices ſunt de iudicij ſubſtantialibus, aut de
neceſſitatis ordine, aut de ordine uoluntatis, aut
14 eſt dubium. Primo caſu ſi de iudicij ſubſtantialibus
& tunc peruerſus & præpoſterus ordo uiciat. l. pro
latam. & ibi glo. mag. noi. C. de ſent. & interlo. om-
ni. iudi. & in hoc clauſula ſola facti ueritate inſpe-
cta nihil operatur, & non refragatur. Si uero non
eſt de forma iudicij, ſed eſt quoddam prǽambulum
quia ordo iudicij in præparatorijs iudiciorum nõ
conſiſtit, quicquid circa prǽparatoria omittitur, nõ
uiciat. Bal. in auth. generaliter. colu. fi. uerſ. Quinto
quæro. C. de epiſco. & cleri. & tradit abunde Van-
tius in tract. de nullita. proceſ. in rub. Ex defec. pro
ceſ. in rub. Ex defec. proceſ. numero 47. uerſi. Reli-
15 qua uero. Secundo caſu ſi de neceſſitatis ordine, &
peruerſus, ac præpoſterus eſt ordo, & tunc proceſ-
ſus & iudicium inchoatum uiciatur, & talis omiſ-
ſio nocet. l. 2. §. prius autem. ff. de uulg. & pup. facit
ad hoc tex. in d. l. facta. in prin. & l. reſtituta. & ibi
16 Doc. ad treb. qui enim præpoſtere agit, repellendus
eſt, inquit tex. in l. ut debitum. & ibi not. glo. C. de
here. actio. & l. curator. ubi Alberi. ff. de operi. publi.
& hoc caſu ſimiliter dicta clauſula non refragatur,
nec hanc ſolemnitatem, & ordinem tollit, quia de
neceſſitate huiuſmodi ordo requiritur, ut actiones
in fideicommiſſarium tranſeant, illo igitur omiſſo
inepte actum fuiſſe dicitur, ex quo ſine actione ex-
peritur, & clauſula illa non præbet, nec alicui actio
nem præbere poteſt, alioquin abſurdum & incon-
ueniens ſequeretur, quòd quiſpiam per talem clau
ſulam conſequi poſſet, quod ſibi non debetur, & ꝙ
ad ipſum non pertinet, quod minime dicendũ eſt.
Tertio caſu ubi voluntatis ordo omiſſus eſt ſeu prę
17 poſterus, & tunc non uiciat. l. præpoſteri. & ibi Al-
beri.

ber ſi. C. de teſtam. & l. quidam. ff. de pecu. lega. & §. an te hæredis. Inſtit. de legat. & in hoc dicta clauſula o] eratur. Et id ad quod de excuſſione allegatur, in c ſu noſtro non procedit, quia ibi actio tam con tr a fideiuſſorē, quàm contra principalem competit h ic autem niſi prius uerbali reſtitutione facta non c ompetit, ergo caſus ſunt diuerſi, & ex diuerſis bo-
18 na non fit illatio iuribus vulgarib. Vltimo vero caſu quando eſt dubium, & ſimiliter non uiciat. l. ambiguitates. & d. l. præpoſteri. C. de teſtamen. & ibi Doc. & in hoc huiuſmodi clauſula etiam operari poteſt. Cùm ergo in ſecundo caſu de neceſſitatis ordine ſimus, concludendum eſt illam clauſulam, ut ſuperius dictum eſt, non refragari, & ideo illo ordine omiſſo dicimus Raphaelem inepte & ſine actione egiſſe, & conſequenter Cecchinus ab obſeruatione inchoati iudicij abſoluendus erat. Et ex his omnia dubia ad me trāſmiſſa ſublata eſſe arbitror ego Matthæus Brunus. I. C. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirgis matris, Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 Filius naturalis vt quis dicatur, & paterna ſit ſucceſſionis capax, quid requiratur.
2 Natus ex famulo, quam nobilis, vt famulam in domo propria tractabat in cibo, potu, & veſtibus, naturalis non dicitur.
3 Filius naturalis vel ſpurius ſi de patris uoluntate legitimatur, diſpenſatus, non verè legitimatus dicitur.
4 Spurius quis eſſe dicatur.
5 Filius extra domum de muliere natus, cum qua quis conſuetudinem habet, ex eo natus non præſumitur.
6 Spurio a patre etiam pro ipſius alimentis nihil relinqui debet.
7 Spurij de iure ciuili filij nominari non debent.
8 Spurius eſt inter viuos & ex teſtamento patris incapax.
9 Spurius a matre hæres inſtitui non poteſt.
10 Spurius de iure canonico alimentari debet, & ei uſq; ad alimenta relinqui poteſt. & nu. 11.
12 Legatum ſpurio relictum vltra alimenta non valet in eo quod alimenta excedit, ſecus eſt ſi filio naturali relictum fuit. & num. 13.
14 Spurius contra certam patris diſpoſitionem in legato ſibi facto venire non poteſt, etiam ſi legitimatus eſſet.
15 Teſtamentum patris a Comite Palatino & a Principe ſine cauſa ſubuerti non poteſt.
16 Cauſa ſubuertendi patris teſtamentum in Principe non præſumitur, niſi illa exprimatur.
17 Filius naturalis in hæreditate patris uiuente eius coniunge ab inteſtato ſuccedere non poteſt. & nu. 32.
18 Filio ſi aliquid relinquitur, quod ad legitimam non ſufficeret, ſupplementum debetur, etiam ſi legatum agnouiſſet.
19 Patris aſſertio in teſtamento aliquem eſſe filium naturalem, non probat.
20 Coniecturæ manifeſtam teſtatoris diſpoſitionem oſtendunt.
21 Dictio, maior, dictio comparatiua eſt, quæ poſitiuū præſupponit.
22 Comparatiui natura eſt ad poſitiuum addere, poſitiuiq; qualitatem non excludit.
23 Filius legitimatus pro legitimè nato habetur, in nulloq; a uero legitimo differt. & nu. 46.
24 Hæreditas tota filio ab inteſtato debetur. & nu. 26.
Cauſa prima in ſuccedendo, liberorum eſt, quod etiam in filijs legitimatis procedit. ibidem.
27 Legitima de iure legitimato debetur.
28 Partis appellatione in dubio de dimidia intelligitur, niſi adijciatur aliqua, vel maior. & nu. 29.
30 Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione non valet.
31 Legitima filijs legitimis & naturalibus & non ſpurijs, ſiue naturalibus tantum, debetur.
33 Bonorum ſubſidium loco legitimæ ſuccedit.
34 Pater filio naturali inter viuos, & in vltima voluntate totam eius hæreditatem non extante eius legitima prole, relinquere poteſt.
35 Pater filio naturali loco alimentorum aliquid relinquere tenetur.
36 Filio naturali ſi aliquid relinquitur, & in caſu legitimationis maior pars ſibi relinquatur, quæ ſibi de iure debetur; legitimæ ſupplementum relinqui intelligitur. & numero. 38.
37 Diuerſa in nomine non ſunt idem.
38 Teſtator uelle dicitur quod expreſſit.
39 Pater in teſtamento iubere non poteſt, quòd filius aliud ultra legatum ſibi factum, non petat, ſi ad legitimam non aſcendit.
40 Hæreditate ſemel acquiſita quis priuari non poteſt.
41 Hæres qui ſemel fuit, deſinere non poteſt eſſe hæres.
42 Legitimatus in plus ſuccedere non poteſt, quàm legitimus & naturalis poſſit.
43 Legitimatus debitam portionem non auſert his, qui ſecum in ſucceſſione ex teſtamento concurrere debent.
44 Legitimatus melioris conditionis non eſt, quàm ſit filius legitimus & naturalis, & contra patris teſtamentum ſuccedere non poteſt; niſi eſſet a patre præteritus.
45 Legitimus in minori portione, quā ſit legitima, inſtitutus, legitima dumtaxat ſupplementum petere poteſt.
47 Voluntas tacita & præſumpta ceſſat, vbi de expreſſa voluntate appatet.
Expreſſum facit ceſſare tacitum. ibidem.
48 Voluntas teſtatoris in dubio ſemper interpretari debet ſecundum id quod eſt magis veriſimile.
49 Verba teſtatoris vbi ſunt generalia, ad id quod eſt ueriſimile, reſtringi debent.
50 Veriſimilitudo natura cognata dicitur.
51 Legitimatus ab inteſtato patri in plus ſuccedere non poteſt, quàm ſit eius legitima; quando alij in teſtamento hæredes ſcripti fuerunt.
52 Legitima filij per quamcunque bonorum alienationem per hæredes factam, minui non poteſt.
53 Princeps abſq; cauſa ius ſubdito quæſitum auferre non poteſt etiam de poteſtatis plenitudine. & nu. 54.
Princeps eſt ſupra ius ciuile, & illud etiam ſine cauſa tollere poteſt. ibidem.
55 Cauſa iuſta in Principe non præſumitur, quando contra ſubditum non citatum procedit in his in quibus ſine cauſa ſubdito præiudicare non poteſt.
56 Princeps quando circa ea, quæ ſunt de iure gentium, reſcribit in eo iuſta cauſa non præſumitur.
57 Legitimatio an & quo caſu hæredib. ſcriptis, & in teſtamento ſubſtitutis non præiudicet.
58 Legitimatio contra teſtatoris diſpoſitionem facta non valet, quia teſtandi arbitrium defuncto tolleret, & qui non peccauit puniretur.
59 Legitimans fideicommiſſum per patrem legitimati factum ſubuertere nequit. & nu. 62.
60 Voluntas & patris prærdinatio ut filius legitimetur, an iuſta cauſa legitimandi filium dicatur.
61 Cauſa quæ principaliter vtilitatem publicam reſpicit, in filij legitimatione exprimi debet.
62 Limitata cauſa limitatum producit effectum.
63 Honeſtas, & ratio non permittit alicui præiudicium inferri.

CON-

CONSILIVM CLIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

DVO uidentur ſuper teſtamento ſer Andreæ de Simolis diſcutiēda. Primo quā portionem ſer Andreas Ioanniaurelio eius(ut in teſtamento aſſeritur)filio naturali legare potuerit. Secundo in caſu legitimationis ſecutæ, quæ portio ſibi relicta intelligaturus. Et
1 antequàm ad primam quæſtionem deueniamus, Præmittendum eſt, quòd ad hoc ut quis filius naturalis dicatur, ſitq; paternæ ſucceſſionis capax, requiritur quòd ex ſoluto & ſoluta natus ſit ita quòd inter eos matrimonium eſſe potuiſſet, & ex muliere diu in domo retenta, & habitu concubinę, quę ab uxore, parum diſtet, & quòd unica ſit concubina, ut probatur in §. ſi quis autem defunctus. in auth. quib. mod. natur. effi. ſui. & in l. 3. ff. de concubi. & ita inquit Spec. in §. 1. uerſi. Nunc de naturalium. de ſucceſ. ab inte. idem uoluit Io. And. in rub. qui filij ſint legi. in prin. in addi. ad Spec. & Signo. de homode. conſi. 221. Factum ſic ſe habet. ſequitur Abb. in c. innotuit. col. pe. uerſi. Si autem matrimonium. extra de electio. & eſt de mente Bar. in l. fi. ff. de concubi. & in l. fi. in prin. ff. de his quib. ut indi. Bal. conſi. 68. Pro ueritatis. uol. 5. per Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col. 14. ff. ad treb. Bal. conſ. 206. Caſus talis eſt. Quidam. A. uol. 3. & conſi. 129. Factū proponitur. col. 1. uer. Circa ſecundum. uol. 2. Alex. conſi. 60. Viſa legitimatione colum. 2. verſi. Sed præmiſſis non ob. uolu. 2. & conſ. 174. Super eo de quo quęritur. col. 2. uerſi. Conſtat autem. uol. 5. Corne. conſi. 9. Memini. col. 2. in prin. uerſi. Sed aduertendum eſt. uol. 4. Bertrand. conſi. 26. Et proceſſu. nu. 5. in fi. & num. 7. uol. 2. Deci. cōſi. 433. Viſa copia. col. pe. num. 14. tradit Ruy. conſi. 63. Quæritur utrum. col. 2. poſt prin. uerſi. Nec etiam ſunt naturales, uol. 2. & per Aymo. cōſ. 166. licet plurimi. col. 2. in fi. nu. 8. uerſi. Secundo principaliter. uol. 1. Et propterea
2 ex famula natus, quā nobilis ut famulam in domo propria in cibo, potu, & ueſtib. tractabat, naturalis filius non diceretur, quia requiritur, quòd mulier in ſecmate concubinæ ſociata fuerit in domo retenta, ut conſuluit Oldra. conſi. 196. Factum tale eſt. Quidam nobilis. in prin. Et ideo inquit Bal. conſi. 262. Recolo me conſuluiſſe. uol. 1. quòd pauci uere naturales ſunt, ob multa quę in legitimo cōcubinatu requiruntur, iſtis non concurrentibus ſpurij potius quàm naturales dicuntur, ut uoluit Corne. d. conſi. 9. cum concord. per Soci. iunio. relatis conſil. 120. Perſpectis his. col. 4. in prin. uerſi. Et pro euidentia. li. 2. Præmittendum eſt etiam, quòd filius natu-
3 ralis, ſiue ſpurius ſi de patris uoluntate legitimatur reſpectu portionis ſibi per patrem relictæ, legitimatus non uere dicitur, ſed diſpenſatus, ut communiter concludunt Doc. in c. cùm inhibitio. extra. de clande. deſpon. & in l. cùm ex oratione. ff. de excuſa. tuto. Corne. conſi. 33. In hac quidem. col. 3. in fi. uerſi. Item licet Papa. uol. 1. Veronen. caut. 114. Cautela eſt. & Deci. conſil. 264. Reuocatur in dubium. col. pe. uerſi. Nam longa differentia eſt. Quibus præmiſſis uenio ad primam quæſtionem, ſuper qua dicendum uidebatur, quòd quamuis de iure ciuili nihil Io. aurelio per ſer Andream legari potuiſſet, ex eo quòd ipſe Io. aurelius ex ſer Andrea tunc ſoluto & ex muliere cōiugata natus fuerit, & ſic ſpurius, & non naturalis dicitur, quo caſu nihil ſibi re-
4 linqui poteſt. auth. ex complexu. & ibi Bar. & Doc. C. de inceſt. nup. Et licet fortaſſe mulierem cōiugatam fuiſſe non probetur, conſtat tamen ipſam cū ſer Andrea non cohabitaſſe, imo in diuerſa domo, & ab eo ſeparata, & non tanquam concubina in eius domo retēta, ut requirebatur iuxta præmiſſa, quo caſu ſpurius eſſe dicitur. Abb. in c. tanta. col. pe. uerſi. Quidam ſunt filij ſpurij. extra qui filij ſint legi. poſt Bar. in d. l. fi. de his quib. ut indi. & dictum eſt. ſupra. Amplius inquit Alberi. in. l. filium diffinimus
5 in fi. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. quòd ſi quiſpiā extra domū cū aliqua muliere cōſuetudinē habuit naſcaturq; filius, ex eo tamen natus nō præſumitur niſi probaretur, quòd ea cum alio nemine conſueuiſſet, & ita ſe obtinuiſſe atteſtatur, eumq; refert & ſequitur Aleia. in tract. de præſump. in. 3. regu.
6 præſump. 37. num. 4. Cùm ergo ex ea non præſumatur natus, uel ſi ex eo natus præſumatur, dicitur tamen ſpurius, ideo ſibi nihil relinqui poteſt, cùm paternæ ſubſtantiæ beneficio ſit indignus, ut nec etiam ali à patre debeat ut eſt tex. in. d. auth. ex com-
7 plex. & ibi not. Bart. de iure enim ciuili tales ſpurij filij nominari non debent, ut habetur in. §. fi. in authen. quib. mod. natu. effic. ſui. ergo legatum ſibi re-
8 lictum non tenet, cùm inter viuos & ex teſtamento patris ſit incapax. dict. auth. ex complexu. Et in tantum hoc eſt uerum, quòd etiam a matre hæres in-
9 ſtitui non poteſt. l. ſi quæ illuſtris. C. ad orficia. & tradit Bal. conſi. 267. Ad euidentiam. col. 2. in fi. uerſi. Amplius ſciendum. uol. 1. & ſi quid palam ei relinquitur, uenientibus ab inteſtato, uel hæredi ſcripto remanet ſecundum Bar. in l. lucius. §. in teſtamento
10 de leg. 1. Nihilominus quia de iure canonico ſpurius alimentari poteſt, eiq; uſq; ad alimenta relinqui. ut eſt tex. in. c. cùm haberet. extr. de, eo qui dux. in matri. quam pollu. per adul. & tradit Deci. conſi. 311. In caſu propoſito. col. 2. in prin. num. 4. uerſi. Similiter non ob. Et conſequenter res quæ alimentorum loco ſuccedat, ſpurijs relinqui poteſt. l. ſancimus. C. de nupt. ita eleganter inquit Bart. in d. auth. ex complex. & in d. l. fi. de his quib. ut indi. & in l. Meuius. §. duobus. circa medium. de leg. 2. & Bar. in l. eam quam. C. de fideicom. & in d. auth. ex com-
11 plexu. ubi inquit quòd de æquitate canonica filij etiam ſpurij a patre alendi ſunt, & hæc eſt communis opi. ut atteſtatur & eam ſequitur Deci. in c. in præſentia. col. 14. in prin. ſub num. 33. uerſi. Tertio concluſio. extra de probatio. cum alijs de quibus per Gualden. in trac. de arte teſtan. caute. 14. Spurij. in decimotertio remedio. num. 13. in tit. de his qui non habent factio. teſta. dico legatum ſibi factum
12 ualere, ſed ſi ultra alimenta reperitur relictum non ualet in eo quod alimenta excedit, ut uolunt Cano. in d. c. cum haberet. Bal. in d. l. eam quam. colum. 9. in fi. ver. Pone dicit decretum. & uidetur tenere Bar. in d. l. fi. col. fi. verſ. Vnde modus. de his quib. ut ind. quem refert & ſequitur Capyci. in deciſ. 181. In cauſa Ioannis. num. 4. & in ſpecie tenet Calca. conſi. 62. Aggredienti mihi. colum. pen. verſi. Quarto tunc licitum eſt, & Soc. ſen. conſi. 2. Quoniam pleniſſimè. num. 5. uol. 4. cum multis concord. per Pariſi. relatis conſi. 80. Viſis codicillis. colum. fin. in prin. num. 51. ver. Et ad prædictorum corroborationem. vol. 2. Se-
13 cus ſi filius naturalis eſſet, & non ſpurius, quia nedū ſi ipſe in certa bonorum quantitate alimēta excedētium inſtitutus fuiſſet, uerum etiam in omnib. bonis inſtitutio ualeret, cū(vt hic) ſer Andreas abſq; prole deceſſerit, ut eſt tex. in auth. licet. in princ. C. de na-
14 tur. liber. Nec contra talem diſpoſitionem certæ quantitatis Io. Aurelius venire potuiſſet, vt pulchrè uoluit Alex. conſi. 74. Viſo proceſſu. ad fi. uol. 2. quē ſequitur Cur. ſen. conſi. 13. Statuto Ianuæ. colum. 5. in prin.

in prin.curſi.Spurius legitimatus.etiam ſi ipſe legi-
timatus eſſet ſecundum eum ibi.cùm ſine cauſa pa
15 tris teſtam entum a Comite Palatino ſubuerti ne-
queat,immo etiam a Principe.ut declarat Fely.in c.
quæ in eccleſiarum.col.8.in fi.num.36. uerſi. Ter-
tia concluſio. cum pluribus ſeq. & eſt communis
opi. ſecundum eum ibi num.44.extra de conſtitu.
16 In quo , niſi exprimatur, cauſa non præſumitur, ut
uoluit Iaſ. diſtinguendo in l. ſi teſtamentum. C.de
teſtam.& tradit Pariſi.conſi.12. Tranſactio.colum
na 18.in fi.numer.152.uerſi. Et uoluntas teſtatoris,
uolu.2.cum alijs per Aymo. relatis in tract.de anti-
qui.tempo.in 1.par.ſectione 1.num.29.uerſi.Mihi
magis placet.Et tanto magis quia ſer Andreas iuſ-
ſit Io.aurelium de prædictis ſibi relictis tacitum, &
contentum ſtare debere,& eum quicquā amplius
de bonis , & iuribus prædictis petere , vel habere
non poſſe,nec debere,quod ipſe teſtator facere po
17 tuit,cum ab inteſtato Io.aurelius in dicta hæredita
te uiuente D. Emilia teſtatoris coniuge ſuccedere
non potuiſſet, etiam ſi ipſe naturalis filius eſſet , ut
eſt tex.in §.diſcretis.uerſi.Si quis igitur habēs filios.
in auth.quib.mod.natu.effici.ſui.& ibi pulchre de-
clarat Ang. in uerſi. Vltima. & eſt tex.in d.auth.Li-
cet.§.huiuſmodi.& tradit Gui.pa.in deciſ. 280.Te-
tius coniugatus.num.2. Quod eſſet ſecus ſi legiti-
18 ma, uel aliqua portio ei ab inteſtato deberetur,
etiam quòd legatū agnouiſſet, ut not. tradit Alex.
conſi.8. Viſis ſubtiliſſimis.col.4.ad fi.num.25.uerſi.
Non etiam dicit.uolu.3.Pau. de Ca.conſi.73.Licet
iſta domina Liſa. quod eſt duplicatum conſi. 265.
uolu.1.in nouis.pulchre per Soci.ſenio. conſi.230.
Viſo teſtamento.col. 2.in prin. uerſi. Quarto dico.
uol. 2.& conſi.1.uol.4.cum aliis per Rube. Alexan.
relatis.conſi.43.Ex teſtamento.col.2.num.10. Ful-
go.conſi.83.Bonacurſius.Alex.conſi.69.Super pri-
mo.col.1.uerſi. Nec ob. ſi dicatur.uol.1.Iaſ. conſi.
centeſimo ſexageſimoſecundo.In cauſa contradi-
ctionis col.3.uerſi.Quarto princip. moueor. nu.3.
uol.2.Pariſi.conſi.45.Vidi teſtamentum.colu. 2.in
prin.uerſi.Quę concluſio.uol.2.Ruy.conſi.56.Quā
uis teſtator.col.2.num.8.uol.2.Grammati.in deciſ.
57.Iacobus.num.26.& Gualden.in tract.de arte te-
ſtan.caute.3.Si pater filiæ.in prin.de libe. inſt. cum
alijs concord.per Iaſ.relatis in l.omnimodo. col.1.
uerſi. Primo ſi pater.C.de inoffi.teſta.Nec refraga-
tur quòd Io. aurelius a ſer Andrea in teſtamento
19 nuncuperetur filius naturalis: Quia patris aſſertio ip-
ſum eſſe filium naturalem non probat.l.ſi pater.C.
de hære.inſti.l.uxorem.ff.de manu.teſtam.& l.epi-
ſtola.in prin.cum ſimili.ff. de pact.& conſuluit Ol-
dra.d.conſ.196.in prin. Quinimmo ex inſpectione
precum Io.aurelij legitimanti porrectarum proba
tur ipſum eſſe ſpurium, cùm in eis expoſuerit ipſū
ex quadam muliere per ſer Andream in eius domo
non retenta more concubinæ natum fuiſſe,ideo le
gatum ſibi relictum ſaltem uſque ad alimenta ua-
let, ut dictum eſt. Super ſecundo articulo & quę-
ſtione,ſuper qua pendent leges & prophetæ,dicen
dum uidebatur Io. aurelium in caſu ſecutæ legiti-
mationis totam ſer Andreę hæreditatem conſequi
poſſe,tàm ex ui uerborum teſtamenti,quàm etiā
ex coniectura ta mente teſtatoris, quæ multum at-
20 tendi debet,cùm coniecturæ manifeſtam diſponē-
tis uoluntatem oſtendant. glo. ſtim l. ſi tutor.C.
de pericu.tuto.& in l.eum proponeretur, de leg.2.
cum concord.Et moueor ex dictione,maiorē quā
titatem iuncto uerbo,de iure, quæ dictio ſtat com
21 paratiue,poſitiuumque præſupponit.l.ubi autem
non apparet.in prin. de uer.ob. Albe. de roſa.in l.
in mutuum damnus.§.mutui datio.colu.2.in fi. uerſi.

Item oppo. & ibi Iaſ.colu.al in prin.ff. ſi cer. pet.&
tradit Corne.conſi. 102.In cauſa licet uideatur. col.
2.num.1.uerſi.Et natura comparatiui.uol.1.Et cō-
22 paratiui natura eſt ad poſitiuum addere, ut uoluit
Bar.in l.legata inutiliter.1.in prin.de leg.1.& poſitiui
qualitatem non excludit ſecundum Bal.in l.2. col.
fi. circa medium, uerſi. Conſidera etiam hic. C.de
probatio.Sed in poſitiuo apparet ſer Andream am
plum legatum tam in bonis ſtabilibus,mobilibus,
& ſuppellectilibus,quàm etiam in uſu,& habitatio
ne domus ipſius teſtatoris Ioan. aurelio reliquiſ-
ſe , relinquens igitur per comparatiuum in caſu
ſecutæ legitimationis maiorem quantitatem, &
partem,quæ ſibi de iure deuenire poteſt,& poterit
vltra amplum particulare legatum, infertur quòd
totam hæreditatem relinquere noluerit, cùm illa
de iure legitimato filio debeatur non exiſtentibus
filijs legitimis & naturalibus,cùm ipſe pro legitime
23 nato habeatur,ut concludit Bar.& Doc.in l.ſi is qui
pro emptore.in 3.q.prin.col.10.in fi. uerſi. hīc quæ-
ritur circa prædicta.ff. de uſucap. & Alex. conſi.2.
Viſis codicillis.col.3. uerſi. Comprobatur quia le-
gitimatus.uol.1.Cùm ergo ſer Andreas uelit Io.au-
relium eam maiorem quantitatem , & partem ha-
bere.quę ſibi de iure debetur ex rationib. de quib.
in particulari legato,velle videtur , quòd totam hæ
reditatem habeat. Cùm de iure filio tota debeatur
24 hæreditas.l.ſcripto.ff.unde libe. & l.cùm ratio.ff.de
25 bon.damna. ex eo quòd prima cauſa liberorū eſt.
auth.in ſucceſſione.C.de ſuis & legi. & in corpore,
unde ſumitur.§.1.in auth.de hæredi.ab inteſta. cū
ſimi.Quod etiam in filio legitimato procedit ſecū-
dum Ancha.conſi.153.Punctus talis eſt. Quidā ha-
bens filios naturales.col.1. uerſi. Quo ad primum.
Et eo maxime quia in præcedenti relicto illud re-
linquere aſſeuerauit iure naturæ ; falcidię , uel
uel trebellianicæ , ſiue pro bonorum ſubſidio
aut uigore ſucceſſionis ab inteſtato. Cùm ergo
in caſu legitimationis maiorem quantitatē & par-
tem relinquat,quæ ſibi de iure uigore ſucceſſionis
ab inteſtato debetur,dicendum eſt, totam hæredi-
tatem relinquere,cum in totam hæreditatem & nō
26 in quotam ab inteſtato ſuccedere debeat , ut dictū
eſt,per d.l. ſcripto.& d.l. cùm ratio.& per tex. in d.
auth. in ſucceſſione.& in d. §.1. in auth.de hæredi.
27 ab inteſta.uerſi.Nec aduerſatur dictio,partem,quæ
legitimam tantum importare uidetur,quæ de iure
filio legitimo & naturali,ſeu legitimato debetur.l.
papinianus.§.quarta autem.ff.de inoffi. teſta.& au
then.nouiſſima.C.eo.& tradit Iaſ.in legitima filij le-
gitimati.in rub.ff.de libe.& poſthu. colu.3.in prin.
uerſi.Cōfirmatur quia legitimato. & in d.l.ſi is qui
pro emptore.colum.36.in fi.uerſi.Secundo quia le-
gitimatis.& Pariſi.conſ. 55.Iac. col. 1.num.3.uerſi.
Debetur enim.uol.3.uel ſaltem hæreditatis medie-
28 tatem. Cùm partis appellatione in dubio dimidia
intelligatur.ut eſt tex.in l. nomen filiarum. §. por-
tionis nomen.de uer.ſigni.& c. 2.in 1.reſpon. de de-
ci.lib.6.Quoniam reſpondetur ſecundum ſubiectā
29 materiam,& ſecundum quod portioni aliquid adij-
citur,intelligendum eſſe,ſi enim additur,portio ali-
qua,tunc pars minor, & minima ueniet. Abb.in c.
ſuper eo.in 2.not.num.3.de eo qui cogno, conſan-
gui,uxo,ſuæ.Alexand.in l.item quod labitur.§.ſed
ſi. in fi. appoſtillæ ad Bar.ff. de hæredi.inſti.& in l.ſi
quis in ſuo.ubi plene.C.de inoffi. teſta.& Cur. Ieni.
conſi.49.Memoriæ recolendæ, col.pe. in fi.nume.
96.uerſi.Vbi uolunt.cum alijs per Pariſ. relatis.con
ſi.7.De poteſtate.col.4.in fi.& ſeq.uol.2. & eſt glo.
in cle.1, in uer. aliqua. de ſoto compe.quam alle-
gat idem Pariſi.conſi.71.Simplex diuiſio.colu.pe.
num.

num.58.vol.3.cum infinitis iuribus per Tiraquel.
citatis in repeti. l.ſi unquam. in uerbo, omnia uel
partem aliquam.numer.24.uerſi.Mouentur maxi-
ma. C. de reuoc. donatio. de veritate tamen illius
glo.videndus eſt omnino Iaſ. in l.1. colu.2. in prin.
uerſi Tertio no. C. de pact.ſi autem adijciatur ma-
ior pars,nedum plus dimidia,ſed tota ueniet hære-
ditas, iuncto uerbo, quæ ſibi de iure deuenire po-
teſt,& poterit, cũ de iure tota ſibi debeatur,ut dixi
Nec inſtitutio poſtea ſequẽs refragatur, q̃a illa fa-
cta intelligitur,caſu quo Io.aurelius ſe lĩmari face
30 re nollet,ſeu nõ lĩmaretur,ut teſtm̃ ualeret,cũ ſine
hæredis inſtitutione teſtamentũ nõ ſubſiſtat,ut eſt
tex.in l.proximæ.ff.de his quæ in teſta. delen. & in
l. 1. §. ſubſtituere. & ibi Alex. in 2. not. de vulg. &
pup.& in §.ante hæredis. Inſti.de lega. Secuta uero
legitimatione Io. aurelij huiuſmodi inſtitutio re-
ſoluitur,& habetur perinde ac ſi facta non fuiſſet,
cùm ipſe in totam hæreditatem ut filius legitimus
& naturalis ab inteſtato ſuccedat ex patris diſpoſi-
tione uolentis ipſum Io.aurelium uel ante uel poſt
ipſius teſtatoris obitum legitimari: Prędictis tamẽ
non reſragantibus contrarium in caſu propoſito
uerius eſſe arbitror,& dico legitimæ ſupplementũ
tantum,& non totam Io.aurelio hæreditatem reli-
ctum fuiſſe;Nam clarum eſt,quòd particulare lega
tum bonorum ſtabilium Io. aurelio filio non legi-
timè nato iure inſtitutionis relictum fuit pro om-
ni eius legitima parte, uel portione ſibi debita,
vel per ipſum teſtatorem in bonis, iuribus, &
ipſius teſtatoris hæreditate debenda, iure natu-
ræ, falcidiæ, uel trebellianicæ, ſiue pro bono-
rum ſubſidio, aut vigore ab inteſtato ſucceſſio-
nis,ſeu pro ipſius Io.aurelij alimentis,ac quomodo
cunque,& qualitercunque, uel alia quauis ratione
uel cauſa,& quouis iure,modo, & uia. Clarum eſt
31 quoque,quòd Io.aurelio nulla debebatur legitima
cùm illa tantum legitimis & naturalibus debeatur
& non ſpurijs,ſiue naturalibus tantum, ut eſt tex.
& ibi not.Bal.in l.fi. C.de natura.libe. & ibi per A-
lex.d.conſi.74.ad fi.uolu.2.& Ang. in §. fi. in auth.
quib.mod.natu.effi.ſui.& eſt deciſ.delphi. ut habe-
tur per Gui.pa.in deciſ.fi. Si donatio. ſub num.4.&
per Alcia.in tract.de præſump. in 2. regu. in 2.præ-
ſump.num.6.verſi.Limitani iſtã opi. Nec alia por-
32 tio ſibi debebatur (etiam quòd filius naturalis eſ-
ſet)viuente ſer Andreæ teſtatoris uxore,ut dixi ſu-
pra in prima q.per tex.in d.auth. Licet.§.huiuſmo-
di.C.de natu.libe.Nec aliqua falcidia,ſeu trebellia-
nica debebatur,cùm ipſe hæres vniuerſalis inſtitu-
tus non fuerit, nec tot legata, quæ dodrantem ab-
ſorbeant, relicta fuerint,nec de teſtituendo graua-
tus fuerit,vt habetur toto tit. ff.& C. ad l. falci.& ad
treb. Minuſq́; aliquid ſibi pro bonorum ſubſidio
33 debebatur,cùm illud legitimæ loco ſuccedat.Iaſ.in
l.fi.col.2.verſi.Quinto limita. C.de repudi. hæredi.
& Soc.ſeni.conſi.150. Dominus labia noſtra & nos
introducere dignetur. col.8.in fi.verſ.Decimoquin
to eadem concluſio. ibi appellatus enim debitum.
vol.1.Quę legitima(vt dixi)ſibi non debebatur, nec
aliquid vigore ſucceſſionis ab inteſtato capere po-
34 terat,niſi filius naturalis fuiſſet. Eo .n. caſu ex teſta-
mento, uel alio inter uiuos contractu eius pater
non exiſtẽte ius legitima ſobole relinquere potuiſ-
ſet, ut inquit tex.in d.auth.Licet. in prin.Solũ enim
35 pater aliquid,quod loco alimentorum ſuccederet,
relinquere tenebatur,prout ſibi reliquit, ut habe-
tur in d.c.cum haberet. & ibi Doc. & tradit Bar. &
Doc.in d.auth.ex complexu.& diximus ſupra in 2.
q.Si ergo nec legitima,nec aliquid ab inteſtato ſibi
de iure debebatur,niſi pro alimentis,& legatũ par-
ticulare pro dictis alimentis ſibi relictum fuerit,
uera, & clara concluſio ſuccedit, quod ſibi poſt
modum legitimato legitima tantum computato
dicto particulari legato debetur, & ſic legiti-
mæ ſupplementum, & non vniuerſa hæreditas, &
hoc eſt q̃ teſtator aſſerere uoluit,dum inquit,quòd
idem Io.Aurelius vltra ſibi legata,& relicta, eã ma-
iorem quantitatem, & partem habeat de, & ſuper
bonis,& iuribus hæreditatis ipſius teſtatoris,quæ ſi
bi de iure in caſu legitimationis ex cauſis, & ratio-
nibus,de quibus ſupra,deuenire poteſt, & poterit,
36 ſed de iure illa maior pars in caſu legitimationis eſt
legitimę ſupplementum.ut eſt tex.in d.l.omnimo-
do.C. de inoffi.teſtam. ergo uniuerſa hæreditas nõ
debetur,ſi enim uult teſtator,q̃ ſuper bonis, & iuri
bus dictæ hæreditatis maiorem partem conſequa-
tur,dici non poteſt uoluiſſe Ioan.Aurelium totam
hæreditatem habere. Aliud eſt enim dicere totam
hæreditatem, & aliud dicere maiorem partẽ ſuper
hæreditate,& quæ in nomine diuerſa ſunt, idẽ non
37 ſunt.l.ſi idem.C.de eod.& l.a nullo.C. de feri.& tra-
dit Bal.conſi.194.Præmiſſis verbis.ad fi.verſi. Eſt &
38 alia.vo.2.Si enim voluiſſet Io. Aureliũ vniuerſam
habere hæreditatem, vtique expreſſiſſet, prout de
maiori parte ſuper hæreditate ipſius expreſſit.l.vni-
ca.§.ſin autem ad deficientis.C.de cad.tol. & c.1. §.
ſed neque.cum vulg.ext.de transla.Epiſc.Nec obſt.
quòd teſtator vſus fuerit verbo,maiorem quantita
tem,& partem,quæ ſibi de iure deuenire poteſt, &
poterit, q. d. q̃ de iure vniuerſa hæreditas deuenire
poteſt, cùm filius ſit, ergo non legitima tantum.
Quoniam reſpondetur, quòd illud verbum,maio-
rem quantitatem,& partem,quæ ſibi de iure deue-
nire poteſt,intelligitur reſpectu alterius partis prius
ſibi relictæ,& reſpectu ſupplementi ſibi legitimato
debiti.Quòd autem ſic intelligi debeat, ex infra di-
cendis clare etiam patebit. Ponamus enim q̃ ipſe
Io.Aurelius vere filius legitimus,& naturalis fuiſſet
eiuſq́; pater iure inſtitutionis aliquod particulare
legatum ſibi reliquiſſet, quod ad legitimã pro eius
legitima portione ſibi debita, vel debenda non a-
ſcenderet, iure naturæ, falcidiæ,trebellianicæ, ſiue
pro bonorum ſubſidio, aut vigore ſucceſſionis ab
inteſtato ſuper bonis, iuribus, & hæreditate ipſius
teſtatoris,iuſſiſſetq́; eum amplius quicquam de bo
nis,& hæreditate ipſius teſtatoris petere non poſſe,
39 quamuis hoc ultimum agere non potuiſſet, vt de-
cidit Alex.d.conſi.8.col.4.in fi.num.15.vol.3: cum
alijs ſupra in 1.q.allegatis.Deinde vltra legatum par
ticulare(eueniente aliquo caſu) eam maiorẽ quan
titatem,& partem ſibi relinqueret,quæ ſibi de iure
ſuper bonis; & iuribus ſuæ hæreditatis deuenire po
teſt,& poterit,ex cauſis, & rationibus de quibus in
legato particulari,inſtitutis tamen extraneis hæredi
bus, poſſetne dictus eius filius vltra dictum legatũ
prius ſibi relictum eueniente dicto caſu per teſtato-
rem expreſſo, vniuerſam hæreditatem conſequi?
certe non,ſed eius legitimæ dumtaxat ſupplemen-
tum,quæ tertia hæreditatis portio erit,ſi duo extra
nei hæredes uniuerſales inſtituti fuiſſent.d.l.omni-
modo.de inoffi.teſt. Nam ſi hæredes hæreditatem
adiuerunt,eamque appræhenderunt, amplius eſſe
hæredes deſinere nequeunt. Non enim quis alte-
40 rius facto hæreditate ſemel acquiſita priuari poteſt
l.paterfa.ff.de hæredi.inſti.& ibi Doc.Pau. Ca.con-
ſi.47.Vltra ea quæ.uol.2.in nouis.& tradit Io.dilec.
in tract.de arte teſtan.caute.4 Si pater inſtituit.de li
be.inſti.ſub num.2. Et facto hominis fieri non po-
teſt,ut qui ſemel hæres fuit,quandoque hæres eſſe
deſinat.l.ei qui ſoluendo.de hæredi.inſt. & habetur
per Doc.in l.in ſubſtitutione.de uulg.& pup.& tra-
dit

dit idē Io.dilec.in d.trac.caut.5.Si uxor. in princ.de
hæredi.insti.Si ergo iſte filius legitimus & naturalis
uniuerſam hæreditatem conſequi non poſſet, ſed
ſuę legitimæ ſupplementum dumtaxat, ut habetur
in d.l.omnimodo.non poterit etiam hic legitima-
42 tus filius. Cùm in plus legitimatus ſuccedere ne-
queat, quàm filius legitimus & naturalis poſſit,
arg.tex.ualde not.& ſolemnis.in §.Et quoniam.in
uerbo & non amplius .in auth.quib.mod.natu.ef
fi.ſui.quem tex.pro ſingu.allegat Bal.in c.per tuas
de maior.& obedi.quem refert & ſequitur Alex.
in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.col.fi.uerſi. Querit
etiam ibi Bal.num.59.ff.ad treb.cum aliis per Iaſ.
relatis in l.gallus.§.& quid ſi tantum.in 1.lect.col.
20.ad fi.uerſi.Septimo limita quia dato. de lib. &.
poſth.& in l.unica col.11.ad fi.uerſi.Item attende.
C. quando non pet.par.& Io.dilec.In d. trac.de ar
te teſtan. caut c.12.legitimę ſupplementum.col.fi.
num.5.de lib.&.inſti. & Decl.conſi.393.Conſului.
col.1.in fi.uerſi. Sed ad hoc reſpondetur. & plene
per Ruy. conſi.83. Videtur ex pluribus.col.4.ſub.
num.8. uerſi.Sed iſtis non ob.uol.3.Et ideo dixit
43 Soci. ſen.conſi.95.Nulli dubiū eſt.col.5.in fi.uerſ.
Confirmatur iſta opi.uol.4.quod legitimatus uir-
tute legitimationis debitam portionem illis non
auferret, qui ſecum in ſucceſſione ex teſtamento
concurrere debēt, puta ſi duo filii legitimi & natu
rales uniuerſales hæredes inſtituti ſint & hic natu
ralis legitimetur, legitimatus fratribus legitimis
eorum portionem auferre non poterit, ſed cum
eis pro æquali portione ſuccedet, & tertiam hęre
ditatis portionem habebit, idem eſt, ſi illi duo hę-
redes extranei fuiſſent. Nam ſicut filius legitimus
& naturalis eueniente caſu per teſtatorem expreſ-
ſo uniuerſam hæreditatem ſcriptis hæredibus au-
ferre non poſſet, ita concludendum eſt, hunc legi-
44 timatum minime poſſe, cum ipſe melioris con-
ditionis eſſe non dicatur quàm ſit filius legitimus
& naturalis, & legitimatus contra patris teſtamen-
tum ſuccedere nequeat, præſertim quando non
fuit a patre præteritus ut eſt gl.2. quam not.Bar.&
omnes in l.1.in prin.ff.de cōtratab. & eſt tex.quem
ponderat Bal.in l.fi.C.de natura.libe.& Roma.cō-
ſi.34.licet naturalis.cum alijs per Cur.ſenio.relatis
conſi.13.Statuto Ianuę.col.5.in prin.verſi.Spurius
legitimatus.& per Pari.cōſ.7.De poteſtate. col.2.
uol.2.& conſuluit Soc.Iuni.cōſi. 63.In caſu occur
renti.uo.2.At in caſu præſenti Io.aurelius non fuit
a patre præteritus, cùm ei iure inſtitutionis maior
portio, q̄ quæ ſibi de iure debetur, relicta fuerit, &
ſic legitimæ ſupplementum, ergo patris teſtamen
45 tum ſubuertere non poteſt: Nam ſicut filius legiti-
mus & naturalis ſi in minori portione, quàm ſit
legitima, inſtitutus fuit, patris teſtamentum an-
nullare non poteſt, ſed tantum legitimæ ſupplemē
tum petere.d.l.omnimodo. & §.cæterum.in auth.
ut cùm de appel. cogno. & not.Io.dilec.in d.trac.
de arte teſtan.caute.11.Exhæredationes.ſub num.
2.de libe.inſtituen.Ita pariter non poterit legitima-
tus, cùm hoc nedū in legitimo, ſed etiam in legiti-
46 mato procedit. Cum legitimatus a uero legitimis
nullo differat, ut declarat Iaſ.in d.rub. de libe. &
poſthu.col.2.ad fi.uerſi.Ego pro iſta communi.&
Roma.d. conſi.34.Nec legitimatio per Reuer.D.
Marcumantonium de Campegio Bononienſem
Epiſcopum Groſſetanum facta refragatur, ex cu-
ius priuilegijs hæredibus inſtitutis &, ſubſtitutis
præiudicare poſſe uidetur, & ſic cōtra expreſſam te
ſtatoris diſpoſitionem & uolūtatem uenire, etiam
quòd ipſi hæredes hæreditatem adiuerint, & eius
poſſeſſionem apprehenderint. Quoniam duob.
modis reſpōderi poſſe arbitror. Primò quia ſi rectè
legitimationis uerba penderentur, legitimans teſta
mētum ſubuertere nō intēdit, nec hæredib. aut ſub
ſtitutis ultra teſtatoris intētionem præiudiciū infer
re. Quod ex illis verbis manifeſtè probatur, dū aſſe-
ritur, voluntati dicti ſui patris inhærentes, & per eū
in dicto eius teſtamento diſpoſitis. Si.n.teſtatoris di
ſpoſitioni adhæret, teſtatorque diſponat Io. Aure-
liū eam maiorem partem & ratam per bonis & hę-
reditate ipſius habere, ad vniuerſam hæreditatem le
gitimare non dicitur, & ſic teſtatoris uoluntatem
ſubuertere, ſed ad illam tantū portionē, quæ ſibi in
caſu legitimationis de iure debetur, & ſic ad illud
ſupplementum legitimę tantum, quę ſibi ab inteſta
to obuenire debet. Nec refragantur illa conſequē-
tia verba, videlicet, ſi non fortè propter defectū no-
tarij de dicto teſtamento rogati expreſsè ſaltem taci
tè, quòd maiorem partem bonorum & hæreditatis
ipſius teſtatoris habeat quæ ſibi legitimando quo-
modocunque euenire poſſet, quaſi dicat, quòd le-
gitimans uelle uideatur, quòd ſaltem tacite, (licet ex
preſsè ex defectu notarij non appareat) teſtator vo-
luerit Io. Aurelium uniuerſam eius hæreditatem in
caſu ſubſecutæ legitimationis habere. Quia legiti-
mans teſtatoris intentionem tacitam interpretari
non poteſt, quando de eius expreſſa voluntate con
ſtat, & præſertim ubi tacita expreſsæ repugnaret.
47 Voluntas enim tacita & præſumpta ceſſare debet,
ubi de expreſſa uoluntate appatet, quia expreſſum
tacitum ceſſare facit.l.cum ex filio.§.filio.ubi gl. &
Doc.de uulg.& pup.l.ſi ita.de libe.& poſthum.l.cle-
mens patronus.ff.de hæred.inſt.Bal. conſil.472. In
cauſa prioris.colum.fi.uerſi. Dubitatur autem. uo-
lum.2.in l.in multis.circa fi.ff.de ſtat.homi.& in l.fi.
C.de dona.ante nup.Ita q̄ cùm teſtatoris uoluntas
circa relictum Io.Aurelio in caſu legitimationis fa-
48 ctum ſit clara, ut computato legato ſibi relicto legi
tima ſibi debeatur, fruſtra circa tacitam ſer Andreæ
teſtatoris uoluntatem laboramus, præcipuè quia a-
liter intelligenda eius expreſſa uoluntas tàm in reli-
cto Io.Aurelio facto in caſu legitimationis, quam
etiam in uniuerſalium hæredum & ſubſtitutorum
inſtitutione deſtrueretur. Et quamuis teſtatoris vo-
luntas in præſenti caſu dubia foret, quæ tamen ex
prædictis in fauorem hæredum & ſubſtitutorum
clariſſima oſtenditur, in caſu dubio ſecundum id,
quod magis uetiſimile eſt, interpretari debemus. re
gu.in obſcuris.de regu.iur.in 6 & l.ſemper in ſtipu-
49 lationibus.ff.eod.titu. Quinimmo ubi uerba teſta-
toris ſunt generalia, ad id quod eſt uerisimile, re-
ſtringi debent. Alexan.conſi.76. Viſo themate. co-
lum.1.uerſi.Sed his non obſtan.uolum.4.Veriſimi-
50 litudo enim naturæ cognata dicitur.Bal. conſi. 180.
Mortuo filio.uolum.3. & tradit Aymo. conſil. 75.
Accuſatur.colum.5.num.24. & conſil. 135. Verba
decreti.colum.8.ad fi.num.33.uerſi.Nouo interpre
tatio.uolum.1.Sed uerisimile non eſt, quòd ſer An-
dreas ſuccedente Io.Aurelij legitimatione voluerit
ſuum teſtamentum infringere, eiuſque hæredes in-
ſtitutos & ſubſtitutos hæreditate omnino priuare,
cùm expreſsè determinauerit, q̄ eius hæreditas &
bona ad ſubſtitutorum eorumque deſcendentium
commodum & utilitatē in perpetuum deuenirent:
51 Præterea ſi legitimationis uerba rectè animaduer-
tantur, ibi decernentes q̄ tu Ioannes Aurelij uigore
& tenore præſentium ſuccedas & ſuccedere ualeas
in bonis & hæreditate d.q.ſer Andreæ tui patris &c.
& tam ex teſtamento quàm ab inteſtato &c. nemo
erit, qui Io. Aurelium contra expreſſam teſtatoris
diſpoſitionem legitimatum fuiſſe aſſeueret, immo
legitimatum fuiſſe fatebitur, ut ex teſtamento in bo

nis &

nis.& hæreditate dicti ſer Andreæ ſuccedat, uidelicet in legitimæ ſupplemento in caſu legitimationis ſecutæ exiſtentibus extraneis hæredibus. Et ſi dici-
51 mus, quod ab inteſtato ſuccedere ualeat, ſimiliter in plus, quàm ſit eius legitima computato legato ſibi prius facto, ſuccedere non poterit, cùm ab inteſtato legitima tantum extantibus alijs hęredibus extraneis, uel ſuis ſibi debeatur, cùm minus ſibi relinqui nequeat, nec in ea grauari. d.l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. & ibi doc. C. de inof. teſt. Nec illa verba legitimationis ſubſequentia, uidelicet adita hæreditate, uel non adita, appræhenſa, vel non appræhenſa &c. hæredibus. & ſubſtitutis obeſſe poſſunt. Quoniam illa intelliguntur quo ad Io. Aurelij petitionem, quamuis enim adita, & appræhenſa fuerit hæreditas, nonnullaq; dictæ hæreditatis bona per hæredes alienata fuerint, Ioanni Aurelio non præiudicat, nec obeſſe poteſt, ut in illa maiori parte ſuccedere nequeat, quæ ſibi de iure deuenire debet, & ſic in legitimæ ſupplemento, quia in damnũ hæredum alienata cedent, cùm illorum alienatorũ ratio in conſignatione ſupplementi legitimæ haberi debeat, legitimaq; tam bonorum exiſtentium, quàm alienatorum debetur, cùm illa per quancunque alienationem, & inter uiuos donationem minui nequeat. ut declarat Aymo conſi. 141. Iacobus. col. 1.
52 in fi. nu. 4. & nu. 5. & conſi. 165. Super puncto. col. 1. uer. Itaque. nu. 5. uol. 1. Secundo reſpondetur, poſito quod Io. Aurelius contra teſtatoris diſpoſitionẽ ex auctoritate, & facultate per Imperiale Pontificiũ que priuilegium Epiſcopo Groſſetano conceſſa legitimatus fuiſſet, dicimus hoc priuilegium non ualere, nec hęredibus inſtitutis obeſſe, quia iam per plurimos annos ante huiuſmodi legitimationem hæreditatem ex teſtamento ſer Andreæ adiuerũt, poſſeſſionemq; adepti fuerunt. Nam certiſſimi iuris
53 eſt, quod Princeps non poteſt ſubdito abſque cauſa & de poteſtatis plenitudine ius per actum iuris ciuilis quæſitum puta per aditionem hæreditatis auferre ſecundum communem opi. Cano. in c. quæ in eccleſiarum. & ibi Fel. in 8. col. ad fi. nu. 36. ueri. Tertia concluſio. & ibi Dec. col. 10. nu. 31. uer. Secunda cõcluſio. ext. de conſt. gl. & doc. in l. fi. C. ſi contra ius, vel util. pub. Alex. d. conſi. 2. col. 5. poſt princ. nu. 45. uer. Sed ſi eſſet adita. uol. 1. Bar. & communiter doc. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi Iaſ. poſt alios. col. 22. in princ. uer. Secunda principalis concluſio. in 1. lect. & col. 14. uer. Secunda concluſio eſt quod legitimatus. in 2. lect. ff. de lib. & poſth. Soc. ſen. cõſil. 120. Memini. col. 6. uerſi. Aliquando, & ſecundo. uolum. 3. & conſil. 273. In præſenti conſultatione. col. pen. uer. Secundo reſpondetur. uol. 2. cum alijs de quibus per Aymo. conſi. 7. Eynimondus. col. 3. in fi. nu. 10. uol. 1. Et ideo dixit idem Aymo. conſil. 103. Viſis multiplicibus. nu. 3. conſil. 135. Verba decreti. colum. 4. num. 20. uer. Secundo probari uidetur. & conſi. 172. Venerabilis. colum. 4. uerſic. Princeps non poteſt. cod. lib. 1. Quòd Princeps abſq; cã
54 de poteſtatis plenitudine dominium mediante iuris ciuilis miniſterio quæſitum auferre non poteſt. Quia quamuis acquirendi modus de iure ciuili ſit, & Princeps ſit ſupra ius ciuile, illudq; etiam ſine cã tollere poſſit. l. Princeps. ff. de legi. & l. digna uox. C. cod. ipſe tamen acquiſitionis, ſeu dominij effectus eſt de iure gentium. l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. & hæc eſt magis commu. opi. vt atteſtatur Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore. col. 54. & col. 56. cum alijs abunde per Aymo. relatis. d. conſ. 172. in d. uer. Princeps non poteſt. & Soc. iun. d. conſi. 120. Perſpectis. co-
55 lum. 6. num. 31. uerſi. Ad ſecundam reſponſionem. uolum. 2. Et quando Princeps contra ſubditum nõ citatum procedit in his, in quibus de poteſtatis plenitudine ſubdito ſine cauſa præiudicare nõ poteſt, ut dixi, in eo iuſta cauſa non præſumitur. Abb. in c. 1. ext. de cau. poſſ. & propr. Soc. ſen. conſil. 164. Viſa bulla. columna quarta in fi. uerſicu. Amplius dico. uolum. 2. Dec. conſi. 544. Sereniſſimus. colum. pen.
56 num. 28. & Gozad conſil. 26 colum. 7. circa mediũ. Præterea quando circa ea reſcribit, quæ de iure gentium ſunt, puta cõtra alicuius teſtamentum, quod eſt de iure gentium (quia eo ipſo quod gentes eſſe cæperunt, de eorum bonis in teſtamento diſponebãt, ut de antiquis patribus in ueteri teſtamẽto legitur, ita inquit Bar. in l. interdum. de cond. & demonſt. & in rub. ff. de acq hæred. & Alex. d. conſi. 2. colum. 2. num. 20. uerſi. Nam teſtamentum fuit. uol. 1.) & quũ hæreditas uirtute illius teſtamenti adita fuit. & appræhenſa poſſeſſio, & ſic circa dominiũ tertij, in eo iuſta cauſa non præſumitur. Iaſ. in l. quominus. in 3. not. ff. de flumi. & in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. & Dec. conſ. 602. Viſo puncto tranſmiſſo. columna 4. num. 16. & num. 17. in ult. par. Cum ergo in caſu
57 propoſito Io. Aurelius poſt aditam hæreditatem, poſſeſſionemq; per heredes in teſtamento ſcriptos appræhenſam, nulla ſubſiſtente cauſa, ipſiſq; non citatis, legitimatus fuerit, ergo legitimatio nulla. & ſicuti inualida non præiudicat, nec dictis hæredibus in teſtamento ſcriptis, & conſequenter eorum ſubſtitutis præiudicare poteſt. ut concludit Dec. conſi. 367. Viſo puncto. colu. fi. in fin. Et propterea inquit
58 Bald. conſil. 17. Super legitimatione Michaelis. colum. 1. ad fi. verſic. Tertio quia aliter. uolu. 4. quem refert, & ſequitur Soc. conſil. 343. Viſo conſilio. colum. 1. in fi. Quòd ſi huiuſmodi legitimatio locum haberet, teſtandi arbitrium defuncto tolleretur, & puniretur, qui non peccauit, quia defunctus teſtator eius bona ad hæredem ſcriptum, & non ad Ioã. Aurelium, quem ab eius hæreditate excluſum eſſe ſciebat, deuenire uoluit. cum ergo ſer Andreas condito teſtamẽto iamdudum mortuus eſſet, teſtamẽtumq; eius effectum habuerit, huiuſmodi teſtamẽtum contra uoluntatem teſtatoriſq; diſpoſitionem nõ debet, neq; retractari poteſt. niſi in ea parte, quę ſibi de iure obuenire debet, prout idẽ ſer Andreas teſtator eodem teſtamento diſpoſuit, & ſic Io. Aurelius legitimam tñ, quæ ſibi de iure debetur, computato tamen particulari legato ſibi relicto, & non uniuerſam hæreditatem, conſequi debet. Nec fidei-
59 commiſſum quoque ſubuertere poteſt, ut copioſe conſuluit Alex. conſi. 67. Cõſideratis his. col. 2. poſt med. uer. Nunc uero ad ſecundum. uol. 1. Nec dicatur quod de cauſa ſatis apparet, ex eo quod ſer Andreas in eius teſtõ Io. Aurelium legitimari præordinauerit,
60 quæ præordinatio, patriſq; voluntas iuſta cauſa dicitur: doc. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Bald. in l. reſcripta. in 3. q. uerſ. Ex prædictis apparet. C. de precib. impera. offe. Soc. ſen. d. conſi. 128. col. 7. uer. Aliquando, & tertio. uolum. 3. cum aljis de quibus per Gozad. conſi 6. Prima facie. colum. 5. num. 37. uerſic. Quarto quando. & conſil. 29. Videtur prima facie. col. 6. in princ. num. 27. uerſicul. Non obſtant alle gata. & late congeſſit Aymo. in tract. de antiq. tempo. in 1. par. lectione prima. num. 59. uerſic. De uoluntate autem patris. Quoniam reſpondetur hoc quo ad legitimationem ſimpliciter faciendam, & abſque alicuius citatione procedere. ita declarat Bar. in d. §. & quid ſi tantum. colum. fi. uerſic. Quandoque ipſe filius. & nullo per patrem condito teſtamẽto, ſecus ubi diſpenſatio fieret, prout in præſenti caſu, ut ſupra in ſecundo euidentiali diximus. & declarat Soc. iun. d. conſil. 120. columna quarta in princ. num. 17. uerſi. Et pro euidentia. uolum. ſecundo. &

circa ea fieret, quæ ius gentium, uoluntatemque teſtatoris contrariam concernunt, hoc enim caſu illa ſimplex patris voluntas non ſufficit, ſed hæredũ. ſubſtitutorumque citatio requiritur, & quòd expri
61 matur cauſa, quæ principaliter utilitatem publicũ reſpiciat, ut uoluit Oldra. conſi. 224. Iſtæ ſunt allegationes. col. 7. Bar. in l. quacunque. C. de fid. inſtru. lib. 10. cum concord. per Aymo. relatis d. conſi. 35. Verba decreti. col. 4. in fi. num. 21. uerſi. Et ſi dicas. & conſi. 5. Tria ſunt. colu. 2. nu. 4. uerſi. Et quando Princeps. uol. 1. & in d. tract. de antiqu. tẽpo. in 1. par. ſectione 1. col. 19. in fi. num. 51. uerſi. Quid dicendũ. & Soc. Iuni. d. conſi. 120. col. 5. num. 27. & col. pe. in prin. uerſi. Et cauſa ſola. & conſ. 65. Pręallegato. vol. 2. ubi conſuluit Principem non poſſe expreſſam teſtatoris uoluntatem tollere; At in caſu propoſito nulla principaliter, nec ſecundario uertitur publica utilitas, ſed priuata tantum, ſeu particularis Ioannis aurelij, ergo &c. Pręterea teſtatoris voluntas eſt ad maiorem partem limitata, quæ de iure ſibi legitimato debetur, ergo ad vniuerſam hæreditatem nõ
62 extenditur. Limitata enim cauſa limitatum producit effectum. uulg. l. oe in agris. ff. de acqui. rer. domi. & l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. delen. cũ ſimi. ſi limitata eſt, ergo voluntas illa non eſt hæredibus inſtitutis vniuerſam hæreditatem auferendi iuſta cauſa, immo iniquiſſima eſt, & cõtra expreſſam teſtatoris voluntatem, ſi enim voluiſſet teſtator illã maiorem partem ad vniuerſam hæreditatem extendi debere, vtique expreſſiſſet. d. l. vnica §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. tol. & non dixiſſet, quòd maiorem partem relinquebat, quæ ſibi de iure deuenire deberet, ſed cum hæredem vniuerſalem inſtituiſſet, & non eius vxorem & ſororem, quas in teſtamẽto hæredes vniuerſales inſtituit. ergo &c. Amplius dico legitimantem poteſtatem non habuiſſe Io. aurelium ad vniuerſam hæreditatem in præiudicium hęredum inſtitutorum & ſubſtitutorum legitimandi, vt eius priuilegij uerba demonſtrant, ibi, Hæc autem omnia & ſingula facimus &c. de ratione & moderamine cuiuſcunque actus faciendi, & honeſtate per uos habenda conſiſi. De quibus uerbis etiam mentionem fecit Soci. Iuni. d. conſ. 120. col. 6. poſt prin. num. 30. uerſi. Et imprimis dum dicebatur. & Pariſi. abunde. d. conſi. 12. num. 178. uſque ad numer. 206. uol. 2. Honeſtas enim & ratio
63 alicui præiudicium inferri non permittit, immo unicuique ius ſuum tribui, ergo &c. Et ex his concludo Io. aurelium in caſu d. legitimationis conſequi non poſſe, niſi tertiam partem bonorum hęreditatis ſer Andreæ, computato legato ſibi eodẽ teſtamento relicto, non obſtante legitimatione de vniuerſa hæreditate ſibi facta, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego Matthæus Brunus I. C. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dęi & glorioſiſſimæ virginis matris Mariæ amen.

CONSILIVM CLV.

SVMMARIVM.

1 *Pignus loco primi inuito creditore aliud ſubrogari poteſt.*
2 *Pignora ſi penes hebreum non reperiuntur, in libroque hebrei ſcriptum eſt, fu riſcoſto, hebreus illa aliter reſtituere non tenetur.*
3 *Iudęi contra chriſtianum teſtes eſſe non poſſunt.*
4 *Pignora ſi penes debitorem reperiuntur, per creditorem repeti non poſſunt.*
5 *Teſtis ſi alteri teſti contrarius eſt, neutri creditur.*
6 *Stilus eſt quid facti.*
Facta non præſumuntur, niſi probentur. ibidem.
7 *Probationes plene in cauſa ſola facti veritate inſpecta requiruntur, ſicut in ordinario iudicio,*

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur puto D. Victoriam Catanea ab executione per Leonardum Matthiolum petita abſoluendam eſſe per vulg. regulã l. qui accuſare. cum vulg. C. de eden. Quod demõſtrari poſſe, videtur per inſpectionẽ libri hæbrei, in quo Herculis a curru partitæ deſcriptæ fuerunt, quibus libris, vt fatetur Leonardus; plena fides adhibetur. In libro .n. apparet loco primi pignoris, argenteas pateras cum quibuſdam perlis fuiſſe ſubrogatas, qd & hæbreo creditore inuito fieri potuit, ut not.
1 voluit glo. in l. ſi titio. ff. de pignori. quam pro ſingu. allegat Cremen. in ſing. 54. Quæritur ſi penes. & tenet Neguſan. in tract. de pignori. in primo mẽb. tertiæ par. numero 21. uerſi. Item adde quòd debitor. ubi inquiunt debitorem inuito hæbreo creditore pignus æque idoneum ſubrogare poſſe: Cùm ergo in libro appareat pateras cũ perlis loco prioris pignoris ſubrogatas fuiſſe, illaſque Herculis partitę deſcriptas fuiſſe, ibiq; ſcriptum reperiri, priora pignora exacta fuiſſe, concludendum eſt, D. Victorem fideiuſſorem nullo pacto pro priori pignore moleſtari poſſe, & tanto minus, cùm priora pignora ad præſens penes Leonardum ea petentem reperiantur, illaq; ab Hercule debitore principali habuiſſe, cùm iam Herculis computa cum hębreo ſaldata fuerint, ut ipſe Iudęus hoc idem fatetur. Qui nimmo ſi pignora non reperirentur, in libroq; iu-
2 dęi ſcriptum appareret, fu riſcoſto, prout in eo apparet, non tenetur hæbreus illa pignoranti aliter reſtituere, ut eleganter ſcribit Pau. Ca. conſ. 379. Conſiderandum eſt. & conſi. 380. Videtur, quòd dictus Iudęus. uol. 2. in nouis. Nec eſt uerum quòd Leonardus priora pignora a Iudęo in comodatum habuerit, ut hæbręus deponere uidetur, quia eius de-
3 poſitioni cõtra Chriſtianum non ſtatur, ut eſt text. in c. iudęi. & ibi plene per Fely. extra de teſti. & ita deciſum fuit, ut atteſtatur Afflic. in deciſione ducẽteſima decima quarta. Quidã iudęi. Pariſ. de Puteo in tract. de ſindi. in verbo Teſtis. il. 1. uerſi. Fui ſemel rogatus. & Aymo. conſi. 73. Dicendum uideretur. in prin. & eo maxime quia in libro iudęi aliter ſcriptum reperitur, quàm in eius depoſitione aſſeueretur, & magis libro, quàm eius depoſitioni ſtatur, cũ libro plena fides adhibeatur, ut dixi; tum ex aduerſarij confeſſione, tùm ex priuilegio apoſtolico hæbreis conceſſo; ſtandum eſt ergo ſcripturæ libri, quę priora pignora exacta fuiſſe declarat, ideo Leonardus illa denuo petere non poteſt, cùm ea penes ſe habet, unde ei obſtat exceptio, doſo petere facis, quod intus habes. Præterea ſi iudęo crederetur pignora illa Leonardo commodaſſe, ſequeretur q̃ illa ab eo repetere poſſet, quod dicendum non eſt, cùm iam appareat partitam cancellatam fuiſſe, cõputaq; inter ipſum, & debitorem ſaldata fuiſſe, ut dictum eſt ſupra: Et ubi pignora penes debitorem
4 reperiuntur, creditor ad ea regreſſum habere non poteſt, ex quo ius pignoris per ipſum debitori remiſſum cenſetur, vt tenet Ray. & Alberi. in l. labeo, iuncta l. poſtquam. ff. de pact. ſequitur Neguſan. in tract. de pignori. in tertio membro ſextæ partis. numero vigeſimo. uerſi. Aduerte tamen. præſertim quando creditor ex alio pignore tutus eſt, ut erat in caſu propoſito. Nec Hæbrei teſtimo-

ſtimonium ex depoſitione Chriſtiani hoc caſu
adiuuari poteſt, ex quo Chriſtianus ſuper hac re-
ſtitutione non deponit, nec uerbum ullum
quidem de commodato, uel ſubrogatione. Im-
mo ſi Iudæus contra Dominam Victoriam in
aliquo fidem faceret, teſtis Chriſtianus Hæbrei di-
cto contrarius eſſet, dum deponit illa pignora a Iu-
dæo habuiſſe anno 1549. uel in principio anni 1550
& nihilominus per Leonardi articulos apparet, ul-
tima pignora de anno 1544. ſubrogata fuiſſe, & Hæ-
breus deponit poſt ſubrogationem illam nunquã
5 pignora illa rehabuiſſe, ergo dicto Chriſtiani con-
trarius eſt, ergo neutri creditur. Io. And. & ibi com-
muniter doct. poſt eum in c. in noſtra. extr. de teſti.
Alexand. conſil. 53. In cauſa & lite. columna ſecun-
da. in fi. num. 10. uerſic. Nec ad hoc obſt. & conſilio
127. Viſo proceſſu. columna fi. num. 8. uerſi. Repe-
rio etiam. uolum. 7. Amplius dico, quòd in libro Iu
dæi de priorum pignorum ſubrogatione nulla eſt
facta mentio, ſed de pateris tantum pignoratis, &
de aliorum pignorum exactione, unde inferri non
poteſt, quòd per illorum pignorum exactionem
pateræ ſubrogatæ fuerint, cùm in libro nullum de
ſubrogatione uerbum ſcriptum fuerit. Vlterius Iu
dæo non creditur, quòd Hebreorum ſtilus ita ſe ha
beat, niſi per alios teſtes, vel ſcripturas de huiuſmo-
di ſtilo probetur, quod minime probatum fuit. Sti-
6 lus enim eſt quid facti. Pariſi. conſi. 168. Et ſi iudi-
cis. columna ſecunda. num. 15. verſi. Nec alia cauſa.
vol. 4. Et facta non præſumuntur, niſi probentur. l.
in bello. §. factæ autem. ff. de poſtli. reuer. cum vul-
7 ga. Nec refragatur, quòd hæc cauſa ſola facti uerita-
te inſpecta terminari debeat iuxta reſcriptum pro-
ductum. Quia in huiuſmodi cauſa etiã plenæ pro-
bationes, prout in ordinario iudicio requiruntur,
ut conſuluit Soc. iun. conſi. 7. in præmiſſa conſulta-
tione. col. fi. in fi. uol. 1. quod nec plene, neque ſemi
plene probatum fuit, ergo &c. Et ex his firma rema
net concluſio Do. Victoriam a petitis per Leonar-
dum abſolui debere cum expenſarum uictoria. Et
ita concludendum cenſeo ego Matthæus Brunus
Iuriſcon. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei,
ac glorioſiſſimæ Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio mercedis, vt conductori per locatorem fieri poſſit, talem fuiſſe ſterilitatem requiritur, quòd conductor vltra dimidiam ſolutionis afflictus in damno remaneat.*
2 *Remiſſio mercedis afflictus peti non poteſt, quando tempore contractus de euidenti damno ob illius temporis ſterilitatem apparere poteſt.*
3 *Sterilitas culpa, & defectu conducentis obueniens penſionis remiſſionem impedit.*
4 *Sterilitas quando conſueta eſt, penſio non remittitur.*
5 *Renuncians ſterilitati cum iuramento ad penſionis remiſſionem non admittitur.*
Clauſula, renuncians omnibus exceptionibus, omniq; legum & iuris auxilio, quid operetur. ibi.

CONSILIVM CLVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa & lite per R. Do. Bernardum Iu-
ſtum a Colle mota contra Franciſcum,
Cardonium de Monteflorum non vide
tur inſiſtẽdum eſſe, cùm communis ſit
1 doct. concluſio ꝙ ad hoc, vt conductori per locato
rem remiſſio fieri debeat, talem fuiſſe ſterilitatem
requiritur, quòd conductor vltra precij, & afflictus
ſolutionis dimidiam in damno remaneat, ut uoluit
Bar. in l. licet. C. loca. quam opi. ſequitur Abb. in c.
propter ſterilitatem. col. pen. in fi, ſub nu. 13. ibi. Et
ideo alia opinio Bar. ext. eo. eam com. inquit Aret.
conſi. 52. Viſa conſultatione. col. 1. & ſequitur Go-
zad. conſi. 74. Vt ordinarie. in prin. & col. 2. in princ.
ſed in caſu propoſito Cardonius nedum non in di-
midia, ſed nec etiam in tertia penſionis parte atten-
to frumenti ualore, omniumq; fructuum in rebus
locatis recollectorũ damnificatus fuit, ideo per lo-
catorem nulla ei remiſſio fieri debet. Præterea po-
ſito ſine ueri præiudicio, ꝙ in primo locationis an-
no talis fuiſſet ſterilitas, ita ꝙ per locatorem reſtau-
rum fieri debuiſſet, dico ꝙ nullo pacto præſuppoſi
ta etiam dicta ſterilitate fieri debet. Nam clarum eſt
2 ꝙ quando contractus tempore de euidenti damno
ob illius temporis ſterilitatem conſtare, & appare-
re poteſt, remiſſio peti non poteſt, conductori .n.
imputandum eſt, qui temporis, & fructuum condi
tionem ſciuit, vel ſcire debuit. arg. l. qui bona. §. de il
lo. ff. de dam. infect. Imo. in d. c. propter ſterilitatem
& uoluit Bal. conſi. 329. Caſus talis eſt, quidam Ni-
colaus. columna fi. num. 4. uer. Quæritur quid iuris.
uol. 1. idem firmat Pet. de Vbal. in trac. de duob. fra-
trib. par. 11. q. 37. uerſ. Quandoq; colonus allegat. &
ſequitur Gozad. d. conſi. 74. col. 1. ver. Quarto vt in-
telligo. ſed in præſenti caſu Cardonius conductor
tempore contractus, qui de menſe Iunij celebratus
fuit, tempore quo frumẽta apparebant, & iam ſub
falce reperiebantur, notitiam habebat, ueriſimili-
terq; illius anni ſterilitatem cognoſcere poterat, er-
3 go penſionis remiſſio ſibi facienda non eſt, & tan-
to minus quia ex ipſius conductoris culpa mala ſe-
mina tradentis, ut Hieronymus de Montale teſtis
pro ſui parte examinatus deponit, huiuſmodi ſteri-
litas proceſſit, quo caſu nulla ſibi venit facienda re-
miſſio. ut eſt tex. a cõtrario ſenſu in d. c. propter ſte-
rilitatem. ibi ſine culpa. & no. per gl. in l. ſi uno. §. cũ
quidam. in uerbo, remiſſio. ff. loca. Præterea huiuſ-
modi ſterilitas his partib. a plurimis annis citra con
ſueta eſt, ut notorium eſt, quod probatione non in
4 diget. & ubi ſterilitas eſt conſueta, remiſſio fieri nõ
debet, ut inquit Pet. de Vbal. in d. uer. Quandoq; co
lonus. Vlterius dato etiam ꝙ maxima fuiſſet ſterili
tas, maximumque detrimentum conductor paſſus
fuiſſet, dico nullum reſtaurum ſibi per locatorem
5 faciendum eſſe, ex eo ꝙ ipſe huiuſmodi ſterilitatis
remiſſioni cum iuramento renunciauit, vt in loca-
tionis inſtrumento legitur, ipſe enim cõductor om
nibus exceptionibus ſibi competentibus, omnique
legum, & iuris auxilio &c. renunciauit, quæ clauſu-
la ſingulariter operatur, quòd etiam ſimplici con-
ductori, ſiue ob ſterilitatem, ſiue ob alium quem-
cunque caſum non ſit remiſſio, quæ de iure fieri de
beret. ita dixit Alberi. in l. item quæritur. §. exercitu.
ff. locat. ubi refert ita coram Pergomenſi collegio
obtinuiſſe. & idem tenet in d. l. licet. in fi. ſequitur Ia
ſon in l. prima. columna quarta. in fi. uerſi. Limitat
tamen quatuor modis. & columna uigeſimatertia
in fin. uerſicul. Per iſta remanet defenſata. C. de iu-
reemphi. idem ſequitur Capyc. in deciſione octua-
geſimaſeptima. In cauſa magnifici Baronis. cir-
ca finem. numero decimo. & in deciſione ſequen.
numero primo. cum multis concordantibus per
Gozadinum relatis conſilio quinquageſimotertio.
Ioan. Turchus. columna ſecunda. in princip. uer-
ſicul. Præterea pondero. conſil. ſexageſimonono.

Videtur primo.columna tertia.in fine.numero ui
geſimo.& conſ.octuageſimoſeptimo.Prima facie.
columna tertia. numero decimotertio. uerſicul.
Quinto ex quo. Et ſic per prædicta ſatis conſtat nul
lam Cardonio conductori per Dominum Bernar-
dum locatorem remiſſionem eſſe faciendam. Et
ita de iure concludendum, & reſpondendum cen-
ſeo ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Ariminen. ad
laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virgi
nis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filio legitimato, nec denegari, nec auferri poteſt.*
2 *Legitimatus dicitur in legitima creditor, ſeu quaſi creditor.*
3 *Legitimatus titulum lucratiuum in legitima habere non dicitur.*
4 *Legitima iure naturæ filio debita eſſe dicitur, & nu. 5.*
Legitima quibus modis appelletur.ibi.
5 *Pater filio legitimam auferre non poteſt etiam ſi Deo dare vellet.*
Legitima filio omni iure debetur. ibi.
6 *Pater filio vltra legitimam relinquere non tenetur.*
7 *Hæreditas patris eo viuente nedum filio debita non dicitur, ſed nec etiam poſt obitum patris, ſed quaſi debita dicitur.*
Filius in hæreditate patris ipſo viuente ius conſiderabile etiã ſpe legitima habere non dicitur.
8 *Filius paterna hæreditate priuatus non dicitur vere damnum pati.*
9 *Pater filium bonis ſuis ſine cauſa, excepta legitima, priuare poteſt.*
10 *Legitima filio per patrem titulo inſtitutionis de iure ciuili relinqui debet, ſecus de iure canonico. & nu. 11.*
11 *Pater de iure canonico legitimam filio iure inſtitutionis relinquere non tenetur.*
Condictio ex lege ad legitimam petendam filio datur. ibi.
12 *Legitima portionis hæreditatis quota dicitur, quam filius ab inteſtato habiturus eſt.*
13 *Legitima ſolum his debetur, qui ab inteſtato ſuccedunt.*
14 *Teſtator in dubio velle præſumitur id quod lex diſponit.*
15 *Dictio, ratam, quid ſignificet.*
16 *Filius ſi matri relinquit, quod iuris neceſſitate ſibi debebatur, mater plus quàm ſit legitima, conſequi non poteſt.*
17 *Ex diuerſis non fit bona illatio.*
18 *Imputandum eſt in legitima omne quod de bonis eius habetur, qui legitimam relinquere tenetur.*
19 *Partis appellatione erga filium prolata, legitimam importare dicitur.*
20 *Dictio, vltra, eſt incluſiua.*

CONSILIVM CLVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRO vera reſolutione eorum quæ ad-
uerſus ſer Io.Ludouicum,& Iacobum
de Simolis in teſtamẽto per ſer Andreã
de Simolis ſubſtitutos ad me tranſmiſ-
ſa fuerunt. Præmittendum cẽſeo,quòd
1 filius legitimatus,cui legitima,nec denegari,nec au
ferri poteſt,inquit Bal.in c.de cauſis.col.fin. nu.34.
ext.de offi.deleg.& in addit.ad Spec.in tit.de ſucceſ.
ab inteſt.Albe.de Roſa.in l.ſcimus. col.fi. in princ.
nu.3. C.de inof.teſta.Cur.ſen.conſi.13. Statuto la-
nuæ.col.4.uerſi.Legitimato.& Iaſ. in rub. ff.de lib.
& poſthu. cum multis concord. per Pariſi. relatis
conſi.55.lac.col.1.nu.3.uer. Debetur enim. uol.3.
2 creditor, ſeu quaſi creditor in ea dicitur.gl.eſt not.
in l.ſi quis legatum.§.fi.& ibi not.Bar.ff.de falſ. Ol-
drad.conſi.107.Circa municipale.col.2. prope fin.
uerſicu.In dubio uero. ſub quarta q.Bald.in l.cum
quis.columna prima.in fi.numero tertio.uerſicul.
Ex prædictis apparet.C.de iur.& fac.igno. Roman.
conſil.277.Non eſt dubium.columna fi.verſic.Ho-
rum autem.numero tertio.Calcan.conſi.75.Quod
dictis.columna quinta.in fi.ſub num.12.uerſi. Nec
habet obſtare.cum alijs de quibus per Afflict. in de
ciſio.162.Pater reliquit.columna ſecunda. in prin.
3 ſub nu.3. Ita quòd in ea titulum lucratiuum habe-
re non dicitur.l.fi.C.de repudi.hæred.Soc.ſen.con-
ſil.30.Quamuis.col.8.ad fi.nu.33.ver.Duodecimo.
4 filia.vol.2. Quia legitima iure naturæ ei debita eſſe
dicitur.Bal.in l.ſi emancipata.C.de iur.& fac.igno.
& ideo Imperator in d.l.ſcimus.in prin.legitimam
debitam appellat,alibi debita portio appellatur, vt
in auth.nouiſſima.C. de inoffi.teſt. Interdum ſim-
plex debitum. vt in §.1.in auth. de trien. & ſemiſſ. &
alibi iure naturæ debitum, ut eſt tex. in l.ſi totas. C.
de inoffi.dona. & habetur per Socy.ſen.conſi.150.
5 col.4.in fi.nu.12.uol.1. Vnde pater illam ipſi aufer-
re non poteſt, etiam ſi Deo dare vellet ſecundum
Bal.in authen.ſi qua mulier.per tex.ibi.C.de ſacro
ſan.eccleſ.& conſi.42 In legitima. in prin.uol.4. &
per Cur.ſen.d.conſi.13.col.pen.in fi.uerſi. Adde ꝙ
filius.Quinimmo cogitur uelit, nolit ei legitimam
relinquere,quæ illi omni iure debetur, ut eſt tex. a-
pertus in l.parentibus.C.de inof.teſt. & in l.ſcimus.
in 2.reſpon.ibi pro ſua parte.eo.tit. habetur in §.1.
in auth.de hæred.& falc.Socyn.d.conſi.150.col.10.
poſt prin.uer. In contrarium autem. cum concor.
per Pariſi.congeſtis conſil.30. Viſo teſtamento. in
6 princ.vol.3.& conſi.93.Potuit.col.4.In fi.nu.40.uo
lu.2.vltra legitimam tamen ei relinquere non tene
tur.Pariſi.conſi.3.Videtur.col.fi.n.63.vol.3. Et ideo
7 inquit gl.not. in d.l.ſi emancipata.vbi Iaſo.ꝙ patris
hæreditas nedum eo viuente,ſed nec etiam poſt obi
tum patris,filio debita eſſe non dicitur,ſed quaſi de
bita,immo etiam in vita patris ius conſiderabile &
ſpe legitima habere non dicitur, nec ius in hæredi-
tate,vel bonis patris cauſatum.vt no.tradit Iaſ.cum
multis concor.in l.in ſuis.col.2.in fi.ver. Adde vltra
iſtum tex.ff.de lib & poſth. Et in tantum hoc eſt ve
8 rum ꝙ ſi ipſe filius ea hæreditate priuetur, damnũ
vere pati non dicitur. ad idem Romanus conſilio
centeſimo uigeſimoquinto.Mater,& ſoror.colum
na prima.uerſicul.Secundo quia hæreditas.ubi pul
chre. quia illam habet tanquam quoddam quaſi
lucrum,ſecundum Paul.Caſtren.in l.iuris ignoran
tia.ubi etiam Iaſo.in princip. C. qui admit. Et pro-
9 pterea pater eum ſine cauſa bonis ſuis priuare po-
teſt excepta eius legitima.§.diſponat.in authen. de
nupt. & habetur per Cur.iun. conſil. uigeſimopri-
mo.Pro habenda.columna prima. numer. primo.
10 Præmitto etiam quòd legitima titulo inſtitutionis
filio relinqui debet.§.aliud.iuncto §.cæterum.in au
then.ut cum de appel.cogno. per Bar. in l.his uer-
bis.ff.de hæred.inſt. & habetur per docto. commu-
niter in capitul.Raynaldus.& in capitul.Raynutius.
cum ſimilib. extra. de teſtamen. & tradit Ioan. Di-
lect.in tract.de arte teſtan. cautel.prima. in princip.
11 de lib.inſt. Quamuis de iure canonico pater filiam
legitimam titulo Inſtitutionis relinquere non te-
neatur. ut ſcribit Alexand. conſil. centeſimo ſexa-
geſimooctauo. Ponderatis,columna ſecunda.uer-
ſicul. Præterea dicit. uolumine quinto. Et ad eam
peten-

petendam tanquam quaſi æs alienum datur condi
ctio ex lege.l.fi.ff.ſi quid in frau.patro.l. prima. §. ſi
impuberi.ff.de collatio.bono.Alex.conſi. 127. Sen-
tio fieri.in fi.volum.6.Soc.ſen.d.conſi.30.nume. 33.
volum.primo.& Aymo. conſil. 109. De anno. co-
12 lum.fi.num.5.volu.1. Et illa eſſe dicitur quota illius
portionis hæreditatis,ſeu bonorum,quam filius ab
inteſtato habiturus eſſet, vt ſic initium ab inteſtati
cauſa ſumere,& regulari dicatur,vt eſt gloſſ. not, &
communiter approbata in l.papinianus. §. unde ſi
ſi quis. in uerbo ſextans.ff.de inofficio.teſtamento;
cum alijs de quibus per Soc.iun. conſil. 67. Prima
præſentis.colum.fi.num.61.uolum.2.& conſil. 25.
Caſus iſte.colum.3.in prin.uer.Præterea & quinto.
uol.1.& Cur.iun.d.conſ.21.Pro habenda colum. 4.
13 ad fi.Hinc dicitur ꝙ legitima ſolum his debetur,qui
ab inteſtato ueniunt,ut tradunt doc. in d.auth. no-
uiſſima.ubi Bald.in ultim. colum, uerſicu. Ex hoc
collige.& in d.l.Papinianus. §. quarta. cum alijs per
Soc.iunio.relatis conſi. 127. Viſo puncto. colum. fi.
uerſi.Hinc dicimus.volum. 2. Quibus ſic ut ſupra
præmiſſis prius quàm ad dubiorum reſponſionem
veniamus. Conſidero ꝙ teſtator iuris diſpoſitioni
(vt par eſt) ſe cōſormare, & adhærere voluit,quia in
14 dubio ſemper teſtatorem velle præſumitur id quod
lex diſponit,eiuſq; diſpoſitionem,quàm magis pōt,
iuri communi eſſe conſormem.l.gallus.§. rectè. ff.
de liber.& poſthum.Bar.in l.heredes mei.§.cùm ita.
colum. 1.ad fi. ff.ad treb.Bal.in l.precibus.colum.13.
verſi.Nam & teſtator.C.de impub. & alijs ſubſtitut.
Alex.conſi.4.Ponderatis uerbis.col.pen. nu.12.ver.
Et teſtator.& conſil. 55. Proſpectis. colum. 1. poſt
prin.& colum. 2.uerſic.Confirmantur. uolum.4.&
Curt.ſen.conſil.75.Dominus Ludouicus. colum.4.
in fi.uerſi.Sed præmiſſis non obſt. Reliquit ergo te
ſtator Io.Aurelio legitimato iure inſtitutionis, ut
tenebatur iuxta præmiſſa,eam maiorem partē,quæ
ſibi de iure pro omni ſua legitima parte, ſiue por-
tione ſibi debita uel per ipſum teſtatorem debenda
obuenire poteſt in bonis, iuribus & hæreditate ip-
ſius teſtatoris iure naturæ, aut uigore ſucceſſionis
ab inteſtato, ſi ergo eam maiorem partē pro dicta
portione debita ſibi reliquit, concludendum eſt,
eius legitimam,ſibi de iure & ab inteſtato debitā re
liquiſſe: vniuerſam ergo hæreditatem non reliquit,
cùm ad illam minimè teneretur, nec ſibi Ioann.
Aurelio legitimato erat debita,ut ſuperius dixi, ſed
legitima tantum ſibi debebatur,ideo illa & non vni
uerſa hæreditas relicta cenſetur. Coniecturæ etiam
teſtatoris manifeſtiſſimæ ſunt, ut in teſtamento le-
gitur, ibi, de & ſuper bonis, & iuribus hæredita-
tis ipſius teſtatoris. ſi enim voluiſſet Io. Aurelium
legitimatum uniuerſam hæreditatem habere,cùm
eo caſu de eius legitimatione mentionem faceret
velle uniuerſam hæreditatem relinquere,expreſſiſ-
ſet, dicens igitur illam maiorem partem relinque-
re, voluiſſe cenſetur, immo voluit tantummodo
legitimæ ſupplementum relinquere, quod etiam
15 dictio,ratam,demonſtrat,quæ eius portionem, &
non uniuerſam hæreditatem ſignificat. Bald. in au-
thent.defuncto.colum.pen.in fi.verſic.Modo quæ-
ro.C.ad tertul.not.in l.ſic pro rata.ff.de relig.& ſum.
pti.fune.& de hac dictione habetur plenè per Albe.
in l.a.§.cùm in eadem.poſt prin.uer. Modo ex iſto.
num.ſexto. ff. ad l.rhodi. de iac. & Tiraquel.in trac.
de utroque retract.in §.11.in gloſſ.8.incip.Pro rata.
ubi latiſſime.ſol.179.in quinta editione. Verba quo
que teſtatoris erga dictos ſubſtitutos prolata circa
morigerationem, bonoſque mores Ioan. Aurelio
dandos,& regimen, guberniumq; eius perſonæ, &
bonorum oſtendunt, quæ omnia manifeſtam te-
ſtatoris voluntatem eſſe oſtendunt, eius hæredita-
tem in eius ſubſtitutos, & non in Io. Aurelium re-
manere. Reſponſiones modo dubijs equidē contra
ſubſtitutos ſubtiliter traditis accōmodādo, dicimus
ea non refragari,quia per prædicta ſatis apparet uni
uerſam ab inteſtato hæreditatem Io. Aurelio legiti-
mato non deberi,ſed legitima tantum, dubia enim
fortè procederent ubi teſtator illis verbis uſus non
fuiſſet,videlicet,hæc omnia pro omni ipſius Io. Au-
relij legitima parte, vel portione ſibi debita, vel per
ipſum teſtatorem in eius bonis & hæreditate debē-
da,ſed ſimpliciter ei legitimato ſolum reliquiſſet,
quod ipſe ab inteſtato capere poſſet,hoc.n.caſu for
te legitimatus vniuerſam capere poſſet ab inteſtato
hæreditatem,relinquens uero teſtator quod in eius
hæreditate ſibi de iure debetur, dubitandum non
eſt, eius legitimam ſibi de iure debitā reliquiſſe,cū
(vt dixi) patris hæreditas ſibi de iure non debeatur,
& ideo non aduerſatur.l.item quòd Sabinus. §. ali-
ter atque. & l. ſi quis ita hæres inſtituatur. ff de hæ-
redibus inſtitu.;quia immo in præſenti caſu ex vo-
luntate, expreſſaque teſtatoris diſpoſitione ſucceſ-
ſioni ex teſtamento,& non ab inteſtato locus erit,
cùm legitimam tantum vigore legati ſibi facti con
16 ſequi debeat, & non uniuerſam hæreditatem: Et
hoc comprobari poteſt per ea quæ not. voluit Iaſ.
conſil.61. Nobilis uir dominus. in tertia parte. ubi
conſuluit quòd filius matri relinquens quod de iu-
ris neceſſitate ſibi debebatur, mater plus quàm ſit
eius legitima de iure debita conſequi non poteſt,
quæ in illo caſu erat ſexta totius hæreditatis portio
ob ſororis dicti filij teſtatoris præteritionem. Sic
ergo in occurrenti. q. dicendum eſt, quod cum
Ioann. Aurelio legitimato maior pars, quæ ſibi ab
inteſtato debetur, relicta ſit, legitima, & non vni-
uerſa hæreditas relicta dicatur; Ex quibus tollitur
etiam lex,qui non militabat.§.fina.ff. de hæredita.
inſtitutione.vbi diuerſus eſt a noſtra quæſtione ca-
ſus; & ex diuerſis bona non fit illatio. l. final.
17 ff.de calumnia.cum uulgar.quòd diuerſus ſit,patet
quia ibi teſtator Mæuium in ea parte inſtituit, quā
per legem capere poterat, in reliquo Titium inſti-
tuit, nemini dubium eſt, ſi Meuius totam capere
potuit,ſecundam inſtitutionem euaneſcere.in quæ
ſtione autem noſtra teſtator legitimatū in ea parte
non inſtituit,quam per legem capere poterat, ſed
in ea parte, quæ in teſtatoris hæreditate ſibi de iu-
re debita erat, quæ legitima eſt, vt dixi, ſecunda
ergo inſtitutio firma & valida remanet, & ſuper-
18 uacua minimè fuit, & hæc eſt mera ueritas: Vl-
timum quoque arbitror,non refragari, ex eo quod
id omne, quod de eius bonis habetur, qui legitimā
relinquere tenetur,in illius legitima imputandum
eſt, text.eſt in l.quoniam nouella.& ibi Iaſ.in l. om
nimodo.§.imputari.& in l. ſcimus. §. repletionem.
C.de inofficio.teſtamento latè per Bar. habetur. in
l.in quartam.colum.tertia in fin. verſicu. Venio ad
quartam partem & ibi Alexand.& cæteri ſcribētes.
ff.ad l.falci.Cur.iun.conſi.centeſimooctuageſimo.
Præſupponitur in facto,ab hoc ſæculo.col.fin.circa
fi.verſi.Circa ſecundam.Soc.iun. conſi. 184. Circa
plurimas,verſic.Dum autem quæritur. uolum.2.&
tradunt doc.in l.filium quem habentē.C.fam.herc.
Nec dicatur, quod attenta ratione illius dictionis,
ultra, minime imputandum videatur, quaſi quoq;
legitimam relinquere velle videatur, nominando
partem,& ratam.Quæ dictiones ad legitimā ſe extē-
19 dunt,cùm partis appellatione erga filium prolatæ
legitimam importare dicatur. Barto. Bald. Salyc. &
Iaſ.in d.l.ſcimus.in 3 notab.C.de inoffic. teſtamen.
etiam quod pars aliqua addatur, vt tradit Iaſon in

l.1.col.2.in prin.in 3.not.C.de pac.Quoniam reſpõdetur non apparere, ꝙ certum in legato legitimationis tempore relictum fuerit, ideo illud plus, vltra legatum prius factum, relictum intelligitur, ita ut ad legitimam, & non ultra, extendatur, cùm relinquatur tantum quod in ipſius teſtatoris hæreditate
20 debetur, & non vltra. Et eo magis quia illa dictio, vltra, eſt alterius legati incluſiua. l. cùm ultra. C.de non num.pecu.cum alijs per Alberi. in eius dictionario deductis.in uer.Vltra.& per Are.conſi.67.Diligenter.col.1.in fi.uerſi.Ex quo uideretur. Et ex his omnia dubia contra dictos ſubſtitutos tradita arbitror ſublata fuiſſe ego Matthæus Brunus Iuriſcon. Arim.ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virg.matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Iura ruſticis fauere conantur.*
2 *Simplicitas in ruſtico, muliere, & minore præſumitur, illisq́, non præiudicat, etiam ſi peritiores conſulere potuerunt.*
3 *Legitimatio perſonarum imprimis in quocunq; iudicio etiam ſummariſſimo requiritur.*
4 *Prodigalitate alicuius durante, curatoris etiam officium durat.*
5 *Curator legitimus, & non datiuus loco defuncti prodigo dari, & ſubrogari debet, niſi in ſubſidium deficientibus agnatis, vel niſi tacite, vel expreſſe legitimus conſenſiſſet. & nu.6. & 7.*
8 *Cura prodigo decreta per ſuperuenientiam prodigi ad ſanos mores ceſſat.*
9 *Teſtibus de ſana mente, ſanisq́, alicuius moribus deponentibus magis creditur, quàm mille contrarium deponentibus.*
10 *Curator prodigo datus inuentarium conficere tenetur, aliàs in cura ſe ingerere non poteſt. & num. 11.*
Curator inuentarium facere negligens, vt ſuſpectus remoueri debet. ibid. num. 11.
Acta in iudicio per curatorem, qui inuentarium non confecit, ſunt nulla. ibi. nu. 11.
12 *Exceptio inuentarij non confecti tutorem, & curatorem ab agendo repellit.*
Citari qualiter in ciuitate, & comitatu quis debeat, & abſens. ibid.
13 *Confirmatio alicuius actus per iudicem facta cauſa cognita fieri debet, aliàs non valet.*
14 *Reſtitutionem in die vna petere, cauſamq́, & omnia expedire, impoſſibile eſt.*
15 *Sententia præcipiti feſtinatione, ob temporisq́, breuitatem lata, dicitur nulla.*
16 *Sententia cum cauſa cognitione ferri debet, etiam quòd ſit interlocutoria.*
17 *Cauſa cognitio ex temporis breuitate in ſententia præcipiti feſtinatione lata interueniſſe non præſumitur, ſed dolus, in quo iudex verſaſſe præſumitur.*
18 *Breuitas temporis in arbitrarijs reddit acta nulla.*
19 *Sententia Principis ex temporis breuitate viciatur.*
Confirmatio curæ prodigo decretæ non præcedentes actus factos reſpicit, ſed futuros tantum. ibid.
20 *Decipientibus, & doloſis iura non ſubueniunt.*
21 *Inductus prodigi perſuaſione ad credendum ipſum alienandi poteſtatem habere, etiam ſi re vera non haberet, ſibi non præiudicat.*
22 *Deceptis, & non decipientibus iura ſubueniunt.*
23 *Contractus prodigi, cui fuit bonorum adminiſtratio interdicta, iureiurando firmatur.*

CONSILIVM CLVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti materia aliàs ad fauorem Laurentij de Manduchis ſcripſi, & quia nouiſſime (ut audio) noua iura aduerſus Dionyſium de Monte Madio, & Gregorium de Zannis per ſer Franciſcũ Curicum aſſertum Ioannis Vagnotti prætenſi prodigi curatorem producta fuerunt, non immerito
1 alia in fauorem præſentium pauperum ruſticorum
ſubnectam. Quibus iura fauere conantur, ut nota. per glo.& doc.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn. iud. & Prætor ruſticitati ac Imperitiæ parcere conſueuit. vt tradit Soc.iun.conſi.90. Abunde.in princ.
2 vol.2. Et ideo inquit Bald.in rub. C. de rer.permut.
quem ſequitur Dec.conſi.180. Viſa renunciatione. col.pen.in princ.& conſi.351. In caſu.in fi. & idem Soc.iun.conſi.116. Præſens caſus. col.2. ad fi. nu.13. uer. Et primo dico. uol.2.& Capyc.in deciſ.159. In cauſa magnificorum.nu.23. ꝙ in ruſtico, muliere, & minore ſimplicitas præſumitur, eisq́; non præiudicat, etiam ſi iurauerint, & huiuſmodi ſimplicitati parcendum eſt, etiam ſi peritiores conſulere potuit, præſertim ubi de damno euitando tractatur. ut uoluit Pau.Caſt.conſi,355. Poſtquam iſte. ante fi. uol. 1.in nouiſ. Deuenio igitur ad proceſſum per ſer Frãciſcum aſſertum curatorem fabricatum, & dico ipſum nullum, nulliterque fabricatum fuiſſe, ex eo ꝙ in actis de ſuæ perſonæ legitimatione non apparet.
3 Et in quocunque iudicio etiam ſummariſſimo a-
gens ante omnia eius perſonam legitimare debet. gl.eſt in l.2.& ibi no.Bar.& Iaſ.poſt alios. C.de edic. diu. Adr.tol.idem Bar.in extrauag. ad reprimendũ. in uerbo, figura. Alex.conſi.59. Viſo proceſſu col.1. nu.2. uer. Nam in omni cauſa. uolu.2.& Marant. in ſuo trac.iud.in 4.par.diſt.9.in 2.q.n.32. Nec dicatur, de eius legitimatione, per curæ dationem alias (ut aſſeritur) per obitum Philippi legitimi curatoris decretæ in dicti ſer Franciſci perſonam, conſtare. Quæ
4 cura durante dicti Vagnotti prodigalitate, durare
dicitur. §. furioſi. & ibi doc. Inſt. de curat. Quoniam duobus modis reſponderi poſſe arbitror. Primo,
5 quia quando plures conſanguinei curatores prodi-
go conſtituti ſunt, vno ex curatoribus defuncto, quamuis loco defuncti alter curator ſubrogari debeat, ut eſt tex.in l.fi.§.fi.C.de curato.furio. cum ſi, legitimus tamen, non datiuus erit, vt inquit ibi tex. & ita tenet Bald.in d.§.fi. aſſeuerans, ꝙ in curatoris creatione ab initio dictum eſt, idem in ſubrogatione loco creati intelligitur, ad idem eſt tex.in d.§.furioſi.& ibi no.Are. inquiens, no. ꝙ furioſi, & prodi-
6 gi cura legitima eſt, quia ex lege 12.tab. ipſi ſunt in
agnatorum cura, quibus eorum hæreditas defertur. ut eſt gl.in l.1. ff. de cura.furio. & in l.is cui bo-
7 nis. de uerb.obl. Et ideo in furioſi, & prodigi cura
nunquam curatori datiuo locus eſt, niſi in ſubſidiũ. deficientibus agnatis, uel niſi legitimus tacite, uel expreſſe conſenſiſſet, ut pulchre conſuluit Pau. Ca. conſ.106. Incipiendo a ſecundo dico. col.fi.uer. Ad ſecundum quod extabat. uol.2.in nouiſ. Et ppea inquit ibi Are. eſſe in practica memoriæ tenẽdũ, quia quàmplurimos errare proſpexit. Si ergo ſer Franciſcus in agnatorum, proximorumq; cõſanguineorum locum, qui ea ætate reperiebantur, ut ex compartione, Melchiorisq; de fuſconibus, & Antonij Paſotti relatione coram Prætore facta apparet, datus ſiue ſubrogatus fuit, ergo eius cura nulla, & nul

liter

liter decreta fuit,ergo in præſenti iudicio tanquàm
legitimus curator minime comparuit, merito con
cludendum eſt,proceſſum ab eo fabricatum fuiſſe
& eſſe nullum. Secundo reſpondetur,ꝙ quamuis
forte dici poſſet aſſertam curam in perſonam ſer
Franciſci fuiſſe,& eſſe rite,& recte datam,& valere,
ex duobus tamen capitibus arbitror in præſenti ca
ſu ſuſtẽtari non poſſe. Primo quia per ſuperuenien
8 tiam ſanæ mentis dicti Vagnotti aliàs per Guberna
torem declaratam,aſſerta cura penitus ceſſaſſe dici
tur.vt eſt tex.in d.l.1.§.1. ff. de cura.furio. & probat
Bar.& communiter doct.in d.l. is cui bonis. in 1.q.
de uerb.obl.& declarat Guid.Pap.in deciſ.260.Cu-
9 rator datus.& teſtibus ſuper ſana mente,ſaniſq; mo
ribus Vagnotti magis creditur,quàm mille contra-
rium deponentibus.vt voluit Abb.in ca. cùm dile-
ctus.col.pen.extr.de ſucceſ. ab inteſt. cum infinitis
conc.per Boer.relatis in deciſi.23. Motus.nu.93.Et
tãto magis quia de eo tempore depoſuerunt, quo
Vagnottus ſanæ mentis erat,& illa depoſitio præua
let.idem Boer.in d.deciſ.23.num.97.Secundo quia
10 curator aſſertus nullum confecit inuentarium, vt
de iure conficere tenebatur, ergo in aſſerta cura ſe
ingerere non poterat.l.fi.C.de cura.furio. nota.per
Bar.in l.tutor qui repertorium.ff.de adm.tut. & ha-
betur copioſe per Spec.in §.generaliter.in princ. &
ver.Hoc autem notandum eſt.& uerſi.Item ſecun-
dum eum.in tit.de tuto.& §.1.in prin.ver.Cæterum
cum de præmiſſis.in tit.de curat. & in curatore pro
digi ita conſuluit Pariſi.conſil.95. Statutum,col.fi.
11 in fi.vol.1.Cùm ergo aſſertus curator nullum inuẽ
tarium confecerit, quod facere debuit mox cùm
curam aſſumpſit.l.tutores.C.de adm.tut. inuenta-
rioq; non confecto in dolo eſſe præſumitur.d.l.tu-
tor qui repertorium.in princ.& ibi Bar.Et tutor,&
curator qui inuentarium facere negligens eſt,vt ſu
ſpectus remouendus eſt.l.fi.in fi.C. de adm.tut. & l.
3.§.tutores qui repertorium.ff.de ſuſpect.tut.& ne-
gligens cenſetur, niſi mox illud conficiat. d.l. tuto-
res.merito remouẽdus erat. Et dato ꝙ remotus nõ
fuerit,attamen in iudicio ſe ingerere non poterat,
immo acta per ipſum geſta ſunt nulla, vt tradit So-
cy.iun.conſil.22.Iſta conſultatio.verſ. Præterea ad-
12 ducta.vol.2.nec in iudicio ipſe audiẽdus erat. Quia
exceptio non confecti inuentarij ipſum ab agenda
repellitur late uoluit Bar.in §.præterea.il 2. col.25.
in fi.uer.Videndum reſtat.& col.29.in fi.verſic. His
omnibus.Iuſt.de excep. Nec noua confirmatio re-
fragatur,quia illa ſimiliter eſt nulla,& nulliter facta.
Tùm quia Vagnottus non fuit citatus,nec empto-
res bonorum,vt requirebatur,de quorum præiudi
cio tractabatur. l.de unoquoque. de re iud. & pro-
bat Soc.ſen.conſi.279. Viſa donatione. col.1.uerſi.
Præterea poteſt dici.vol.2.per no.per Aug.Imo. &
Paul.de Caſt.in d.l.is cui bonis. ergo &c. quod per
nuncij relationem aſſerentis ſolummodo Vagnot-
tum in comitatu citaſſe pater, ergo non perſonali-
ter,nec ad ſuæ habitationis domum,& ex forma ta
men ſtatutorum Arimini ſub rub.de in ius uocan.
requiritur,ꝙ in prima citatione quis perſonaliter,
vel bis domi in ciuitate,vel ſub burgis citari debeat.
Si uero in ciuitate nõ habitet,vel ſub burgis, ſemel
tantum ad domum,vel perſonaliter citetur.ergo ci
tatio nulla. Præterea Vagnottus per annum conti-
nuum, & ultra in comitatu non habitat, ſed extra
prouinciam per 70.miliaria, & ultra, ut notorium
eſt,quamuis etiam probatum fuerit, unde alia ſta-
tuti forma ſub eadem rubrica ſeruata non fuit,quę
uult quòd ſi quis in ciuitate, uel burgis, ſeu alio in
loco diſtrictus Arimini proprios lares non habue-
rit, ad feneſtras palatij communis Arimini vnica

per tubicinam citationẽ (vt in practica ſeruatur) ci-
tari debeat,quæ citatio cùm illegitime facta fuerit,
ſequitur quòd confirmatio fuit,& eſt nulla,nulliter
que facta. Tùm etiam quia Prætor ſtatim nullo tẽ-
poris ſpacio interpoſito poſt comparitionem,& pe
titionem Melchioris, & Antonij prædictorum cu-
ratores aliàs, ut aſſeritur,datos confirmauit, & ſic
non ullis teſtibus de ſana mente examinatis,nec de
claratoria per Gubernatorẽ ſuper eadem ſana men
te facta, & ſic cauſa non cognita, ideo huiuſmodi
confirmatio non ualuit. l. cùm hi. §. prætor. ff. de
13 procu. Nam Prætor ad aſſertam confirmationem
eodem inſtanti procedens, quo pars citata dicitur,
nulla præmiſſa cognitione, huiuſmodi confirma-
tio ob temporis breuitatem nulla fieri dicitur.opti
mus pro hoc tex. in l.ſi finita. §.non autem ſtatim.
ff.de dam.infect. ubi dicitur, non autem ſtatim ubi
Prætor miſit in poſſeſſionem, etiam poſſidere iu-
bet,ſed tunc demum cùm iuſta cauſa videbitur,er-
go interuallum aliquod debebit intercedere. eodẽ
modo Prætor ſtatim aſſertos curatores confirma-
re nõ debebat,ſed interuallum aliquod,intra quod
de huiuſmodi declaratoria cognoſcere potuiſſet,
adhibere debebat.ad idem adduco glo.in l.ſed & ſi
per prætorem.§.quoties. in uerbo, unius diei. ff.ex
14 quib.cau.maio.ubi ꝙ impoſſibile eſt in una die re-
ſtitutionem petere,cauſam complere,& omnia ex
pedire,eodem modo in caſu propoſito impoſſibi-
le erat, eadem hora teſtes de ſana mente Vagnotti
examinatos,declaratoriamq; ſuper illius ſanis mo-
ribus ſententiam in promptu habere, & omnia eo
dem momento expedire. Neceſſarium enim erat
aliquod temporis interuallum ad inquirendũ quo
modo,& qualiter, & ad quem finem illa confirma
15 tio fieret. Ad idem faciunt iura, quibus ſententiæ
præcipiti feſtinatione ob temporis breuitatem la-
tæ annullantur.l.2.& l.fi.C.de ſent.ex peri.reci.l.pro
latam.C.de ſenten.cum alijs per Aymo. relatis con
ſil.23.Titius detentus.in priu.vol.1. & ratio eſt,quia
16 ſententia,etiam quod interlocutoria exter,cũ cau-
ſæ cognitione ferri debet.l.a procedente. C.de dila
tio.Bar.in l.nequicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.
procons.& lega.Alex.conſi.33. Viſo themate. co-
lumna ſecunda.ſub numero decimo.verſicu.Circa
ſecundum principale dubium vol.1.Calcan.conſi.
115.Licet copioſe.col.1.ſed ex tẽporis breuitate cau
ſæ cognitionem interueniſſe non pręſumitur,ut in
17 dictis iuribus habetur. Immo ex illa temporis bre-
uitate præſumitur dolus,& ꝙ Prætor adeo feſtinan
ter procedens doloſe verſatus ſit. Pau.de Caſt.conſ.
18 174.Contra ſuperius conſulta.col.2.in fi.volu.1. in
nouiſ.Et temporis breuitas etiam in arbitrarijs acta
nulla reddit.Anch. conſi.36. Viſa quadam petitio-
19 ne.col.1.nu.3.Amplius etiam Principis ſententia ex
tẽporis breuitate viciatur.c.cùm ex literis.ext.de re
ſti.in integ.Dec.conſi.544.Sereniſſimus.col.3.n.17
uer.Secundo principaliter.ergo confirmatio illa fe
ſtinanter,& non per interuallum,nec cũ cognita fa
cta,redditur nulla.Accedat quòd aſſerta huiuſmo-
di confirmatio quatenus ualida foret,no præcedẽ-
tes actus tẽpore dictæ declaratoriæ, & poſt eam fa-
ctos,ſed futuros tm̃ reſpiceret.ut probat Soc.ſen.d.
conſi.279.col.1.uer. Aut uolumus dicere. Ideo ad
hæc aſſerta iudicia contra hos ruſticos ſine ęſtima-
tione plenæ mora non extẽditur. Quibus ſic,vt ſu-
pra ſtantibus tanquàm ueris,arbitror partes D. Gu
bernatoris inſtantis fore,& eſſe in abſoluendo hos
reos conuentos ab obſeruatione aſſertorum iudi-
ciorũ cũ expenſarũ uictoria. Et hac quo ad pceſſus
nullitatẽ dicta ſint. Et poſito ꝙ pceſſus ualide,& lti
me fabricatus fuiſſet.Nihilominus teneo hos cõuẽ

tos a petitis abſoluendos eſſe. Nam dato & non
conceſſo, quòd ſententia declaratoria in fauorem
Vagnotti ex aliquo capite nulla reddi poſſet, dico
reis conuentis obeſſe non poſſe, ex quo poſt ta-
lem declaratoriam Vagnottus pro eo ſe gerebat,
qui bonos haberet mores, & ita per huiumodi de-
claratoriam ab omnibus in Ciuitate ſciente, &
non contradicente aſſerto curatore reputabatur,
iuxta not. in l. barbarius. ff. de offi. præto. per Bart. &
alios in l. ſi urbana. ff. de cond. indeb. Vnde ſi Va-
gnottus ſe prodigum eſſe non ignorabat, declarato-
riamq́; non ualere, eiusq́; bona alienans alios deci-
pere prætendens, doloſe ſe geſſit, hoc caſu ſe iuuare
20 non poteſt. Cùm decipientibus & doloſis iura non
ſubueniant. l. 2. C. ſi minor ſe maio. dixe. cum uulg.
Ita in his terminis conſuluit Pariſi. dic. conſi. 95. co-
lum ſi. circa fin. uerſicu. Eo etiam quia ipſe. uolum.
1. Et propterea inquit Pau. Caſt. conſi. 248. Viſis &
Ponderatis omnibus. colum. 2. uerſi. Ex quo ſequi-
tur. uolum. 2. in nouis quem refert & ſequitur Ay-
mo. conſi. 192. Caſus ita habet. Iacobinus. colum.
6. ſub num. 13. uerſi. Alibi ſcribit Pau. de Caſt. lib. 1.
21 quod ſi quis Prodigi ſuaſione inductus ad creden-
dum ipſam alienandi poteſtatem habere, etiam ſi
re uera non haberet, & emeret, non uidetur quòd ſi-
bi ementi obijci poſſit, cur ſibi crediderit, ita in pro-
poſito caſu dicendum eſt, quia cùm per ſentētiam
declaratoriā notorium eſſet, Vagnottum ad ſanos
mores fuiſſe reuerſum, eiusque bona abſque cura-
tore adminiſtrare poſſe, illaque alienare, nullo pa-
cto reis conuentis obeſſe debet. Quinimmo ex eo-
rum ſimplicitate, ex declaratoriaque ſententia ſub-
ueniri debent. Cùm deceptis & non decipientibus
22 iura ſubueniant. l. 2. §. hæc uerba. cum ſimi. ff. ad uel-
23 leya. Et tanto magis quia etiam prodigi contractus,
cui bonorum adminiſtratio interdicta fuit, iureiu-
rando firmatur, ut tenent magis communiter doc.
ut per Anto. de But. Abb. & Io. de Imo. in cap. cum
contingat. extra de iureiur. & ita concluſum fuit in
Capella Tholoſā. in deciſio. 498. Item fuit quæſi-
tum. Vtrum contractus prodigi. Et hanc opi. tenet
ibi Eufre. in eius additio. cum alijs ibi per eum alle-
gatis. & eam ſequitur Galleſi. in tractat. de obliga. in
for. came. in 3. q. primæ partis. ſub nume. 5. Ex qui-
bus omnia in oppoſitum deducta arbitror ſublata
fuiſſe, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego
Matthæus Brunus I. C. Ariminen. ad laudem omni-
potentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris, Ma-
riæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Pater uniuerſalem hæredem inſtituere poteſt quemcunque uoluerit, hæreditatemq́; inter filios diuidere, dummodo unicuique legitimam relinquat.*
2 *Filius ad legitimæ ſupplementum agere poteſt, ſi ei minus legitima relinquatur.*
3 *Bona filijs donata in eius legitima computantur. & numero 6.*
4 *Grauamen omne, omnisq́; conditio & quælibet dilatio de filij legitima ipſo iure reijcitur.*
5 *Donatio inofficioſa, ſaltem reſpectu legitimæ reuocari poteſt, quando uni ex filijs facta fuit.*
7 *Legitima filij eſt tertia pars illius portionis, quæ ſibi ab inteſtato debetur.*
8 *Filia fœmina dotata ſi finem de omnib. bonis & hæreditate patris fecerit, ad partem cum filijs non admittitur.*

CONSILIVM CLIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 VERA & communis eſt in iure concluſio, ꝙ pater uniuerſalem hæredem inſti-
tuere poteſt, quemcunq; uoluerit, hære-
ditatemq́; inter filios diuidere dummo-
do unicuique legitimam relinquat. l. pa-
rentibus. ubi Bar. Iaſ. & alij. C. de inoffi. teſta. l. hac
edictali. §. 1. C. de ſecun. nupt. l. papinianus. §. quo-
niam autem. ff. de inoffi. teſta. §. aliud quoq; capitu-
lum. in auth. ut cùm de appel. cogno. Bal. conſi. 24.
Statuto ciuitatis cauetur. conſi. 161. Quadā nobi-
lis D. Agneſina. vol. 1. Io. de Ana. conſ. 29. Viſa impe-
riali. col. 2. In quarto dubio. ſub nu. 5. uerſic. Præte-
rea ut etiam literæ. Pau. de Caſt. conſi. 351. Pro fun-
damento prædictorum. colum. 1. in ſi. uol. 1. in no-
uis. & conſi. 414. Viſo & examinato. in prin. uol. 2.
in nouis. cū alijs per Aymo. relatis conſi. 142. Clau-
2 dius. colum. 1. uerſic. Circa primum dubium. volu.
1. Et ſi minus legitima uni ex filijs relinquatur, ille
ad eius ſupplementum agere poterit. l. omnimo-
3 do. C. de inoffi. teſtam. Et bona filio donata in eius
legitima computantur, ut communiter uolunt do-
4 cto. poſt Bar. in l. in quartam. ff. ad l. Falci. De qua le-
gitima omne grauamen, omnisq; conditio & quæ-
libet dilatio ipſo iure reijcitur, ut eſt tex. & ibi Iaſon
poſt alios in l. quoniam in prioribus. C. de inof. te-
ſtam. Quibus ſtantibus in caſu præſenti concluden-
dum uidetur Hieronymo in re particulari inſtitu-
to, uidelicet in libris trigintaquinq́, denariorum, &
in quibuſdam terrarum agris ſibi per eius patrē do-
natis, actionem non competere, niſi ad legitimæ ſup-
plementum, cum ei minus legitima relictum fue-
rit, ut per bonorum hæreditariorum æſtimationē
recte calculatio fieri poteſt. Sed in dubium reuoca-
tur, an Hieronymi legitima de bonis tantum hære-
ditarijs, uel etiam de donatione Io. Paulo, & donno
Ioanni eius fratrib. facta detrahi debeat? & concluſi-
5 uè reſpondendo dicimus, quod cum eorū donatio
tanquam inofficioſa ſaltē reſpectu legitimæ Hiero-
nymi reſcindi poſſet, ut cōiter uolunt Doc. in l. 1. in
l. ſi totas, & in l. liqueat, C. de inof. don. per Bart. & a-
lios in l. titia. §. Imperator, de leg. 2. Roma. conſil. 26.
Pro deciſione. colum. ſi. uerſi. Quo ad quartum. &
latè Pari. conſi. 72. Videtur dicendum, col. 4. in prin.
uerſ. Ad quod ēt. facit. cū alijs ſeq. uol. 1. & conſ. 73.
Donatio iſta. col. 4. in prin. uer. Prout etiam. eo. uol.
1. tam de bonis in hæreditate relictis, quàm de dona
6 tione eius fratribus facta detrahi debet, cum bona
donata tanquàm æs alienum de teſtatoris patrimo-
nio dettahi non debeāt, quia donatio illa æs alienū
uoluntarium, non autem neceſſarium dicitur, ideo
per illud legitima minui non debet. Pau. Caſt. con-
ſi. 82. In hoc negocio. in princ. uolum. 1. in nouis. &
conſi. 416. Iſta domina Sancta. in ſi. uolum. 2. in no-
uis. cum alijs plenè per Aymo. relatis conſil. 41. Ia-
cobus Cabaſij. colum. 2. in ſi. num. 5. uerſi. Amplius
dico. & conſi. 165. Super puncto. col. 1. num. 5. uerſi.
7 Itaque ſi iſte filius. uol. 1. legitima ergo Hieronymi
cùm tertia ſit pars illius portionis, quæ ſibi ab inte-
ſtato debetur, cùm quatuor ſint filij, uidelicet tres
maſculi, & una fœmina. authent. nouiſſima. & ibi
Doc. C. de inoffi. teſtam. de omnibus bonis tàm hæ-
reditarijs, quàm donatis detrahenda uenit. Pona-
mus igitur bona donata tàm Ioannipaulo & don-
no Ioanni, quàm etiam Hieronymo, & hæreditaria
ad ſcutos tercentum aſcendere, quæ cùm in tres par-
tes ab inteſtato diuidi debeant, cum fœmina dotata

ob eius

ob eius renunciationẽ & finẽ in paternis bonis cũ fratribus ad partem non admittatur, Guid. Pap. in deciſio. 295. An filiusfam. in fin. & in deciſio. 599. Item etiam, in prin. cum alijs de quibus per Soc. ſen. conſi. 75. Viſo teſtamento. colum. 2. in fi. uerſi. Confirmatur hoc. uolum. 3. per Bellon. abunde conſilio 83. In cauſa Dom. Baronis. nu. 13. uſque ad fi. & dixi ſupra conſi. 128. Super reſtitutione fideicommiſſi. num. 15. uerſi. Quæ mulieres. una portio cętum ſcutorum erit, quorum tertia pars ad ſcutos triginta tres cum uno tertio aſcendet, & tantum Hieronymo pro eius legitima debebitur, & non ultra. & ita dico & iuris eſſe cenſeo ego Matthęus Bru. I. C. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteotica res ſi ad unum emphyteotam per diuiſionem obuenerit, omnes penſiones ſoluere tenetur, eisque aliter nõ ſolutis in præiudicium omnium inueſtitorum ad eccleſiam redit.*

2 *Reſtitutio in integrum in libello reconuentionali peti, & proponi debet.*

3 *Tutori & adminiſtratori imputatur ſi res emphyteotica ob canonem non ſolutum ad Eccleſiam reuertitur.*

Minori non currit tempus canonem ſoluendi. ibidem.

4 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali his qui in probabili & iuſta, & non in ſupina ignorantia fuerunt, concedi debet, ſecus ſi ſcientia præſumptio militaret. & num. 5. & 6.*

7 *Emphyteota canonem ſoluere ceſſans ſibi, omnibusq; alijs ſequentibus in inueſtitura comprehenſis præiudicium infert.*

Eccleſia quemcunque voluerit inueſtire poteſt, ſi emphyteota canonem ſoluere ceſſauerit. ibidem. & nu. 11.

8 *Ius alieni in ſpe competens in eius bonis eſſe non dicitur, & ante conditionis euentum non competit. & nu. 9.*

10 *Ius ad rem, & ius in re inter ſe differunt.*

11 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali competit tantum læſis lapſu temporis ex ignorantia facti.*

12 *Clauſula, omnia & ſingula in præſenti inſtrumento contenta promiſerunt &c. ad omnia præcedentia ſiue principaliter, ſiue incidenter ſint expreſſa, refertur.*

13 *Clauſula in fine poſita ſemper ad omnia præcedentia referri debet.*

14 *Dictio vniuerſalis omnes præcedentes caſus includit etiam, quòd maior ratio ſit in vno, quàm in altero.*

15 *Qui omne dicit nihil excludere videtur.*

16 *Verbum quodlibet etiam minimum, & omnis ſillaba, omnisque dictio in qualibet diſpoſitione appoſita, nõ debet eſſe fruſtra appoſita, ſed cum operandi miniſterio.*

Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia non refertur, quando abſurdum reſultaret, eademq; ratio non militaret. ibidem.

17 *Emphyteota rem emphyteoticam alienans cum reſeruatione de renouatione facienda a caducitatis pœna non excuſatur.*

18 *Emphyteota rem emphyteoticam alienans ſaluo iure domini ius maleſeruare dicitur, ex quo totum eneruat, ideo in commiſſum incidit etiam per fictam conſtituti traditionem. & nu. 19.*

CONSILIVM CLX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

RIA contra Magnificam Dom. Iuliam de Milgio proponũtur dubia, quæ quãuis in effectu ſubtilia ſint, ea tamen facile diſſolui & tolli poſſe confido. Et quò ad primum dum dicebatur ad Reuerendiſs. Dominum Iulium & Dominum Pompeum fratres tantum penſionis ſolutionem ſpectare, dico quòd etiã Franciſcuſmaria & Michael aduerſarij eam ſoluere tenebantur, licet emphitheotica bona inter aduerſariorum patrem, & patrem. D. Iulię diuiſa fuiſſent, ut aliàs dixi, per ea quæ tradit Corne. conſi. 24. Ad euidentiam. colum. 3. num. 17. uol. 2. Afflic. in deci.
1 153. Venditur domus. & Ruy. conſi. 166. Attento tenore. colum. 4. ad fi. num. 12. uolum. 1. Dicentes ꝙ ſi emphiteoſis ad unum ex fratribus per diuiſionem peruenit, & ille ob canonem non ſolutum emphyteoſi priuetur, illa ad Eccleſiam in pręiudicium nedum deſcendentium, uerum etiam aliorum agnatorum redit. Nec in proceſſu de aliqua conſtat ſolutione per emptorum molendini emphiteotici per aduerſarios uenditi facta, ita quòd illa cum ſolutione penſionis factæ de rebus ad Reuer. D. Iuliũ & Do. Pompeum in diuiſione peruentis coniungi debeat, ſed de molendini uenditione tantum apparet, abſque licentia & requiſitione Eccleſiæ, ut Frãciſcusmaria in eius ſeptima, poſitione fatetur, ergo per canonem non ſolutum res emphiteotica ad Eccleſiam deuoluta fuit, ut idem Franciſcusmaria in ultimis poſitionibus D. Iuliæ fatetur: cui confeſſioni iuratæ ſtandum eſt, quia huiuſmodi confeſſio per uerbum (credit) ita pręiudicat, ſicut per ueritatis uerbum, ut inquit gl. fi. cõiter approbata in c. ex lite
2 ris. ext, de iurei. Nec aliqua in integrũ reſtitutio Franciſcomariæ aduerſus canonem non ſolutum concedi debet, tùm quia in libello reconuentionali peti & deduci debebat, ut in ſimili declarat Alex. conſ. 163. Viſo proceſſu. col. 1. uer. Vnde & ſecundo reſpõdeo, uſq; ad uer. Fortius uidetur. uol. 2. Tum quia eo tempore Franciſcusmaria tutores & adminiſtratores habebat, ut ex depoſitione teſtium pro eius parte examinatorum patet, qui canonem ſoluere cœperunt, deinde ceſſarunt ut in eius ſexta poſitione fate
3 tur. Tùm etiam quia contra eoſdem tutores & adminiſtratores actionem habent, quibus imputatur, ſi res ad dominum ob canonem non ſolutum reuerſa fuit, ut eſt text. expreſſus, & ibi not. Barto. & Doct. in l. ſi tutores. C. de admini. tuto. Et ſi dicatur, hodie minor ſeruaretur illæſus, & ſic minori non currit tempus canonem ſoluendi, ut inquit ibi glo. Bald. & Angel. & diſponit Egid. conſtitutio. in ſexto lib. ſub rub. de reſtitu. in integ. cap. 13. Reſpondetur hoc procedere in minore tutorem ſeu curatorem non habente, hic uerò tutorem habebat ut dictum eſt, ergo &c. Prætcrea Franciſcusmaria cùm hodie minorem ætatem exceſſerit, & ſit plus quàm maior, ut ex depoſitionibus eius teſtium aperte colligitur, per reſtitutionem in integrum ſuccurri non poteſt, et ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau
4 ſa &c. quia illa eis conceditur, qui in probabili, & iuſta, & non in ſupina ignorantia fuerunt, ſecundũ Imo. in repet. c. ſi. col. 24. in fi. ſub nu. 94. uerſicu. Sed hic eſt aduertendum. extra de præſcrip. per. l. nec ſupina. ff. de iuris & fac. ignor. quem refert & ſequitur Balb. in tract. de præſcrip. in 29. quæſt. princ. in quar
5 ta parte quartæ quæſt. princ. Et ideo quando præſumptio ſcientiæ militaret, huiuſmodi reſtitutio concedi non debet, ut declarat Felyn. in cap. uigilanti. in tertia limita. extra de præſcript. & Dec. conſil. 267. Non excedit. ad fin. idem firmat Alexand. dicto conſi. 163. Viſo proceſſu cauſæ. col. fi. uer. Fortius uidetur. inquiens ꝙ quando præſumpta ſcientia mili
6 tat, ut in coniunctis, qui coniunctorũ facta ſcire prę ſumuntur. l. octaui. ff, unde cogna. huiuſmodi reſtitutio concedi non debet. ꝙ autem Franciſcus maria ſcientiã & notitiã canonis non ſoluti ab anno 1525. uſq; ad annũ 1532. habuiſſe præſumatur, tàm ex eius

conſan-

cõſanguinitate cũ D.Pompeo,& D.Iulio conſtĩcta,
quàm etiã per eius cõfeſſionem clariſſimè patet,de
qua in quarta poſitione D.Iuliæ,ubi canonẽ ſepara
tim ſub una poſta,uſque ad annum 1525. tam per
ſe,quàm per eius tutores,& adminiſtratores ſoluiſ-
ſe fatetur,deinde in dicta eius ſexta poſitione aſſe-
uerat,quòd filij D.Michaelis poſt annum 1525.uſ-
que ad annum.1532.dictum annuum canonem ſol
uere ceſſauerũt. Nec reſtitutio ſibi prodeſſe poteſt
7 quia per omiſſionem ſolutionis canonis per R. D.
Pompeum,nedum ſibi ipſis, uerum etiam omnib.
alijs ſequentibus præiudicium inferri potuit,ut vol
uit Bar.in l.3.ad fi.ff.de interd.& releg.quem cõmu
niter ſequuntur Doc.vt conſuluit Alex.conſi. 119.
Viſo proceſſu.col.fi.circa fi.verſi.Nec prædictis ob.
& conſi.ſeq.Ponderatis narratis.col.1. num.3.uer-
ſi.Tamen talis culpa.uolu.5.Gozadi.conſi.46.Viſis
inſtrumentis.col.3.in fi.num.13.uerſi. octauo nec
Dionyſius.& num.16.uerſi.Præterea propter cano
nem non ſolutum.& conſi.75.Magiſter Paulus.co
lum.1.num.2.uerſi.Secundo adduco.& Ruy.d.cõ-
ſi.166.num.12.uol.1.Si enim per in integrum reſti-
tutionem ſuccurri deberet, ſequeretur , quòd em-
phiteota circa contractum delinquens, uel in omit
tendo,uel in committendo, nunquam in inueſtitu
ra compræhenſis ſequentibus præiudicium ullum
inferre poſſet,& quòd Eccleſia ob huiuſmodi deli-
ctum inueſtire nequiret,quemcunque uellet,ꝙ ta-
men contrarium uerius eſt, ut patet ex dictis per
Bar.in d.l.3.ad fi.& per ea quæ conſuluit Roma. cõ
ſi.103. Viſo propoſitæ.col.2.in prin.ſub num.4.uer
ſi.Eſt enim ponderandam.& conſi.213.Quò ad pri
mum.in prin. quem refert , & ſequitur Alex. conſi.
130.Difficultas.num.2.uerſi.Et ideo conſuluit.uol.
1.& conſi.6.Circa proceſſum.col.fi.ſub num.15.in
fi.uerſi. Et ſic ſatis eſt.uol.3.Iaſ.in l. 2.col. 6.in 5.not.
ibi.Item quinto addite.C.de iure emphi.& Deci.cõ
ſi.329.Pro defenſione.col.fi.num.6.uerſi. Non ob.
quod ultimo.Gozadi.d.conſi.45.col.fi.numer.26.
Pariſi.conſi.28.Quoniam,col.pe.in prin. nume.10.
vol.1.Grat.conſi.96. Viſis omnibus.col.fi.num. 23.
uerſi.Tertio reſpondeo. uol.1.Roland. a ualle con
ſi.2.num.172.uol.2.& Soci.Iuni.conſi.9.Reſolutio
col.3.in prin.num.13.uerſi.Tertio ſimiliter. cũ ſeq.
uol.3.Rurſus dico,quòd eo tempore,quo canonis
ſolutio per D.Iulium & D. Pompeum omiſſa fuit,
nullum ius in dictis bonis , antequam ſucceſſionis
caſus eueniret,Franciſcomariæ competebat,ut no-
tãt Doc. in c.1.de ſucceſ.feu.in uſib.feudo. & niſi in
8 ſpe non competebat,unde ius illud in bonis noſtris
eſſe non dicitur,ut tradit Pariſi.conſi.103.Quòd ha
9 bitatio.col.1.num.3.& num.4.uol.4.Et ius ante cõ-
ditionis , & ſucceſſionis euentum non competit,
Aymo.conſi.10.Antonia relicta.col.pe.numer.15.
uol.1.& ſic conſiderabile non erat.l. poſt emanci-
pationem.ff. de libera. lega.illud enim ius ad rem,
& non ius in re dicebatur.Nam ius ad rem habens,
10 ius in ſpe quærendum habere dicitur, ſecus ſi in re
ius habet,quia ius de præſenti quæſitum habere di-
citur,ut pulchre declarat Deci.conſi.147.Et pro ten
ui.col.pe.num.3.uerſi.Secundo præmitto.ergo nul
lo pacto reſtituendus eſt.Cùm huiuſmodi reſtitu-
11 tio læſis tantum temporis lapſu ex facti ignorantia
competat.l.1.§.ſi quis autem.& ibi clare per Bar.&
Ang.ff.de iti. actuq; priua. cum alijs per Corne.rela
tis conſi.165.col.5. num.21.uerſi. Et propter hoc.
uol.2.Sed hic ex lapſu temporis minime læſus eſt,
ex quo eo tempore nullum ius ſibi competebat,er
go &c.Quinimmo ſi ius illud,quod in ſpe habebat
conſiderabile foret, ut uoluit Corne. conſi. 180. In
hac conſultatione.col.3.ſub nume.9. cum duobus
ſeq.& cõnſi. 219. Ex duplici capite. ad fi. uerſi. Nec
ob.ſi dicatur.uol.2.dico,quòd attenta Franciſcoma
riæ ſcientia non poteſt aliquo pacto per in integrũ
reſtitutionem ſuccurri,ut dixi ſupra.Vlterius etiam
ſi eo tempore ius aliquod in re habuiſſet,de illaq;
noua inueſtitura conqueri voluiſſet,non potuiſſet
ut tradit Bal.conſi.146.Super iſto.ad fi.uerſi. Quæ-
ritur tamen.vol.5.Quia Eccleſia inuito Franciſco-
maria & eo ignorante & non uocato, quemcunq;
uolebat,inueſtire poterat,vt uoluit Roma.d. conſ.
103.ſub num.4.& d.conſi.212. in prin. quem ſequi-
tur Iaſ. in d.l.2.d.uerſi.Item quinto addite.& Rolã.
a ualle.d.conſ.2.ſub num.170.uerſi.Non ob.modo.
cum plurib.ſeq.& Soci.Iu.d.conſ.9. ſub numer.13.
uerſi.Dico itaque.Et ſic primum dubium ſublatũ
& reſolutum uidetur. Quò ad ſecundum de pactis
non ſeruatis,reſpondetur,quòd illa uerba in inſtru-
mento primæ inueſtituræ appoſita, uidelicet cum
hac conditione & infraſcriptis pactis &c.dicitur pa
ctum, vt late deduxit D.Io.Dilectus Gualdẽ. in ſuo
conſi.uerſi.Secundo quia D.Michael tempore in-
ueſtituræ. & uerſi. Nec ob.ſi quis dixerit, quod illa
affirmatio precij &c. ideo non obſeruando quod
promiſſum fuit,ab omni eorum iure cecidiſſe di-
cuntur , & propterea ob pactorum inobſeruantiã
D.Iulius & D.Pompeus inueſtiri potuerunt.Et illa
12 clauſula,omnia & ſingula in præſenti inſtrumento
contenta promiſerunt &c.ad omnia præcedentia ſi
ue incidenter ſiue principaliter ſint expreſſa,refer-
tur,ut voluit Pariſi.conſi.97.Vt præſentis.colu.13.in
prin.num.91.uerſi.Et eius opinio.& num. 121.uer
ſi.Prout etiam tollitur.uol.1. & late conſi.9. olim.
col.7.in fi.num.55.uerſi. Quæ clauſula.cum duob.
ſeq. vol. 2.& conſi.12.Tranſactio.nu.175.cum ſeq.
13 eo.vol.Quoniam clauſula in fine poſita ſemper ad
omnia præcedentia referri debet.l.1. C.de libe.præ
teri.Bar.in l.talis ſcriptura.& ibi Doc. de leg.1.cum
alijs de quibus per Deci.conſi.539.In inclita. num.
14 4.Et hoc eſt præſertim quia uniuerſalis dictio poſi-
ta eſt, quæ omnes prædictos caſus includere vide-
tur,etiam quòd maior ratio in uno ſit,quàm in al-
tero.Dec.conſi.358. Placet mihi. in prin.numer.1.
15 Quia qui omne dicit, nihil excludere uidetur.l.a
procuratore. C.manda. & l. iulianus.cum vulg. de
leg.3.Si enim ad unam tantum partem , & non ad
omnia ſupra expreſſa referreretur, illa vniuerſalis
dictio,omnia & ſingula,neceſſaria non erat,immò
16 fruſtra appoſita fuiſſet. Et nihilominus quodlibet
uerbum etiam minimum, omnis ſillaba, & omnis
dictio in qualibet diſpoſitione appoſita fruſtra ap-
poſita eſſe non debet,ſed cum operandi miniſterio
Bal.in rub.C.de contrahen.emp.q.9.& tradit Cur.
ſeni. conſi. 73. Super memorata.colu.3. in fi.verſi.
Quia omne uerbum.& conſi.49. Memoriæ recolẽ
dæ.col.22.ſub num.40.verſi.Confirmantur præmiſ
ſa. in fi. Dum ergo in inſtrumẽto aſſeritur,quę qui
dẽ omnia & ſingula ſupraſcripta dictę partes pro-
miſerunt ſibi adinuicem &c. omnia præcedentia
qualiacunque ſint reſpicere intelligitur per iura ſu
pra allegata,& ſic caſum illum comprahendit,ꝙ ſi
reperiretur D. Michalem prædictas res a prædictis
venditorib. maiori precio, quàm ſupra expreſſum
eſt,emiſſe, quòd tunc &c.Cùm ergo repertum fue-
rit D.Michaelem dictas res maiori pretio emiſſe,
quàm in inueſtitura expreſſum ſit pacta promiſſa
non obſeruaſſe dicitur, ideo ex hoc tantum noua
Do.Pompei inueſtitura uerificari & ſuſtentari po-
teſt,& oppoſita forte procederent , ubi abſurdum
reſultaret , & non militaret eadem ratio, vt voluit
Gozadi.conſi.58.Quidam fratres.col.pe.nume.18.
uerſi.Nono clauſula.& nu.ſeq.uerſi.Decimo clau-
ſula

ſula. Amplius dico quòd bona ipſa ad Eccleſiã pēt
pacta non ſeruata per filios D. Michaelis deuolu-
ta fuerunt, ex quo bona iſta, uel eorum partem abſ
que licentia, & requiſitione Eccleſiæ alienauerunt,
ut Franc. maria & Michael aduerſarij in dicta eorũ
ſeptima poſitione fatentur, ut aliàs dixi, ergo D. Põ-
pei inueſtitura ob pacta non ſeruata ſuſtentatur: &
ſic ſecundum dubium reſolutum manet. Circa ter-
tium de alienatione per Franciſcum Dioniſij facta
17 ſine licentia Eccleſiæ, dico per illam reſeruationem
de renouatione facienda emphiteotam a caducita
ris pœna non excuſari, vt probat D. Conſultor in d.
conſi. uerſi. Nec ob. illa proteſtatio facta in inſtru-
mento dictæ uenditionis. & declarat Iaſ. in l. fi. col. fi.
uerſi. Vigeſimoquarto quæro. C. de iure emphi.
quem refert & ſequitur Grammati. in deciſ. 49. Mo
naſterium. in fi. idem firmat Veronen. in tract. cau-
te. 22. Conſilium ſiue cautela. & tradit Fely. in c. quę
29 mæ ſupplementum Melchioræ nedum habito va-
loris bonorum fideicommiſſo ſubiectorum reſpe
ctu,verumetiam legatorum in teſtamento relicto-
rum detrahi debet.Et quia in hæreditate non repe
30 riuntur,niſi bona ſtabilia,Cæſar fructus quantitatis
legitimæ Melchiorę debitę retinebit.vt probat Soc.
iun.conſil.170.Circa primum dubium.columna ſe
cunda.in prin.vol.5.poſt Alex.conſil.69.Super pri-
mo.col.1.verſi.Super ſecundo dubio. vol.1.vbi ad-
31 dit eos deberi,etiam ſi conſumpti fuiſſent. De fidei
commiſſo legata quoque in teſtamento relicta, &
per hæredem ſoluta detrahuntur. Bald.conſil.222.
Super primo puncto.volum.4. cùm illa de proprijs
pecunijs hæredisq; patrimonio ſoluta fuerint.Et in
32 dubio hęres de eius patrimonio,& non de patrimo
nio hæreditatis erogaſſe intelligitur. vt per Bar.in l.
cum proponas.C.pro ſoc.& in l.ſi patruus.C.com
mu.vtr.iud.Alex.conſil.78.Diſcuſſis his.vol.2.& cõ
ſi.134.Circa ea.in fi.vol.5 & Dec.conſi.21.Viſo pũ-
33 cto.ad fi.Vnde tot bona fideicõmiſſo ſubiecta Cæ-
ſar retinere poterit,vt declarat Rom.d.conſ.276.Vi
34 ſis dubijs.d.verſ.Quò ad ſeptimũ.Bona etiã emphi-
teotica de fideicommiſſo detrahuntur,cùm in reſti
tutione non veniãt,ex quo eccleſiaſtica ſunt,ut de-
clarat Arc.conſi.52.Diligenter.col.2.in prin. nu.1.
& nu.2.poſt Bal.conſi.70.Punctus teſtator.vol.2.ſe
quitur Soc.iun.conſil.72.propoſita quæſtio.col.13.
nu.61.vol.1.& dixi ſupra conſi.128.Super reſtitutio
ne.nu.12.& nu.13.Ita ꝙ in legitima quoq; non im-
35 putantur.vt declarat Bal. conſi.110. Subſtitutio fa-
cta.vol.5. Pau.Caſt. conſil.244. Viſo & examinato.
col.pen.nu.4.vol.2.in nouiſ.Ruyn.conſi.117. Circa
primum.col.pen.in prin.nu.19.ver. Quinto dubita
tur.vol.3.& dixi d.conſi.128.nu.13.cum ſeq.Poſtre
mo melioramentorum detractio fieri debet. vt cõ
ſuluit Pariſi.conſi.55. Quoniam Iacobus. col.5. in
prin.nu.22.cum ſeq.uer. Ex quibus etiam infertur.
uolu.3. Vnde in his hæres de reſtituendo grauatus
36 hæreditatis poſſeſſori, uel negociorum geſtori, ſi-
ue cuilibet alteri utiliter impẽdenti ſimilis eſt. l.ſed
ſi lege.§.id autem quis.ff.de pet.hære.Rom.d.conſ.
276. uerſi.Quò ad quartum.Ideo expenſas nedum
37 neceſſarias, ſed utiles, & perpetuas hæres grauatus
deducit, & retinet, ſicut quilibet bonæfidei poſſeſ-
ſor,ac negociorum geſtor.ita tenet Pau.de Caſt.cõ
ſi.186.Dubium facit.col.2.in prin.ver.Ita ſi ſolũ.uo
lu.2.in nouiſ.& Calc.conſi.37.Tota iſta qõ.col.4.in
medio.ver.Et ſimiliter non perditur.Alex. & Iaſ. in
l.domus.de leg.1.& Dec.conſ.238.proponitur. col.
2.in fi.ver.Tertio retenta. Adeo ꝙ fructus quoque
38 in his melioramentis, ac utiliter geſtis minime im-
putantur.Pau.de Caſ.in l.Lucius. §.Titia ex aſſe.ad
Treb.Alc.& Iaſ.in d.l.domus.in prin. & pulchre cõ
ſuluit in terminis noſtris Ruy.d. conſi.117.in prin.
vbi examinat,an quod expenſum eſt debeatur, uel
quatenus res precioſior effecta reperitur. Cùm er-
go Cæſar in plantandis uineis, oliuetis, alijsq; arbo-
ribus domeſticis, ut ex teſtium depoſitione cõſtat,
plures expenſas fecerit,illæ, quæ ſaltem in executio
ne ſententiæ liquidabuntur,detrahẽdæ ſunt. Aduer
tendum eſt quoque ꝙ de bonis reſtituendis detra-
henda ſunt,quæ iam per Ioannam, quàm per Mel-
chioram,& Cæſarem poſt Menghini mortẽ acqui-
ſita fuerunt, ut ex publicis inſtrumentis in iudicio
productis apparet. Nec precium alienatorum bo-
39 norum per actores petitum ullo pacto per Cæſarẽ
debetur, quamuis in uniuerſalibus precium loco
rei ſuccedat.ut eſt tex.& ibi doct.in l. ſi rem, & pre-
cium.ff.de pet.hære.& habetur in l. ſed & ſi lege. §.
40 1.eod.tit. Quoniam in caſu noſtro per hæredem a-
lienata in eius legitimam imputari debẽt.ut eſt tex.
in l.Marcellus.§.res quæ.& ibi no.doc. ff. ad Treb.
Bal.conſ.8.Si codicillaris.in fi.uer.Sexto & ultimo.
uol.4. Rom.conſi.277.Non eſt dubium.col.2.uerſ.
Tertio quia.per Arc.conſ.18.Viſa & diſcuſſa.col.pẽ.
in fi.uer.His breuiter.Iaſ.conſ.161.Reuocatur in du
bium.uol.4.& Aymo.conſil.131. Ad primum.col.
pen.uer.Circa quartum.uol.1.cum alijs de quibus
ſupra dixi conſi.130.nu.7.& conſi.142. Pro reſolu-
tione.nu.20. Quinimmo bona,de quibus per acto-
res precium in libello petitur,pro debitorum Men
ghini teſtatoris ſolutione alienata fuerunt,ut publi
co conſtat inſtrumento finis per Chriſtophorum,
Gaudentium,& Antoniam de Vacarijs de libris cẽ-
tum quinquagintaquatuor celebrati,reſiduum ue-
ro precij dictorum bonorum in dictam legitimam
imputari debet,ut dixi. Et ita dico,& iuris eſſe cen-
ſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc.Arim. ad laudem
oipotẽtis Dei,ac glorioſiſ.Virg.matris Mariæ,amẽ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an inter viuos dicatur, etiam quòd de morte mentio facta fuerit?*

Donatio cã mortis dicitur, vbi fit mẽtio mortis. ibi. & nu. 17.

2 *Natura, & ſubſtantia donationis cauſa mortis eſt paniteri poſſe, illamq; reuocari. & nu. 18.*

3 *Quinque teſtes vbi in donatione interuenerunt, ipſam cauſa mortis eſſe cenſeri faciunt.*

4 *Duo teſtes regulariter in donatione, & quolibet alio contractu ſufficiunt.*

5 *Verba in donatione appoſita, videlicet pure, libere, ſimpliciter, & irreuocabiliter dedit, & donauit &c. inter viuos donationem importent.*

6 *Donatio inter viuos, mera, libera, ſimplex, & gratuita dicitur.*

7 Dona-

7 *Donatio inter viuos dicitur quando donans in principio in-*
ſtrumenti voluit illam irreuocabilem eſſe. & nu. 8.
Donatio inter viuos magis dicitur, quàm cauſa mortis, quan
do ita mortis cauſa donatur, vt nullo caſu reuocetur. ibid.
& num 8. & num. 9.
9 *Donatio cauſa mortis ſi ſimpliciter facta ſit, deinde in clau*
ſulis generalibus dicatur, Et prædicta omnia obſeruare
promiſit, non reuocare, nec contrauenire, dicitur tamen
cauſa mortis donatio.
10 *Donatio inter viuos regulariter reuocari non poteſt.*
11 *Pœnitentia in donatione inter viuos locum non habet.*
12 *Reiteratio actus illum efficaciorem eſſe facit.*
13 *Geminata verba, & replicata voluntatem magis enixam*
oſtendunt, effectumq́; ampliant, vt aliquid vltra operentur
præciſamq́; diſponentis intentionem ſignificant. & nu. 14.
15 *Donatio inter viuos ad hæredes tranſmittitur, quod eſt ſe-*
cus in donatione cauſa mortis.
In donatione cauſa mortis ſi hæredum donatarij mentio fa-
cta fuit, inter viuos cenſetur donatio. ibi.
16 *Reſeruatio vſuſfructus in donatione cauſa mortis in vita do*
nantis facta, illam in donationem inter viuos valere facit.
19 *Pactum vbi factum eſt, quòd mortis cauſa donatio reuoca-*
ri non poſſit, dictam donationem in inter viuos donationem
tranſire facit.
20 *Abundare in cautela non nocet.*
21 *Contractus ſine teſtibus ſtare poſſet, ex quo de illius ſub-*
ſtantia non ſunt.
22 *Contractus etiam in vltimis voluntatibus fieri poſſunt.*
23 *Donatio cauſa mortis a ſano, in bonaq́; valetudine conſtitu-*
to fieri poteſt.

CONSILIVM CLXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 PRIMA conſideratione dicendum videbatur donationem per Paulum Paulutium Petrofranciſco Bonadraio, eiuſque hæredibus factam, cauſa mortis, & non inter viuos donationem eſſe, ideo
per ipſum donantem reuocari poſſe, primo ex eo,
quòd in inſtrumento dicitur, titulo donationis cauſa
mortis, & poſt eius Pauli, & Heliſabettæ eius vxo-
ris obitum dedit, tradidit, & donauit, &c. Et vbi fit
mortis mẽtio, mortis cauſa donatio dicitur. l. Seya.
§. fi. ff. de donat. cau. mor. l. Seya. cum glo. ff. de dote
prælcg. & no. doct. i l. fi. C. de pact. & præſertim quia
hoc caſu nedum huius donationis effectus, & exe-
cutio, ſed etiam eius ſubſtantia confertur poſt do-
nantis obitum, ideo vt cauſa mortis donatio reuo-
2 cari poteſt, cùm de illius natura, & ſubſtantia ſit pœ
nitere, & reuocari poſſe, vt habetur per doc. in l. nõ
omnis. in prin. ff. ſi cer. pet. §. 1. Inſt. de dona. & l. cùm
mortis. & per totum tit. ff. de don. cau. mor. Confir
3 matur ſecundo, quia in ea quinque teſtes, vt in cau-
ſa mortis donatione requiritur, adhibiti fuerunt. l.
fi. C. de dona. cau. mor. & l. fi. in fi. C. de eod. qui in
4 inter viuos donatione non requiruntur, cum regu
lariter in ea, omnibuſq́; alijs contractibus duo ſuffi
ciant. l. vbi numerus. ff. de teſti. & c. in omni. c. 31. eo.
Tertio confirmatur quia Paulus donator tempore
dictæ donationis infirmitate detinebatur, quo caſu
huiuſmodi cauſa mortis donationes fieri ſolẽt. l. 2.
& ſeq. ff. de don. cau. mor. & d. §. 1. Inſt. de don. & ita
in ſimili caſu conſuluit Corn. conſi. 126. In hac con
ſultatione. col. 1. vol. 3. quem refert Gozad. conſ. 80.
In hac cauſa. col. 2. in fi. ver. Secundo conſidero. Et
per hæc, & alia ſimilia conſuluit Dec. conſi. 305. In-
dicam. & conſi. 470. Duo dubia. col. 1. & 2. vbi la-
tiſſime quamplurimis obiectionibus reſpondere
conatur, quæ opponi poſſent, vt cauſa mortis, &
nõ inter viuos donatio dicatur, quæ breuitatis cau-
ſa omittenda cenſui. Quibus tamen ſupra deductis
non refragantibus in caſu propoſito firmiſſime te-
neo donationem inter viuos factam fuiſſe. Et pri-
5 mo moueor, quia in principio inſtrumenti appa-
ret, quòd pure, libere, ſimpliciter, & irreuocabiliter de-
dit, tradidit, & donauit &c. quæ verba, vt concludit,
Oldr. conſ. 5. Titius dedit. quem ſequitur Alex con-
ſil. 14. Circa primum. col. 1. uol. 1. Soc. ſen. conſi. 53.
In præſenti conſultatione. col. 1. nu. 2. vol. 1. & Dec.
conſi. 199. Circa primum dubium. col. 3. in princ.
verſic. Non obſtant verba inſtrumenti. inter viuos,
& non cauſa mortis donationem fuiſſe important.
6 Cùm illa mera, libera, ſimplex, & gratuita dicatur,
iuxta tex. in l. 1. ff. de don. etiam ſi titulo donationis
cauſa mortis, & poſt mortẽ dicatur. vt inquit Ruy.
conſil. 180. Pro clara reſolutione. col. pen. in princ.
7 verſic. Quantum vero. volu. 1. & Aymo conſi. 214.
puto donationem. in prin. volum. ſecundo. Secun-
do clarum eſt, quòd vbi per donatorem in inſtrumen-
ti principio aſſeritur, quòd illa donatio irreuocabilis ſit
tunc illa inter uiuos dicitur ſecundum Paul. de Ca.
conſi. 330. Super primo quæſito uidendum eſt. in
prin. vol. 1. in nouiſ. Nam vbi ita cauſa mortis dona
tur, vt nullo caſu reuocetur, donatio inter viuos ma
gis quàm cauſa mortis donatio dicitur. text. eſt in l.
vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. ſequitur Dec. in
dictis duobus conſilijs, quæ refert & ſequitur Curt.
iun. conſi. 56. Præſupponitur in facto ab hoc ſecu-
lo. col. 2. in fi. verſi. primus eſt quando. diſtinguens,
8 quòd ſi in ſubſtantialibus verbis in initio inſtrumenti
appoſitis dictum ſit, quòd donatio reuocari nequeat,
quòd tunc inter viuos donatio videtur, allegat d. l. vbi
ita donatur. & tali caſu inquit eorum opinionem
9 procedere, qui inter viuos donationem eſſe aſſeue-
rant. Si verò cauſa mortis donatio ſimpliciter facta
ſit, & deinde inferius acceſſorie dicatur. Et prædicta
omnia obſeruare promiſit, non reuocare, nec con
trauenire, tunc mortis cauſa donatio fertur. vt con-
cludit Ang. conſi. 254. Hæc quæſtio, & eſt ſecũdum
eum ratio, quia clauſula illa acceſſoria ad prædicto-
rum confirmationem poſita principalem diſpoſi-
tionem alterare non videtur, & propterea deroga-
re nõ dicitur, quo minus cauſa mortis donatio ſit:
verum in caſu propoſito nedum in principio, & in
ſubſtantialibus inſtrumenti verbis dicitur pure, li-
bere, ſimpliciter, & irreuocabiliter donauit &c. ve-
rumetiam in medio inſtrumenti expreſſa apparet
promiſſio, quòd idem Paulus dictam donationem
voluit omnino quocunque caſu contingente irre-
uocabilem eſſe, dicendum eſt ergo donationem
hanc inter viuos, & non mortis cauſa fuiſſe. vt con
ſuluit Ruy. conſi. 123. Quia agitur. volum. primo. &
uoluit Ang. de Gambel. in tract. de teſtam. in uerſi.
donationes cauſa mortis. columna prima. uerſicu.
Quarto no. dicens quòd ſi dicatur, dono donatione cã.
mortis, adijciaturque irreuocabilem eſſe, quòd per ad-
iecta verba efficitur inter uiuos donatio, ſiue in ua
letudine fiat, ſiue in extremis uitæ. idem firmat Ro
land. in tract. de dona. cau. mor. in 1. rub. col. 2. uerſ.
Cæterum ſcire debet. & in ſua ſumma. in gl. Hos te-
ſtamentorum. in antepen. fol. ſub rub. de mor. cau.
donat. natura, & iure. col. 3. uer. Cæterum ſcire de-
bet, & ibi Aldobran. in add. inc. Quia narie inter do
cto. Et hoc, quia donatio inter viuos regulariter re
10 uocari non poteſt, l. cùm ancillam. & ibi Bar. & Bal.
C. de cond. ob cau. §. aliæ autem. Inſt. de don. c. fi. in
glo. fi. ext. eod. & l. fi. C. de reuoc. dona. Nam in ea pœ
11 nitentia locũ non habet ſecundũ com. opi. doct. in
l. Ariſto. ff. de don. & per Alex. in l. qui Romæ. §. fla-

l. 1.col.2.in prin.in 3.not.C.de pac.Quoniam reſpõ
detur non apparere, ꝙ certum in legato legitima-
tionis tempore relictum fuerit,ideo illud plus,vltra
legatum prius factum, relictum intelligitur, ita ut
ad legitimam, & non ultra, extendatur, cùm relin-
quatur tantum quod in ipſius teſtatoris hæreditate
20 debetur,& non vltra. Et eo magis quia illa dictio,
vltra,eſt alterius legati incluſiua. l. cùm ultra. C.de
non num.pecu.cum alijs per Alberi. in eius dictio-
nario deductis.in uer.Vltra.& per Arc.conſi.67.Di-
ligenter.col.1.in fi.uerſi.Ex quo uidetetur.Et ex his
omnia dubia contra dictos ſubſtitutos tradita arbi-
tror ſublata fuiſſe ego Matthæus Brunus Iuriſcon.
Arim.ad laudem omnipotentis Dei,ac glorioſiſſi-
mæ Virg.matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Iura ruſticis fauere conantur.*

2 *Simplicitas in ruſtico,muliere, & minore præſumitur,illisq́, non præiudicat, etiam ſi peritiores conſulere potuerunt.*

3 *Legitimatio perſonarum imprimis in quocunq; iudicio etiam ſummariſſimo requiritur.*

4 *Prodigalitate alicuius durante, curatoris etiam officium durat.*

5 *Curator legitimus, & non datiuus loca defuncti prodigo dari, & ſubrogari debet, niſi in ſubſidium deficientibus agnatis, vel niſi tacite, vel expreſſe legitimus conſenſiſſet. & nu.6. & 7.*

8 *Cura prodigo decreta per ſuperuenientiam prodigi ad ſanos mores ceſſat.*

9 *Teſtibus de ſana mente, ſanisq́, alicuius moribus deponentibus magis creditur, quàm mille contrarium deponentibus.*

10 *Curator prodigo datus inuentarium conficere tenetur, aliàs in cura ſe ingerere non poteſt. & num. 11.*

Curator inuentarium facere negligens, vt ſuſpectus remoueri debet.ibid.num. 11.

Acta in iudicio per curatorem, qui inuentarium non confecit, ſunt nulla.ibi. nu.11.

12 *Exceptio inuentarij non confecti tutorem, & curatorem ab agendo repellit.*

Citari qualiter in ciuitate, & comitatu quis debeat, & abſens. ibid.

13 *Confirmatio alicuius actus per iudicem facta cauſa cognita fieri debet, aliàs non valet.*

14 *Reſtitutionem in die vna petere, cauſamq́, & omnia expedire, impoſſibile eſt.*

15 *Sententia præcipiti feſtinatione, ob temporisq́, breuitatem lata, dicitur nulla.*

16 *Sententia cum cauſa cognitione ferri debet, etiam quòd ſit interlocutoria.*

17 *Cauſa cognitio ex temporis breuitate in ſententia præcipiti feſtinatione lata interueniſſe non præſumitur, ſed dolus, in quo iudex verſaſſe præſumitur.*

18 *Breuitas temporis in arbitrarijs reddit acta nulla.*

19 *Sententia Principis ex temporis breuitate viciatur.*

Confirmatio curæ prodigo decreta non præcedentes actus factos reſpicit, ſed futuros tantum. ibid.

20 *Decipientibus, & doloſis iura non ſubueniunt.*

21 *Inductus prodigi perſuaſione ad credendum ipſum alienandi poteſtatem habere, etiam ſi re vera non haberet, ſibi non præiudicat.*

2 *Deceptis, & non decipientibus iura ſubueniunt.*

13 *Contractus prodigi, cui fuit bonorum adminiſtratio interdicta, iureiurando firmatur.*

CONSILIVM CLVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti materia aliàs ad fauo-
rem Laurentij de Manduchis ſcripſi, &
quia nouiſſime(ut audio)noua iura ad-
uerſus Dionyſium de Monte Madio,&
Gregorium de Zannis per ſer Franciſcũ
Curicum aſſertum Ioannis Vagnotti prætenſi pro
digi curatorem producta fuerunt, non immerito
1 alia in fauorem præſentium pauperum ruſticorum
ſubnectam.Quibus iura fauere conantur, ut nota.
per glo.& doc.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.
iud.& Prætor ruſticitati ac Imperitiæ parcere con-
ſueuit.vt tradit Soc.iun.conſi.90. Abunde.in princ.
2 vol.2.Et ideo inquit Bald.in rub. C.de rer.permut.
quem ſequitur Dec.conſi.180.Viſa renunciatione.
col.pen.in princ.& conſi.351.In caſu.in fi.& idem
Soc.iun.conſi.116.Præſens caſus. col.2.ad fi.nu.13.
uer.Et primo dico.uol.2.& Capyc.in deciſ.159. In
cauſa magnificorum.nu.23.ꝙ in ruſtico, muliere,
& minore ſimplicitas præſumitur, eiſq; non præiu-
dicat,etiam ſi iurauerint, & huiuſmodi ſimplicitati
parcendum eſt,etiam ſi peritiores conſulere potuit,
præſertim ubi de damno euitando tractatur. ut uo-
luit Pau.Caſt.conſi.355.Poſtquam iſte. ante fi.uol.
1.in nouiſ.Deuenio igitur ad proceſſum per ſer Frã
ciſcum aſſertum curatorem fabricatum,& dico ip-
ſum nullum,nulliterque fabricatum fuiſſe,ex eo ꝙ
in actis de ſuæ perſonæ legitimatione non apparet.
3 Et in quocunque iudicio etiam ſummariſſimo a-
gens ante omnia eius perſonam legitimare debet.
gl.eſt in l.2.& ibi no.Bar.& Iaſ.poſt alios. C.de edic.
diu.Adr.tol.idem Bar.in extrauag. ad reprimendũ.
in uerbo,figura. Alex.conſi.59.Viſo proceſſu.col.1.
nu.2.uer.Nam in omni cauſa.uolu.2.& Marant. in
ſuo trac.iud.in 4.par.diſt.9.in 2.q.n.32. Nec dicatur,
de eius legitimatione, per curæ dationem aliàs (ut
aſſeritur) per obitum Philippi legitimi curatoris de-
cretæ in dicti ſer Franciſci perſonam,conſtare.Quæ
4 cura durante dicti Vagnotti prodigalitate, durare
dicitur.§.furioſi.& ibi doc.Inſt.de curat. Quoniam
duobus modis reſponderi poſſe arbitror. Primo,
5 quia quando plures conſanguinei curatores prodi-
go conſtituti ſunt, vno ex curatoribus defuncto,
quamuis loco defuncti alter curator ſubrogari de-
beat.ut eſt tex.in l.fi.§.fi.C.de curato.furio. cum ſi-
legitimus tamen,non datiuus erit, ut inquit ibi tex.
& ita tenet Bald.in d.§.fi. aſſeuerans, ꝙ in curatoris
creatione ab initio dictum eſt,idem in ſubrogatio-
ne loco creati intelligitur, ad idem eſt tex.in d.§.fu-
rioſi.& ibi no.Arc. inquiens,no.ꝙ furioſi,& prodi-
6 gi cura legitima eſt, quia ex lege 12.tab. ipſi ſunt in
agnatorum cura, quibus eorum hæreditas defer-
tur.ut eſt gl.in l.1. ff. de cura.furio. & in l.is cui bo-
7 nis. de uerb.obl. Et ideo in furioſi,& prodigi cura
nunquam curatori datiuo locus eſt,niſi in ſubſidiũ,
deficientibus agnatis, uel niſi legitimus tacite, uel
expreſſe conſentiſſet, ut pulchre conſuluit Pau.Ca.
conſ.106.Incipiendo a ſecundo dico.col.fi.uer.Ad
ſecundum quod extabat.uol.2.in nouiſ.Et ppea in
quit ibi Arc.eſſe in practica memoriæ tenẽdũ,quia
quàmplurimos errare proſpexit.Si ergo ſer Franci-
ſcus in agnatorum, proximiorumq; conſanguineo-
rum locum,qui ea ætate reperiebantur,ut ex com-
paritione, Melchiorisq; de fuſconibus, & Antonij
Paſotti relatione coram Prætore facta apparet, da-
tus ſiue ſubrogatus fuit,ergo eius cura nulla,& nul-

liter

liter decreta fuit, ergo in præſenti iudicio tanquàm
legitimus curator minime comparuit, merito con
cludendum eſt, proceſſum ab eo fabricatum fuiſſe
& eſſe nullum. Secundo reſpondetur, ꝙ quamuis
forte dici poſſet aſſertam curam in perſonam ſer
Franciſci fuiſſe, & eſſe rite, & recte datam, & valere,
ex duobus tamen capitibus arbitror in præſenti ca-
ſu ſuſtẽtari non poſſe. Primo quia per ſuperuenien-
8 tiam ſanæ mentis dicti Vagnotti aliàs per Guberna
torem declaratam, aſſerta cura penitus ceſſaſſe dici
tur. vt eſt tex. in d. l. 1. §. 1. ff. de cura. furio. & probat
Bar. & communiter doct. in d. l. is cui bonis. in 1. q.
de uerb. obl. & declarat Guid. Pap. in deciſ. 260. Cu-
9 rator datus. & teſtibus ſuper ſana mente, ſaniſq; mo
ribus Vagnotti magis creditur, quàm mille contra-
rium deponentibus. vt voluit Abb. in ca. cùm dile-
ctus. col. pen. extr. de ſucceſ. ab inteſt. cum infinitis
conc. per Boer. relatis in deciſi. 23. Morus. nu. 93. Et
tãto magis quia de eo tempore depoſuerunt, quo
Vagnottus ſanæ mentis erat, & illa depoſitio præua
let. idem Boer. in d. deciſ. 23. num. 97. Secundo quia
10 curator aſſertus nullum confecit inuentarium, vt
de iure conficere tenebatur, ergo in aſſerta cura ſe
ingerere non poterat. l. fi. C. de cura. furio. nota. per
Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tut. & ha-
betur copioſe per Spec. in §. generaliter. in princ. &
ver. Hoc autem notandum eſt. & uerſi. Item ſecun-
dum eum. in tit. de tuto. & §. 1. in prin. ver. Cæterum
cum de præmiſſis. in tit. de curat. & in curatore pro
digi ita conſuluit Pariſi. conſil. 95. Statutum. col. fi.
11 in fi. vol. 1. Cùm ergo aſſertus curator nullum inuẽ
tarium confecerit, quod facere debuit mox cùm
curam aſſumpſit. l. tutores. C. de adm. tut. inuenta-
rioq; non confecto in dolo eſſe præſumitur. d. l. tu-
tor qui repertorium. in princ. & ibi Bar. Et tutor, &
curator qui inuentarium facere negligens eſt, vt ſu
ſpectus remouendus eſt. l. fi. in fi. C. de adm. tut. & l.
3. §. tutores qui repertorium. ff. de ſuſpect. tut. & ne-
gligens cenſetur, niſi mox illud conficiat. d. l. tuto-
res. merito remouẽdus erat. Et dato ꝙ remotus nõ
fuerit, attamen in iudicio ſe ingerere non poterat,
immo acta per ipſum geſta ſunt nulla, vt tradit So-
cy. iun. conſil. 22. Iſta conſultatio. verſ. Præterea ad-
12 ducta. vol. 2. nec in iudicio ipſe audiẽdus erat. Quia
exceptio non confecti inuentarij ipſum ab agenda
repellit. ut late uoluit Bar. in §. prætereà. ll 2. col. 25.
in fi. uer. Videndum reſtat. & col. 29. in fi. verſic. His
omnibus. Inſt. de excep. Nec noua confirmatio re-
fragatur, quia illa ſimiliter eſt nulla, & nulliter facta.
Tùm quia Vagnottus non fuit citatus, nec empto-
res bonorum, vt requirebatur, de quorum præiudi
cio tractabatur. l. de unoquoque. de re iud. & pro-
bat Soc. ſen. conſi. 279. Viſa donatione. col. 1. uerſi.
Præterea poteſt dici. vol. 2. per no. per Ang. Imo. &
Paul. de Caſt. in d. l. is cui bonis. ergo &c. quod per
nuncij relationem aſſerentis ſolummodo Vagnot-
tum in comitatu citaſſe patet, ergo non perſonali-
ter, nec ad ſuæ habitationis domum, & ex forma ta
men ſtatutorum Arimini ſub rub. de in ius uocan.
requiritur, ꝙ in prima citatione quis perſonaliter,
vel bis domi in ciuitate, vel ſub burgis citari debeat.
Si uero in ciuitate nõ habitet, vel ſub burgis, ſemel
tantum ad domum, vel perſonaliter citetur. ergo ci
tatio nulla. Præterea Vagnottus per annum conti-
nuum, & ultra in comitatu non habitat, ſed extra
prouinciam per 70. milliaria, & ultra, ut notorium
eſt, quamuis etiam probatum fuerit, unde alia ſta-
tuti forma ſub eadem rubrica ſeruata non fuit, quę
uult quòd ſi quis in ciuitate, uel burgis, ſeu alio in
loco diſtrictus Arimini proprios lares non habue-
rit, ad feneſtras palatij communis Arimini vnica
per tubicinam citatione (vt in practica ſeruatur) ci-
tari debeat, quæ citatio cùm illegitime facta fuerit,
ſequitur quòd confirmatio fuit, & eſt nulla; nulliter
que facta. Tùm etiam quia Prætor ſtatim nullo tẽ-
poris ſpacio interpoſito poſt comparitionem, & pe
titionem Melchioris, & Antonij prædictorum cu-
ratores aliàs, ut aſſeritur, datos confirmauit, & ſic
non ullis teſtibus de ſana mente examinatis, nec de
claratoria per Gubernatorẽ ſuper eadem ſana men
te facta, & ſic cauſa non cognita, ideo huiuſmodi
confirmatio non ualuit. l. cùm hi. §. prætor. ff. de
13 procu. Nam Prætor ad aſſertam confirmationem
eodem inſtanti procedens, quo pars citata dicitur,
nulla præmiſſa cognitione, huiuſmodi confirma-
tio ob temporis breuitatem nulla fieri dicitur. opti
mus pro hoc tex. in l. ſi finita. §. non autem ſtatim.
ff. de dam. infect. ubi dicitur, non autem ſtatim ubi
Prætor miſit in poſſeſſionem, etiam poſſidere iu-
bet, ſed tunc demum cùm iuſta cauſa videbitur, er-
go interuallum aliquod debebit intercedere. eodẽ
modo Prætor ſtatim aſſertos curatores confirma-
re nõ debebat, ſed interuallum aliquod, intra quod
de huiuſmodi declaratoria cognoſcere potuiſſet,
adhibere debebat. ad idem adduco glo. in l. ſed & ſi
per prætorem. §. quoties. in uerbo, unius diei. ff. ex
14 quib. cau. maio. ubi ꝙ impoſſibile eſt in una die re-
ſtitutionem petere, cauſam complere, & omnia ex
pedire, eodem modo in caſu propoſito impoſſibi-
le erat, eadem hora teſtes de ſana mente Vagnotti
examinatos, declaratoriamq; ſuper illius ſanis mo-
ribus ſententiam in promptu habere, & omnia eo
dem momento expedire. Neceſſarium enim erat
aliquod temporis interuallum ad inquirendũ quo
modo, & qualiter, & ad quem finem illa confirma
15 tio fieret. Ad idem faciunt iura, quibus ſententiæ
præcipiti feſtinatione ob temporis breuitatem la-
tæ annullantur. l. 2. & l. fi. C. de ſent. ex peri. reci. l. pro
latam. C. de ſenten. cum alijs per Aymo. relatis con
ſil. 23. Titius detentus. in prin. vol. 1. & ratio eſt, quia
16 ſententia, etiam quod interlocutoria exter, cũ cau-
ſæ cognitione ferri debet. l. a procedente. C. de dila
tio. Bar. in l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offi.
proconſ. & lega. Alex. conſil. 33. Viſo themate. co-
lumna ſecunda. ſub numero decimo. verſicu. Circa
ſecundum principale dubium vol. 1. Calcan. conſi.
113. Licet copioſe. col. 1. ſed ex tẽporis breuitate cau
ſæ cognitionem interueniſſe nòn pręſumitur, ut in
17 dictis iuribus habetur. Immo ex illa temporis bre-
uitate præſumitur dolus, & ꝙ Prætor adeo feſtinan
ter procedens doloſe verſatus ſit. Pau. de Caſt. conſ.
18 174. Contra ſuperius conſulta. col. 2. in fi. volu. 1. in
noniſ. Et temporis breuitas etiam in arbitrarijs acta
nulla reddit. Anch. conſi. 36. Viſa quadam petitio-
19 ne. col. 1. nu. 5. Amplius etiam Principis ſententia ex
tẽporis breuitate viciatur. c. cùm ex literis. ext. de re
ſti. in integ. Dec. conſi. 544. Sereniſſimus. col. 3. n. 17
uer. Secundo principaliter. ergo confirmatio illa fe
ſtinanter, & non per interuallum, nec cã cognita fa
cta, redditur nulla. Accedat quòd aſſerta huiuſmo-
di confirmatio quatenus ualida foret, nõ præcedẽ-
tes actus tẽpore dictæ declaratoriæ, & poſt eam fa-
ctos, ſed futuros tm̃ reſpiceret. ut probat Soc. ſen. d.
conſi. 279. col. 1. uer. Aut uolumus dicere. Ideo ad
hæc aſſerta iudicia contra hos ruſticos ſine ltima-
tione plenæ mora non extẽditur. Quibus ſic, vt ſu-
pra ſtantibus tanquàm ueris, arbitror partes D. Gu
bernatoris inſtantis fore, & eſſe in abſoluendo hos
reos conuentos ab obſeruatione aſſertorum iudi-
ciorũ cũ expenſarũ uictoria. Et hæc quo ad pceſſus
nullitatẽ dicta ſint. Et poſito ꝙ pceſſus ualide, & ltĩ
me fabricatus fuiſſet. Nihilominus teneo hos cõuẽ

tos a petitis abſoluendos eſſe. Nam dato & non
conceſſo, quòd ſententia declaratoria in fauorem
Vagnotti ex aliquo capite nulla reddi poſſet, dico
reis conuentis obeſſe non poſſe, ex quo poſt ta-
lem declararatoriam Vagnottus pro eo ſe gerebat,
qui bonos haberet mores, & ita per huiumodi de-
claratoriam ab omnibus in Ciuitate ſciente, &
non contradicente aſſerto curatore reputabatur,
iuxta uot.in l.barbarius.ff.de offi.præto.per Bart.&
alios in l.ſi urbana. ff. de cond. indeb. Vnde ſi Va-
gnottus ſe prodigum eſſe non ignorabat, declarato,
riamq; non ualere, eiusq; bona alienans alios deci-
pere prætendens, doloſe ſe geſſit, hoc caſu ſe iuuare
20 non poteſt. Cùm decipientibus & doloſis iura non
ſubueniant.l.2.C.ſi minor ſe maio.dixe. cum uulg.
Ita in his terminis conſuluit Pariſ.dic.conſi.95. co-
lum ſi.circa fin.uerſicu. Eo etiam quia ipſe.uolum.
1.Et propterea inquit Pau.Caſt conſi.248. Viſis &
Ponderatis omnibus, colum.2.uerſi. Ex quo ſequi-
tur. uolum.2. in nouis quem refert & ſequitur Ay-
mo.conſi.192. Caſus ita haber. Iacobinus, colum.
6.ſub num.13.uerſi. Alibi ſcribit Pau. de Caſt. lib. 1.
21 quod ſi quis Prodigi ſuaſione inductus ad creden-
dum ipſam alienandi poteſtatem habere, etiam ſi
re uera non haberet, & emeret, non uidetur quòd ſi-
bi ementi obijci poſſit, cur ſibi crediderit, ita in pro-
poſito caſu dicendum eſt, quia cùm per ſentẽtiam
declaratoriã notorium eſſet, Vagnottum ad ſanos
mores fuiſſe reuerſum, eiusque bona abſque cura-
tore adminiſtrare poſſe, illaque alienare, nullo pa-
cto reis conuentis obeſſe debet. Quinimmo ex eo-
rum ſimplicitate, ex declaratoriaque ſententia ſub-
ueniri debent. Cùm deceptis & non decipientibus
22 iura ſubueniant.l.2.§.hæc uerba.cum ſimi.ff.ad uel-
23 leya. Et tanto magis quia etiam prodigi contractus,
cui bonorum adminiſtratio interdicta fuit, iureiu-
rando firmatur, ut tenent magis communiter doc.
ut per Anto.de But. Abb.& Io.de Imo.in cap. cum
contingat.extra de iureiur. & ita conclusum fuit in
Capella Tholoſa. in deciſio. 498. Item fuit quæſi-
tum. Vtrum contractus prodigi. Et hanc opi. tenet
ibi Eufre.in eius additio.cum alijs ibi per eum alle-
gatis.& eam ſequitur Galleſi.in tractat.de obliga.in
for.came, in 3.q.primæ partis.ſub nume. 5. Ex qui-
bus omnia in oppoſitum deducta arbitror ſublata
fuiſſe, & ita de iure reſpondendum cenſeo ego
Matthæus Brunus I.C. Ariminen.ad laudem omni-
potentis Dei ac glorioſiſſimæ uirginis matris, Ma-
riæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Pater uniuerſalem hæredem inſtituere poteſt quemcunque uoluerit, hæreditatemq; inter filios diuidere, dummodo uni-cuique legitimam relinquat.*
2 *Filius ad legitimæ ſupplementum agere poteſt, ſi ei minus legitima relinquatur.*
3 *Bona filio donata in eius legitima computantur. & numero 6.*
4 *Grauamen omne, omnisq; conditio & quælibet dilatio de filij legitima ipſo iure reijcitur.*
5 *Donatio inoffi cioſa, ſaltem reſpectu legitimæ reuocari poteſt, quando uni ex filijs facta fuit.*
7 *Legitima filij eſt tertia pars illius portionis, quæ ſibi ab inteſtato debetur.*
8 *Filia fœmina dotata ſi finem de omnib. bonis & hæreditate patris fecerit, ad partem cum filijs non admittitur.*

CONSILIVM CLIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 VERA & communis eſt in iure concluſio, ꝙ pater uniuerſalem hæredem inſti
tuere poteſt, quemcunq; uoluerit. hære
ditatemq; inter filios diuidere dummo-
do unicuique legitimam relinquat.l. pa
rentibus.ubi Bar.Iaſ. & alij. C.de inoffi. teſta. l. hac
edictali.§.1. C.de ſecun.nupt. l.papinianus.§. quo-
niam autem.ff.de inoffi.teſta.§.aliud quoq; capitu-
lum.in auth.ut cùm de appel.cogno.Bal.conſi. 24.
Statuto ciuitatis cauetur. conſi. 161. Quædã nobi-
lis D.Agneſina.vol.1.Io.de Ana.conſ.29.Viſa impe
riali.col.2.In quarto dubio.ſub nu.5. uerſic. Præte-
rea ut etiam literæ.Pau.de Caſt.conſi.351. Pro fun-
damento prædictorum.colum.1.in fi. uol.1. in no-
uis.& conſi.414. Viſo & examinato.in prin.uol. 2.
in nouis.cũ alijs per Aymo.relatis conſi. 142. Clau-
2 dius.colum.1. uerſic.Circa primum dubium.volu.
1.Et ſi minus legitima uni ex filijs relinquatur, ille
ad eius ſupplementum agere poterit. l. omnimo-
3 do.C.de inoffi.teſtam. Et bona filio donata in eius
legitima computantur, ut communiter uolunt do-
4 cto.poſt Bar.in l.in quartam.ff.ad l.Falci. De qua le-
gitima omne grauamen, omnisq; conditio & quæ-
libet dilatio ipſo iure reijcitur, ut eſt tex.& ibi Iaſon
poſt alios in l.quoniam in prioribus.C.de inof. te-
ſtam. Quibus ſtantibus in caſu præſenti concluden
dum uidetur Hieronymo in re particulari inſtitu-
to, uidelicet in libris trigintaquinq, denariorum, &
in quibuſdam terrarum agris ſibi per eius patrẽ do-
natis, actionem non competere, niſi ad legitimæ ſup-
plementum, cum ei minus legitima relictum fue-
rit, ut per bonorum hæreditariorum æſtimationẽ
recte calculatio fieri poteſt. Sed in dubium reuoca-
tur, an Hieronymi legitima de bonis tantum hære-
ditarijs, uel etiam de donatione Io. Paulo, & donno
Ioanni eius fratrib. facta detrahi debeat? & concluſi
5 uè reſpondendo dicimus, quod cum coſi donatio
tanquam inofficioſa ſaltẽ reſpectu legitimæ Hiero-
nymi reſcindi poſſet, ut cõiter uolunt Doc.in l.1.in
l.ſi totas.& in l.liqueat, C.de inof.don. per Bart.& a-
lios in l.titia.§.Imperator.de leg.2.Roma.conſil.26.
Pro deciſione.colum.fi.uerſi. Quo ad quartum. &
latè Pari.conſi.72. Videtur dicendum, col.4. in prin.
uerſ. Ad quod ẽt facit.cũ alijs ſeq. uol.1. & conſ.73.
Donatio iſta.col.4.in prin.uer. Prout etiam.co.uol.
1. tam de bonis in hæreditate relictis, quàm de dona
6 tione eius fratribus facta detrahi debet, cum bona
donata tanquàm æs alienum de teſtatoris patrimo
nio detrahi non debeãt, quia donatio illa æs alienũ
uoluntarium, non autem neceſſarium dicitur, ideo
per illud legitima minui non debet. Pau. Caſt. con-
ſi.82. In hoc negocio.in princ.uolum.1.in nouis. &
conſi.416. Iſta domina Sancta.in fi.uolum.2. in no-
uis.cum alijs plenè per Aymo.relatis conſil.141. Ia-
cobus Cabaſij.colum.2.in fi.num.5.uerſi. Amplius
dico,& conſi.165. Super puncto.col.1.num.5.uerſi.
7 Itaque ſi iſte filius. uol.1. legitima ergo Hieronymi
cùm tertia ſit pars illius portionis, quæ ſibi ab inte-
ſtato debetur, cùm quatuor ſint filij, uidelicet tres
maſculi, & una fœmina. authent. nouiſſima. & ibi
Doc.C.de inoffi.teſtam. de omnibus bonis tàm hæ-
reditarijs, quàm donatis detrahenda uenit. Pona-
mus igitur bona donata tàm Ioannipaulo & don-
no Ioanni, quàm etiam Hieronymo, & hæreditaria
ad ſcutos tercentum aſcendere, quæ cùm in tres par
tes ab inteſtato diuidi debeant, cùm fœmina dotata
ob eius

ob eius renunciatioñ & finẽ in paternis bonis cũ fratribus ad partem non admittatur, Guid. Pap. in deciſio. 295. An filiusfam. in fin. & in deciſio. 599. Item etiam, in prin. cum alijs de quibus per Soc. ſen. conſi. 75. Viſo teſtamento. colum. 2. in fi. uerſi. Confirmatur hoc. uolum. 3. per Bellon. abunde conſilio 83. In cauſa Dom. Baronis. nu. 13. uſque ad fi. & dixi ſupra conſi. 128. Super reſtitutione fideicommiſſi. num. 15. uerſi. Quæ mulieres. una portio cętum ſcutorum erit, quorum tertia pars ad ſcutos triginta tres cum uno tertio aſcendet, & tantum Hieronymo pro eius legitima debebitur, & non ultra. & ita dico & iuris eſſe cenſeo ego Matthęus Bru. I.C. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteotica res ſi ad unum emphyteotam per diuiſionem obuenerit, omnes penſiones ſoluere tenetur, eiſque aliter nõ ſolutis in præiudicium omnium inueſtitorum ad eccleſiam redit.*
2 *Reſtitutio in integrum in libello reconuentionali peti, & proponi debet.*
3 *Tutori & adminiſtratori imputatur ſi res emphyteotica ob canonem non ſolutum ad Eccleſiam reuertitur.*
Minori non currit tempus canonem ſoluendi. ibidem.
4 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali his qui in probabili & iuſta, & non in ſupina ignorantia fuerunt, concedi debet, ſecus ſi ſcientiæ præſumptio militaret. & num. 5. & 6.*
7 *Emphyteota canonem ſoluere ceſſans ſibi, omnibuſq; alijs ſequentibus in inueſtitura comprehenſis præiudicium infert.*
Eccleſia quemcunque voluerit inueſtire poteſt, ſi emphyteota canonem ſoluere ceſſauerit. ibidem. & nu. 11.
8 *Ius alicui in ſpe competens, in eius bonis eſſe non dicitur, & ante conditionis euentum non competit. & nu. 9.*
10 *Ius ad rem, & ius in re inter ſe differunt.*
11 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali competit tantum læſis, lapſa temporis ex ignorantia facti.*
12 *Clauſula, omnia & ſingula in præſenti inſtrumento contenta promiſerunt &c. ad omnia præcedentia ſiue principaliter, ſiue incidenter ſint expreſſa, refertur.*
13 *Clauſula in fine poſita ſemper ad omnia præcedentia referri debet.*
14 *Dictio vniuerſalis omnes præcedentes caſus includit etiam, quòd maior ratio ſit in vno, quàm in altero.*
15 *Qui omne dicit nihil excludere videtur.*
16 *Verbum quodlibet etiam minimum, & omnis ſillaba, omniſque dictio in qualibet diſpoſitione appoſita, nõ debet eſſe fruſtra appoſita, ſed cum operandi miniſterio.*
Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia non refertur, quando abſurdum reſultaret, eademq; ratio non militaret. ibidem.
17 *Emphyteota rem emphyteoticam alienans cum reſeruatione de renouatione facienda a caducitatis pœna non excuſatur.*
18 *Emphyteota rem emphyteoticam alienans ſaluo iure domini ius maleſeruare dicitur, ex quo totum eneruat, ideo in commiſſum incidit etiam per fictam conſtituti traditionem. & nu. 19.*

CONSILIVM CLX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

TRIA contra Magnificam Dom. Iuliam de Milgio proponũtur dubia, quæ quãuis in effectu ſubtilia ſint, ea tamen facile diſſolui & tolli poſſe confido. Et quò ad primum dum dicebatur ad Reuerendiſs. Dominum Iulium & Dominum Pompeum fratres tantum penſionis ſolutionem ſpectare, dico quòd etiã Franciſcuſmaria & Michael aduerſarij eam ſoluere tenebantur, licet emphitheotica bona inter aduerſatiorum patrem, & patrem D. Iulię diuiſa fuiſſent, ut aliàs dixi, per ea quæ tradit Corne. conſi. 24. Ad euidentiam. colum. 3. num. 17. uol. 2. Afflic. in decl.
1 153. Venditur domus. & Ruy. conſi. 166. Attento tenore. colum. 4. ad fi. num. 12. uolum. 1. Dicentes ꝙ ſi
emphiteoſis ad unum ex fratribus per diuiſionem peruenit, & ille ob canonem non ſolutum emphyteoſi priuetur, illa ad Eccleſiam in pręiudicium nedum deſcendentium, uerum etiam aliorum agnatorum redit. Nec in proceſſu de aliqua conſtat ſolutione per emptorum molendini emphiteotici per aduerſarios uenditi facta, ita quòd illa cum ſolutione penſionis factæ de rebus ad Reuer. D. Iuliũ & Do. Pompeum in diuiſione peruentis coniungi debeat, ſed de molendini uenditione tantum apparet, abſque licentia & requiſitione Eccleſiæ, ut Frãciſcusmaria in eius ſeptima poſitione fatetur, ergo per canonem non ſolutum res emphiteotica ad Eccleſiam deuoluta fuit, ut idem Franciſcusmaria in ultimis poſitionibus D. Iuliæ fatetur: cui confeſſioni iuratæ ſtandum eſt, quia huiuſmodi confeſſio per uerbum (credit) ita pręiudicat, ſicut per ueritatis uerbum, ut inquit gl. fi. cõiter approbata in c. ex lite
2 ris. ext. de iurei. Nec aliqua in integrũ reſtitutio Franciſcomariæ aduerſus canonem non ſolutum concedi debet, tùm quia in libello reconuentionali peti & deduci debebat, ut in ſimili declarat Alex. conſ. 163. Viſo proceſſu. col. 1. uer. Vnde & ſecundo reſpõdeo, uſq; ad uer. Fortius uidetur. uol. 2. Tum quia eo tempore Franciſcusmaria tutores & adminiſtratores habebat, ut ex depoſitione teſtium pro eius parte examinatorum patet, qui canonem ſoluere cœperunt, deinde ceſſarunt ut in eius ſexta poſitione fate
3 tur. Tùm etiam quia contra eoſdem tutores & adminiſtratores actionem habent, quibus imputatur, ſi res ad dominum ob canonem non ſolutum reuerſa fuit, ut eſt text. expreſſus, & ibi not. Barto. & Doct. in l. fi. tutores. C. de admini. tuto. Et ſi dicatur, hodie minor ſeruaretur illæſus, & ſic minori non currit tempus canonem ſoluendi, ut inquit ibi glo. Bald. & Angel. & diſponit Egid. conſtitutio. in ſexto lib. ſub rub. de reſtitu. in integ. cap. 13. Reſpondetur hoc procedere in minore tutorem ſeu curatorem non habente, hic uerò tutorem habebat ut dictum eſt, ergo &c. Præterea Franciſcusmaria cùm hodie minorem ætatem exceſſerit, & ſit plus quàm maior, ut ex depoſitionibus eius teſtium aperte colligitur, per reſtitutionem in integrum ſuccurri non poteſt, ẽt ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau-
4 ſa &c. quia illa eis conceditur, qui in probabili, & iuſta, & non in ſupina ignorantia fuerunt, ſecundũ Inno. in reper. c. fi. col. 24. in fi. ſub nu. 34. uerſicu. Sed hic eſt aduertendum. extra de præſcrip. per. l. nec ſupina. ff. de iuri. & fac. ignor. quem refert & ſequitur Balb. in tract. de præſcrip. in 29. quæſt. princ. in quar-
5 ta parte quartæ quæſt. princ. Et ideo quando præſumptio ſcientiæ militaret, huiuſmodi reſtitutio concedi non debet, ut declarat Felyn. in cap. uigilanti. in tertia limita. extra de præſcript. & Dec. conſil. 267. Non excedit. ad fin. idem firmat Alexand. dicto conſi. 163. Viſo proceſſu cauſæ. col. fi. uer. Fortius uidetur. inquiens ꝙ quando præſumpta ſcientia mili-
6 tat, ut in coniunctis, qui coniunctorũ facta ſcire præſumuntur. l. octaui. ff. unde cogna. huiuſmodi reſtitutio concedi non debet. ꝙ autem Franciſcus maria ſcientiã & notitiã canonis non ſoluti ab anno 1525. uſq; ad annũ 1532. habuiſſe præſumatur, tàm ex eius conſan-

cõſanguinitate cũ D.Pompeo,& D.Iulio coniũcta,
quàm etiã per eius cõfeſſionem clariſſimè patet,de
qua in quarta poſitione D.Iuliæ,ubi canonẽ ſepara
tim ſub una poſta,uſque ad annum 1525. tam per
ſe,quàm per eius tutores,& adminiſtratores ſoluiſ-
ſe fatetur,deinde in dicta eius ſexta poſitione aſſe-
uerat,quòd filij D.Michaelis poſt annum 1525.uſ-
que ad annum.1532.dictum annuum canonem ſol
uere ceſſauerũt. Nec reſtitutio ſibi prodeſſe poteſt
7 quia per omiſſionem ſolutionis canonis per R. D.
Pompeum,nedum ſibi ipſis, uerum etiam omnib.
alijs ſequentibus præiudicium inferri potuit,ut vol
uit Bar.in l.3.ad fi.ff.de interd.& releg.quem cõmu
niter ſequuntur Doc.vt conſuluit Alex.conſi. 119.
Viſo proceſſu.col.fi.circa fi.verſi.Nec prædictis ob.
& conſi.ſeq.Ponderatis narratis.col.1. num.3.uer-
ſi.Tamen talis culpa.uolu.5.Gozadi.conſi.46.Viſis
inſtrumentis.col.3.in fi.num.13.uerſi.octauo nec
Dionyſius.& num.16.uerſi.Præterea propter cano
nem non ſolutum.& conſi.75.Magiſter Paulus.co
lum.1.num.2.uerſi.Secundo adduco.& Ruy.d.cõ-
ſi.166.num.12.uol.1.Si enim per in integrum reſti-
tutionem ſuccurri deberet, ſequeretur , quòd em-
phiteota circa contractum delinquens, uel in omit
tendo,uel in committendo, nunquam in inueſtitu
ra compræhenſis ſequentibus præiudicium ullum
inferre poſſet,& quod Eccleſia ob huiuſmodi deli-
ctum inueſtire nequiret,quemcunque uellet.ꝙ ta-
men contrarium uerius eſt, ut patet ex dictis per
Bar.in d.l.3.ad fi.& per ea quæ conſuluit Roma.cõ
ſi.103. Viſo propoſitæ.col.2.in prin.ſub num.4.uer
ſi.Eſt enim ponderandam.& conſi.213.Quò ad pri
mum.in prin. quem refert , & ſequitur Alex.conſi.
130.Difficultas.num.2.uerſi.Et ideo conſuluit.uol.
1.& conſi.6.Circa proceſſum.col.fi.ſub num.15.in
fi.uerſi.Et ſic ſatis eſt.uol.3.Iaſ.in l. 2.col.6.in 5.not.
ibi.Item quinto addite.C.de iure emphi.& Deci.cõ
ſi.329.Pro defenſione.col.fi.num.6.uerſi. Non ob.
quod ultimo.Gozadi.d.conſi.45.col.fi.numer.26.
Pariſi.conſi.28.Quoniam,col.pe.in prin. nume.10.
vol.1.Grat.conſi.96. Viſis omnibus.col.fi.num. 23.
uerſi.Tertio reſpondeo. uol.1.Roland. a ualle con
ſi.2.num.172.uol.2.& Soci.Iuni.conſi.9.Reſolutio
col. 3.in prin.num.13.uerſi.Tertio ſimiliter. cũ ſeq.
uol.3.Rurſus dico,quòd eo tempore,quo canonis
ſolutio per D.Iulium & D. Pompeum omiſſa fuit,
nullum ius in dictis bonis , antequam ſucceſſionis
caſus eueniret,Franciſcomariæ competebat,ut no-
tãt Doc. in c.a.de ſucceſ.feu.in uſib.feudo. & niſi in
8 ſpe non competebat,unde ius illud in bonis noſtris
eſſe non dicitur,ut tradit Pariſi.conſi.103.Quòd ha
9 bitatio.col.1.num.3.& num.4.uol.4.Et ius ante cõ-
ditionis , & ſucceſſionis euentum non competit,
Aymo.conſi.10.Antonia relicta.col.pe.numer.15.
uol.1.& ſic conſiderabile non erat.l. poſt emanci-
pationem.ff. de libera. lega. illud enim ius ad rem,
& non ius in re dicebatur.Nam ius ad rem habens,
10 ius in ſpe quærendum habere dicitur, ſecus ſi in re
ius habet,quia ius de præſenti quæſitum habere di-
citur,ut pulchrè declarat Deci.conſi.147.Et pro ten
ui.col.pe.num.3.uerſi.Secundo pręmitto.ergo nul
lo pacto reſtituendus eſt.Cùm huiuſmodi reſtitu-
11 tio læſis tantum temporis lapſu ex facti ignorantia
competat.l.1.§.ſi quis autem.& ibi clare per Bar.&
Ang.ff.de iti. actuq; priua. cum alijs per Corne.rela
tis conſi.165.col.5. num.21.uerſi. Et propter hoc.
uol.2.Sed hic ex lapſu temporis minime, læſus eſt,
ca quo eo tempore nullum ius ſibi competebat,er
go &c.Quinimmo ſi ius illud,quod in ſpe habebat
conſiderabile foret, ut uoluit Corne. conſi. 180. In
hac conſultatione.col.3.ſub nume.9. cum duobus

ſeq.& conſi. 219. Ex duplici capite. ad fi. uerſi. Nec
ob.ſi dicatur.uol.2.dico,quòd attenta Franciſcoma
riæ ſcientia non poteſt aliquo pacto per in integrũ
reſtitutionem ſuccurri,ut dixi ſupra.Vlterius etiam
ſi eo tempore ius aliquod in re habuiſſet,de illaq;
noua inueſtitura conqueri voluiſſet,non potuiſſet
ut tradit Bal.conſi.146.Super iſto.ad fi.uerſi.Quæ-
ritur.tamen.vol.5.Quia Eccleſia inuito Franciſco-
maria & eo ignorante & non uocato, quemcunq;
uolebat,inueſtire poterat,vt uoluit Roma.d. conſ.
103.ſub num.4.& d.conſi.212. in prin. quem ſequi-
tur Iaſ. in d.l.2.d.uerſi.Item quinto addite.& Rolã.
a ualle.d.conſ.2.ſub num.170.uerſi.Non ob.modo.
cum plurib.ſeq.& Soci.Iu.d.conſ.9. ſub numer.13.
uerſi.Dico itaque.Et ſic primum dubium ſublatũ
& reſolutum uidetur. Quò ad ſecundum de pactis
non ſeruatis,reſpondetur,quòd illa uerba in inſtru-
mento primæ inueſtituræ appoſita, uidelicet cum
hac conditione & infraſcriptis pactis &c.dicitur pa
ctum, vt late deduxit D.Io.Dilectus Gualdẽ. in ſuo
conſi.uerſi.Secundo quia D.Michael tempore in-
ueſtituræ. & uerſi. Nec ob.ſi quis dixerit, quod illa
affirmatio precij &c. ideo non obſeruando quod
promiſſum fuit,ab omni eorum iure cecidiſſe di-
cuntur , & propterea ob pactorum inobſeruantiã
D.Iulius & D.Pompeus inueſtiri potuerunt.Et illa
12 clauſula,omnia & ſingula in præſenti inſtrumento
contenta promiſerunt &c.ad omnia præcedentia ſi
ue incidenter ſiue principaliter ſint expreſſa,refer-
tur,ut voluit Pariſi.conſi.97.Vt præſentis.colu.13.in
prin.num.91.uerſi.Et eius opinio.& num. 121.uer
ſi.Prout etiam tollitur.uol.1. & late conſi.9. olim.
col.7.in fi.num.55.uerſi. Quæ clauſula.cum duob.
ſeq. vol. 2.& conſi.12.Tranſactio.nu.175.cum ſeq.
13 eo.vol.Quoniam clauſula in fine poſita ſemper ad
omnia præcedentia referri debet.l.1. C.de libe.præ
teri.Bar.in l.talis ſcriptura.& ibi Doc. de leg.1.cum
alijs de quibus per Deci.conſi.539.In inclita. num.
14 4.Et hoc eſt præſertim quia uniuerſalis dictio poſi-
ta eſt, quæ omnes prædictos caſus includere uide-
tur,etiam quòd maior ratio in uno ſit,quàm in al-
tero.Dec.conſi.358. Placet mihi. in prin.numer. 1.
15 Quia qui omne dicit, nihil excludere uidetur.l.a
procuratore. C.manda. & l. iulianus.cum vulg. de
leg.3.Si enim ad unam tantum partem , & non ad
omnia ſupra expreſſa referreretur, illa vniuerſalis
dictio,omnia & ſingula,neceſſaria non erat,immo
16 fruſtra appoſita fuiſſet. Et nihilominus quodlibet
uerbum etiam minimum, omnis ſillaba, & omnis
dictio in qualibet diſpoſitione appoſita fruſtra ap-
poſita eſſe non debet,ſed cum operandi miniſterio
Bal.in rub.C.de contrahen.emp.q.9.& tradit Gur.
ſeni. conſi. 73. Super memorata.colu.3. in fi.uerſi.
Quia omne uerbum.& conſi.49. Memoriæ recolẽ
dæ.col.22.ſub num.40.verſi.Confirmantur præmiſ
ſa. in fi. Dum ergo in inſtrumẽto aſſeritur,quę qui
dẽ omnia & ſingula ſupraſcriptæ dictę partes pro-
miſerunt ſibi adinuicem &c. omnia præcedentia
qualiacunque ſint reſpicere intelliguntur per iura ſu
pra allegata,& ſic caſum illum compræhendit,ꝙ ſi
reperiretur D. Michalem prædictas res a prædictis
venditorib. maiori precio, quàm ſupra expreſſum
eſt,emiſſe,quod tunc &c.Cùm ergo repertum fue-
rit D.Michaelem dictas rés maiori precio emiſſe,
quàm in inueſtitura expreſſum, & pacta promiſſa
non obſeruaſſe dicitur, ideo ex hoc tantum noua
Do.Pompei inueſtitura uerificari & ſuſtentari po-
teſt,& oppoſita forte procederent , ubi abſurdum
reſultaret ,& non militaret eadem ratio, vt voluit
Gozadi.conſi.58.Quidam fratres.col.pe.nume.18.
uerſi.Nono clauſula.& nu.ſeq.uerſi.Decimo clau-
ſula

ſula. Amplius dico quòd bona ipſa ad Eccleſiã pẽt
pacta non ſeruatą per filios D. Michaelis deuolu-
ta fuerunt, ex quo bona illa, uel eorum partem abſ
que licentia, & requiſitione Eccleſiæ alienauerunt,
ut Franc. maria & Michael aduerſarij in dicta eorũ
ſeptima poſitione fatentur, ut aliàs dixi, ergo D. Põ-
pei inueſtitura ob pacta non ſeruata ſuſtentatur: &
ſic ſecundum dubium reſolutum manet. Circa ter-
tium de alienatione per Franciſcum Dioniſij facta
17 ſine licentia Eccleſię, dico per illam reſeruationem
de renouatione facienda emphiteoram a caducita
tis pœna non excuſari, vt probat D. Conſultor in d.
conſi. uerſi. Nec ob. illa proteſtatio facta in inſtru-
mento dictæ uenditionis. & declarat Iaſ. in l. fi. col. fi.
uerſi. Vigeſimoquarto quæro. C. de iure emphi.
quem refert & ſequitur Grammati. in deciſ. 49. Mo
naſterium. in fi. idem firmat Veronen. in tract. cau-
te. 22. Conſilium ſiue cautela. & tradit Fely. in c. quę
in eccleſiarum. colu. 30. ad fi. uerſi. Ad idem ꝙ not.
18 Bal. num. 117. cum ſeq. extra de conſtitu. Dicens, ꝙ
ſi Emphiteota alienat ſaluo iure domini, male ius
ſeruat, ex quo totum eneruat, & ideo taliter alienãs
in commiſſum incidit ſecundum communẽ opi.
Doct. ut atteſtatur Deci. d. conſi. 160. In cauſa Mo-
naſterij. col. 2. uerſi. His tamen ut infra apparebit. &
col. fi. in prin. uerſi. Ex quibus omnibus. ſecus autẽ
ſi ſaluo iure domini, & nõ aliter, nec alio modo alie
naret, tunc enim nihil actum uidetur, & ſic nullum
amiſſionis periculum ſuſtineret, quamuis hoc etiã
dubitabile uideatur ſecundum Decius vbi ſupra.
In] caſu autem propoſito ſalua renouatione fien-
da alienauit nec alia uerba addita fuerunt, videlicet
ſaluo iure domini, vel conſenſu ipſius, & non aliter
nec alio modo, ut etiam hoc caſu conſuluit Cur. ſe
ni. d. conſi. 8. Ideo per huiuſmodi alienationem etiã
19 per fictam cõſtituti traditionẽ in commiſſum ceci-
dit, ut tradit Ant. de But. conſi. 34. De iure abſque lõ
ga. quem refert & ſequitur Iaſ. in d. l. fi. in 19. q. in
pe. char. ibi. Iſtam tamen communem concluſionẽ
& Neguſan. in tract. de pignori. In 3. membro ſecun
dę partis. colu. fi. in fi. & Fulgo. conſi. 2. Petrus. non
obſtante limitatione per Tiraquel. tradita in tract.
de iure conſti. in 26. limit. tertiæ par. num. 6. tanquã
non uera, cùm illam doctores per eum allegati nõ
probent. Et ſic apparet per huiuſmodi alienationẽ
pacta ſeruata non fuiſſe, remq; alienatam in com-
miſſum incidiſſe, & conſequenter Eccleſiam inue-
ſtire potuiſſe D. Pompeum, eiuſq; inueſtituram ua
lidam remanere, per ea, quæ dicta ſunt ſupra, per
not. per Roma. d. conſi. 103. & conſi. 212. Ex quibus
omnibus apparet omnia dubia reſoluta, & ſublata
fuiſſe, & ita de iure reſpondendum cẽſeo ego Mat-
thæus Brunus I.C. Ariminen. ad laudem omnipo-
tentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ
amen.

SVMMARIVM.

1 *Veritas ſæpe & ſæpius examinata magis eluceſcit.*
2 *Reſcriptum ſemper intelligitur, ſi preces veritate nitantur.*
3 *Debitor elapſo ſolutionis tempore a iuramento ob incurſum periurium habilitari non poteſt.*
4 *Abſolutus ad effectum agendi contra contractum, qui de ſe per iuramenti interpoſitionem validus eſt, uenire non poteſt.*
5 *Abſolutio ad effectum agendi ſolum operatur, ut contrauenicus in periurium non incidat, non autem contractum annullet. & num. 6.*
7 *Papa a iuramento in præiudicium iuris tertio quæſiti mediante iuramento, legitima cauſa non ſubſiſtente abſoluere non poteſt.*
8 *Filiusfam. an extra iudicium ex diſpoſitione ſtatuti ſe obligare poßit?*
9 *Qui omne dicit nihil excludere uidetur.*
10 *Statutum diſponens quòd filiusfam. in omnibus contractibus & quaſi contractibus obligetur, intelligitur quòd nedum in contractibus extra iudicium, ſed etiam in iudicio factis ſe obliget.*
11 *Statutum iuris correctorium de contractibus mentionem faciens, non intelligitur de contractibus, qui in iudicio, ſed extra iudicium fiunt.*
12 *Statuta ſtricte intelligi debent, interpretationemque extenſiuam non recipiunt.*
13 *Statutum a iure communi exorbitans de creditoribus loquens, fœminas creditrices non compræhendit ſtante alio ſtatuto, quòd ſtatuta intelligantur vt iacent, & ad literam.*
14 *Fœmina ſub creditoris verba compræhenditur.*
15 *Statutum de fratre loquens de ſorore non intelligitur, ſtante ſtatuto quòd ſtatuta intelligantur, vt iacent, & ad literam.*
16 *Correctio potius admittitur quàm ſuperfluitas toleretur.*
17 *Nigrum attenditur quando nigrum clarius diſponit quam rubrica, quia nigrum per rubrum non reſtringitur.*
18 *Nigrum cum ſit rubro poſterius, attendendum eſt.*
19 *Statutum ſpeciale limitat ſtatutum generale.*
20 *Solemnitas in ſtatuto requiſita uſque ad certum tempus, ultra illud tempus non requiritur.*
Intellectus ad Egidianam conſtitutionem ſub rub. quæ forma ſit ſeruanda in contractibus minorum. lib. 5. ibidem. & num. 21.
21 *Filiusfam. in acquirendo & contrahendo an de iure curatorem habere cogatur?*
22 *Filiusfam. in omnibus contractibus, præter quàm in mutuo, et in voto, ſe obligare poteſt, niſi mutuum iuratum fuerit. & num. 23. & in cis patria poteſtas non curatur. num. 24. Et procedit etiam ſi ſit minor. num. 25.*
26 *Solemnitates in contractibus minorum quæ de iure requirantur.*
Filiusfamilias integram contrahendi perſonam habet. ibidem.
27 *Minor curatorem non habens abſque eo contrahere poteſt, & valet contractus.*
Filiusfam. minor in integrum reſtitutionem petere poteſt, ſi ſua interſit, ob contractum per ſe celebratum, dummodo quadriennium non effluxerit, & non iurauerit. ibidem.
28 *Minor ſi non ſeruata ſtatuti ſolemnitate contrahit, & iurat, valet contractus, & iuramentum ſeruandum eſt.*
Stante ſtatuto quòd adultus contrahere non valeat ſine curatoris, vel duorum coniunctorum licentia, ſi curatorem habeat, aliàs contractus ſit nullus, ſi cum iuramento abſque ipſorum licentia contraxit, obligabitur. ibidem.
29 *Minor tacite contractum ratificans per lapſum quinquennij poſt legitimam ętatem, an contra contractum venire poſſit. & nu. 30. & 34.*
30 *Minor in contractu læſus an poſt quadriennium a die quo maior factus eſt, aduerſus dictum contractum prætextu dictæ læſionis reſtitui poſſit?*
31 *Contractus minoris doloſus an per lapſum quadriennij poſt legitimam ætatem tacite ratificari valeat. & nu. 34.*
32 *Taciti & expreſſi idem eſt iudicium.*
33 *Ignorantia ſtatutorum per ſubditum allegari non poteſt.*
35 *Actio de dolo in conſequendo quod ſuum eſt, quanto tempore duret?*
36 *Sententia ſi eſt ex eiſdem actis retractanda, qui prius ſententiam obtinuit, in expenſis condemnandus eſt.*

CONSILIVM CLXI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti cauſa concluſiue procedēs arbitror D. Auditoris partes fore, & eſſe in iudicādo, rectè pro parte D. Beatricis appellatū, & perperā per iudicem a quo iudicatū, ſententiamq; reformari. inſtrumēti executionē committēdo iuxta quantitatē petitam contra Diomedē Victoriū, non obſtāte aſſerta iuramēti abſolutione per ſubreptionē obtēta, ut ex depoſitione teſtiū ex parte Diomedis exami-
1 natorū liquido conſtat. Et ut dilucidior ueritas hēatur, quæ ſæpe & ſæpius examinata magis eluceſcit. c. graue. 35. q. 9 & not. glo. ante pe. in c. cùm Io. hæremita. extra. de fide inſtru. Imprimis ſuper Diomedis precibus deinde ſuper contractu per eum celebrato diſcutiemus. Ipſe enim in precibus narrat curaminum quantitatem (de quibus in inſtrumento) a Sancte non habuiſſe, neque recepiſſe, ſed illa potius per Sanctem alteri uendita fuiſſe, illorumq; precium ex manibus aſſerti emptoris ad eundem Diomedem perueniſſe, tanquam mutuum ſibi a dicto Sancte in Macedoniani fraudem præſtitum, & precij quantitatem ad ſcutos triginta duos mutilos aſcendiſſe, quod manifeſtiſſime ex inſtrumenti lectura dictorumq; teſtium depoſitionib apparet, cùm Diomedes a Sancte curamina comparauerit, & deinde illa cuidam magiſtro Mathæo cerdoni uendiderit, ut idem magiſter Matthæus in eius depoſitione ſuper ſecundo & tertio articulo fatetur. & pro maiori precio quàm in articulis aſſeratur, cum ab hæbreo fæneratore pro illis curaminibus (ſi hæbreo fæneratori pignori tradita fuiſſent) tantū recepiſſet, ut ipſe ibidem deponit, & hæbrei fęneratores pro pignore nō præſtant, niſi tertiam, uel ad plus dimidiam ualoris pignoris partem, ut ſuper quarto, D. Beatricis interrogatorio teſtes ex parte Diomedis examinan deponunt, ex quibus abſolutionem a iuramento per Diomedem falſo impetratam fuiſſe conſtat, ideo
2 impetratis carere debet, cum ſemper reſcriptum intelligatur, ſi preces ueritate nitantur, ut eſt tex. in c. 2. & ibi Fely. in prin. extra de reſcrip. & l. uniuerſa. C. de diuer. reſcrip. canonizata in c. reſcripta. 25. q. 2.
3 Et dato & non conceſſo quod in precib. ueritatem expreſſiſſet, nihilominus a iuramento abſolui non poterat, cū in periurium ante abſolutionem incurriſſet, ex eo quòd infra debita tempora quantitatē promiſſam non perſoluerat, quo caſu iuramentum relaxari non poteſt, ut conſuluit Fed. de Sen. conſi. 300. Factum tale eſt. Debitor promiſit. in fi. quem ſequitur Laur. de Rodul. in repe. c. conſuluit. q. 122. extra de uſu. & habetur per Doc. in c. 1. ubi Fely. in 10. colum. in fi. uerſi. Septimo quæro. extra. de iureiu. Pau. de Caſt. conſi. 196. Super primo quęſtio. col. pe. in prin. uerſi. Præterea diligenter. uolum. 2. in nouis. Ruy. conſi. 103. Ponderatis. colum. pen. circa fi. uerſi. Sed etiam dato. uolum. 4. Gozadi. pulchre conſi. 69. Videtur prima facie. colum. pen. in prin. uerſi. Quinto alia ratione. & Grat. conſi. 118. Videtur. colum. 1. num. 6. uolum. 2. & eſt magis cōmunis opi. ut atteſtatur Alex. conſi. 83. Interrogatus ſum num. 7. volum. 5. & conſi. 17. Ponderatis his. colum. 1. circa fi. verſi. Et ſecundum magis communes. uolum. 3. & conſi. 222. Viſa facti. colum. 3. poſt prin. verſic. Præterea reſpondeo. uolum. 2. quod repetitum eſt conſi. 66. volum. 6. vbi quamplurima bona ad propoſitum congerit, quæ uideri poſſunt. Et dato ꝙ habilitari potuiſſet, illa habilitatio non operatur, niſi ad effectum periurij euitandi, & contractus ille vali-
4 dus remanet. Et ubi actus iuramento firmatur, licet quis a iuramento non abſoluatur, non propterea aduerſus contractum, qui de ſe per iuramenti interpoſitionem validus eſt, venire poteſt, vt late conſuluit Cur. ſen. conſi. 43. Super contingentia. colum. fi. num. 36. uerſ. Vbi contractus. ubi in minore, ut in caſu propoſito, loquitur, & firmat Fely. in d. c. 1. col. 9 in fi. ver. Quinto quæro. de iurei. vbi inquit quòd
5 abſolutio hoc tantū operatur, vt contraueniens in periurium non incidat, non autem contractum annullat. idem aſſeuerat Abb. in c. cum contingat. colum 7. in fi. num. 9. verſi Sed vltra prædicta. eo. tit. Et ideo inquit Aymo. conſil. 7. Eynimondus. col. 3. in
6 prin. num. 7. uolum. 1. quòd quamuis abſolutio ad effectum agendi & excipiendi conceſſa fuerit, non tamen iuramenti uires, eiuſq; robur, & efficaciam tollit, ſed iurantem tantum a periurij metu habilitat, per huiuſmodi enim habilitationem, & abſolutionem ita limitatam, & qualificatam iuramentum eius vires, & effectum, quem ante relaxationem habebat, non amittit, vt pulchre tradit Pau. Caſt. conſi. 259. Circa primum quæſitum. col. pen. uolum. 2. in nouis. Reſpectu enim extinctionis uirium iuramen-
7 ti Epiſcopus, immo etiam Papa a iureiurando in præiudicium iuris tertio quæſiti mediante iuramento legitima cauſa non ſubſiſtente abſoluere nō poteſt, ut tradit Abb. conſi. 12. Vt clare materia. in ultimo dubio. colum. fi. & conſi. 71. Quinque dubia. colum. fi. num. 9. vol. 1. quem ſequitur Aymo. d. conſi. 7. col. 3 nu. 8. Si ergo contractus remanet ualidus, executio contra Diomedem committi debebat & debet non obſtante abſolutione per eum obtenta. Et prædicta quò ad iuramenti relaxationem ſuffi-
8 ciant. Quo uero ad obligationem per Diomedem cum prædicto Sancte contractam, concludo etiam ipſum abſque ulla ſolemnitate uigore municipalis diſpoſitionis ſub rubri. quod filijfam. in iudicio intereſſe poſſint. ſe obligare potuiſſe. In qua diſponitur filiumfa. in omnibus contractibus, & quaſi contractibus, & ex quacunque cauſa, uel aliàs permiſſis. dummodo ipſe maior decem & octo annorum fuerit, ſe obligare, aliosque ſibi obligare poſſe: Nec dicatur illud ſtatutum in filiofam. in iudicio contrahente tantum procedere. Quia immo in omnibus contractibus loquitur, & procedit, ut ibi legitur in
9 uerbo, in omnibus contractibus. Et qui omne dicit, nihil excludere dicitur. l. iulianus. cum uulg. de leg. 3. & quod ita intelligi dēat, uoluit, & declarat Imol. conſil. 1. colum. pen. in fi. uerſicu. An autem de iure municipali. ubi in proprijs huius ſtatuti terminis conſuluit, de quadam hæbrea, quæ hæreditati paternæ & auitæ in contractu extra iudicium, & non in iudicio renunciauit. Et quamuis in eodem ſtatuto dicatur, quod filiusfam. agendo, & ſe defendendo abſque patris conſenſu in iudicio intereſſe poſſit, nihilominus uoluit quoque quòd in omnibus contractibus ſe obligare ualeat, dum ſubiunxit, & ex eis contractibus, & quaſi contractibus iura ſua per ſe, vel procuratorem in iudicio deducere poſſit, ſi enim de contractibus & quaſi contractibus in iudicio celebratis intelligeretur, fruſtra dixiſſet, & ex eis in iudicio ſe defendere valeat, clarum eſt enim quod ſi in iudicio quis contraheret, etiam ex illo contractu in iudicio ſe defendere poſſet, ſed quia contractum extra iudicium celebratum fuiſſe præ-
10 ſupponit, ideo inquit, & ex eis in iudicio ſe tueri valeat: Dicens ergo ſtatutum, ꝙ in omnibus contractibus & quaſi contractibus filiusf. obligetur, intel-

ligitur

ligitur, quòd nedum in contractibus uenditionum
emptionum, & locationum ſe obliget, ut eſt tex. in
l. 3. §. ſed utrum. ff. de mino. ſimiliumque cõtractuũ
extra iudicium, vt eſt tex. in l. labeo libro. §. contra-
ctuum. ff. de uerb. ſigni. uerumetiam in contractib.
& quaſi contractibus in iudicio celebratis: Immo
11 ubi in ſtatuto correctorio de contractibus fit men-
tio, non intelligitur de contractibus qui in iudicio
fiunt, quia ſtatutum in contractu proprie, & extra
iudicium, & non in alijs locum habet, ut declarat
Are. Inſti. de obliga. quæ ex quaſi contrac. naſcun.
in prin. Confiſus ergo Sanctes cum Diomede con-
trahens de ſtatuto loquente de filiorumfa. contra-
ctibus, auctoritate huius ſtatuti, qua contraxit, de-
ceptus remanere non debet, ut eſt tex. & ibi not.
Pa. de Ca. in l. 1. ad fi. C. de his qui ueni. æta. impetra.
Nec dicatur, nos eſſe ĩ caſu ſtatuti ſub rub. qualiter
& quomodo teneat cõtractus minoris. Vbi diſpo-
nitur, ꝙ in minoris contractu iudicis auctoritas, &
duorum eiuſdem propinquorũ cum eius ſacramẽ
to interuenire debet, ut ĩ caſu noſtro huiuſmodi ſo
lẽnitas ſeruata non fuit, ergo huiuſmodi cõtractus
eſt nullus. Quoniã reſpondetur, ꝙ cùm in caſu no-
ſtro expreſſum ſtatutum habeamus, nos in ſtatuto
in alio caſu loquente fundare non debemus, nec
ſtatutum de filijsfam. ad illud ſtatutum de minori-
bus loquens extendi debet. Cùm ſtatuta ſtricte in-
12 telligi debeant, interpretationemque extenſiuam
non recipiant. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. cũ
relatis per Corne. conſi. 13. Ad huius. col. 2. & 3. uol.
2. poſt Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Et tã-
to magis attenta alterius ſtatuti diſpoſitione ſub.
rub. de liber. arbitrij, uel abſolutio. aut interpreta.
ſtatuto. uolentis quòd iudex debeat omnia d. com-
munis ſtatuta facta & facienda, rude, & ſimpliciter
ſicut iacent, & litera ſonat, obſeruare, nulla ſuban-
diuione, uel interpretatione habita, vel ſubaudita:
Et ideo, inquiunt Corne. conſi. 14. In præſenti con-
ſultatione. col. 2. uerſi. Et ſucceſſiue. eo. uol. 2. quòd
13 ſtatutum a iure communi exorbitans de creditori
bus loquens fœminas creditrices non compræhen
dit ſtante alio ſtatuto, quod ſtatuta, ut iacent, & ad
literam intelligantur, ut in caſu noſtro. Et tamen in
14 iure clarum eſt, quod ſub uerbo creditores, etiam
fœmina comprehenditur, ut probatur in rub. & in
15 l. 1. in fi. cum l. ſeq. & ſeq. ff. de priuile. credi. idem in
ſorore, quæ ſub ſtatuto de fratre loquente non in-
telligitur, ut tradit Alex. conſi. 45. Habita. colum. 1.
poſt prin. uſque ad fi. uol. 7. præſertim ubi aliud ex-
taret ſtatutum diſponens quod ſtatuta ad literam,
& prout ſonant, intelligantur, ita in caſu propoſito
dicendum erit, quod ſtatutum de contractib. filio-
rumfa. maiorum decem & octo annis loquens, cũ
a iure communi ſit exorbitans, quòd ſtricte intelli-
gendum eſt, ut dixi, nullo pacto interpretationem
a ſtatuto de contractibus minorum decem & octo
annis loquente, recipere debet, alioquin ſequere-
tur, quòd ſtatutum de filijsfam. de nemo ſeruiret, &
fruſtra a ſtatuentibus conditum fuiſſet, quod mini
16 me dicendum eſt. Quia correctio potius admitten-
da eſt, quàm ſuperfluitas toleretur. l. nulla. iuncta
auth. Diaconiſſam. C. de epiſco. & cleri. per Doc. in
l. 1. ff. de offi. eius. cum uulg. Nec refragatur, quòd
ſtatuti rubrica tantum diſponat, quòd filijfa. in iu-
dicio intereſſe poſſint, & ulterius nõ procedat. Quo
17 niam aduertendum eſt, quòd ubi nigrum clarius,
& generalius, quàm rubrica (ut in caſu noſtro) di-
ſponit, tunc nigrum, non autem rubricam attendi-
mus, nec nigrũ per rubrum reſtringitur, ut in pro-
poſito not. glo. in verbo illicitas. in auth. de inceſt.
nup. in prin. & Inſti. de obligã. quæ ex delic. naſc. in
prin. ſequitur Roma. conſi. 104. Pater reuerende.
col. 1. in fi. uerſi. Non ob. ratio. Et hoc etiam in ru-
bro, & nigro probatur, in auth. vt eccle. Roma. &
in auth. vt nul. creden. agri cum glo. in verbo om-
nis. & tradunt Doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & Iaſ. in rubr.
Inſti. de actio. col. 5. in priu. num. 18. uerſi. Quid au-
tem econtra. & conſi. 198. Conſului. colu. pe. in fi.
verſ. Secundo dicitur. vol. 2. & Ruy. conſi. 134. Viſis
quibuſdam. col. 4. in prin. numer. 10. verſi. Nec ob-
ſtant. volu. 2. Et hoc eſt quia nigrum eſt poſterius,
18 Ideo magis attendi debet. c. 1. de conſti. in 6. & tra-
dit Soci. ſeni. conſi. 92. Circa primum. col. 3. in prin.
numero 5. uolumine primo. & habetur plene per
Nico. Euerard. in ſua centu. de modo argum. arg.
45. Locus a rubro ad nigrum. in 2. char. ſub litera B.
verſi. Sed hic cadit pulchrum dubium. vſque ad fi.
Concludo igitur ſtatutum de contractibus filiorũ-
fa. loquens, procedere & locum habere in contrac-
tibus extra iudicium celebratis, & non in iudicio,
ut voluit & declarat Imo. d. conſi. 1. & illud attendi
debere, non obſtante alio ſtatuto de contractibus
minorum decem & octo annorum loquente. Vlte
19 rius dico quòd cùm ſtatutum in caſu propoſito lo
quatur de contractibus filiorumſam. maiorũ de-
cem & octo annorum, quod eſt ſpeciale, & aliud
ſtatutum generaliter de contractibus minorum de
cem & octo annorum loquatur, illud ſpeciale limi
tat & reſtringit aliud generale, & ideo illud generale
intelligitur, niſi filiusfami. fuerit, vt in not. caſu tra-
dit Are. in §. capite tertio. in fi. Inſti. de lege aquil.
20 Præterea ſolemnitas illa, quæ in contractibus mi-
norum decem & octo annorum requiritur, ultra
illud tempus non eſt neceſſaria. Dec. conſi. 364. Vi
ſis his. nume. 4. ergo Diomedes maior uigintiduo
rum annorum licitè abſque ſolemnitatibus ab illo
ſtatuto requiſitis ſe obligare potuit. nec refragatur
Egidiana conſtitutio ſub rub. quæ forma ſit ſeruan
da in contractibus minorum. lib. 5. ubi diſponitur,
quòd contractus a puberibus, ſiue adultis geſti', ſi-
ne iuramento & ſcientia duorum vel trium proxi-
morum conſanguineorum & ſine decreto iudicis
& inſinuatione fieri non valeant, & ſi facti & cele-
brati fuerint non ſeruatis dictis ſolemnitatibus, præ
ſumãtur & fingantur doloſe extorti, nullamq; ob-
tineant firmitatem, ſed in contractu per Diomedẽ
adultum celebrato dictæ ſolemnitates non inter-
uenerunt, ergo &c. Quoniam reſpondetur quòd il
la conſtitutio locum ſibi non vendicat in caſu no-
ſtro, illa enim attenderetur vbi ſpecialis prouiſio
municipalis non extaret, ſed in caſu noſtro ſpeciali
ter per ius municipale circa contractus filiorum-
fam. prouidetur, ergo ceſſat conſtitutio. Præterea
conſtitutio illa de donationibus, venditionibus, re
miſſionibus, ceſſionibus, & quietationibus a pube
ribus vel adultis factis loquitur, & ſic de alienatio-
nibus, non autem de acquiſitionibus & emptioni-
bus per filiumfam. factis, & aliud in venditionibus,
& minorum alienationibus, & aliud in emptioni-
bus & contractibus filiorumfam. ideo de uno ad
aliud non bene infertur. Et ſi conſtitutio de mino-
rum alienationibus loquens, emptionem, & con-
21 tractum filiorumſam. compræhenderet, ſequere-
tur, quod filiusſam. in acquirendo & contrahendo
curatorem habere deberet, quod a iure non per-
mittitur, niſi quãdo pater filij bona gubernare nol
let, ut tradit Spec. in §. fi. columna fi. in prin. uerſi.
Datur etiam curator. in ti. de curato. & Bar. in l. fi. §.
neceſsitate. C. de bon. quæ lib. Rurſus dico illam cõ
ſtitutionem procedere tãtum in contractibus mi-
norum celebratis cũ uniuerſitatibus, collegijs, &
perſonis ſpiritualibus ut ibi dicitur, non autem cũ
alijs

alijs.ergo huiuſmodi conſtitutio in caſu propoſito
allegari non meretur,& hæc eſt uera reſponſio,quę
dictæ conſtitutionis obiectionem penitus tollit, ul-
tra quod etiam in hac Ciuitate nunquam uſu rece-
pta fuit, ſed ſolum prædictum ſtatutum ſub rub.
filijfam.in iudicio intereſſe poſſint. Alio fundamen
to prædicta confirmantur, quod eſt in iure uerıſ-
ſimum. Nam filiusfamil. in omnibus contracti-
22 bus & quaſi contractibus, pręterquàm in mutuo &
in uoto ſe obligare poteſt,ut eſt tex.in l.filiusfa.la.2.
& ibi glo.ff.de actio.& obliga.& l.ſi filiusfa.§.1.ff.ad
macedo.l.ſi filiusfa. ff.quod cum eo.& l.nulla tes.
C.eo.immo etiam in mutuo, quando iurauit,ut de
23 cidit Bat.in l.ſeius & augerius. uerſi.Item in mutuo.
ff.ad.l.falci.&x eſt glo.& ibi not.Inno.in c.ſignifican
24 te.extr. de pigno. & in eis patria poteſtas non cura-
tur, ut uoluit glo.in l.3.§.ſed utrum.in uerbo ſi ſit
obligatus.ff.de min.& Bar.in l.in factum.ff.de act.&
25 obl.Et in tantum hoc eſt uerum quod obligatur etiam
ſi ſit maior.d.§.ſed utrum.& tanto magis ſi in con-
tractu iurauerit,ut tradit Ang.in §.ſed quod ſanci-
tum. uerſi.Item no.quod auth.in auth.de nupt.ubi hoc
decidit in contractu inter patrē & filium celebrato.
idem quoq; in contractu inter ipſum & extraneam
perſonam celebrato ut conſuluit Abb.d.conſi.12.
Vt clarè materia.col.pe.in.fi.uerſi. Vltimum dubiū
in 1.par.inquiens quod iuramentum cum maiorē
repræſentat. auth.ſacramenta puberum.& ibi Dec.
C.ſi aduer.uendi.& c.1.extra. de delic.puero.Et ideo
Diomedes dicta examina ad tempus etiam inuito
patre emere potuit,quia illa uendere poterat,& de
precio ſatisfacere. l. quod uendidi.ff.de contrahen.
emptio.pro ut in ſimili dixit Affhc.in deciſ.308.Frā
ciſcus Ferrarius.colum.2.in prin.uerſi.Sed iſte filius
poterat.Nec ob.ſi diceretur, quod in minoris con
26 tractu curator,iudicis decretum,aliçq; ſolemnitates
de iure requiſitæ interuenire debent, ut tradit Affli.
in deciſ.249.Fuit in conſilio.& Pariſi.conſi. 98.Cir-
ca præſentem.conſi.99.Inhęrendo.& conſi.100.Cō
tractus.col.1.2.& 3.uol.1.Quoniā illa in minore ſui
iuris bona immobilia alienante procedūt,non aūt
in filiof. contrahente, qui integram perſonam con-
trahendi hēt, ut inquit Rub.Alc. cōſ.46.Pręſupponi
tur in facto.col.1.in fi.num.4.Immo etiam ſi ſit mi-
27 nor ſui iuris,curatoremq; non habeat, abſq; eo con
trahere poteſt, ut eſt tex.in l.ſi curatorem habens.
C.de integ. reſti.mino.et ualet contractus, ut ibi in
glo.quamuis in integrum reſtitui poſſit, prout etiā
filiusfam. minor,ſi ſua interſit, ut eſt tex.in d.§.ſed
utrum,& hoc dummodo quadriēnium non effluxe-
xerit, ut in.d.l.ſi curatorem habens.in fi.& l.fi.C.de
tempo.in integ.reſtitu.& non iurauerit,ut per Abb.
d.conſi.12.dicto uerſi.Vltimum dubium. Et ideo in
28 propoſito dixit Cur.Iuni.conſi.47.Sacratiſſimæ &c.
Circa præmiſſam dubitationem.colu.2.num.4.uer-
ſi.Vera etenim.quòd ſi minor non ſeruata ſtatuti ſo
lemnitate contrahit,& iurat,ualet contractus,& nō
ſolum iuramentum eſt ſeruandum, ſed etiam con-
tractus ex eo confirmatur,& uires accipit.Subditq;
quod ſtante ſtatuto quòd adultus ſine curatoris ſeu
duorum coniunctorum licentia contrahere ne-
queat,ſi curatorem habeat,aliàs contractus ſit nul-
lus,ſi adultus cum iuramento contraxit ſine cura-
toris uel coniūctorum licentia attenta Iuris canoni-
ci diſpoſitione, quæ in materia iuramenti, & ſic in
materia ſpirituali,ſeruanda eſt, ubi de periurio, ſeu
de peccato agitur,talis adultus obligabitur,ex quo
iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari po-
teſt.c. cùm contingat.extra. de iureiu.Et quatenus
prædicta non procederēt, pro ut re uera in caſu no-
ſtro procedunt; dico quòd ex quo Diomedes illū

emptionis cōtractū tacite per quinquennij lapſum
poſt perfectam ætatē ratificauit,nullo pacto cōtraue
nire poteſt.Nam vbi ſumus in oneroſis cōtractibus,
29 pro ut in caſu noſtro,quamuis illi quoq; ob omiſſas
ſolēnitates eſſent nulli,ſi continua annorum quinq;
poſt perfectam minoris ætatem taciturnitas inter-
uenit, quis per in integrū,nec dicendo contractum
nullum, contrauenire, aut contractum reſcindere
non poteſt,caſus eſt in l.fin.C.ſi maior fac.aliena.ra-
tam habue.lib.quinto.& ibi not.Bal.& alij,& tradit
30 Bero. in lib. q. familia. q.43. Quidam in contractu.
colum.fi.ubi addit quòd cùm ipſe per dictum tem-
pus,& ultra,tacuerit,nullo pacto contrauenire pote
rit, etiam ſi de ipſius læſione conſtaret,immo etiam
lapſo quadriennio a die,quo is maior factus fuit,ad
uerſus contractum prætextu læſionis non auditur,
allegat.l.fi.C.de tempo.in integ.reſti.Cùm ergo Dio
medes nedum per quadriennium,ſed per quinquē-
nium, & ultra tacuerit, (cùm per teſtium depoſi-
tiones ipſum eſſe ætatis annorum triginta duorum
conſtet)amplius audiri non debebat,immo inſtru-
31 menti executio contra ipſum cum expenſarum ui-
ctoria committi debeat. Nec obſtat, ſi quis aſſerue-
rit contractum doloſum per lapſum quinquennij
tacite ratificari non poſſe,ut cōſuluiſſe uidetur Cur
Iu.conſ.51.Poſt expeditum. ex eo quod contractus
per Diomedem celebratus uigore prædictæ con-
ſtitutionis doloſus fuiſſe uideatur. Quoniā ſi recte
proſpicimus glo.Bar.& cōiter Doct. diſtinctionem
in l.1.C.ſi maior fact.ratum habue.lib.2.nemo erit
qui non dicat Cur.contra communem opi.conſu-
luiſſe,gl.n. & Bar.ibi diſtinguētes aiunt, Aut minor
contrahens de dolo ſcientiam & notitiam habuit,
aut ignorauit,ſi ignorauit,dubium non eſt,quòd iu
ramentum contractum non ualidat, ut inquit ibi
glo.& ita conſuluit Roma.conſi.74.Viſis circa id de
quo quæritur.uſque ad fi.Secus autem ſi contractū
doloſū fuiſſe ſciret,ut in caſu propoſito,quia a ſciē-
te contractus doloſus ratificari poteſt, ut inquit gl.
& cōmuniter Doc.ibi:& nedum expreſſe,ut requi-
ritur in caſu.d.l.1.uerum etiam tacite, ut in caſu.d.l.
32 fi.C.ſi maior fact.aliena.ratam habue.lib.5.Cùm ta-
citi & expreſſi idem ſit iudicium.l.cùm quid. cum
vulg.ff.ſi cer.pet.Quod autem Diomedes dolum ip
ſum in contractu non re ipſa,ſed præſumptiue ſciue
rit, (cùm in contractu dolus non interuenerit, ſed
quia ex diſpoſitione prædictæ conſtitutionis non in
teruenientibus ſolemnitatib. ibi requiſitis contra-
ctus præſumitur doloſus) clariſſime conſtat. Cùm
33 ſubditus ignorantiā ſtatutorum loci prætēdere ne-
queat,quia quoad omnes illius loci dicuntur eſſe
iura,& illa quilibet ſcire & obſeruare tenetur,ut pul
chre declarat Phi. Franc.in c.1. col.4. uerſi. In glo.in
uerbo cùm ſint.de conſti. in 6.Si ergo Diomedes de
prædicta conſtitutione notitiam habebat, (quate-
nus illa in caſu noſtro allegari mereatur),fateri ne-
ceſſe eſt,eum ſcientiam habuiſſe, quod contractus
per ipſum celebratus præſumeretur doloſus,ſi ſic,ſe
34 quitur,quòd per quinquēnium poſt legitimam ęta
tem tacens cōtractum illum ratificaſſe dicatur,quē
præſumptiue doloſum eſſe nō ignorabat, ut conſu-
luit Cur.ſen. conſi.65. Super pręmiſſa narratione.
colum.20.uerſi.Maxime quia tacuerunt. ſub num.
27.Et quòd contractus doloſus poſt legitimam æta
tem ratificari poſſit conſuluit Pau.de.ca. conſi.305.
Notandum eſt,quòd ſi non interueniſſet.in fi.uol.
2.in nouis, & Ruy.conſi.141.In quæſtione præpoſi
ta.in fi.uerſ.Sed dato etiam.uolum.4.& ita lautiſſime
conſuluit Pariſi.conſi.49.Contractus.uolum.1. qui
pulcherrime & elegantiſſime in terminis noſtris lo
cutus fuit.ex quib. apertiſſime conſtat Cur.iun.nō
bene

bene locutum fuiſſe in dicto conſi.51.& eius fundamenta in caſu noſtro non militant. Præſupponit enim vnum, quod minimè verum eſt, contractum doloſum expreſsè a ſciente ratificari non poſſe, & tamen hoc eſt contra communem opi. Doct. in d.l.1.lib.2. Stante hoc præſuppoſito ſecundum eum, ſequitur de neceſſitate dici, ꝙ nec etiam tacitè per ipſũ ratificari poſſit, cùm tacitũ non plus operari poſſit, quàm expreſſum. ſed quia, vt dixi, contractus doloſus expreſsè a non ignorante ratificari poteſt ſecundum communem Doct. ſententiam, ex quo in caſu d.l.1. expreſſa requiritur ratificatio, eodem modo tacitè per curſum quinquẽnij in caſu d.l.fi. ratificari poteſt. quia idẽ operatur tacita ratificatio in caſu d.l.fi. quod operatur expreſſa in caſu d.l.1. cũ taciti & expreſſi par & æqualis virtus eſſe dicatur, vt dixi. Et ſi opinio Cur. iun. aliter ſcientem ab ignorante non diſtingens vera eſſet, deſtrueretur communis omnium Docto. opin. in d.l.1. & inuitis dentibus fateri cogeremur illam communẽ opi. eſſe falſam, quod
35 minimè dicendum eſt. Non obſt. Curtij fundamentum, ꝙ actio de dolo in conſequendo quod ſuum eſt, annis triginta duret. l. itaq; cum l. ſeq. ff. de dolo, ideo illa tacitè per quinquennium ratificari poſſe non videtur, Quia reſpõderi poſſe puto illam l. procedere, vbi doloſum locupletiorem eſſe factum appareret, vt ibi dicitur, & ita firmat Cur. ibi in caſu ſuo ſecus ergo ſi locupletior minimè factus eſt, vt in caſu noſtro, quia illa actio non durat, niſi biennio, ut eſt tex. in l. fin. & ibi ſummat Alex. C. de dolo. & illũ tex. allegat etiam idem Curt. dict. conſil. 51. num. 3. Nam in præſenti caſu Sãctem olim emptorem uẽditorem, ſeu Dom. Beatricem eius hæredem locupletiorem factam fuiſſe nõ apparet, ex quo illa Diomedi uendidit tanti quanti valebant, ideo talis actio cùm biennio finiatur, contractus ille uedum expreſsè, verum etiam per quinquẽnij curſum tacitè poſt biennium ratificari potuit. Et ex his Dom. Beatricis iura fundata & corroborata videntur, conſequenterque per iudicem a quo male iudicatum fuiſſe, & bene per Do. Beatricem appellatum, & cùm ex eiſ-
36 dem actis ſententia retractanda veniat, Diomedes in expenſis tam primæ, quam ſecundæ inſtantiæ cõdemnari debet, vt declarat Ancha. conſi. 331. Viſis diligenter in fin. & eſt communis opin. ut atteſtatur Lanfr. in c. quoniam contra. in gl. De expenſis. col. 3. in prin. ver. Concludite ſecundum Inn. ex. de proba. Et ita de iure pronunciandum cenſeo ego Matthæus Bru. I.C. Arim. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen. & ita pronunciatum fuit, deinde cauſa per concordiam ſopita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria hæreditatis petitio non competit, niſi prius facta verbali reſtitutione, & nu. 4. & nu. 9.*
2 *Reſtitutio verbalis qualiter per hæredem fideicommiſſario fiat.*
3 *Actio ex teſtamento fideicommiſſario datur, antequàm verbalis reſtitutio facta fuerit.*
4 *Reſtitutione verbali fideicommiſſario facta omnia iura hæreditaria in ipſum tranſeunt. & nu. 10.*
5 *Reus inepta actione conuentus, qua conueniri non poterat, ab obſeruatione iudicij abſoluendus eſt.*
6 *Libelli defectus an per clauſulam in fine libelli poſitam, uidelicet petens ſuper præmiſſis &c. ſuſtentetur. & nu. 7.*
8 *Libellus cauſam continere debet, ex qua actio in libello deducta deprehenditur.*
10 *Reſtitutio verbalis prius fieri debet, ad hoc vt fideicommiſſarij in hæreditate ius habeant, in eoſq; actiones ad illam conſequendam tranſeant.*
11 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
12 *Filius an & quando locum patris in hæreditate patrui ingrediantur. & nu. 13.*
14 *Fratris maior eſt in fratrem affectio, quàm in eius filios.*
15 *Filij præmortuorum patris locum non intrant, quando teſtator poſt nominatos, proximiores vocat.*
16 *Periurus in cauſa ob quam agit a limine iudicij repellendus eſt.*
17 *Duo ſi agunt, ex proceſſuq; apparet, quòd vni, & nõ duob. ius agendi competit, obtinet ille, qui de iure ſuo probat. Quòd etiam coram arbitratoribus procedit. nu. 18.*
19 *Fideicommiſſarius bona per eum petita in hæreditate teſtatoris remanſiſſe, & quòd hæreditaria ſunt, probare debet. & numero 20.*
21 *Interdicto (quorum bonorum) ſufficit quòd hæres petat ſe in bonorum poſſeſſionem, quæ defunctus poſſidebat, immitti.*
Semiplenæ probationes in interdicto (quorum bonorum) ſufficiunt. ibidem.
22 *Impenſa funeris imprimis de fideicommiſſo reſtituendo detrahenda eſt.*
23 *Impenſa celebrandis miſſis & officijs pro teſtatoris anima facta de bonis fideicommiſſario reſtituendis detrahi debet.*
24 *Legitima eſt bonorum quota.*
25 *Legitima ſiue legitimæ ſupplementum de bonis debetur, quæ tempore mortis teſtatoris fuerunt.*
26 *Dos materna ab auo profecta in legitima neptis ex filia non imputatur*
27 *Legitima per legata in teſtamento etiam ad pias cauſas relicta minui non poteſt.*
30 *Fructus legitimæ filiæ debitæ de prædijs in hæreditate relictis debetur etiam ſi conſumpti eſſent, & nu. 31.*
32 *Legata in teſtamento relicta de fideicommiſſo reſtituendo detrahuntur.*
Hæres legata ſoluens de eius patrimonio, & non de patrimonio hæreditatis erogaſſe intelligitur. ibidem.
34 *Emphiteotica bona eccleſiaſtica in fideicommiſſi reſtitutione non ueniunt.*
35 *Emphiteotica bona in legitima non imputantur.*
36 *Hæres de reſtituendo grauatus eſt poſſeſſori hæreditatis, uel negociorum geſtori ſimilis.*
37 *Expenſas neceſſarias & utiles hæres de fideicommiſſo reſtituendo grauatus detrahit.*
38 *Fructus per grauatum hæredem percepti non imputantur in melioramentis per ipſum factis.*
39 *Precium in uniuerſalibus loco rei ſuccedit.*
40 *Alienata per hæredem in eius legitimam imputari debent.*

CONSILIVM CLXII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN præſenti cauſa arbitror Cęſarẽ de Bartainis reum conuentũ ab obſeruatione huius iudicij contra ipſum per Catherinã & litis conſortes de Vacarijs inſtitati abſoluendũ eſſe, ex eo ꝙ contra ipſum ſine actione experti fuerunt, vt ex medio ac libelli cõcluſione demonſtrabitur. Nituntur.n. actores fideicõmiſſariã hæreditatis petitionẽ intentare, vt ex verbis libelli percipitur, narrãtes Mẽghinũ de Vacarijs teſtamentũ condidiſſe, Ioannam eius uxorẽ in uita ſua tantum hæredẽ inſtituendo, eiq; poſt mortem Melchioram eius neptẽ ſubſtituendo, Melchioræq; quãdocunq; ſine filijs decedẽti eius teſtatoris proximiores de domo cõſanguineos ſubſtituiſſe, per obitũq; Melchioræ fideicõmiſſi caſum eueniſſe ſuperſtitib. d. Catherina teſtatoris ſorore, & Matthæo ac Sebaſtiano filijs Bartolini fratris dicti Menghini teſtatoris, qua de re inquiunt hæreditatem, ac bona, quæ

na, quæ in eius hæreditate remanſerunt, uirtute aſſer-
ti fideicommiſſi ad ipſos Catherinam, Sebaſtianũ,
& Matthæum tanquam Menghini teſtatoris proxi
miores conſanguineos perueniſſe, & deuoluta fuiſ
1 ſe. Quæ fideicommiſſaria hæreditatis petitio in caſu
propoſito non competit, nec competere poteſt, cũ
nulla uerbalis reſtitutio facta fuerit, ut de iure re-
quiritur. iuxta tex. in l. facta. & l. reſtituta. & ibi no.
ſcribentes. ff. ad treb. Illa enim tantum poſt verbalẽ
aut realem reſtitutionem, & non ante competit, ut
inquit glo. in d. l. facta. in uerbo, bonis. & colligitur
ex §. reſtituta. Inſti. de fideicom. hæred. & eſt glo. in
l. fi. in uerbo, relicta. ff. de fideicom. hæredi. peti. & in
l. fi. §. ſin autem ſub conditione. in glo. magna. C. cõ
mu. de lega. & tradit Soc. Iuni. conſi. 92. Quoniam.
colu. 1. in fi. uerſi. Et ratio eſt. uolu. 1. & Grat. conſi.
501. Ex ſerie facti. col. 6. in fi. num. 40. uol. 2. Verbo
2 autem fit reſtitutio, ſi hæres dicat, hæreditatem tibi
reſtituo, illamque relaxo, ut not. in d. l. facta. & l. re-
ſtituta. & declarat Io. pet. de Ferrariis cognomina-
tus Practica papien. in forma libelli quo agitur ex
ſubſtitutione. in Glo. Ac per fideicommiſſum. col.
3. in fi. Sed in præſenti iudicio nulla per Cæſarẽ hæ-
redem reſtitutio uerbalis facta reperitur, ergo intẽ
tata actio nõ competit. Quinimmo hoc caſu actio
3 ex teſtamento datur. l. 1. C. communia de lega. per
glo. in l. & ſi ne C. ad treb. Oldra. conſi. 248. Præſup-
poſita conſuetudine. in fi. & per Doct. ibi. & in l. ſi
legatus. ubi Bar. ff. ad treb. & eleganter tradit Albe-
ri in l. precibus. col. 47. numer. 109. uerſi. Sed quæ-
ro quæ actio. C. de impube. & aliis ſubſti. & copioſe
per Corne. conſ. 18. In præſenti. columna 2. in prin.
num. 3. uol. 3. & Iaſ. in addi. ad Porci. Inſt. de fideicõ.
hæredi. in prin. num. 3. uerſi. Iuxta glo. in uerbo nul
lo uinculo. ibi. Teneo tamen, ut ſcilicet hæreditas
uerbo, & re ſibi reſtituatur. d. l. facta. in prin. & l. reſti
tuta, & ibi Doc. Et facta huiuſmodi reſtitutione ſal
tem verbali omnia hæreditaria iura in fideicõmiſ-
ſarium tranſeunt. l. 1. & l. 2. ff. de fideicom. hæredi. pe
ti. ita & taliter, quod tunc ipſi fideicommiſſario fi-
deicommiſſaria hæreditatis petitio datur. ff. de fidei
4 com. hæredi. peti. per totum. ſi ergo poſt verbalem
reſtitutionem, & non ante fideicommiſſaria hære-
ditatis petitio competit, & in præſenti iudicio acto-
res ante uerbalem reſtitutionem fideicommiſſariã
hæreditatis petitionem intentauerint, concluden-
dum eſt ipſos ſine actione expertos fuiſſe, ergo ſuc
cumbere debent, & ſic ſequitur quòd Cæſar inepta
5 actione conuentus, qua conueniri non poterat, ab
obſeruatione præſentis iudicii abſoluendus eſt. l. ſi
pupilli §. videamus. ff. de nego. geſt. et declarat doc.
in c. examinata. extra de iudi. Nec clauſula in fine li-
6 belli poſita, videlicet, petens ſuper præmiſſis ſibi ius
& iuſtitiam miniſtrari, actoribus prodeſt, quia ut in
quit Corne. conſi. 137. Circa quod breuiter. col. 2.
uer. Et qui intentat unum. uol. 1. iure non cauetur,
quid illa clauſula importet, nec quòd per eam libel
li defectus [illegible] ntetur, ſed Doc. loquentes ex ui ver
borum ſe fundant, quia ſi ex narratis plures cauſæ
7 depræhendi poſſunt, quamuis in libelli concluſio-
ne non deducatur niſi una cauſa, attamen per gene
ralia uerba d. clauſulę, q̃ gñraliter ad p̃miſſa, i p̃dicta
gñali concluſione ſe referunt per punctum rationis
in ui uerborum fundatę, illa ſumitur magiſtralis
theorica, quòd ſi ex una cauſa non probata obtine
re non poteſt, ea alia poterit deducta & probata, &
ſecundum eam ratione probatur, quia libellus cau
ſam continere debet, per quam actio in libello de-
ducta depræhenditur, ut not. per Doc. in l. 1. in prin.
ff. de eden. Et ideo ſi ex narratis in libello alia cauſa
huc actio non deprehenditur, quàm illa quæ in ſpe
cifica libelli concluſione deducitur, dicta generalis
clauſula petens &c. nihil releuat. Non obſtat, quòd
agentes in libello petierint Cæſarem fuiſſe requiſi-
tum, condemnandumq; ad dimittendum, & rela-
xandum eis bona fideicommiſſo ſubiecta, præmiſ-
ſa tamẽ ac requiſita uerbali reſtitutione, quia huiuſ
modi proteſtatio nihil operatur. Quoniam prius
quàm fideicommiſſaria hæreditatis petitione age-
rent, huiuſmodi ceſſio, uerbaliſque reſtitutio per
Cæſarem fieri debebat, qui ſi recuſaſſet, actione ex
teſtamento ad eam faciẽdam per uiam ſaltem præ-
cepti fieri debebat, ut declarat Alberi. in d. l. precib.
col. 47. in prin. uerſi. Sed quæro quæ actio. & Cor-
ne. d. conſi. 18. col. 1. in fi. & colu. ſeq. in princ. uer-
ſicul. Quę quidem. uolu. 3. Cùm igitur huiuſmodi
ceſſio, uerbaliſq; reſtitutio facta non fuerit, etiam
quod Cæſar requiſitus fuiſſet, talis fideicommiſſa-
ria hæreditatis petitio per agentes intentari nõ po-
terat, ex quo iura & actiones in ipſos tanquàm fi-
deicommiſſarios non tranſierant, ergo ſine actio-
ne experti fuerunt. Ad hoc igitur, ut fideicommiſſa
rii ius in hęreditate habeant, actioneſque utiles ad il
lam, & omnia hæreditaria bona conſequendũ in ip
ſos tranſeant, requiritur quòd prius verbalis fiat re
ſtitutio. d. l. facta. in prin. & ibi doc. alioquin abſque il
la reſtitutione agẽtes, ſine actione egiſſe dicuntur.
Et propterea aiunt Doct. in d. l. reſtituta. ubi Ang.
qui fideicommiſſario cautelam præſtat, quod uehe
menter errant, qui ante illam reſtitutionem hęredi
taria iura, fideicommiſſariamque hæreditatis peti-
tionem intentant. Vnde Pau. Ca. in d. l. reſtituta. in
prin. refert ſe quendam proceſſum annullari feciſ-
ſe, in quo fideicommiſſarius ſibi bona relaxari pe-
tierat, antequã aliqua verbalis reſtitutio facta fuiſ-
ſet, ex quo ſine actione experiebatur, & ita quoque
ſequitur Alex. idemq; firmat & ſequitur Veronen.
in caute. tracta. caut. 313. Poſtquam ſumus. & Soci.
Iuni. conſi. 137. Viſo proceſſu. in prin. uol. 1. Hoc igi
tur ſtante dico actores non obſtante petitione, ſeu
requiſitione per eos facta de relaxandis, reſtituen-
diſque bonis in libello deſcriptis (præmiſſa, ut fer-
tur requiſitione de uerbali reſtitutione) ſuccumbe
re debere, non enim requirere hæredem ad dictam
uerbalem reſtitutionem faciendam ſufficit, ſed
de neceſſitate requiritur ipſam in effectu fieri, ut
volunt tex. in d. l. facta. & alia iura ſuperius allega-
ta, cum enim nondum actio ad petendum hære-
ditatem, bonaque hæreditaria realiter ſibi reſti-
tui, orta fuiſſet, illa intentari non poterat. Quia non
11 entium nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouin-
cia. §. quod ſi ſtipulatus. & ibi ſcribentes. ff. ſi cer. pe.
Impoſſibile enim erat quod fideicommiſſarii reali
ter agere poſſent, antequàm actio uerbo ſibi ceſſa
fuiſſet, cùm illa nondum orta fuiſſet, & in illos ip-
ſo iure non tranſeat, prout in hæredem tranſit, ideo
inepte egerunt, & propterea Cæſar abſoluẽdus eſt,
ut diximus ſupra cum condemnatione expenſarũ
diuerſę partis iuxta tex. in l. eum quem temere. ff. de
iudi. cum vulg. Quinimmo ſi prædicta non proce-
derent dico Matthæum & Sebaſtianum tanquam
in gradu remotiores aliquo pacto obtinere nõ poſ-
ſe, ex quo Catherina Mẽghino teſtatori proximior
eſt, cùm eius ſoror ſit. Nec dicatur, iſti fratres in lo-
cum Bartolini patris intrant, qui in pari conſangui
12 nitatis gradu cũ Catherina extabat. Et in patrui hæ
reditate filius patris locum ingreditur, ut eſt tex. in
§. reliquum. in auth. de hæredi. quę ab inteſta. deſer.
& ibi no. Ang. in 3. not. Quoniam reſpondetur hoc
in fideicommiſſis non procedere, ſed tantummo-
13 do in ſucceſſione ab inteſtato. Nam ubi ex teſtato-
ris diſpoſitione agitur, tunc gradus prioritas atten-
ditur,

ditur, & ſic filius hoc caſu patris locum nõ aſſumit,
ita diſtinguit Bal.in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.
de leg.2.quem ibi ſequitur Cum. & hanc opi.ſequi
tur Alex.conſi.203. Conſideratis uerbis. col.3.uol.
2.& ſecundum hanc opi.conſuluit Cuma.cõſi.107.
Mulier inſtituit maritum. col.fi. uerſi.Accedat ad
hanc partem.dicens quòd in fideicommiſſo filius
patris locum non obtinet, ſed in gradu prior admit
titur;idem ſequitur Are.in §.cum filius.uerſi.Dein
de iſta regula.Inſti.de hęredi quę ab inte.eandẽ opi.
Deci.ſemper conſulendo ſecutus fuit, ut patet con-
ſi.1.Memini.col.2.in fi.& ſeq.conſi.217.In caſu pro
poſito. cum multis concord.ibi. per eum relatis,&
refert ſe ita Romæ obtinuiſſe, ut per eum habetur
in l.2.col.3.in priu.In fi.primi not.C.de ſucceſ.edic.
& conſi.412.Viſo eleganti conſi.nu.6.& hanc opi.
tãquam ueriorem & magis communem ſequitur
Cur.Iuni.conſi. 57. Habita diligenti conſideratio-
ne.col.4 in fi.uerſi.Aggredior nunc.& cõſi.58.Cir-
ca præmiſſam.in prin.eandem opi.in terminis no-
ſtris, quando teſtator proximiores uocauit, tenuit
Pariſi.conſi.30.Dubitatur.col.pe.uerſi.In ſubſtitu-
tionibus autem.nu.54.cum pluribus ſeq.conſi.37.
ſi bona.col.antepe.uerſi.Præterea in ſucceſſion.nu.
69.cum pluribus ſeq.& conſi.40. Iſte abnepos. col.
1.2.3.& 4.uol.2.Et quamuis contrariam opi. uerio-
rem arbitretur Io.Dilec.in tract.de arte teſtan. cau-
te.27.ſubſtitutis agnatis. de ſubſtitutio.ubi refert ꝙ
Alex.eam atteſtetur magis cõem, & ſecundum cũ
rõ eſt, quia minor aui affectio ad nepotes non uide
tur, quàm ad liberorum filios, quæ tñ in caſu noſtro
14 non procedit, nec militat, quia fratris maior eſt in
fratrem, quàm in fratrum filios affectio, ut inquit
Bal.in d.l.cùm ita.§.in fideicõmiſſo.in fi.Et ideo cũ
in caſu propoſito conſuluerit Pariſi. qui unà cum
multis alijs idem tenentibus poſt Alex.opinionem
Bal.magis cõem faciunt, quòd quando poſt nomi-
15 natos teſtator proximiores uocat, præmortuorum
filij patris locum non ſubintrant, concludendum
eſt, in caſu propoſito Matthæum & Sebaſtianũ ob-
tinere non poſſe, & eo magis quia petentes domũ
quã Ioannæ uendiderunt, periuri effecti ſunt, quo
16 caſu in cauſa ob quã agunt, audiri non debent, im-
mo à iudicij limine repellendi ſunt, ut tenet Spec.
in §.1.uerſi.Item quod eſt reus. de actore.cum alijs
per Fely.allegatis in c.intelleximus.col.3.in fi.uerſi.
Vtrum periurus.nu.12.ex.de iudi.Bal.conſi.118.Pro
mittendũ eſt.col.2.uol.4.Dec.in c.dilecti.in.3. not.
extra.de excep.& tradit Aymo conſi.7. Eynimon-
dus.col.pe.nu.12.uerſi.Itaq; ex uicio.uol.1.& cõſi.
191.In cauſa egregij.col.pe.nu.7.uerſi.Secundo re-
ſpõdeo.eo.lib.Et hoc ueriſſimum credo.quo ſtan-
te ipſi in expenſis hoc in iudicio condemnari de-
17 bent.Et propterea inquit Alex.conſi.44.Eximie do
ctor.col.2.in fi. uerſi. Secundo reſpondeo.uol.7.ꝙ
ſi duo agunt, ex proceſſuq; appareat, quòd uni, &
non duobus agendi ius cõpetit, is, qui de iure ſuo
probat, obtinet, quia iudicium reſpectu perſonarũ
diuiduum eſt.l.non idcirco.in prin.ff.de iudi.Iudiciũ
igitur cõdemnatoriũ eſſe poteſt, quatenus ex unius
parte probatum eſt, & pro parte abſolutoriũ, qua-
tenus ex alterius parte de iure ſuo minime proba-
tum eſt. & idem in fortioribus terminis conſuluit
Pau.Caſt.conſ.250.Viſo puncto ſupraſcripto.col.1.
uerſi.Nec quicquam facit in contrarium. uol.2.in
18 nouis. dicens quòd arbitratores, quibus pronun-
ciandi de facto poteſtas data fuit, ſi agendi ius ad pe
tentem non pertinere, ſed ad alium, repererunt, ius
alterius alteri, quàm illi cuius eſt, dare non debent,
alioquin ſi ſecus agerent, iniuriam, iniuſtitiamque
reo agerent, qui ad inſtantiam ius nõ habentis mo-
leſtari non debet, etiam ſi reus ipſe nullum ius ha-
beret. Cùm igitur Matthæo & Sebaſtiano ad peten-
dum dicta bona tanquàm in gradu remotioribus
nullum agendi ius competat, Cæſar ab eorum peti
tione eum expenſarum condemnatione abſolui de
bet.d.l.eum quem temere. Amplius dico nec ipſos
fratres, nec ipſam Catherinam in præſenti iudicio
obtinere poſſe, ex eo ꝙ in iudicio intentata bona in
libello petita in hæreditate Menghini remanſiſſe nõ
19 probarunt. Et apertiſſimi iuris eſt fideicommiſſariũ
bona petita non tantum in hæreditate Menghini re
manſiſſe probare debere, cùm ſuæ ſit intẽtionis fun
damentum, vt Alex.ait conſi.40. Perſpectis his. col.
fi.in prin.verſi.Quantum autem ad pecuniam. vol.
3.uerum etiam ꝙ illa ſint hæreditaria.l.in fideicom
20 miſſaria.§. quotiens. ff.ad treb. Et ideo Alex.conſi.
91. Ponderatis his.col.7. in fi. uerſi. Comprobatur
etiam.uol.1.quod repetitum eſt conſi.31.uol.2. dixit
quod ad hoc ut quid in hæreditatis fideicommiſſo
comprehendatur, non ſufficit, bona in hæreditate
reperta fuiſſe, ſed requiritur quòd hæreditaria ſint,
& ꝙ ius quod petitur, teſtatoris fuerit, quod ſecus
dicendum eſt, ſi hæreditatis petione ageretur, nam
eo caſu requiritur quòd hæres ſe hæredem probet,
hæreditatemq; adiuiſſe, & quòd res in hęreditate re
manſerint, quamuis non probetur ipſius defuncti
fuiſſe.l.item uidendum.§.final. ff. de petitio. hęre-
di.& l.ſeq. & ibi Bar. & Are.in §. actionum autem.
col. pen.poſt princ.verſic.Quæro quid veniat.& ibi
Iaſ.in antepe.colum num.209.verſi.Videmus in ſu-
21 perioribus.Inſt.de act.quod aliter in interdicto quo
rum bonorum requiritur, quia ſufficit hæredem pe
tere ſe in bonorum poſſeſſionẽ, quæ defunctus poſ
ſidebat, immitti.l.1.C.quorum bono.& l.1. ff. eo. &
de utroque tradit Gozadin. conſil. 50. Prima facie
videtur.in prin.& in præſenti iudicio ſemiplenę pro
bationes ſufficiunt ſecundum Mattheſi.in 2.ſingul.
quem ſequitur Dec.conſ.56.In cauſa appellationis.
in 1.colum. & conſil. 663. In cauſa mota.cum alijs
de quibus per Aymo.conſil. 158.Viſis actis.colum.
fin.uerſicu.Et multo magis.uolum. 1.Cum ergo ex
parte dictorum agentium bona in calce libelli peti-
ta hæreditaria fore probatum non fuerit, & in hære-
ditate Menghini remanſiſſe, ſequitur Cæſarem a
petitis abſoluendum eſſe: Rurſus poſito non tamen
conceſſo quòd ex præmiſſis agentium intentio-
22 nem probatã fuiſſe conſtaret, dico Imprimis ab hu-
iuſmodi fideicommiſſo funeris impenſam detrahẽ-
dam eſſe.l.papinianus.§.quarta autem.& ibi Doc.ff.
de Inoffic.teſtam.l.fin.§.in computatione. & ibi Iaſ.
poſt alios.C.de iure delibe.§ fi.& ibi glo.Inſtit. de l.
falc.pulchrè tradit Roman.conſil. 276. Viſis dubij
propoſiti.col.1.uer.Quò ad ſeptimum.& nouiſſimè
Mod. Fanen.in trac. de pigno. in 2. membr.quintæ
23 part. num. 28. verſi. Tertiodecimo fallit.ex penſaſq;
in celebrandis miſſis ac officijs pro teſtatoris animæ
factas.ut concludit.Dec.conſil.157. Quæritur de ex-
penſis.ver.In contrarium videtur. Quæ funeris im-
penſa ex confeſſione Catherinæ ad poſitiones Cæſa
ris ſcutorũ octo fuiſſe probatur, quãuis maior fue-
rit quantitas attento honore & defuncti facultati-
bus. Detrahitur deinde æs alienum, quod per teſta-
toris hæredes in hæreditate repertum ſolutũ fuit, vt
probatur in d.§.quarta autem.Quib.detractis legiti
ma ſiue legitimæ ſupplementum Melchioræ neptis
ex filia teſtatoris de hæreditarijs bonis detrahendũ
24 eſt. Cùm legitima ſit quota bonorũ.§.4.l. ſi quis ſer
uum.cum l.ſeq.de leg.2.& not.Doc. in l.facto pro-
ponebatur.ff.de hæredit.inſtitu.& in l. quoniens. C.
25 eod. & talis legitima ſiue legitimæ ſupplementum
quando petitur, bonorum quantitas attẽditur, quæ

7 *Donatio inter viuos dicitur quando donans in principio inſtrumenti voluit illam irreuocabilem eſſe. & nu. 8.*
Donatio inter viuos magis dicitur, quàm cauſa mortis, quando ita mortis cauſa donatur, vt nullo caſu reuocetur. ibid. & num 8. & num. 9.
9 *Donatio cauſa mortis ſi ſimpliciter facta ſit, deinde in clauſulis generalibus dicatur, Et prædicta omnia obſeruare promiſit, non reuocare, nec contrauenire, dicitur tamen cauſa mortis donatio.*
10 *Donatio inter viuos regulariter reuocari non poteſt.*
11 *Pœnitentia in donatione inter viuos locum non habet.*
12 *Reiteratio actus illum efficaciorem eſſe facit.*
13 *Geminata verba, & replicata voluntatem magis enixam oſtendunt, effectumq́; ampliant. vt aliquid vltra operentur præciſamq́; diſponentis intentionem ſignificant. & nu. 14.*
15 *Donatio inter viuos ad hæredes tranſmittitur, quod eſt ſecus in donatione cauſa mortis.*
In donatione cauſa mortis ſi hæredum donatarij mentio facta fuit, inter viuos cenſetur donatio ibi.
16 *Reſeruatio vſuſfructus in donatione cauſa mortis in vita donantis facta. illam in donationem inter viuos valere facit.*
19 *Pactum vbi factum eſt, quòd mortis cauſa donatio reuocari non poſſit, dictam donationem in inter viuos donationem tranſire facit.*
20 *Abundare in cautela non nocet.*
21 *Contractus ſine teſtibus fiere poſſet, ex quo de illius ſubſtantia non ſunt.*
22 *Contractus etiam in vltimis voluntatibus fieri poſſunt.*
23 *Donatio cauſa mortis a ſano, in bonaq́; valetudine conſtituto fieri poteſt.*

CONSILIVM CLXIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

1 PRIMA conſideratione dicendum videbatur donationem per Paulum Paulinium Petrofranciſco Bonadrato, eiuſque hæredibus factam, cauſa mortis, & non inter viuos donationem eſſe, ideo
per ipſum donantem reuocari poſſe, primo ex eo,
ꝙ in inſtrumento dicitur, titulo donationis cauſa
mortis, & poſt eius Pauli, & Heliſabettæ eius vxoris obitum dedit, tradidit, & donauit, &c. Et vbi fit
mortis mẽtio, mortis cauſa donatio dicitur. l. Seya.
§. fi. ff. de donat. cau. mor. l. Seya. cum glo. ff. de doto
præleg. & no. doct. ĩ l. fi. C. de pact. & præſertim quia
hoc caſu nedum huius donationis effectus, & executio, ſed etiam eius ſubſtantia confertur poſt donantis obitum, ideo vt cauſa mortis donatio reuo-
2 cari poteſt, cùm de illius natura, & ſubſtantia ſit pœnitere, & reuocari poſſe, vt habetur per doc. in l. nõ
omnis. in prin. ff. ſi cer. pet. §. 1. Inſt. de dona. & l. cùm
mortis. & per totum tit. ff. de don. cau. mor. Confir-
3 matur ſecundo, quia in ea quinque teſtes, vt in cauſa mortis donatione requiritur, adhibiti fuerunt. l.
fi. C. de dona. cau. mor. & l. fi. in fi. C. de cod. qui in
4 inter viuos donatione non requiruntur, cum regulariter in ea, omnibuſq́; alijs contractibus duo ſufficiant. l. vbi numerus. ff. de teſti. & c. in omni. ext. eo.
Tertio confirmatur quia Paulus donator tempore
dictæ donationis infirmitate detinebatur, quo caſu
huiuſmodi cauſa mortis donationes fieri ſolẽt. l. 2.
& ſeq. ff. de don. cau. mor. & d. §. 1. Inſt. de don. & ita
in ſimili caſu conſuluit Corn. conſi. 126. In hac conſultatione. col. 1. vol. 4. quem refert Gozad. conſ. 80.
In hac cauſa. col. 2. in fi. ver. Secundo conſidero. Et
per hæc, & alia ſimilia conſuluit Dec. conſi. 305. Iuridicam. & conſi. 470. Duo dubia. col. 1. & 2. vbi latiſſime quamplurimis obiectionibus reſpondere-
tur, quæ opponi poſſent, vt cauſa mortis, &
nõ inter viuos donatio dicatur, quæ breuitatis cauſa omittenda cenſui. Quibus tamen ſupra deductis
non refragantibus in caſu propoſito firmiſſime teneo donationem inter viuos factam fuiſſe. Et pri-
5 mo moueor, quia in principio inſtrumenti apparet, ꝙ pure, libere, ſimpliciter, & irreuocabiliter dedit, tradidit, & donauit &c. quæ verba, vt concludit,
Oldr. conſ. 5. Titius dedit. quem ſequitur Alex conſil. 14. Circa primum. col. 1. uol. 1. Soc. ſen. conſi. 53.
In præſenti conſultatione. col. 1. nu. 2. vol. 1. & Dec.
conſi. 1990. Circa primum dubium. col. 3. in princ.
verſic. Non obſtant verba inſtrumenti. inter viuos,
& non cauſa mortis donationem fuiſſe important.
6 Cùm illa mera, libera, ſimplex, & gratuita dicatur,
iuxta tex. in l. 1. ff. de don. etiam ſi titulo donationis,
cauſa mortis, & poſt mortẽ dicatur. vt inquit Ruy.
conſil. 180. Pro clara reſolutione. col. pen. in princ.
7 verſic. Quantum vero. volu. 3. & Aymo conſi. 214.
puto donationem. in prin. volum. ſecundo. Secundo clarum eſt, ꝙ vbi per donatorem in inſtrumenti principio aſſeritur, ꝙ illa donatio irreuocabilis ſit
tunc illa inter uiuos dicitur ſecundum Paul. de Ca.
conſi. 330. Super primo quæſito uidendum eſt. in
prin. vol. 1. in nouiſ. Nam vbi ita cauſa mortis donatur, vt nullo caſu reuocetur, donatio ĩter viuos magis quàm cauſa mortis donatio dicitur. text. eſt in l.
vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. ſequitur Dec. in
dictis duobus conſilijs, quẽ refert & ſequitur Curt.
iun. conſi. 36. Præſupponitur in facto ab hoc ſeculo. col. 2. in fi. verſi. primus eſt quando. diſtinguens,
8 ꝙ ſi in ſubſtantialibus verbis in initio inſtrumenti
appoſitis dictum ſit, ꝙ donatio reuocari nequeat,
ꝙ tunc inter viuos donatio videtur, allegat d. l. vbi
ita donatur. & tali caſu inquit eorum opinionem
9 procedere, qui inter viuos donationem eſſe aſſeuerant. Si vero cauſa mortis donatio ſimpliciter facta
ſit, & deinde inferius acceſſorie dicatur. Et prædicta
omnia obſeruare promiſit, non reuocare, nec contrauenire, tunc mortis cauſa donatio fertur. vt concludit Ang. conſi. 254. Hęc quæſtio, & eſt ſecũdum
eum ratio, quia clauſula illa acceſſoria ad prædictorum confirmationem poſita principalem diſpoſitionem alterare non videtur, & propterea derogare nõ dicitur, quo minus cauſa mortis donatio ſit:
verum in caſu propoſito nedum in principio, & in
ſubſtantialibus inſtrumenti verbis dicitur pure, libere, ſimpliciter, & irreuocabiliter donauit &c. verumetiam in medio inſtrumenti expreſſa apparet
promiſſio, quod idem Paulus dictam donationem
voluit omnino quocunque caſu contingente irreuocabilem eſſe, dicendum eſt ergo donationem
hanc inter viuos, & non mortis cauſa fuiſſe. vt conſuluit Ruy. conſi. 123. Quia agitur. volum. primo. &
voluit Ang. de Gambel. in tract. de teſtam. in verſi.
donationes cauſa mortis. columna prima. verſicu.
Quarto no. dicens ꝙ ſi dicatur, dono donatione cã
mortis, adijciaturque irreuocabilem eſſe, ꝙ per adiecta verba efficitur inter uiuos donatio, ſiue in ualetudine fiat, ſiue in extremis uitæ. idem firmat Roland. in tract. de dona. cau. mor. in 1. rub. col. 2. uerſ.
Cæterum ſcire debet. & in ſua ſumma. in gl. Hos teſtamentorum. in antepen. fol. ſub rub. de mor. cau.
donat. natura, & iure. col. 3. uer. Cæterum ſcire debet, & ibi Aldobran. in add. inc. Quia uarie inter docto. Et hoc, quia donatio inter viuos regulariter re-
10 uocari non poteſt, l. cùm ancillam. & ibi Bar. & Bal.
C. de cond. ob cau. §. aliæ autem. Inſt. de don. c. fi. in
glo. fi. ext. eod. & l. fi. C. de reuoc. dona. Nam in ea pœ-
11 nitentia locũ non habet ſecundũ com. opi. doct. in
l. Ariſto. ff. de don. & per Alex. in l. qui Romæ. §. fla-

uius.ff.de uerbo.ob.cum concord.Quod etiam per
clauſulam inferius appoſitam clariſſime de expreſ
ſa mente donantis apparet illam eſſe irreuocabi-
lem,non per clauſulam generalem, quam notarij
apponere conſueuerunt,ſed per ſpecialem , dicen-
do,& dictus Paulus ut ſupra obligans &c.promiſit
dicto Petro Franciſco & mihi notario &c.dictam
donationem non reuocare, cauſa alicuius ingrati-
tudinis ex cauſis contentis in.l.fi.C.de reuoc.dona.
uel alia cauſa,ſeu cauſis,qua.uel quibus huiuſmo-
di donationes reuocari poſſunt,nec illam ullo un-
quam tempore per ſe,uel alium,ſeu alios,& dictos
ſuos hæredes infringere , ſeu minuere,uel aliter an-
nullare,nec minui.infringi,uel annullari facere ſub
aliquo prætextu alicuius læſionis &c. renuncians
&c. Quæ clauſula ſic appoſita per notarios in hu-
iuſmodi donationibus appponi non cõſueuit. ſed
quia ſic tripliciter reiteratis uicibus donator uo-
luit , & per huiuſmodi reiterationem inter uiuos
12 donationẽ interpretamur , quia ex actus reiteratio
ne efficacior reſultat actus ut declarat Cor.cõſ.223.
13 In hac conſultatione.col.2.uol.1. Vnde hæc uerba
toties replicata,totieſq́ue geminata enixam,donan
tis uoluntatem oſtendunt inter uiuos donationem
eſſẽ,cùm eam ullo unquam tempore poſſe reuoca
ri nolit.l.baliſta. ff.ad treb.& l.cũ ſcimus.& ibi Bar.
14 C.de agri.& cenſi.li.10.Verba.n.geminata effectũ
ampliant,ut aliquid ultra operentur.ſecũdum Bal.
in.l.fructus.C. de actio.emp. præciſamq́, diſponen-
tis intentionem ſignificant.Bal.in c.cam te.col.1.in
fi.uerſi.Ibi mandatum.extra.de reſcrip.Sequitur er
go quòd illa donatio animo reuocandi,& uti mor
tis cauſa donatio facta non dicitur, ſed inter uiuos.
Alia quoq; ratione demonſtratur inter uiuos dona
tionẽ fuiſſe,quãuis de morte mẽtio facta fuerit. Nã
Paulus donationem non tantum in perſona Petri-
franciſci,ſed etiã eius filiorum & hæredum,& nedũ
donatario poſt donantis obitum remanente , ue-
rum etiam donatario præmoriente ualere uoluit ,
quo caſu apertiſſime demonſtratur hanc inter ui-
uos donationem eſſe.& ita conſuluit Roland. cõſi.
61.Quoniam.c ol 7. uerſic.Quod autem hic.num.
15 17.uol.2.& d. conſi.8.nu.20.& 32.uol.1.cùm ad hæ
redes illa tranſmitatur,& mortis cauſa donatio nõ,
ſi donatarius prius quàm donator prædecederet, &
ita firmat Alex.d.cõſi.14.col. 2.uerſi.Poſtremo etiã
Soci.d.conſi.53.col.3.uerſi.Poſtremo etiam . nu.5.
Iaſ.conſi.5.Strenui & generoſi.col.fi.uerſi.Secun-
do facit.uol.3.& Ruy. conſi. 98.Viſa renunciatione.
col.7.nu.16.uol.1.& conſi.133.Videretur fortaſſis.
col.3.ad fi.nu.12.uol.2.Et ideo Ferati.in trac.caute.
caut.30.Scitur vulgo.col.fi.uer.Secũda cautela.hãc
cautelam docet,quòd donatarius de ſuis hæredi-
bus per notarium mentionem fieri faciat,hoc mo-
do uidelicet. Talis donationis titulo Sẽpronio pro
ſe,ſuiſq; hæredibus talem rem dedit & donauit &c.
ut in caſu propoſito notarius ſtipulatus fuit, & ne-
dum hoc pacto,uerum etiam inferius addidit, Et ſi
Petrumfranciſcum donatarium Paulo donanti &
Helyſabettæ eius uxori præmori contingeret, nihi-
lominus prædictam donationẽ,in filios,& hæredes
Petrifranciſci,poſt tamen mortẽ ipſorũ Pauli & He
lyſabettæ effectum ſortiri uoluit,ut ſuperius dictum
eſt.Ex quibus uerbis concordia uerificatur & diſtin
ctio,quã tradidit Deci. d. conſi.470.col.2.in fi. uer-
ſi. Et ad ſupradicta.dum dixit,quod dicta per Bal.in
l.5.C.de iure dot.procedunt,quando donatio æque
principaliter hæredib. ſicut donatario facta fuiſſet,
ita q́ in hæredibus ualeret,dato q́ in donatario nõ
ualeret: Et ex his uerũ nõ eſſe conſtat,q́ per nõnul-
los fertur,hẽredũ mentionẽ in caſu noſtro ex nota-
riorũ cõſuetudine factã fuiſſe: Accedat q́ in præſen
ti donatione,de uſu,fructibus, rerũq; donatarũ in-
troitibus in donatoris & uxoris uita tantũ reſerua-
tio facta fuit.& huiuſmodi reſeruatio tacitã traditio
nẽ,cõſequenterq; ciuilis poſſeſſionis,& rei donatæ
proprietatis trãſlationẽ inducit,& Ideo ĩquit Alex.
16 d.cõſ.14.col.2.in prin.uerſi.Hoc etiã innuit.q́ uſus
fructus reſeruatio in uita donãtis facta innuit illã
eſſe inter uiuos donationẽ,quia illa reſeruatio ſtare
nõ poſſet, & locũ habere , ſi donationis ſubſtantia
poſt mortẽ collata eſſet.eo.n.caſu dicta reſeruatio
fruſtra facta fuiſſet.ſequitur Corne.d.cõſi.223. col.
pe.in fi.uer.Et eſt aduertẽdũ.& col.ſeq.Soci.d. cõſi.
53.col.3.in prin.nu.4.uer.Cõfert optime.& Ruy.cõ
ſi.182.Et themate.col.2.in fi.nu.6.uol.1.& Roland.
d.cõſ.61.col.8.nu.42.uer.Tertia ſumitur poſt Aym.
d.cõſ.214.col.2.nu.11.Et tenẽdo hanc opi.tãquam
ueriorẽ,& magis cõem nõ refragãtur adducta ſupra
in cõtrariũ.quibus per prædicta reſponſũ apparet,
ſed ſpecialius.& particularius reſpondens dico pri-
mum non refragari,q́ ubi de morte ſit mentio , &
17 præcipue quando eſt in donationis ſubſtantia,q́ illa
mortis cauſa donatio dicitur. Quia id in dubio pro
cedit , ut concludit Bat. & cõiter Doc.in d.l.fi. ubi
Deci.in 5.col. in fi. uer.In fi.glo.nu.20.C.de pact. &
quando ab initio mortis cauſa donatio ſimpliciter
facta fuit,& in ſubſtantialibus uerbis contractus ni
hil de reuocatione dictum fuit,ut inquit Cur.Iuni.
d.conſi.56.col.3. in prin. uer. Secundus caſus eſt.&
quando nulla in contractu reſultaret repugnantia,
ut dicit Ruy.d.conſi.180.d.uerſi.Quantum uero.In
caſu autem propoſito contradictionẽ & repugnã-
tiam implicaret, ſi diceremus hanc eſſe cauſa mor-
tis donationem,& q́ reuocari non poſſet,cùm illa
18 per pænitentiam reuocari ualeat. d.§.1.Inſti.de do-
natio.&.l.ſi aliena.§.1.& l.ſenatus. §. mortis cauſa.
uerſi.Nam etiam. de dona.cau. mor.cum concor.
Et in iure traditum pro regula nõ reperitur,q́ quo-
tiens ſit mentio mortis,cauſa mortis donatio inter
pretari debeat,ut ait Corne.d.conſi.223 col.1.uer.
19 Nec uidetur obſtare: Secundo reſpondetur. q́ ubi
pactum eſt,donationẽ illam reuocari nõ poſſe, pa-
ctumq; illud ſit contra donationis cauſa mortis na
turã,quæ ad libitũ reuocari poteſt et huiuſmodi pa
ctũ ualet,& tenet,ut uoluit Bal. in l.cùm quis.ff. de
cõd.ob cau.dico q́ pactum illud , dictã donationẽ
cauſa mortis in donationem inter uiuos trãſire fa
cit,quamuis habita ſit mẽtio mortis: caſus eſt rotũ
dus in d.l.ubi ita donatur.& in d.l.ſi alienã in fin. &
in d.l.ſenatus.§.mortis cã.in fin. & utrobiq; not.gl.
& ita conſuluit Bal.conſ.113.Quędam Dña Broila:
uol.1.Ang.conſi.179.Viſis prædictis inſtrumentis.
col.pe.in fi.uerſi.Et hoc ſequitur deciſio.Io. Per.de
Ferrarijs.alias Prati.Papi.in for.lib.quo agi.pro do-
na. in Glo.ex cauſa donationis.col.1 uerſi.Et quib.
poteſt colligi.in Iaſ. d. l.non omnis col.2.uerſi.Sed
iſtis non obſtantib.ff.ſi cer.pet.Pau.Caſt.conſi.122.
Quòd d.domina.uer.In cõtrarium facit. uol.1.in no
uis.& Cur.iun.conſ.39.Habita diligẽti conſideratio
ne.col.2.nu.6.uerſi.Hec ob.ſi dicatur.Rolando.cõ
ſi.77.Præſuppoſita.col.2.nu.11.uol.1.& ita limitat
not.Fely.in.ca.cùm.M. Ferrarienſis.col.23. ſub nu.
78.uerſi.Hęc concluſio limitatur.extra.de conſtitu.
Quinimmo in hac donatione uerba illa expreſſe
adiecta ſunt, quod Paulus uoluit dictã donationẽ
quocunq; caſu contingente omnimo irreuocabi-
lem eſſe,pollicitusq; eſt dictam donationem alicu
ius ingratitudinis cauſa in l. fi.C.de reuoc.dona.cõ
tenta,uel alia cauſa,ſeu cauſis &c.non reuocare,per
quæ uerba(ut inquit Alex. d.cõſ.14.col.1. in fi.uer.
Quinimmo fortius. & Soci.d.conſi.53.col.2.uerſi.

Quinimmo

Quinimmo in dicta donatione.) apparet donantē
uoluiſſe dictam donationem fortiorem eſſe, quàm
ſit inter uiuos mera donatio, quæ ex talibus cauſis
regulariter reuocari poteſt. ut in d.l.fi. C. de reuoc,
dona.& d.c.fi.ext.de dona. Non obſt. ꝙ in ea quin-
que interuenerint teſtes, quia quamuis duo in con
tractibus ſufficiant teſtes, in eis tamen etiam plures
adhiberi non prohibentur, cùm abundans cautela
20 non noceat, nec viciare conſueuerit. l. teſtamenta.
C.de teſtam.& l.pediculis.§.Labeo.ff.de auro & ar
gen.leg.& habetur per Iaſ.in l.ſi quis ex argentariis,
21 §.cogentur.col.2.in prin.nu.4.ſub uer. Secundo fa-
cit.ff.de eden. Immo etiam contractus ſine teſtibus
ſtare poſſet, ex quo de contractus ſubſtantia non
ſunt in inſtrumento teſtes, ut habetur per Corne.
conſi.18.Principale.col.1.in fi.ver. In contractib'
uero.nu.10.uol.2. Vltimum de infirmitate non re-
fragatur, quia leue eſt hoc fundamentum, Ideo Go
zad.d.conſi.80.col.fi.in prin.uerſi. Nec obſt. ꝙ do-
natio.ait illud periculoſum eſſe, & ſuper eo non fir
mat pedes, ſed ad aliud tanquam firmius conuola-
uit, & magis ad eius propoſitum concludens. Præ-
terea quamuis in infirmitate conſtituti cauſa mor-
tis donationes facere ſoleant, alios tamen contra-
ctus, donationeſq; inter uiuos celebrare non prohi
bentur; cum in condendis etiam teſtamentis infir-
22 mi huiuſmodi contractus celebrare ualeant. ut eſt
tex.in l.hæredes palam.§.fi.& ibi no.gl. ff.de teſtam.
& tradit Pau.Caſt.d.conſi.330. Super primo quæſi-
23 to.in prin. uol.1.in nouiſ. Immo etiam cauſa mor-
tis donatio interdum a ſano, & in bona ualetudine
conſtituto fieri ſolet, ut inquit Iuriſconſ. in d.l.ſena
tus.§.mortis cauſa. Ex quibus omnibus omnia in
contrarium deducta ſublata videntur, & ideo con-
cludendum cenſeo donationem hanc inter uiuos
eſſe, illiuſq; executionem poſt Pauli, eiuſque vxoris
obitum eſſe collatam, iuxta tradita per Alex. d. con
ſi.14.& Ruy.d.conſi.180.col.pen.in prin. poſt alios
ſupra relatos, & propterea per Paulum nullo pacto
in præiudicium hæredum Petrifranciſci defuncti,
nulla legitima cauſa ſubſiſtente, reuocari poſſe. Et
ita dico, conſulo, & de iure reſpondendum cenſeo,
ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ariminen. ad laudem
omnipotentis Dei, ac glorioſiſ. Virg. matris Ma-
riæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti in diſpoſitione vocati non cenſentur.*
2 *Filij in conditione poſiti, et de reſtituendo grauati, an in di-*
ſpoſitione vocati cenſeantur. et nu. 16. et 17.
3 *Hæredes per teſtatorem ex cauſa compelli poſſunt in com-*
munione permanere, et ad diuiſionem non venire.
4 *Diuiſionis bonorum prohibitio alienationis prohibitio dici-*
tur.
5 *Fideicommiſſum per prohibitionem diuiſionis bonorum cum*
cauſa factam, tacite inductum dicitur. et quando hoc pro-
cedat, declaratur. nu. 18.
6 *Eleemoſinam facere, pia cauſa dicitur.*
Legatum pro teſtatoris anima factum ad pias cauſas reli-
ctum dicitur. ibi.
7 *Filij in conditione poſiti, et fauore piæ cauſæ grauati in di-*
ſpoſitione vocati cenſentur.
8 *Subſtitutio compendioſa concepta dicitur per verba, ſi eo-*
rum aliquis ſine filijs decederet.
9 *Subſtitutio compendioſa per illa verba, ſi eorum quiſpiam*
abſque filijs decederet, concepta, vulgarem, et fideicom-
miſſariam in ſe continet.
10 *Subſtitutio vulgaris per hæreditatis aditionem expirat.*
11 *Grauatus de reſtituendo ſi abſque filijs deceſſerit, ſi condi-*
tio defecit, ex quo cum liberis decedit, filij hæreditatem
ab auo non capiunt, ſed a patre grauato.
12 *Subſtitutio quæ ſemel expirauit, amplius reuiuiſcere non*
poteſt.
13 *Subſtitutio, quæ in perſona primi ſubſtituti ſuum habuit ef-*
fectum, in perſona ſecundi, vlteriorisq́ ſubſtituti ceſſat.
14 *Conditio ſi ſemel impleta fuit, ſufficit, quamuis implemen-*
tum non duret.
15 *Subſtitutus ſemel excluſus, perpetuo excluſus remanet.*
16 *Filius non natus, aut tempore quo ſubſtitutionis caſus eue-*
nit, vel tempore teſtamenti non conceptus, in diſpoſitione
vocatus eſſe non dicitur, etiam quod in conditione poſitus,
et grauatus fuerit.
17 *Succeſſoris appellatione de vniuerſali, et non particulari*
intelligitur.
Filij in conditione poſiti non honorati etiam quod grauati
ſint, vocati non cenſentur. ibi.
18 *Fideicommiſſum per diuiſionis prohibitionem tacite indu-*
ctum dicitur, quando per hæredem teſtatoris diſpoſitioni
contrauentum eſt.

CONSILIVM CLXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra-gio, amen.

VISO magiſt. Ludouici q. magiſt. Marti-
ni ſutoris Ariminēſis teſtō, diligenterq́;
conſideratis illius uerbis. Prima cōſide-
ratione dicendum uideretur D. Camil-
lam filiam q. Marciant. de Monaldis ad
fideicommiſſum, de quo quæritur, vocatam fuiſſe,
in boniſq; magiſt. Ludouici unà cum Mag. Equite
D. Iacobo eius fratre ſuccedere debere. Primo, quā
1 tis n. filii Marciantonii, qui honorati non reperiū-
tur, ſed in conditione poſiti, in diſpoſitione vocati
non cenſcantur iux. glo. com. approbatam in l. Lu-
cius. ff. de hær. inſt. Ex quo tamen etiam de reſtituē-
2 do grauati fuerunt, cùm poſt illos teſtator eorum
filios, omneſq; de gradu in gradum deſcendentes
hæredes eſſe voluerit, his duobus concurrentibus
vocati quoq; intelliguntur. conſequenterq; onus il-
lis iniunctum valet, vt voluit Bar. in l. Centurio. col.
2. ver. Quæro vlterius quid ſi teſtator. de vulg. & pu-
pil. nam ſecundum eum, eo ipſo ꝙ teſtator dictos fi
lios in conditione poſitos grauat, eos vocare vide-
tur per l. denique. §. interdum. ff. de pec. leg. & cum
eo tranſit Are. ibi. ex eo. n. ꝙ filii ſunt in conditione
poſiti, conſtat teſtatorem voluiſſe hæreditatem ad
eos peruenire. d. l. Lucius. ſi ergo quoq; grauantur,
ex hac noua voluntate iuncta cum prima fideicō-
miſſum inducitur, vnde ſi primum tantum non ſuf
ficeret ſecundum gl. in d. l. Lucius. nec hoc vltimū
ex ſe ſolum, l. ab eo. C. de fideic. quæ hoc caſu loqui-
tur, ſed vtrunq; ſimul hoc operatur, & ita concludit
Pau. Ca. ibi quem ſequitur Alex conſi. 64. Difficul-
tas col. 1. ver. Tamen poſito ꝙ vera eſſet. volu. 5. vbi
refert eundem Pau. affirmantem hanc opi. com. te
neri. eandem tenet, & ſequitur Soc. ſen. in l. cùm fi-
lioſa. col. 2. in 5. no. ſub nu. 5. de leg. 1. Et hæc opi. ſe-
cundum eum a multo tempore citra conſulendo
canonizata fuit per doc. Peruſi. idem firmat conſil.
249 Materia præſentis conſultationis. col. 3. ver. Pri
mum eſt. vol. 2. vbi etiam de magis com. opi. atteſta
tur. Eandē opi. ſimiliter tanquàm a multo tpe citra
canonizatam ſequitur Dec. cōſi. 182. In caſu occur
rēti. col. 3. prope fi. ver. Secundo quia hic grauati. eā
q; cū multis cōc. tenet Aymo cōſ. 155. Verba teſta-
mēti. col. 2. ver. Quarto dico. vol. 1. Secūdo poſito ꝙ
hæc opi. per ſe ſola ſecundū quorūdā opi. nō ſuffice
ret. Quia tamē Marcusant. eiuſq; filii. & oēs deſcen-
dētes hæreditatis dicti teſtatoris bona diuidere ꝓhi
biti fuerūt. cū illa teſtator ꝑ eos in cōione teneri vo
luerit, vt ī vtilitatē, ſucceſſoriſq; Marciant. & eius fra

tris cõmodũ conſeruentur,& teſtator ex eã diſpone
3 re potuit, ꝙ hæredes illæ in cõione perpetuo,& nũ-
quam ad diuiſionem peruenire ualeant. Alex. in l.
ſi non ſortem.§.ſi centum.ff. de cond. indeb. & ſe-
quitur Ruy.conſil.135.Quæritur utrum. col.2.uer.
4 Quibus tamen non obſt.nu.3. uol.2. Quia diuiſio-
nis bonorum prohibitio alienationis prohibitio eſ
ſe dicitur.l.ſi pupillorum. in prin. ibi puto per alie-
nationem impediri.ff.de reb.eo. & probatur in l.di
uiſione.C.com.utr.iud.in uerbo, diuiſionem præ-
diorum uicem emptionis obtinere. firmat Roma.
conſi.182.In caſu propoſito aduertendum.ad fi.&
Barb.inter conſi.Cur.ſen.conſi.66. Sapienter opti-
mus.col.16.uer. Capio nunc aliam dubitationem.
5 dicendum eſt per huiuſmodi prohibitionem cum
cauſa ſactam fideicommiſſum inter eos inductum
fuiſſe,quorum contẽplatione prohibitio facta fuit
vt no.concludit Are.in l.qui Romæ. §.cohæredes.
col.2.in prin.& poſt med.uerſi.Nec potes dicere.ff.
de uerb.obl.quem ſequitur Dec. conſ.425. In caſu
propoſito.col.8.in fi.uerſ. Sed tamen his non obſt.
Pariſ.conſi.52.In hac conſultatione.col.1.uer.Cir-
ca quod.nu.9.10.11.& 16.& conſ.92.Prima dubita-
tio.col.5.ver.Illa inſuper verba.vol.2. Et hoc ſuade-
tur ex præcepto de habitando eius domum, & ex
prohibitione etiam alienationis dictæ domus, in
qua eleemoſinas erogari uoluit,& ſic nedũ ad de-
6 ſcendentium, ſed etiam piæ cauſæ fauorem. Cùm
eleemoſinam facere ſit pia cauſa,& relicta pro teſta
toris anima ad pias cauſas eſſe dicantur, iuxta gl.in
l.ſi quis Titio.ubi Bar.de leg.2. & proſequitur Dec.
d.conſi.182.col.2.ver. Et ulterius in caſu iſto.& hoc
7 caſu filij quoque in conditione poſiti,fauoreq; piç
cauſæ grauati cenſentur uocati,ut conſuluit Anch.
conſi.74.Contra Philippum.quem ad hoc propoſi
tum allegat Ruy.conſ.182. In facto proponitur.co
lum.2.uer.Secundo adducit.uol.2.Et iſta ſunt quæ
prima facie aliqualem dubitationem reddere uidẽ
tur.Quibus tamen non reſragantibus contrarium,
de iure in caſu propoſito dicendum arbitror, uide-
licet D.Camillam de bonis magiſt. Ludouici nihil
8 petere poſſe.Nam clarum eſt,ꝙ inter Marcumanto
nium,& Iacobumphilippum ſubſtitutio compen-
dioſa facta fuit,quia per illa uerba, ſi eorum aliquis
ſine filijs decederet,concepta fuit, quæ tractum tẽ-
poris in futurum habent.l.generaliter.in princ.ubi
Are.in 2.no.C.de inſt.& ſubſt.Bar.in l.Centurio.co
lum.10.in fi.uerſ. Secundo oppono ad prædicta.&
ibi Iaſ.col.27.in prin.ver.Succeſſiue quæri Bar.ibi.
Secunda concluſio.ff.de vulgar.& pup.Dec.conſil.
384.In caſu propoſito.in prin. & conſi.572. In caſu
propoſito.in prin.Quæ compendioſa dictis fratrib.
9 puberibus facta in ſe vulgarem, fideicommiſſariãq;
ſubſtitutionem continet, ut tradunt com.doc.in d.
l.Centurio.& Dec.poſt alios in l.precib.col.9.in fi.
nu.16.uer. In eadem gl.ibi dicitur autem compen-
dioſa.& col.ſeq.C.de impub.& alijs ſubſt. Clarum
eſt etiam ꝙ inter dictos duos fratres,eorumq; filios
uulgaris tantum ſubſtitutio facta intelligitur.Nam
ex eo ꝙ eorum filij per alternatiuam,uel poſt inſti-
tutos,& ſubſtitutos ſimpliciter,& ſine uerbis tractũ
temporis importantibus uocantur, cẽſetur, immo
ex uerbis teſtatoris uocatur abſque filijs decedenti
primo ſubſtitutus,altero autem ex inſtitutis nõ ſu-
peruiuente uocãtur eius filij,& ſic hoc caſu locum
habet uulgaris ſubſtitutio.Quia uero Marcusanto-
nius Iacobophilippo eius fratri ſine filijs defuncto
ſuperuixit,ipſe per fideicommiſſariam ſubſtitutio-
nẽ ad eius portionem fuit admiſſus, per quam ad-
10 miſſionem,hæreditatiſq; additionem uulgaris ſub-
ſtitutio de filijs Marciantonij facta expirauit. l. poſt

11 aditam.C.de impub.& alijs ſubſt. Hinc dixit Are.in
d.l.generaliter.in prin.in 3.not.ꝙ qñ quis grauatur
ſi ſine filijs deceſſerit, conditioq; deficit, quia cum
liberis decedit,filij,vel liberi non ab auo,ſed a patre
hæreditatem capere vſr. Sic ergo in præſenti caſu,
cũ Iac.Philippus ſine liberis deceſſerit,ad eiuſq; hæ
reditariam portionem Marcusant.per compendio
ſam ſubſtitutionem admiſſus fuerit, qui poſtea cũ
filijs deceſſit,illi ad magiſt. Ludouici teſtatoris hæ-
reditatem non admittuntur, ſed ad paternam ſi ab
inteſtato ſuccedunt.&ita conſuluit Cur.ſen.cõl 63.
Antiquiſſima.col.3.verſ.Sed præmiſſis non obſt.&
col.ſeq.& ſeq.& Corn.conſi.66. In hac conſultatio,
ne.uol.2.ubi concludunt,ꝙ neptis in bonis aui pa-
terni non ſuccedit,nec ſuccedere poteſt,niſi quate-
nus ea bona in ſui patris hæreditate reperiuntur, &
ita concludit Are.in d.l.generaliter.in prin.in 2.no.
Quia uero Marcusant.condito per eum teſtõ,reli-
ctoq; D.Iacobo eius filio, & uniuerſali hærede in-
ſtituto deceſſit, ergo D.Camilla particularis hæres
ad bona magiſt.Ludouici admitti nõ põt.Præterea
12 ſi per exiſtentiam Marciantonij ſubſtitutio ꝑ mor-
tem Iacobiphilippi ſemel expirauit,amplius illa re-
uiuiſcere non põt,deciſio eſt Old.ſatis nota cõſ.22.
Thema tale eſt & cõſi.141.Thema tale eſt D.G.ubi
concludit ꝙ ſi ſubſtitutio alicui facta ſit, ſi abſq; fi-
lijs deceſſerit,exiſtentib.filiis ꝑ e eius mortis ſubſti-
tutio extinguitur, & ſecundum hanc concluſionẽ
conſuluit Abb.conſi.40.Venio ad primũ. in 1.dub.
in 1.par. Vbi ſubſtitutio de quodam Federico facta
erat, & ſi Federicus non extaret, eius deſcendentes
ſubſtituti erant,quibus nõ extantib. Leonellus ſub
ſtitutus erat,ibi concludit,ꝙ exiſtente Federico,qui
virtute ſubſtitutionis hæreditatẽ adiuit, ſtatim ſub-
ſtitutio de eius deſcẽdentibus facta extincta fuit. in
caſu quo Federicus non extaret,illo autem extante
deficit ſubſtitutio,ſic ergo in caſu propoſito ſubſti
tutio inter Marcumant.& Iac.Philippum facta, ſu-
peruiuente Marcoant. per obitum Iacobiphilippi,
abſq; filiis defuncti expirauit,unde filii Marciant.ad
illam ſubſtitutionem amplius admitti nõ poſſunt.
Si.n.illa ſuum in perſona primi ſortita fuit effectũ,
in ſecũdi,ulterioriſq; perſona ceſſat.l.cùm in teſtõ.
13 in prin.ff.de hęr.inſt.l.ſi mater.§.1.ff.de uulg.& pup.
& l.quandiu.ſ ult.ff.de acq.hær. & tradit Ruy.conſ.
99 Viſo themate.col.2.nu.6.uol.2. Et eſt rõ,quia cõ
14 ditionẽ ſemel impletam fuiſſe ſufficit,quamuis im-
plementum non duret.l.ſi quis hæredem.ubi Iaſo.
poſt alios.in prin.C.de inſt.& ſubſt.cũ conc.per eũ
relatis, & per eundem conſi.51. Aloyſius de Taco-
15 lis.col.pe.uer.Aggredior ſecundum dub.uol.3. Ac
cedat ꝙ ſubſtitutus ſemel excluſus remanet perpe-
tuo excluſus.l.ex facto.§.pe.ff.ad trc.tradit not.Bal.
in c.1.§.quinct.uer. Quarto quid ſi maſculus. in tit.
Epiſ.uel Abb.in uſib.feud.quẽ refert Ruy.cõſi.148.
Vt prima facie.in prin.uol.2.ubi inquit ꝙ illa codi
tio ſi abſq; filiis deceſſerit, per ſuperexiſtentiã filii ip
ſius grauati perpetuo extinguitur, quãuis per mo-
mentũ vixerit,vt abunde dixi ſupra conſi.22.Nic.q.
Gabrielis.nu.8.14.15.& 16.Vnde ſi filii nunc & poſt
extinctã ſubſtõnẽ admitterentur, ſequeretur ꝙ ſub
ſtõ ipſa per Marciant. ſuperexiſtentiã ꝑe mortis Ia
cobiphilippi,aut extincta non fuiſſet,aut reuixiſſe-
ret, quod per præd.falſum eſt,&per ea quæ cõſuluit
Pau.Ca.conſ.97. Ne impropriis vtamur vocabulis.
col.1.uerſi.Prima fuit facta.uol.2.in nouiſ.Cũ ergo
ſubſtitutio extincta fuerit, filijq; Marciãtonij adhuc
excluſi remaneant, D.Camilla uirtute alicuius ſubſti
tutionis ad bona magiſ.Ludouici,admitti nõ poteſt
ex quo filij,& deſcendẽtes Marciantonij ipſi Marco-
antonio poſt eius obitum ſubſtituti non fuerunt,
quod

quod fortè ſecus eſſet eo caſu dicendũ, ut conſuluit Corn.conſi.186 Quanquam præſens.col.2. ver.Sed non obſtantibus.volum. 3. Niſi quatenus ex teſtamento paterno in eius legitima computatis bonis magiſtri Ludouici, & Marciantonij ſui patris, læſa & decepta reperiatur, ut concludunt Cur.& Cor. ubi ſupra: & tenendo hanc concluſionem tanquam ueram, & iuri conformem, ſatis ad ea quæ ſuperius in oppoſitum adducebantur, reſponſio patet. Nihi-
16 lominus ut ueritas clarius eluceſcat, ad ea particularius & in ſpẽ reſpondẽs dico, D.Camillã in conditione poſitam grauatam non fuiſſe, tùm quia ipſa tẽpore teſtamẽti, aut tempore mortis magiſtri Ludouici, uel tempore quo prædictæ ſubſtitutionis caſus euenit, nondum nata, aut concepta erat, ideo ex ea ſubſtitutione uocata dici non poteſt.l.cùm ita.§. in fideicommiſſo.de lega.ſecundo. & l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. Tùm quia requiritur ꝙ fideicõmiſſũ a Marcoantonio relictum ſub duplici ſit conditione alternatiua, ut uoluit Bar.in d.l.centurio.d.uerſi. Quæro ulterius quid ſi teſtator.& in l.ſed & ſi ſic.de leg.3.cũ quo cæteri omnes tranſeunt, ut refert Ruy. conſi.149.Pro deciſione. colum.1.uolum.2. Vel ꝙ ſpecialiter & nominatium onus illis in conditione poſitis iniungatur, ut uerba Bar.ſonant in.d.uerſi. Quæro ulterius.ut refert Soci.Iuni.conſi.176.Conſideratis colum. fi.uerſi. Verum quia multi tenuẽrunt.uolum.2.quod in caſu propoſito nõ apparet. Tum quia ſi diceremus.D. Camillam per prohibitionem diuiſionis bonorum grauatum, illa ſub appellatione ſucceſſoris comprahenſa non dicitur,
7 quia de uniuerſali, non autem de ſingulari ſucceſſore intelligitur.l.quædam.§.nihil.ff. de eden.per.Bal. in l.emptorẽ.C.loca. Cur.ſeni.conſi. 72.Deus pius. colum.4.prope fi.uerſi.Et ideo in terminis. Soci.ſeniot.d conſi.249.colum.7.in fi.uerſi. Secunda difficultas.et conſi.ſeq.in prin.& ſequitur Ruy.conſi. 110.Circa caſum.in prin.uolu.2.& conſil.93.Super eo.colum.1.uerſi.Nec.ob. quòd actum ſit. uolum. 4.Prohibitio enim diuiſionis grauamen continens non D.Camillæ.ſed teſtatoris hæredibus facta fuit, Teſtator enim nedum eius hæredes, ſed Marciantonij.et Iacobiphilippi ſucceſſores prohibuit.D.uero Camilla non eſt magiſtri Ludouici, nec Marciantonij ſui patris hæres uniuerſalis, ſed particularis, ergo per huiuſmodi prohibitionem grauata non dicitur:& ita concludit Ruy.conſi.113. Quia deciſio. colum.2.uerſi.Et ideo quamuis. uol.2.Et dato etiã ꝙ hoc caſu grauata intelligeretur, dico communẽ opinionem eſſe, quòd filij in conditione poſiti nõ honorati etiam quòd grauati ſint, uocati non cenſentur, & huiuſmodi fideicommiſſum non ualet, ut uoluit Alex.in d.l. centurio. colum.28. prope fi. uerſi.Item quærit hic Bar.& ibi Iaſ.colum.28.uerſi. Circa illam.q.utilem.aſſeuerans tenendam eſſe contra Bar. opinionem communem, & de communi contra Bar.atteſtatur Deci.conſi.422.Et pro tenui colum.1.ſub num.2.ubi ait ab illa recedendum nõ eſſe: Eam quoq; tenet & ſequitur Pari.conſ.31.Cõſideratur col.1.uer.Vnde grauati.uol.2.& cõſi.75.Circa teſtamentũ.col.7.uerſi.Iſti. n.filij.nu.44. eo. uol. idẽ firmat Soci.Iuni.cõſi.121 In cauſa nobilis.colu. pe.in fi.nu.24.uerſi.Et ſi dicatur.uol.1.& d.cõſi.176. col.fi.nu.20.uerſi.Sed quicquid circa illud.uol.2.cũ multis concord.ibi per eum relatis.& ita conſuluit Ruy.conſi.101.Super his.col.2.nu.4.uerſi.Sed præmiſſis non ob.& col.3.in prin.uol.2.& cõſi.130.Viſo teſtamento.col.2.prope fi.nu.7.uerſi.Nec prędictis ob.eo.uol.ubi refert magis cõem opi.eſſe cõtra Bar.& ita tenet,& atteſtatur de cõi contra Bar.Cur. ſeni.d.conſi.63.col.6.& 7.& ita aliàs conſului, ut ſupra eo.conſi.49 In præſenti conſultatione. ſub nu. 6.Non obſtat ſecũdum de diuiſionis prohibitione, per quam aſſerebatur fideicõmiſſũ inductũ fuiſſe,
18 Quia illud nõ eſt abſolute uerũ, ſed procedit quando per hæredem teſtatorj prohibitioni contrauentũ eſt, ut cõcludit Alex.d.§.cohæredes. col.3. uerſi. Puto cõcludendũ.& ita cõſuluit Dec. cõſi 418 In caſu me trãſmiſſo.col.pe.in prin. uerſi.Sed iſtis & ſimilibus.cõſi.287.In ciuitate Placentię.col.5.in prin.ver. Vltimo nõ obſt.& d.cõſi.422.col pen.ſub nu.7. ubi hanc opi.eſſe cõem atteſtatur.idem tenet Ruy.cõſi. 89.Caſus iſte uidetur.col 13.uerſi. Secundo principaliter.uol.2.& abunde proſequitur Pariſi.d. conſi. 75.col.5 in prin.uerſi.Tamen uetior.& ita aliàs tenui contra Ioannembaptiſtam & litis conſortes dę Monticulis, decidens ad fauorem Petripauli Bonamici per ea quæ cõſuluit Soc.ſen.cõſi.250.In cauſa Bononienſi.col.1.ad fi.uerſi.Præterea quãdo prohibetur.uol.1. & Iaſ.cõſ.31.Nobilis.col fi.in prin.uerſ. Aut quærimus an per talia uerba.uol.3.At in præſẽti caſu ex parte.D.Iacobi filij & hæredis uniuerſalis Marciantonij nulla interuenit diuiſio: ergo per huiuſmodi prohibitionẽ nõ dicitur fideicomiſſũ abſolute ortum fuiſſe, quamuis forte dici poſſet quo ad alienatam domum inductum fuiſſe, illius ſaltem, & non aliorũ bonorũ reſpectu, in quibus hæredes, & ſucceſſores tantũ vocati fuerunt, & propterea concludendũ eſt; quò ad bona non diuiſa, etiam ꝙ alienata fuiſſent, Dom Camillã uirtute alicuius ſubſtitutionis uenire non poſſe, ex quo ipſa non eſt uniuerſalis, ſed particularis hæres, ideo ipſa tantummodo ad legitimę ſupplementum in illis bonis magiſtri Ludouici repertis & cõprahenſis in hæreditate Marciantonij ſui patris agere poſſet, ut uoluit Cur. ſeni.d.cõſi.61.col.6.in prin.uerſi.Aut enim teſtator & Corne.d.cõſi.66.col.fi.nu.10.uol.2.Et ita dico, cõſulò, & de iure reſpõderi poſſe cẽſeo ego Matthęus Brutius I.C. Ariminen.ad laudẽ omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virg.matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an inter uiuos dicatur quamuis in donationis contractu dicatur titulo donationis cauſa mortis, & poſt tuæ mortem dedit & donauit &c.*

Donatio inter uiuos dicitur quando in initio inſtrumenti in uerbis ſubſtantialib dictum fuit.quòd irreuocabilis ſit, etiam quod dicatur, titulo donationis cauſ. mortis donauit.ſecus ſi in uerbis ſubſtantialib.nihil dictum fuiſſet quòd reuocari nõ poſſet.ibidem.& nu.2.

3 *Titulus donationis cauſa mortis, & donatio cauſa mortis inter ſe non differunt.*

4 *Pactum de non reuocando in donatione cauſa mortis appoſitum an valeat, uel de dicta donatione reijci debeat?*

Donationis nomen a precarij nomine penitus ſeparatum eſt. ibidem.

Pactum de non reuocando in donatione cauſa mortis appoſitu quamuis ſit contra naturam et ſubſtantiam talis donationis, dictam donationem inter viuos tranſire facit ibidem.

5 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non ualet, niſi cum fructuum reſeruatione in eius vita facta fuerit. & nu.7.*

6 *Donatio cauſa mortis ſi omnium bonorum præſentium & futurorum facta eſt, ſi in eaq; pactũ apponatur, quòd illa reuocari nõ poſsit, nihil operatur. ex quo donatio illa nõ valet, ſed remanet tanquam cauſa mortis donatio.*

8 *Dubium quando de animo donantis extat. uel eſt de iure dubium ſi ſit cauſa mortis donatio, uel inter uiuos, quid iudicandum ſit.*

9 *Fauorabilior pro reo quàm pro actore in cauſarum deciſione iudex eſſe debet.*

CONSILIVM CLXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

SVPER præſenti cauſa aliàs ſatis ſcripſiſſe opinor, ut tamen aliquas ex aduerſo dubitationes adductas prorſus eneruē, nonnulla iterum in medium deducam in eandem opinionem, & concluſionē
concurrens, ꝙ donatio per Paulum Paulutium fa-
1 cta dicatur, & ſit inter uiuos donatio, & non cauſa mortis donatio, quamuis in inſtrumento dicatur, ꝙ ipſe titulo donationis cauſa mortis, & poſt eius mortem dedit, tradidit, & donauit Petrofranciſco. &c. Nam licet prima facie cauſa mortis donatio diceretur, ex quo in eo titulus donationis cauſa mortis exprimitur. ut inquit Dec. conſi. 470. Duo dubia. columna prima. in fi. uerſicu. Prædictis tamen non obſt. Nihilominus quia in propoſito caſu ab initio in donationis contractu in ſubſtantialibus uerbis dictum fuit irreuocabilem eſſe, & quocunque caſu contingente reuocari non poſſe, tali caſu inter uiuos donatio dicitur. ut eſt tex. in l. ſi alienam. in fi. in l. ubi ita donatur. & in l. ſenatus. §. mortis. in fi. & utrobique no. gl. & doc. ff. de dona. cau. mor. Are. in l. fi. colum. fi. prope fi. uerſicul. Nota ꝙ donatio cauſa mortis. C. de pact. vbi allegat gl. ſing. in uerbo, donatio. In l. ſi interim. ibi hæc etiam cauſa mortis. ff. de dona. int. vir. & vxo. Dec. in l. non omnis. colum. 3. in fi. num. 11. ff. ſi cer. pet. & ita conſuluit Ruy. cōſil. 123. Quia agitur. volum. 1. & eſt communis opi. vt inquit Didac. in rub. de teſtam. in 2. par. num. 11. & dicit Natta conſil. 104. num. 6 & ſeq. ꝙ in hoc neminem reperiit contradicentem, quem ſequitur Clarus In trac. de dona. in 4. q. Secus verò ſi ab ini-
2 tio mortis cauſa donatio ſimpliciter facta fuiſſet, in verbiſq; ſubſtantialibus nihil de non reuocatione dictum fuiſſet, ſed tantummodo de ea in clauſulis generalibus, & acceſſorijs, quæ contractus executionem reſpiciunt, fieret mentio, tunc enim huiuſmodi clauſulæ de non reuocando in donationem inter viuos tranſire non faciunt, ſed remanet mortis cauſa donatio, ut ab initio abſque reuocationis pacto dictum fuiſſet, ita eleganter diſtinguit Dec. conſil. 305. Iuridicam. & d. conſil. 470. quem ſequitur, & extollit Cur. iun. præceptor meus conſil. 56. Præſupponitur in facto. columna ſecunda. in fi. uerſicul. Primus eſt. quamuis etiam hoc caſu teneat Roland. conſil. 8. In præſenti conſultatione. colū. 8. in princ. num. 26. uerſicul. Quarto facit. uolum. 1. ꝙ ualeat ut donatio inter uiuos, & irreuocabilis efficiatur. Nec dicatur, ꝙ quando titulus donationis cā mortis expreſſus eſt, ex quo ſumus in claro, mortis cauſa donatio, & non inter uiuos dicitur. ut inquit Dec. d. conſi. 470. colum. 1. in fi. ver. Prædictis tamē. quia hoc ego quoque fateor, ſed hoc procedit, ubi ſimpliciter, & abſque reuocationis pacto donatio facta fuiſſet ſecundum Dec. & Cur. ubi ſupra. Præte-
3 rea iure cautum non reperitur, differentiam inter titulum donationis cauſa mortis, & mortis cauſa donationem conſtitui. Nam utroque caſu contractus donationis cauſa mortis dicitur, nec in rub. ff. & C. de mor. cau. dona. reperitur aliquam tituli mētionem fieri, ſed tantummodo de donatione cauſa mortis ſimpliciter, vt etiam ex dictis per Dec. colligitur. in d. l. non omnis. col. 3. in fi. verſi. Vnde reſoluendo. & in d. l. fi. col. 5. in fi. num. 20. verſic. Secunda concluſio. C. de pact. ſicut etiam in ſimplici donatione differentia non conſtituitur ſi diceretur cā donationis, ſiue titulo donationis, quia quocunq; modo diceretur, ſimplex eſſet donatio. ut eſt tex. in l. illam. C. de dona. tit. generali. Et poſito non tamē conceſſo. ꝙ conſtitueretur differētia, dico per hoc non refragari, quin in caſu propoſito inter uiuos donatio dicatur, ob reuocationis pactum in dicta
4 donatione cauſa mortis appoſitum. ut per Cur. ubi ſupra. Nec dicatur pactum illud de non reuocando tanquam nullum reijci debere, cùm ſit contra ſubſtantiam contractus donationis cauſa mortis. l. cū precario. ff. de precari. & ubi per dictum pactū contractus annullatur, in aliumq; contractum non fit tranſfuſio, tunc illud pactum annullatur, & abſque illo pacto remanet contractus. Nam reſponderi poteſt hoc eſſe uerum quando per dictum pactum annullaretur contractus. ut in d. l. cum precario. ob contractuum diuerſitatem, quamuis enim in precario pactum de non reuocando apponeretur, illud pactum nihil operaretur, ex quo eſt cōtra illius contractus naturam, & ſubſtantiam, eoque caſu in donationem tranſire non poſſet, quia donationis nomen a precarij nomine penitus ſeparatum eſt, ideo quia ut donatio non ualeret, & ob illud pactū alius contractus ualidus non reſultaret, dictum pactum nullum eſſet, & precarij contractus abſque illo pacto remaneret. ita Bart. in d. l. ubi ita donatur. Secus eſt, ſi pactum illud in contractu donationis cauſa mortis appoſitum eſſet, nam licet contra naturam, & ſubſtantiam illius ſit, nihilominus quia illud dictam cauſa mortis donationem in donationem inter viuos tranſire facit, d. l. vbi ita donatur. & limitat Fel. in c. cùm M. Ferrarienſis. col. 23. verſicu. Hæc concluſio limitatur. ext. de conſt. ideo non an-
5 nullatur, nec reijci debet. Nec dicatur, quod ex hoc reijci debet, quia donatio de omnibus bonis præſentibus, & futuris per Paulutiū facta fuit, quæ nullo pacto ualet, ut eſt communis legiſtarum concluſio in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb.
6 obl. & in d. l. fi. C. de pact. Et ubi ſit cauſa mortis donatio omnium bonorum præſentium, & futurorū, in eaq; pactum de non reuocando illam cum iuramento apponitur, quamuis in donationem inter uiuos tranſire faciat, ut ſupra, in hoc tamen caſu nihil operatur, ex quo donatio illa per ſe non ualet, ut ſupra, ideo tanquam nullum reijceretur, & mortis cauſa donatio remaneret, ut eſt deciſ. Neap. 338. Nobilis Petrus. col. 2. in fi. uerſi. Sed quando per dictum pactum. quem ſequitur Aymo. conſi. 139. Titius promiſit. col. fi. nu. 10. uerſi. Ex quibus. uolum. primo. Nam reſpondetur in proceſſu non conſtare huiuſmodi donationem de omnibus bonis præſentibus, & futuris factam fuiſſe, ideo &c. Et quate-
7 nus etiam conſtare poſſet, dico non obeſſe, cùm in ea fructuum reſeruatio, & introituum de bonis illis in eius uita facta fuerit, quo caſu huiuſmodi donatio ualet, & tenet. vt voluit Bar. quem communiter ſequuntur doct. in d. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. vbi Alex. & alij. & in d. l. fi. vbi Mod. Vercellē. num. 272. verſic. Aduertendum eſt. & ſequitur Gozad. conſi. 87. Prima facie. col. 2. ver. Quibus tamen non obſt. & verſic. ſequen. Et ex his, & alijs per nos aliàs allegatis, concludo dictam donationem inter viuos, & non cauſa mortis eſſe, exequendam tamē poſt Paulutij, eiuſque vxoris obitum. Et ſi quo pacto ob fundamenta, rationeſque ab vtraque parte deductas dubitaretur quanam hæc donatio eſſe
8 dicatur, dico ꝙ ubi eſt de donantis animo dubiū, & ſic de facto, uel de iure dubiū eſt, ut quia hincinde ꝓbabiliter de iure allegari pōt, potius iudicādū ē inter viuos donationem eſſe, quā cauſa mortis, etiam

ſi in

ſi in mortis articulo fiat, ut not. dixit glo. 1. in fi. &
ibi Bal. in 1. & 2. lect. C. de dona. cau. mor; & ita con- 1
ſuluit idem Bal. conſi. 107. De anno Domini. verſi.
Præterea quando eſt dubium. uol. 2. & Roland. cō-
ſi. 5 ſi. Quoniam. col. 6. nume. 29. ver. Tertio eſt: l. 2.
& ita iudicandum reor, maxime quia fauorabilio-
res rei potius, quàm actores habentur. regu. fauora
biliores. ff. de reg. iur. præcipue in cauſarum deciſio
nibus, ut tradit Deci. in c. 1. col. 2 1. in fi. uerſi. Docto-
res circa hoc. extra de probatio. Et ita de iure reſpō
dendum cenſeo ego Matthæus Brunus I.C. Arimi
nen. ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimę
uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Fratres plures ruſtici qui inſimul habitant, & prædia labora-
runt, qualiter inter eos de fructibus diuiſio fieri debeat.*
2 *Vxor & filij vnius fratris, qui prædia inter fratres commu-
nia laborarunt, an in diuiſione inter fratres inſimul habitan
tes facienda de perceptis fructibus habere debeant?*
3 *Filius fratris impubes animalia gubernans, eaque cuſtodiens
an aliquid pro eius opera in diuiſione inter fratres facien-
da habere debeat?*
4 *Opera filij impuberis in cuſtodiendo, gubernandoque oues, et
animalia confunditur cum alimentis ſibi de communibus bo-
nis fratrum præſtitis.*
5 *Impenſa filio fratris impuberi facta, a quo nulla opera per
cipiebatur, ab altero fratre in diuiſione repeti poteſt.*

CONSILIVM CXLVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffra gio, amen.

VISIS Iuribus tam ex parte Matthæi,
quàm Andreæ fratrum adinuicem
circa eorum diuiſionem per arbitros
mihi propoſitam allegatis; & ma-
ture, diligenterque conſideratis om-
nibus conſiderandis conſulo, & iuris eſſe cen-
1 ſeo, dictorum arbitrorum partes in diuiſione
facienda fore, & eſſe in detrahendo imprimis,
& ante omnia de fructibus in poſſeſſionibus per
dictos fratres laboratis, expenſas per eos in di-
ctis prædijs poſitas pro ea portione, quam ipſi po-
ſuerunt, deinde affictum & mercedem boum per
ipſos conductorum. Poſtremo inter dictos fratres
fiat de reliquis fructibus per capita diuiſio, de quib.
arbitrio dictorum arbitrorum deducatur precium
operarum per uxorē & filios Andreæ in dictis præ-
dijs impoſitarum, ſi quæ per eas impoſitæ fuerunt,
ambaſque partes ab expenſis in proceſſu factis iu-
ſtis de cauſis abſoluendo Et ad hęc dicendum mo-
ueor per ea quæ tradit Pet. de Vbal. poſt Bar. &
alios in tract. de duob. fratr. in 3. q. quartæ partis. ver
ſi. Quod facit pro ruſticis. num. 12. ubi de ruſticis ſi-
mul habitantibus quæſtionem tractat, ut qui de in
duſtria & opera plus ponit, de fructibus quoq; plus
percipiat, & per Alex. late conſi. 77. Circa primum.
uo. 5. cum alijs per Dominos conſulentes allegatis.
Et hæc quoad dictos fratres ſufficiant. Quo uero ad
2 uxorem & Andreæ filias, moueor per ea quæ con-
ſuluit Pau. Ca. conſi. 304. Super primo quæſito di-
cendum eſt. col. 1. in fi. uerſi. Super quarto uidetur
dicendum. uo. 2. in nouis. ubi inquit quod pro ope
ris per filios poſitis in prædijs laboratis operarum
precium deducatur, non autem quod redditus cū
eis per capita diuidantur, quoniam ipſi filij ſocij nō
ſunt, ſed in ſocietate operati fuerunt, unde lucrum
inter ſocios, non autem cum operantibus in ſocie-
tate diuidi debet, cùm ipſi ſocij non ſint. Et tanto ma
gis in caſu propoſito cùm vxor & filiæ Andreæ (ut
in facto mihi ſupponitur) non arauerunt, non ligo
nizauerunt, non falcem in meſſem poſuerunt, nec
triturauerunt, ut uiri facere conſueuerunt, in quib.
operibus ſi dictæ filiæ & uxor ſe exercuiſſent, de fru
ctibus forte perceptis in dictis prædijs pro dictis ea
rum operis portionem ſuam deducere poſſent, ut
voluit, & ita procedere teſtatus eſt Pet. de Vbal. in
d. tract. in 8. q. quartæ partis. uerſi. Plus etiam uide-
tur dicendum. quamuis in fi. dicti uerſic. etiam hoc
caſu aſſeueret, quòd conſuetudo contrariū ſeruat:
Et ita procedunt, & intelligenda ſunt quæ dixit Ay
mo. conſi. 159. Viſis his. colum. 1. uerſi. Tertio re-
3 ſpondeo. Quò ad filium Andreæ impuberem, cùm
ipſe oues & animalia cuſtodierit, cōcludo nec fru-
ctuum portionem, nec ullum precium, ſeu merce
4 dem conſequi poſſe, cùm eius opera cum expenſis
& alimentis ſibi de communi præſtitis confunda-
tur, ut uoluit Pet. de Vbal. in d. tract. in 5. q. quartæ
partis. num. 14. uer. Quarto quæro, & in terminis
terminantibus tradit Are. in §. actionum autem. in
materia negociorum geſtorum. in 17. col. in fi. uer-
ſi. Quod facit ſecundum Bal. Inſti. de actio. Plus di-
co, quod ſi ab huiuſmodi impubere nulla percipie
batur opera, quæ alimentis digna foret, iſto caſu ab
Andrea eius patre impēſa dicto impuberi per Mat
thæum facta repeti poſſet, doctrina eſt Bal. no. in l.
ſi paterno. in fi. C. de nego. geſt. & ita dico, conſulo,
& iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Brunus I.C. Ari-
minen. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſi
mæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum per ſimplicem partis comparitionem clauſula iu
ſtificatoria in eo appoſita, ipſo iure reuocatum dicitur, in
uimque ſimplicis citationis reſoluitur.*
2 *Vxor regulariter eius uirum ſequi tenetur.*
3 *In cauſis matrimonialibus licet ſimpliciter & de plano, &
ſine ſtrepitu & figura iudicij procedi debeat, & iuris ordo
non ſit ſeruandus, ſi tamen ad thori ſeparationem, & ad
dotem lucrandam ageretur ſeruandus eſt.*
Cauſa matrimonialis quæ dicatur ibidem.
4 *Ordo iuris in quocunque iudicio ſiue petitorio, ſiue poſſeſſo-
rio ſeruandus eſt, etiam ſi in notorijs eſſemus.*
5 *Copia petitionis cum petenti decerni, & tradi debet, etiam
quòd ſummariè in cauſa procederetur.*
6 *Iudex petitionis copiam denegans defenſionem denegare, et
auferre dicitur.*
7 *Stante ſtatuto quòd iudex contra indefenſum procedere va
leat, perinde eſt ac ſi diſponeret, quod iniuſtitiam faciat.*
8 *Defenſio alicui ſubtrahi non debet, etiam ſi abſque iuris ſo
lemnitate procederetur.*
*Defenſio partis legitima per arbitrij dationem non tollitur.
ibidem.*
9 *Agens poſſeſſorio in cauſa matrimoniali oſtendere debet ma
trimonium in facie eccleſiæ contractum fuiſſe.*
10 *Offerens ſe in continenti probare, etiam in executiuis, & in
cauſis ſummarijs ad probandum admitti debet.*
11 *In continenti quis infra triduum probare dicitur.*
12 *Poſſeſſorium quodlibet per dominij oppoſitionem excluditur,
cuius probatio in promptu eſt.*
13 *Probationes neceſſariæ de iure diuino ſunt, & in cauſis ſum
marijs, & in quibus ſola facti veritate inſpecta proceditur
requiruntur.*
14 *Sententia ſine dilatione ad probandum lata non valet, &
proceſſus eſt ipſo iure nullus.*
15 *Exceptiones petitorium concernētes in cauſis poſſeſſorijs nō
admittuntur.*

Petito-

Petitorium & poſſeſſorium in cauſa matrimoniali, quando intentatum uideatur. ibidem. & num. 17.

16 *Pactum inter maritum & uxorem factum ualet, quòd maritus cum uxore in certa domo habitare debeat.*

18 *Uxor aliquando uirum ducit.*

19 *Officium iudicis implorans quid intentaſſe dicatur.*

Iudex suum officium niſi petenti non impartitur. ibidem. & num. 26.

20 *Poſſeſſorium in cauſa matrimoniali intentans duo probare debet.*

21 *Pendente appellatione nihil innouandum eſt.*

22 *Appellari poteſt a ſententia in mero poſſeſſorio lata, & in foro ciuili ſecundum magis communem opi.*

23 *Appellatio a mero poſſeſſorio de iure canonico in foro eccleſiaſtico effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum operatur.*

A quocunque grauamine ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium illato de iure canonico appellari poteſt. ibidem.

24 *Conditio quamuis per aliquem impleta ſit, per eum tamen liquidari debet, & iudici conſtare, aliàs non ſufficit.*

25 *Iudex contra partem abſentem procedere non poteſt, niſi ad alterius partis præſentis, & inſtantis inſtantiam.*

Sententia pro præſente contra abſentem lata abſque petitione præſentis eſt nulla. ibidem.

27 *Executio nemine inſtante & petente, appellationeque pendente remiſſa et executa, tanquàm nulla, per eundem iudicem reuocari poteſt.*

Nullitas coram eodem iudice proponi poteſt. ibidem.

28 *Iudex ſi non rite, et debito iuris ordine non ſeruato procedit, ſpoliato uigore huiuſmodi proceſſus nullitate recuperãda poſſeſſorium competit, et ſtatim reſtituendus eſt.*

CONSILIVM CLXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

PRAESVPPONITVR in facto Frãciſcum de Angelinis de Arimino barbitonſorem Gregorij pelliparij filium, a parte ſeorſum, & ſuper hoſpicijs commorantem, matrimonium cum Diana Soncina Veneta Arimini degente contraxiſſe, & ante matrimonium contractum pacto expreſſo cum ea de continue habitando, in domoq; & habitatione ipſius Dianæ conueniſſe, cuius domus partem ei in dotem conſignauit, aliamq; partem pro ſe libere retinuit, in qua domo Diana cum eius matre habitabat, contracto matrimonio idem Franciſcus in pacti & conuentionis executionẽ cum ea cõtinue in eadem domo per quindecim menſes habitauit, deinde Gregorij ſui patris perſuaſione a curia Epiſcopali contra Dianam ad habitandum cũ eo in domo dicti Gregorij præceptum obtinuit tenoris infraſcripti, uidelicet, Tibi Dianæ Soncinæ uxori Franciſci de Angelinis de Arimino tenore præſentiũ & ad inſtantiam prædicti Franciſci tui mariti præcipimus & mãdamus quatenus ſub pœna excõmunicationis & ducatorum ducentorum Cameræ Epiſcopali applicandorum debeas per totam diem craſtinam poſt harum præſentationem &c. ad omnem inſtantiam dicti Franciſci tui mariti cum effectu omni mora poſtpoſita iuiſſe ad familiariter habitandum (ipſum tuum maritum ſequendo) in domo, & habitatione magiſtri Gregorij ſui patris, & tui ſoceri, & ibi permanere, & non diſcedere abſq; licentia & uoluntate dicti tui mariti, cum comminatione &c. & ſi ſenſeris te grauatam compareas citata parte &c. Quæ Diana mediante eius procuratore præceptum illud tanquàm de facto factum, cauſaq; non cognita, ſtante præſertim pacto, de quo ſupra, reuocari, ad iuriſque uiam reduci petiſt, pro-

1 ut per ſimplicem partis comparitionẽ attenta clauſula iuſtificatoria in eo appoſita, ipſo iure reuocatũ dicitur, in uimq; ſimplicis citationis reſoluitur, ut communiter tradunt Doct. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de no. ope. nuncia. & in l. nequicquam. §. ubi decretum. & utrobiq; laſ. ff. de offi. proconſ. & lega. & copioſiſſime per Are. in §. curare, colu. 7. prope fi. ucrſi. Qui dicendum de eo. uſque ad fi. Inſti. de actio. ubi refert ita uidiſſe practicari, & obſeruari, & ita quotidie in palatijs practicatur, & tradit Anch. in 1. lib. q. familia. q. 25. Factum fuit. & Mod. in additio. ad tract. octauia. Veſtri. in hoc tamen nõ obſtante D. Vicarius Epiſcopalis præceptum ſuſpẽdit, deinde iterum ex parte Dianę inſtitum fuit pręceptum reuocari, cùm ſuper eo procedi non poterat, ut infra demonſtrabitur, ſed iuris ordo ſeruari debebat, & quatenus ſuper eo, ad ulterioraq; procederetur, petitum fuit terminum ad dictum pactũ probandum ſtatui, quod in continenti ſe probaturum obtulit, & nihilominus nunquam ſibi ſtatutus fuit, ut de iure requirebatur, & inferius demonſtrabitur. Ex parte poſtea Frãciſci huiuſmodi præcepto inhærentis petitum fuit Dianam compelli debere ad ſequendum eius uirum, familiterq; ac continue habitando cum ipſo, ubi ſibi magis placuerit, ut in eius petitione continetur, cuius tenor talis eſt, uidelicet, Comparuit Franciſcus Angelinus barbitõſor maritus Dianæ de Soncino ſuo proprio nomine citra reuocationem &c. unà cum ſer Andrione &c. in cauſa præcepti aliàs dictæ Dianæ facti, de ſequendo cum effectu ipſum Franciſcum eius maritum, & inhęrendo dicto præcepto, & contentis in eo, & alijs uerbo inſtitis & petitis coràm D. V. petijt & inſtetit per R. D. V. & eius officium, quod quatenus opus ſit, & negocium expoſtulat, iuris remedijs oportunis cogi & compelli debere ipſam Dianam ad ſequendum, & familiariter, ac continue habitandum cum ipſo Franciſco eius marito, ubi ſibi magis placuerit &c. Super quibus petijt ſibi ius &c. ſummarie, & iuxta negocij qualitatem &c. Deducens &c. Offerens &c. Proteſtans &c. Cuius quidẽ petitionis copia per Dianæ procuratorem ſtatim petita fuit, ut in actis apparet, quę tamen nec per Vicarium decreta, neque per notariũ ſibi tradita fuit, ſed monitæ tantum fuerunt partes per Vicariũ ad primam ad audiendum eius uoluntatem, & in monitionis termino, nulla decreta petitionis copia, ſententiam tenoris infraſcripti protuli, uidelicet. Qui R. D. Vicarius uiſis & auditis prædictis pronunciauit & declarauit, quòd data prius idonea fideiuſſione a Franciſco Angelino de Arimino ſub pœna cẽtum ſcutorum Cameræ Epiſcopali applicandorũ de non offendendo Dianam eius uxorem, dictam Dianam teneri, & obligatum eſſe ſequi dictũ eius uirum, eiq; matrimonialia obſequia præſtarę tam in domo magiſtri Gregorij eius patris, quàm alibi in loco tamen honeſto, donec aliud de allegatis iuribus ex parte dictæ uxoris ſibi legitime conſtiterit, ad quæ deducenda terminum aſſignauit decem dierum, & interim ad ſequendum, ut ſupra, eius uirum, ſupradictam Dianam condemnauit ſub pœnis & cenſuris in præcepto aliàs ſibi facto comminatis, & alijs arbitrio ſuo imponendis. A qua quidẽ ſẽtẽtia per Dianæ procuratorem ad Reuc. D. Auditorẽ Cameræ ordinariũ iudicẽ appellationum Sã. D. N. Papæ appelatum fuit. Qua appellatione pendente pręd ictus Vicarius dicto Frãciſco, aut alio ſuo nomine inſtantiam nullam faciente, nec petente executionem perſonalem contra dictam Dianam abſque notarij rogitu, & abſque eo quod in actis appareret,

reret,commiſit,eamq́ue in domum dicti Gregorij
per milites iudicis ſecularis, ut ex eorum relatione
conſtat,per uim conduci fecit. Quibus ſic præſup-
poſitis modo uidendũ eſt,an rite & rectè per præfa-
2 tum Vicarium contra dictam Dianam proceſſum
fuerit? Et dicendum uidebatur,quòd cum in cauſa
matrimoniali ſimus, regulariterque uxor eius ui-
rum ſequi teneatur iuxta tex. in cap.unaquæq;. 3. q.
2.& cap.ſi quis de neceſſitate. 34.quæſt. 2.cum uulg.
nullo ordine ſeruato ſed ſummariè procedi potue-
rit,iuxta tex.in cle.diſpendioſam.de iud.ubi Papa de
cidit quòd in cauſis matrimonialibus ſimpliciter,
3 & de plano,ac ſine ſtrepitu,& figura iudicij procedi
debeat. Hoc tamen non refragante dico quòd in
huiuſmodi cauſa iuris ordo ſeruandus erat, cùm
hac in cauſa de matrimonij fędere non tractetur,an
teneat,uel non teneat matrimonium:hoc enim ca-
ſu fauore matrimonij iuris ordo non eſt uſquequa
que ſeruandus,vt eſt tex. in d.cle. diſpẽdioſam.& ibi
glo.in verbo matrimonijs.& eſt tex. & ibi commu-
niter not.Doct.in c.1.extra ut lite non conteſta.Se-
cus ſi ad thori ſeparationem, & ad dotem lucrandã
ageretur,hoc enim caſu iuris ordo ſeruandus eſt, ut
in d.c.1.deciditur,& declarat glo.in d.uerbo matri-
monijs.& Maria.Soc.in d.c.1.in octauo not.num.5.
& inquit ibi Imo.in 1.col. nu. 7. ꝙ iudiciarius ordo
regulariter in omnibus cauſis eſt obſeruandus, præ
terquàm in cauſa matrimoniali, in qua minimè ob
ſeruandus eſt.d.cle.diſpendioſam.& ibi ſub num. 8.
declarat,quæ matrimonialis cauſa dicatur, inquiẽs
cauſam matrimonialem dici,quãdo de fœdere ma-
trimonij agitur,ſi ergo in omnibus cauſis regulari-
ter iuris ordo ſeruandus eſt, in huiuſmodi cauſa, cũ
de matrimonij fœdere non ageretur, ſeruãdus erat:
4 Et in quocunque iudicio ſiue petitorio,ſiue poſſeſ-
ſorio iuris ergo ſeruandus eſt,alioquin iniuſtè face
re dicitur,& hoc inter quaſcunque perſonas proce-
dit etiam ſi in notorijs eſſemus,ut plenè ſcribit Van-
ti.in tract.de nullita.ſenten.in rub.de nullita. ex de-
fec.proceſ.num.4.5.6.12.13.14.& 16.cùm multis a-
lijs in diſcurſu.In hac tamen cauſa agebatur tantũ,
ut compelleretur uxor ad ſequẽdum eius maritum
& cum eo habitandum,nec tractabatur, an matri-
monium ualeret,uel non ualeret, uel an contractũ
fuiſſet,ſiue non. Cùm igitur de compellendo Dia-
nam ageretur, ad Franciſcum eius uirum ſequen-
dum,& cum eo habitandum,per eamq́; opponere-
tur de pacto inter eos inito de continuo habitãdo
in domo Dianæ in dotem cõſignata, quod pactum
ualet,ut infra demonſtrabitur, cùm ad impedien-
dum,uel dirimendum ſiue declarandum matrimo
nium non tendat,ideo iuris ordo ſeruandus erat, li
bellum porrigendo,litem conteſtando,& teſtes re-
cipiendo iux.tex.in d.c.1.& ibi not.omnes, extra ut
lite non conteſta.& Vanti. in d. tracta. eadem rubr.
num. 16. 18. & 28. Cùm ergo in huiuſmodi cauſa
non fuerit porrectus libellus,nec lis conteſtata, nec
terminus ad probandum ſtatutus, ut de iure requi-
rebatur,ſed ex abrupto,extraiudicialiter,atque uelo
leuato,& nullo iuris ordine ſeruato, & non auditis
Dianæ iuribus,concludendum eſt omnia acta fuiſ-
ſe & eſſe nulla, diſponente etiam Egidiana conſti-
tutione in 5.lib.c.20.ſub rub.de iudi. & pertinen. ad
ea.ubi diſponitur,ꝙ in cauſis magnis per præceptũ
non procedatur,ſed iuxta ſacrarum cõſtitutionum
formam, aliàs iudicium ſit nullum. Nec dicatur
quamuis ab initio per uiã præcepti proceſſum fue-
rit,idem tamen Franciſcus poſtmodum coràm præ
fato Vicario comparuit,eiusq́; petitionẽ in actis re-
digi fecit,& iuxta illius petitionẽ Vicarius pronun-
ciauit,ut ſupra demonſtratum fuit,ergo rite proceſ
5 ſum fuit. Quoniam reſpõdetur,ꝙ quamuis petitio-
nem in actis deſcribi fecerit,nihilominus dictæ peti-
tionis copia per procuratorem Dianæ petita fuit,ut
cum eius aduocato conſulere poſſet,ut magis de-
liberatè reſpondere ualeret,an cedere,uel contẽde-
re uellet,ut inquit Vanti.ubi ſupra.num.21.uerſicu.
Conſtat iam tamen. & per Vicarium tamen mini-
me decreta fuit,nec ſibi tradita,ut de iure ſibi decer
ni,& tradi debebat,etiam ꝙ in cauſa ſummariè pro
cederetur,ut eſt tex.in l.1.in prin.& ibi Alexan. poſt
alios in 2.colum.num.8. uerſi. Tertio not.cum ſeq.
ff.de eden.Bar.& Doc.in auth.offeratur.C. de lit.cõ
teſt.Roſred.in tract.libel.in rub.a quo offeratur. li-
bel.& cui Abb.& alij cõcordãt,l.c.1.de lib.obl.Lãfr.
in clem.ſæpè.in uerbo libellus.de uerbo.ſignifi.Ma
rãt.in ſuo tract.iud.in 9.diſtin. quartæ partis. in uer-
bo ſine figura.ſub num.ſeptimo. uerſicu. Importat
ergo.& nume.decimo.verſicu. Plus dicit Lanfranc.
tradit Bartol. in extrauagant. Ad reprimendum.
in verbo. Et figura.Io.Petr.de Ferrar.aliàs Prac.Pap.
in forma peten.copi.inſtru.in prin.& practicam do
cet Abb.in ſua practica.de modo proceden.in iudi.
c.46.incip.Libello ergo oblato. ubi inquit quòd iu-
dex decernere debet,& dare, ſeu fieri mandare reo
libelli copiam,& per notarium in actis deſcribi de-
bet, qualiter iudex copiam petitam decreuit cum
termino &c.pro ut quotidie in quibuſcunque cu-
rijs tã ſecularibus quam eccleſiaſticis practicari ui-
demus:Cùm ergo petitionis copia nec decreta, nec
Dianæ tradita fuerit,nulliter ad ſententiam proceſ-
6 ſum fuit. Iudex enim petitionis copiam reo tacitè
uel expreſsè denegans,defenſionem ſibi denegare,
& auferre dicitur, & perinde eſt, ac ſi iuſtitiam ſibi
7 denegaret. Et ideo inquit Bart. in extrauag. Qui ſunt
rebelles.in fi.ꝙ ſi ſtatutum diſponeret, ꝙ iudex con
tra indefenſum procedere poſſit, ꝙ hoc par eſt, ac
ſi diceret iniuſtitiam faciat. quod dictum refert, &
ſequitur Fely.in c.ex parte.il 2.colum.2.in fi. verſic.
8 Sexto Bar.extra de offi.deleg.Defenſio igitur alicui
ſubtrahi non debet, ex quo de iure naturali eſt. l. 3.
§.ſi ad diem.ff.de re mili.l.pen.C.de temp.in integr.
reſtitu.pet.a.c.cùm inter.extra de excep.clem.paſto-
ralis.de re iud.tradit Bar.in extrauag. Ad reprimen-
dum.in uerbo. Et figura.colum.2.verſi.Item an de-
beat dari.& eſt glo.in clem.ſæpè. in uerbo defenſio
nes.de uerbo.ſigni.Quod procedit etiam ſi abſque
iuris ſolemnitate procedi poſſet ſecundum Bar.in l.
filiusfam.colum.1.verſi. Quæro quid ſi eſt dictum.
ff.de donatio.& in l.1.ff.de teſtam.mili. & dicit gloſ.
in d.uerbo defenſiones.ꝙ iuſtitia & legitima partis
defenſio per arbitrij dationem non tollitur.latè per
Fely.in d. c.ex parte.colum.2.num.4.Primo viden-
dum eſt.& in c.dilecti filij.colum.4. nu. 9. cum ſeq.
extra de excep.& Soc.ſen.conſi.164. Viſa bulla.co-
lum.pen.poſt prin.verſicu.Secundo ex parte partis.
uolum.2.dicens ꝙ ſicut extraiudicialis defenſio tol
li non poteſt.l.ut uim.ff.de iuſt.& iure.ita nec iudi-
cialis.l.defenſionis facultas.C.de iure fiſci. libro 10.
Cùm igitur petitionis Frãciſci copia per Vicarium
procuratori Dianæ denegata fuerit,ſe defendere ne
quiuit,& ſe non defendens,& Vicarius ad ulteriora
procedens,iniuſtitiam ſibi feciſſe dicitur, & ſic ſen-
tentia inde ſecuta non audita defenſione,nec iurib.
Dianæ, iniuſtè & inique lata fuit. Et tanto magis
quia ex parte Franciſci iuxta eius oblationem in
petitione factam nihil probatum fuit,pro ut proba
ri debebat iuxta tradita per Inno. Abb. & alios in d.
c.ex parte,de reſt.ſpol. & Lanfran. in cle. 3. colum.
7.in fi.verſi.Circa neceſſaria.de cau.poſ. & propric.
nec in proceſſu apparet probatum fuiſſe,quòd ma-
trimonium inter ipſum & Dianam legitimè & in fa
cie Eccle-

cic Eccleſiæ contractum fuerit iuxta determinatio
nē ſacri Tridentini Concilij in c.1. in 24. ſeſſione. &
ita in terminis tenet Imo. in c. ex tranſmiſſa. nume-
9 ro 3. uerſi. Et nō. etiam bene glo. ext. de reſti. ſpolia.
Vbi inquit quòd poſſeſſorio agens in cauſa matri-
moniali etiam oſtendere debet, quòd in facie eccle
ſiæ matrimonium contractū fuerit. & probat Bal.
in l.1. circa fi. uerſi. Sed nunquid in matrimonio. ff.
de probatio. alias præſumitur concubinatus, vt ibi
per eum. Et qui non probat quod allegat, aut pro-
ducit, iure carere dicitur Aymo. in tract. de antiqu.
tempo. in 2. par. ſectione ex præmiſſis. ſub num. 57.
uerſi. Quinto limitatur. Rurſus ſæpiſſime ex parte
Dianę inſtitum & petitum fuit poſt ſuſpenſionem
præcepti, ut in actis conſtat, terminum ſibi ſtatui ad
probandum pactum de quo ſupra, qui nunquam
ſibi ſtatutus fuit, prout de iure ſibi ſtatui debebat,
etiam eius procurator ſe in continenti illud probare
10 obtulerit. Et ubicunque quis in continenti proba-
re ſe offert, debet etiam in executiuis, & in cauſis
ſummarijs ad probandum admitti, ut tenet Bar. &
communiter Doct. in l.4 §. condemnatum. ff. de re
11 iudi. cum alijs per Venafr. relatus conſi. 48. Exceptio
nis. col. 1. num. 3. & 4. & conſi. 63. Coram mag. col.
1. num 4. uerſi. Tertiam facio concluſionem. Et in
continenti probare dicitur, qui infra triduum pro-
bat, ut eſt tex. in l. fi. C. de erro. aduoca. ut in l. fi. § il-
lico. & ibi Bal. C. de iudi. ubi infert quod quis in con
tinenti probare dicitur, qui infra tres dies probat,
ſequitur Fely. in c. ueniens. il 2. col. 6. in prin. ſub nu.
12 19. ext. de teſti. Amplius uoluit Bal. in autica. col. 2.
n. 6. uer. Quæro an ſit uera. C. ſi de momēta. poſ. q̃d
omne poſſeſſorium per dominij oppoſitionem ex
cluditur, cuius probatio in promptu ſit, cū ſtatim
de agentis calumnia ſit probare paratus, agens re-
pelli debet, & quod poſſideri non licet, reſtitui nō
debet. Plus inquit Abb. in c. literas. col. 2. num. 6. ver
ſi. No. tex. optimum. extra de teſti. ſpolia. quòd quā
do quis offert ſe in continenti probare, non requi-
ritur quòd probationes in promptu ſecum habeat
ſed ſatis eſt, quod longas dilationes non petat, & q̃
infra breue tempus offerat ſe probationes exhibi-
turum, prout in caſu noſtro Dianæ procurator ſe
obtulit, & quotidie in palatijs practicatur, quòd etiā
in executiuis reus ad probandū, ſtatuto ſibi termi-
no arbitrio iudicis, admittitur, ut tradit Venafr. d.
conſi. 48. num. 4. & determinat Egidia. conſti. in 5.
lib. c. 5. ſub rub. de execu. inſtru. in for. Cam. cele-
bra. quo termino elapſo, & reo nihil probāte, quod
13 releuet, realis & perſonalis executio committitur.
Cùm ergo Dianæ nulla ad probandum dictum pa
ctum ſtatuta fuerit dilatio, quam Vicarius omitte-
re nō debuit, nec eam denegare debebat, cùm pro-
bationes neceſſariæ de iure diuino ſint, quo caue-
tur, ut in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbū,
ut habetur Matthæi c. 18. & c. nouit. extra de iudi. et
tradit Marant. in d. tracta. iudi. in 9. diſtin. quartę par
tis. ſub num. 5. uerſi. Quid autem importent. Quod
etiam in cauſis ſummarijs procedit. d. cle. ſępe. §. nō
ſic tamen. de uerb. ſigni. Et in quibus ſola facti ueri-
tate inſpecta proceditur, per quam clauſulam quā-
uis nonnullæ ſolemnitates, & iuris apices tollantur,
ut tradunt Mod. Fauen. in tract. de pig. in 1. memb.
octauæ partis. numero 28. uerſi. Decimo fallit regu
la. non tamē probatio tollitur, ut uoluit Roma. cō-
ſi. 319. In cauſa propoſitæ. nu. 4. uerſi. Ea enim ver-
ba. & plene probat Soci. Iuni. conſi. 7. In præmiſſa.
in fi. uol. 1. ubi quàmplures allegat tenentes, quod
per illam clauſulam iura probatoria tolli non poſ-
ſunt. idem firmat Bar. in extrauag. Ad reprimendū.
in uerbo Et figura. colum. 2. uerſi. Item an debeant

dari dilationes. ubi concludit idem, quod decidit
tex. in d. cle. ſępe. in §. Non ſit tamen. quòd iudex ſic
litem abbreuiare non poteſt, quin probationes ne
ceſſariæ, legitimæq; defenſiones admittantur, ut la
te ſcribit Vantius in d. tract. in d. rub. ex defec. pro-
ceſ. num. 37. uerſi. Sexto aliqui. cum duobus ſeq. ſe-
quitur ergo quòd nulliter & contra formam iuris
ad ſententiam proceſſum fuerit, ut habetur in l. pro-
latam. & ibi per Bar. & alios. C. de ſenten. quem ſe-
quitur Corne. conſi. 89. Viſis actis. col. 1. ad fi. num.
14 3. uol. 1. Vbi inquit quòd ſententia ſine dilatione
ad probandum lata non ualet. & inquit Bal. in l. 2.
col. 3. num. 17. uerſi. Vndecimo quæritur. C. de epi-
ſco. aud. quòd proceſſus eſt ipſo iure nullus, ſi iudex
nullam dat dilationem, quam dare tenetur. quaſi
ex ordinis omiſſione, allegat not. per Archi. in cap.
uxor felicis. 17. q 4. Et hęc duo de petitionis copia,
& dilatione non præſtita, ad iniuſtitiam aduerſus
Dianam executam demonſtrandum ſufficiūt. nec
dicatur, in cauſis poſſeſſorijs reus ad excipiendum,
15 & ea probandum, quæ petitorium concernunt, nō
admittitur, ut communiter tradunt Doc. in l. natu-
raliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſ. Abb. in c.
fi. de ordi. cogni. cum alijs per Afflic. relatis in deciſ.
393. Fuit decretum. In hac autem cauſa poſſeſſoriū
intentatum fuit, cùm duplici remedio maritus ad
eius uxorem recuperandam uti ualeat, petitorio vi
delicet, & poſſeſſorio. petitorio, eam uendicando,
eāq; compelli petendo ad maritum reuerti, eumq;
maritali affectione tractare. c. porro. extr. de diuor.
c. lator. & c. conſanguinei. extra de re iudi. cum ſi-
mil. Poſſeſſorio āt, ut cū maritus in poſſeſſione, vel
quaſi ipſius uxoris eſſet, ad eius domum traductæ,
& debitorum obſequio, ad eum reuerti denegans
ipſum ſpoliare uidetur. c. ex tranſmiſſa. c. literas &
c. ex conqueſtione. cum ſimili. extra de reſti. ſpolia.
cùm ergo poſſeſſorium intentetur, exceptiones op
poni non poſſunt, niſi quædam. de quibus in glo. in
c. 1. in uerbo ſuſpectum. extra. ut lite non conteſt.
& per Doc. in d. c. literas. & c. ſignificaſti. extra de di
uor. & ita late conſuluit Fulgo. conſi. 1. Nobilis. Nā
reſpondéri poteſt, quòd in caſu propoſito poſſeſſo
rium intentatum non fuit, ſed petitorium, cùm ma
ritus petierit eius uxorem ad eum ſequendum cō-
pelli, eumq; maritali affectione tractandum, ut in
præſenti quæſtione agitur, quo caſu per eam oppo
ni poſſunt nedum exceptiones matrimonium im-
pedientes, maritiq; adulteriū cōcernentes, ſed & aliæ
de quibus in d. glo. in verbo ſuſpectum. & Imo. in
d. c. ex tranſmiſſa. in uerſi. In glo. 1. dicens. quod vbi
petitorio ageretur, quęlibet exceptio reddens ma-
trimonium nullum audiri deberet, & firmat Fulg.
d. conſi. 1. num. 2. præſertim quando uxor offert ſe
in continenti probare, ut inquit ibi glo. & dictum
eſt ſupra. Verū etiam pactum inter eos de in ſimul
16 habitando in certa domo factum opponi poteſt.
Cum huiuſmodi pactum ualeat, inter eoſq; ſeruan
dum ſit, ut uoluit Hoſti. in ſumma. de coniug. ſer-
uo. §. Et an conſenſus. col. fi. uerſi. Argumentū ha-
bes. Abb. & communiter Doct. in c. 1. extra. qui ma
tri. accuſa. poſ. & de communi opi. atteſtatur Ca-
pyci. in deciſ. 135. In cauſa Do. Ioannis Aloyſii, ma-
xime cùm ad matrimonium impediendum, uel di-
rimendum, ſiue declarandum non tendat, ut dictū
eſt ſupra, & ita obtentum fuit, ut ibi refert, non ob-
ſtantibus per Couarru. adductis in quarto libr. de-
creta. in 2. par. c. 7. ſub rubri. de contrac. coniuga. ef-
fec. num. 5. uerſi. Nam ex ea uidemus. quibus reſpō
det Roma. in l. ſtipulationes non diuiduntur. colu.
22. numero. 66. uerſi. Et per hæc anno iſto. ff. de ver
bo. obli. per Capyci. ubi ſupra de uerbo ad uerbū re
latus,

latus, quem ſi Didac. uidiſſet, utiq; non ita contra
communem opinionem decidiſſet, & ſtãte huiuſ-
modi pacto uxoris reſtitutio marito denegatur, il-
laq; hoc caſu eius uirum ſequi non tenetur. & ita re
net Clauaſi. in ſumma angeli. in uerbo Vxor. in ul-
ti. uerſi. Non refragãtur in cõtrarium adducta, quia
7 illa in mero poſſeſſorio procedunt, nos autem
in mero petitorio ſumus, ut ſupra demonſtratum
eſt. Et ſi uerba concluſionis petitionis Frãciſci hoc
caſu ponderentur, dignoſcitur petitorium, non au-
tem poſſeſſorium intentatum fuiſſe. In concluſio-
ne enim per Franciſcum petitur Dianam ad eum ſe
quendum cum eoq; familiariter ac continue habi
randum compelli debere, vbi magis ſibi placuerit,
cùm in domo in qua impræſentiarum Diana degit
habitare nolit, & idem in præcepto, de quo ſupra,
concluditur. Iſta enim uerba petitorium reſpiciunt
& poſſeſſorio non conueniunt, in quo res non peti
tur, ſed poſſeſſio, ut not. tradit Spec. in §. 1. columna
2. ſub numero 7. uerſi. Et no. quòd iudices. de reſti.
ſpolia. cum alijs per Deci. relatis conſi. 65. In cauſa.
columna 2. in prin. uerſi. Et ſi uerba concluſionis.
Ex quibus igitur uerbis petitorium, & non poſſeſ
ſorium intentatum fuiſſe clariſſime patet, & dictæ
petitionis uerba etiam in ſententia lata formaliter
repetuntur, dum in ea Diana condemnatur ad ſe-
quendum eius uirum, & non dicitur ad manutenẽ
dum, & conſeruandum in ſua poſſeſſione maritũ,
nec ullum de huiuſmodi poſſeſſione in petitio-
ne, nec in ſententia uerbum fit, ut requirebatur,
per Spec. ubi ſupra, & per Lanfranc. in d. cle. 1. col. 1.
uerſi. Præmitto ſecundo. de cau. poſ. & propriç. Vbi
inquit quòd ſi in petitione de poſſeſſione mentio-
nem dumtaxat fieri apparuerit, ut quia dicatur in
ſua poſſeſſione reſtitui debere, uel manuteneri ſeu
in ſua poſſeſſione conſeruari &c. tunc poſſeſſo-
rium intentatum fuiſſe dicetur. Si uero in petitio-
ne de poſſeſſione non fit mentio, ſed de domi-
nio, uel de re aliqua reſtituenda, & petat iudicem
pronunciare debere ipſum eſſe dominum, uel reũ
ad rem illam reſtituendam cogi, manifeſtum eſt pe
titorium intentatum fore, cùm ergo in caſu præſen
ti in petitione de poſſeſſione nulla fit mentio, ſed
petatur Dianam ad ſequendum eius uirum, & cũ
eo familiariter habitãdum condemnari, petitoriũ
& non poſſeſſorium intentatum fuiſſe dicitur, ꝙ
etiam colligitur ex relatis per Fulgo. d. conſi. 1. in
prin. dum exemplificat petitorium intentatum eſ-
ſe, petendo uxorem compelli ad maritum reuerti,
eumq; maritali affectione tractare. Secus ſi narratũ
& pro parte mariti petitum fuiſſet, quod cùm ipſo
in eius uxoris poſſeſſione maritaliq; obſequio fuiſ
ſet, habitãdo cum ea in mariti domo, & ipſa ab eo
receſſiſſet, ſe in ſua poſſeſſione manuteneri, & con
ſeruari, ipſaq; ad eum reuerti denegans, cùm mari-
tus ab ea ſua poſſeſſione ſpoliatus diceretur, poſſeſ-
ſionem ablatam reſtitui petit, cum poſſeſſorium in
tentans in poſſeſſione concludere debeat, & poſſeſ
ſionem reſtitui, & non in proprietate, ut ſupra di-
ctum eſt, & declarat Deci. conſi. 28. Et pro tenui. co
lumna 2. in fi. & prout ſic in poſſeſſorio recuperan
dæ concludit. Imo. in c. 1. in prin. de reſti. Spolia. &
Lanſr. ubi ſupra. in 1. columna prope fi. ibi intelli-
go ſi mentio fiat. Quod tamen per Franciſcum mi-
nime narratum, nec in ſua petitione concluſum
fuit, adeo petitorium intentatum fuiſſe concludo,
& propterea Diana de pacto inter eos inito exci-
piens ad illud probandum admitti debebat. Nec di
catur poſſeſſorium uirtute clauſulæ in fine petitio
nis appoſitæ, uidelicet ſuper quibus petijt ius & iu-
ſtitiam ſibi miniſtrari &c. intentatum fuiſſe, Quia
reſpondetur iure cautum non reperiri, quòd uirtu-
te illius clauſulæ, poſſeſſoriũ intẽtatũ dicat̃, ſi in pe-
titione neque narratum, neque concluſum fuit in
poſſeſſorio, prout in petitione Franciſci non fuit,
ſed in petitorio tantum narratum & concluſum
fuit, ut ſupra oſtenſum eſt. & ita reſpondet Deci. d.
conſi. 62. columna 2. uerſi. Sed tamen ad hoc reſpõ
detur. poſſeſſorium igitur intentatum nõ fuit, pro-
ut etiam ſuper eo pronunciatum minime fuit, ut
ex uerbis ſententiæ liquido conſtat, cùm etiam in
proceſſu de aliqua mariti poſſeſſione non appa-
reat, ut Diana ſequatur ipſum, cùm ipſe nunquam
in aſſerta fuerit poſſeſſione uxoris ſequentis eum
ex quo ipſa nunquam eius uirum ſecuta fuit, nec
ad eius domum traducta, immo ipſe Frãciſcus Dia
nam eius uxorem ſecutus fuit, & ad uxoris domũ
traductus, & ſic illa eſt in poſſeſſione, uel quaſi ꝙ
18 maritus eam ſequatur. Cùm aliquando uxor ducat
uirum, ut eſt tex. in l. ſi ignorans. C. ſolu. matr. Bal.
in l. cùm quædã. in prin. ff. de iuriſd. om. iudi. & tra-
dit Saly. in l. cum in te. numero 3. uerſi. Quod con-
firmo. C. de dona. ante nup. dicens nota quòd vxor
interdum ducit maritum. Et propterea dici nõ po
teſt, Franciſcum in aliqua fuiſſe poſſeſſione, ut eius
uxor ſequatur eum, tunc enim eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione diceretur, ſi eius uxor ad mariti domum tra-
ducta fuiſſet, cum eoq; in domo habitaſſet, obſe-
quiumq; maritale ei præſtitiſſet, & ſi nũc ipſa ab eo
receſſiſſet, ad eumq; reuerti denegaret, ſua poſſeſ-
ſione ſpoliare uideretur, ut inquit Fulgo. d. conſi. 1.
in prin. Sed cùm nequaquam Diana ad habitandũ
cum eius marito in eius uel ſui patris domo acceſ-
ſerit, dici non poteſt illum in aliqua fuiſſe poſſeſſio
ne, & ſi in eius petitione hoc aſſeueraſſet, probare
tenebatur, ut diximus ſupra, quod cùm nec narratũ
nec per eum probatum extiterit, Diana ad ſequen
dum eius uirum in domo Gregorij ſui patris obſtã
te etiam dicto pacto inter eos inito, condemnari
19 non poterat. Nec dicatur, per iudicis officij implo-
rationem, ut Diana ad ſequendum eius uirum co
geretur, quodlibet poſſeſſorium remedium inten-
tatum fuiſſe, prout implorari potuit, ſecundum In
no. in d. c. ex parte. M. nume. 4. de reſti. ſpolia. quem
ſequitur Fulgo. d. conſi. 1. ſub nu. 2. & propterea ad
oppoſiti pacti petitorium concernentis Diana ad-
mitti non debebat. Quia reſpondetur iudicis offi-
cium iuxta petitionem imploratum fuiſſe, & ad
uxorem vendicandam, ut marito adiudicetur, ut di
xit ibi Inno. & ibi Abb. in 8. col. in prin. ſub nu. 23.
uerſi. Immo libellus. & non vt poſſeſſorium reme-
dium intentatum dicatur, cùm in petitione nulla
de poſſeſſione, nec de poſſeſſorio remedio fiat mẽ
tio, vt dictum eſt ſupra, & eo non petito iudex offi-
cium ſuum non impartitur. l. 4. §. hoc autem iudi-
cium. & ibi Bar. Alex. & alij. ff. de dam. infec. & de-
clarat Ruy. conſi. 87. Super eo. columna 2. uerſi. Et
hoc quia. volum. 4. & abunde ſcribit Inno. & Imo.
in c. fi. extra de offi. iudi. ubi ponunt caſus in quibus
iudicis officium imploratur. Et dato ſine ueri præ-
20 iudicio quòd ex parte Franciſci ex uerbis petitionis
& concluſionis poſſeſſorium intentatum fuiſſet,
non tamen obtinere poterat, quia in matrimoniali
cauſa poſſeſſorio agens duo probare debet, poſſeſ-
ſionem videlicet, & ſpoliationem, hoc eſt ſe ſpolia
tum, & quod tempore ſpoliationis ipſi poſſidebat.
c. olim. extra de reſti. ſpolia. & declarat Lanfr. in d.
cle. 1. col. 7. in fi. uerſi. Circa neceſſaria. de cau. poſ.
& proprie. Item oſtendere & probare debet quod
in facie Eccleſiæ matrimonium contractum fuerit
ſecundum glo. 1. in c. ex tranſmiſſa. quam ibi ſequi-
tur Imo. numero 3. uerſi. Et no. etiam bene glo. de
reſti.

reſti.ſpolia.quæ cùm per Franciſcum probatā non
fuerint,Diana a petitis abſoluenda ueniebat per re-
gulam,quòd. actore non probante reus abſoluitur
l.qui accuſare.cum uulg.C.de eden.etiam quòd ip
ſa pro parte ſua nihil probaſſet,ut declarat Deci. cō
ſi.3.Et diligenter. in fi. Si igitur poſſeſſorium non
fuit intentatum,ut ſupra oſtenſum eſt,ſic præcipitā
ter per Vicarium procedi non potuit. Minuſq; per
ſonalis executio contra Dianam pendente appella
tione a dicta ſententia interpoſita committi potuit
21 Cùm pendente appellatione nihil innouandū ſit.l.
1.ff.nil noua.appella.penden.cum alijs per Vital.co
pioſe congeſtis in tract.clauſula.in uerbo, Clauſula
nil nouari a qua ſententia,cum negocium diffinie
rit,ſuper quo per Franciſcum agebatur,& ſuper pe
titorio lata fuerit, ut ſupra oſtenſum eſt , appellari
potuit.Quinimmo etiam quòd in mero poſſeſſo-
rio eſſemus,& in foro ciuili coram iudice ſeculari
22 appellari poteſt ſecundum magis communē opi.
quæ appellatio quamuis effectum tantum deuolu-
tiuum & non ſuſpenſiuū operetur,ut in cōſi.Neap.
deciſum fuit, ut refert Afflic.in deciſ. 269. Iudices.
numero 3.uerſi.Sed in foro ciuili. & Benintend. in
deciſ.17.Quæſitum fuit.numero 6. uerſi. Ad tex.in
d.l.1.Didac.Cou.lib.prac.q.in 23.c.nu.8.ubi late.&
Rol.cōſ.77.uol.2.& Sen.Ped.in deciſ.25.nu.1.cū plu
23 rib.ſeq.Hodie tamē de iure canonico in foro eccle
ſiaſtico ab ea in mero poſſeſſorio appellari poteſt,
& dicta appellatio nedum effectum deuolutiuum,
uerum etiam ſuſpenſiuum ad iuris ciuilis differen-
tiam operatur,ut eſt tex.in cle. 1. & ibi Cardi. in 1.
oppoſ. de ſequeſtra. poſ. & fruct. Afflic. in d.deciſ.
269.numer. 2.Marant.in tract.iudi.in 9.diſtin.quar
tæ par.in 2.q.numero 38.uerſi. Iſtam concordiam.
& Mod.Fanen.in tracta.de pigno.in 2. mēbro octa
uæ par.ſub numero 3.uerſi.Et prædicta procedunt.
ubi hanc eſſe communem opi.atteſtatur. & ſequi-
tur Beninten.in d.deciſio. decimaſeptima.in prin.
& ratio eſt, quia de iure canonico a quocunq; gra-
uamine,ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium lato ap
pellari poteſt,ut eſt tex.in c.ſuper eo. extra de appel
la.& in c.cordi.eo.tit.in 6.Si ſic,ergo appellatione
pendente iudicis iuriſdictionem ſuſpendente perſo
nalis executio contra Dianam committi nō potuit.
24 Et tanto minus quia Franciſcus coram Vicario cō
parere debebat,& liquidare,ac cōſtari facere,ꝙ pro
ſui parte cautionem de non offendendo Dianam
præſtiterat, prout in ſententia Vicarij continetur,
quia non ſufficit,quod in rei ueritate eam præſtiꝗ
rit,niſi hoc liquidetur,& iudici conſtet,ut not.Bal.
in l.cum teſtamento. in fi. C.de teſtam. manu.quē
refert & ſequitur Alex.in l.fi.§.1.col.fi.num. 5.uer-
ſi.Preterea ſtatutum.ff.de uulg.& pup. & Deci.con
ſi.421.Plene & ſubtiliter.col.2. ſub numer.6. uerſi.
Immo quòd plus eſt.quod tamen Franciſcus mini
me fecit.ergo &c.Et ultra dictam liquidationē, ſen
tentiam contra Dianam latam in actis producere
debebat, illiuſq; executionem ſeruatis de iure,ſer-
uandis committi petere iuxta tradita per Io.pet. de
ferrar.aliàs Pract.Papi.in for. execu. ſenten. diffi. in
1.glo.poſt Bar.in l.intra dies.& ibi late per Alex.&
Rip.ff.de re iudi.quod etiam minime fecit. Immo
nemine inſtante & abſque notarij rogitu per Vica-
rium perſonalis executio contra Dianam commiſ-
ſa & executa fuit,& ſic nulliter. Cùm Iudex contra
25 partem abſentem procedere non ualeat,niſi ad alte
rius partis præſentis & inſtantis inſtantiam proce-
dat. l. properandum.§. & ſi quidem. & ibi Bar. Bal.
Alex.Iaſ.& alij.C.de iud.facit.tex.in auth.qui ſemel.
in uerbo reo poſtulante. C. quomo.& quan. iud.
not.Bar.in auth.ei qui.in fi.C.de tempo.appel.Et di

cit Bal.in d.§.& ſi quidem.in 1.columna ſub numi.
3. uerſi.No.ergo quòd iudex, quòd ſi ſententia pro
præſente lata contra abſentem apparet, ad eius ta-
men petitionem lata non conſtat,quòd erit nulla,
& Cur.Iuni.ibi numero 6. inquit, quòd ad ſenten-
tiam procedi non poteſt, niſi parte inſtante,& pe-
tente,& ſi nemo ferri peteret,& in actis hoc nō ap-
pareret,ut in caſu propoſito,ſententia eſſet ipſo iu-
re nulla,allegat Bar.Bal.Pau.Ca.& cæteros ita tene-
re in l.1.C.ut quæ deſunt aduoca. & Ang. cōſi. 299.
Conſtitutio Sanctæ Roma.eccleſiæ.cū alijs ibi per
eum relatis.& firmat Iaſ. d.§.& ſi quidem . colum.
2.in fi.uerſi.Secundo infert.ubi adducit glo.in l.ſā-
cimus.§.cùm autē.in uerbo cōtumacia. C.ad treb.
quæ dicit quòd iudex in actis ſcribi facere debet,ad
cuius petitionem actum iudicialem faciat,& practi
cam docet Io.petr.de Ferrari. in ſua pract. papi. ubi
ſupra in prin.Et hoc quia iudex regulariter officiū
26 ſuum nemine petente non impartitur. d.l.4.§.hoc
autem iudicium ff.de dam.infec.& ibi Doct.& So-
ci.ſeni.conſi.96.Viſo proceſſu.columna 1.in fi.vol.
1.& late per Ruy.conſi.74.Clariſſime.uolum.4.ubi
inquit in uerſi.Nec ob.nume. 3.etiam in cauſa ſum
maria procedere.Quia iure cautum non reperitur
iudicem in cauſis ſummarijs parte non petēte pro
cedere poſſe:Cùm ergo dicta executio nemine in-
27 ſtante,nullaq; liquidatione in actis de cautione præ
ſtita iuxta tenorem ſententię facta,& per notarium
in actis non deſcripta iuxta tradita per Deci.in cap.
quoniam contra.col.5.in prin. uerſi. Et iſta acta de
bent ſcribi.ſub numero 13. extra de probatio. ap-
pellationeq; pendente commiſſa fuerit , & deinde
executa & conſummata,tanquàm nulla per eundē
Vicarium reuocari poteſt,ut late tradit Alex. in l.iu
dex.columna 3.in fi. uerſi.Vbi autem iudex. & col.
pe.nu.11. ff. de re iudi.& in l.ſi expreſſim. in uerbo
de nullitate cognoſcetur.in fi.ff.de appell. cū vulg.
Cùm nullitas coram eodem Vicario uel Epiſcopo
proponi poſſit,ut uoluit Cardi. in cle.1.colu.2.q.7.
de reſcrip.& Fely.in c.in literis.col.3.in fi. uerſi.quis
dicatur iudex competens.de offi.deleg.& in c. per
tuas.colu.1.uerſi. Quarto excommunicatus.extra.
de ſent.excō. & Diana in priſtinam eius habitatio
nem & libertatem reſtitui debet , ut late conſuluit
Soci.ſeni.conſi.12.Quoniam in præſentiarum. col.
2.ſub num.10.uerſi.Verum prædictis non obſtanti.
28 uol.1. Vbi inquit, quòd iudex quando non rite, &
ſic non ſeruato debito iuris ordine procedit , tunc
ſpoliato vigore talis proceſſus nulli , recuperandæ
poſſeſſorium competit,ſicut ſi ſpoliatio a priuato
facta fuiſſet,& ſtatim reſtituēdus eſt,& ita tenet Ho
ſti.in ſumma de reſtitu.ſpolia.§. Quoniam facien-
da.in prin.dicens quòd ſi quis a ſuo iudice iuris or-
dine non ſeruato ſpoliatus fuit, tunc in continenti
reſtituendus eſt,& colum.1.in fi.uerſi.Item ſi extra
iudicium.inquit,quod ſi iudex hoc extra iudicium
feceris.pro eius facto non præſumitur, immo reſti-
tutio facienda eſt,ac ſi a priuato peteretur.Pro quo
doctrinam Abb.adduco in c. ex inſinuatione. in 3.
not.de procura.ubi inquit, ꝙ quando quis uigore
iniç nullæ ſpoliatus fuit poſſeſſorium intentare po-
teſt,petendo reſtitutionem, quando iudex ſenten-
tiam nullam ſciebat,uel in iure errabat,quia tali ca
ſu iudicis auctoritas non excuſat,vnde contra eum
reſtitutio peti poteſt,ſicut contra priuatum.ut not.
in c.conquerente. extra de reſti.ſpolia. & in c. cùm
cauſa.de offi.deleg.quem ſequitur Deci. conſi.125.
In cauſa ſpoliationis.col.fi.in prin numero 8.idem
firmant Mod.Fanen.in tract. de pigno.in 2. memb.
3.par.ſub numero 22.uerſi.Facit etiam quia licet,&
comprobat Aymo.conſi.18. Andreas. colu.2. ſub
nume-

nnmero 8.uerſi. Nec dicatnr.cum infinitis inribus, & concord.per Boeri relatis in deciſ.238. Expoliato.columna ſecunda.in fi.num quarto.ver. Quinimmo ſpoliatus. Et ita dico.& de iure reſpondendum cenſeo,ego Matthęus Brunus Iuriſcon.Arim. ad laudem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ,amen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis depoſitio per rei incertitudinem redditur nulla, nullamq́; probationem inducit.*

2 *Teſtis de his quæ nouit, vel vidit, deponere debet,*

3 *Teſtis ſcientiæ cauſam, & rationem non aſſignans, etiam non interrogatus plene non probat, nec ſemiplene.*

4 *Teſtis iudicare non debet. ſed teſtificari, & ſuper facto ſuo deponere, aliàs ſuſpectus redditur.*

5 *Teſtis de credulitate deponens non probat, etiam quòd dicat, credo, & firmiter teneo, ſeu pro certo credo, nec ei iuramentum ſuppletorium deferendum eſt.*

6 *Teſtis, vt alicuius manu apocham ſcriptam fuiſſe probet, in ſpecie deponere debet ſe præſentem fuiſſe, quando debitor, aut alius de eius voluntate apocham ſcripſit, & quòd illam ſcribere vidit, illamq́; eandem eſſe, quæ eidem teſti oſtenditur.*

7 *Teſtis deponens ſe practicam, & notitiam de literis alicuius habere, quia pluries eum ſcribere vidit, quamuis plene non probet, ſemiplenam tamen probationem facit. & vide nu.16. & 18.*

8 *Apocha manu alicuius ſine teſtium ſubſcriptione ſcripta, vt ſaltem ſemiplene probet, per creditorem perſona ſcribentis approbari debet.*

9 *Teſtis non veriſimilia deponens de falſo ſuſpectus eſt.*
Suſpicio ſola ad probationis fidem auferendam ſufficit. ibidem.

10 *Teſtis in vno ſuſpectus, in omnibus alijs ratione iuramenti ſuſpectus redditur.*
Teſtis dictum pro parte approbari, & pro parte reprobari non poteſt. ibid.

11 *Teſtis dicens ſe non recordari de eo de quo veriſimiliter recordari debet, ſuſpectus dicitur.*

12 *Teſtis deponens aliquem fuiſſe conteſtem in actu, in quo ille conteſtis alium interfuiſſe negat, ſuſpectus eſt.*

13 *Confeſſio creditoris facta præſente debitore non acceptante, nec eam petente creditori non obeſt.*
Teſtis deponens confeſſionem alicuius factam fuiſſe præſente tali, ſi non addit, eo inſtante, petente, confeſſionemq́; acceptante, confitenti non præiudicat. ibi.

14 *Teſtis ſingularis cùm non probet, in defectum probationis iuramentum non defertur.*
Teſtis ſingularis quando dicatur. ibid.

15 *Teſtis periurus a teſtimonio repellendus eſt, & ei in aliquo credi non debet.*

17 *Comparatio de apoca ſine teſtium ſubſcriptione cum alia ſcriptura eiuſdem, qui illam apocam ſcripſiſſe dicitur, an fieri poſſit?*

18 *Scriptura priuata ſine teſtium ſubſcriptione, & ſine legitima comparatione, nec plene, nec ſemiplene probat.*

CONSILIVM CLXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

VISIS inſtrumētis pecuniarum per Lucam Pedronum Sancti q. alterius Sanctis barbitonſoris debitarum, viſoque ceſſionis inſtrumento per Vgolinum de Ricciardellis prædicti Sanctis hæredem Beatrici Manginæ facta, & teſtium depoſitionibus, omnibuſq; alijs in proceſſu productis, maturoq; ac diligenter conſideratis, concludendum puto executionem contra Lucam pro quantitate petita committendam fore, non obſtantibus teſtium pro parte eiuſdem Lucæ examinatorum depoſitionibus, cùm ex eorum dictis nullum Beatrici plene, aut ſemiplene inferatur præiudicium, ut ex infra dicendis clare demonſtrabitur. Et primo, quo ad Baptiſtæ primi teſtis depoſitionem, quamuis ipſe ſe præſentem fuiſſe deponat, quando Lucas Sancti libras centum quadragintaſeptem, & ſolidos octo perſoluit, quia tamē inquit in dicta ſolutione quoddam frumentum, quod a Luca Sanctes habuerat, compenſatum fuiſſe ad maioris quantitatis computum per eundem Lucam eidem Sancti debitę vigore vnius inſtrumenti per ſer Iacobum Angelinū rogati, de qua ſolutione aſſerit apocam fuiſſe manu magiſtri Io. Antonij Paſſarelli aromatarij in eius apotheca coram dictis Luca, Sancte, & ipſo teſte ſcriptam, quam idem teſtis eius iudicio tenet, & credit illam eſſe ſibi oſtenſam. Dico quòd ex hac
1 frumenti incertitudine, de quo ſupra, huiuſmodi depoſitio nulla redditur, nullamq; probationem inducit.c.in præſentia.& ibi doct.ext.de proba.l.certum.ff.de confeſſ.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtam.tutelate per Aymo.conſ.276.Subtilius & copioſius. colum.3.num.4.uerſi.Tertio reſpondeo.uolu.ſecundo. & in terminis noſtris probat Ruyn. conſil.33. Quia in hac cauſa.colum.ſecunda.in prin.nume.3. uerſi.& eodem modo non probat.uolum.quarto. Quinimmo cum ſcientiæ cauſam, & rationem nō reddit idem teſtis quomodo frumentum a Luca Sanctes habuerit, & an in eius præſentia menſuratū fuerit, & in qua quantitate, & pro quo precio compenſatum fuerit, huiuſmodi depoſitio nulla, & ſu-
2 ſpecta redditur, & ſic dictam ſolutionem uere non probat. Cùm teſtis de his quæ nouit, vel vidit deponere debeat.ut per Alex.conſi.45. Viſis.col.2.nu.5.
3 uolum.ſecundo. Et teſtis ſcientiæ cauſam, & rationem non aſſignans, quam reddere tenetur etiā non interrogatus, plene non probat ſecundum Alexan. conſil.72.Inſpecto.columna quarta.num.13.uerſi. Nec etiam obſtaret.uolum.1.per no.per Inno.in c. cum oporteat.ext.de accuſ.nec ſemiplene, ut tradit Iaſ.in l.admonendi.in lect.col.20.in prin.verſ.Quarto ultra Bar.ff. de iureiu. Minuſq; apocham manu magiſtri Io. Antonij Paſſarelli ſcriptam fuiſſe probat, tùm quia per eius iudicium deponit, cùm teſtis
4 iudicare non debeat, ſed teſtificari, & ſuper facto proprio deponere.ut no.Bar.in l.quid tamen.§. ſi arbiter.ff.de arb.& in ſuo tract.de teſti.col.4.uer.Teſtis ſuper aliquo.Cur.iun.conſi.144.Gaudeo.col.1.nume.3.uerſi.Prædicta procedunt.Pariſi.conſi.104.In præſenti.col.4.in fi.num.37.uerſi.Item quia aſſerti. uolum.1.Aymo.conſi.6.plura uidenda.num.133. uerſic.Nam Gaſpar.uolum.1.& in terminis noſtris tradit Arc.conſi.64.Diligenter, & mature diſcuſſis. col.2.ad fi.uerſic.Et primo quia iſta ſcriptura.alioquin ſuſpectus redditur.ut per.Aymo.conſi.41.Venerabilis.col.1.nu.4.uerſi. Ex alio iſti teſtes. De credulitate etiam deponit, dicens. Tengo, & credo, che
5 ſia queſto, che noi mi moſtrate. Et teſtis de credulitate deponens non probat.l.teſtium.C.de teſti. Specul.in §.1.col.17.nu.58.uerſic. Item quòd depoſuit de credulitate.in tit.de teſte.cum alijs per Iaſ.congeſtis in rub.ff.de iureiur.etiam ꝙ dicat, credit, & firmiter tenet ſecundum Soc.ſen.conſil.214. In cauſa Onofrij.columna quarta.num.quinto.uer.Ex quibus concluditur.uol.2.& Alex.conſi.134.In cauſa, & lite.col.1.in fi.ſub num.4.uerſi.præterea interrogatus.uol.ſecundo. Idem ſi diceret ſe pro certo credere,

ſe deponit in actu,in quo ille conteſtis alium inter-
fuiſſe negat , eius depoſitio ſuſpectiſſima remanet,
ita dixit Bal.in c.cùm cauſam quæ inter Archiepi-
ſcopum.ext.de teſti.Alex.conſi.91. Circa primum.
col.fi.nu.11.ver.Vnde dicit ibi Bal.uol.4.Gramma.
conſi.26 In cauſa matrimoniali,nu.20.& conſil.38.
Formata.col.fi.ſub nu.27.28.Et dato ſine ueri præiu
13 cio ꝙ Vgulinus eidem confeſſioni præſens fuiſſet,
illa tamen confeſſio extraiudicialis abſente Luca de
bitore facta fuit,& nemine pro eo petēte,nec acce-
ptante.Quinimo ſi eo præſente facta fuiſſet, & per
Lucam nec petita , nec acceptata fuiſſet,confitenti
non præiudicat,ut eſt cōis opi. per Iaſ.relata in l.er
ror.col.1.in fi.C.de iur.& fac.ign.& l. poſtquam liti
col.1.C.de pac.& per Alex.conſ.20.In cauſa appella
tionis.col.1.nu.3.uer.Vnde dicit Sal.uol.4. & conſ.
174.In cā & lite.col.1.uer.Præſuppoſito igitur.& ver.
Et ex hoc dicit.& col.fi.ſub nu.4.ver.Ex pdictis appa
ret.uol.6.dicētes ꝙ ſi teſtis ſuper alicuius cōfeſsione
depōnēs diceret,ꝙ cōfeſſio aliquo pſente facta fuit,
& nō addidit,& inſtāte,petēte,cōfeſsionēq; acceptā
te,confitenti nō præiudicat.Minusq; ſemiplenè pro
bat,cùm in huiuſmodi cōfeſſione ſingularis fuerit,
ut ex ſuæ & Vgulini depoſitionis tenore clariſſimè
14 cōſtat,& ubi teſtes ſingulares ſunt,cū non probent.
c.licet cauſam.& ibi doc.ext.de prob.in defectū pro
bationis iuramentum non defertur,ut.nor.Bald.in
l.de quib.col antep.in fi.uer. Sed nunquid ſi teſtis.
ff.de legi.quem refert & ſequitur Dec.conſ.463. In
cauſa quę nomine.col.2.nu.11.uer. Et quādo teſter.
& conſ.534.Procedendo.col.fi.in prin.nu.12.uerſ.ꝙ
plures teſtes.Et ſingulares dicūtur,quando de diuer
ſis actib.deponunt.Aymo.conſ.151.Neminem.col.
4.nu.12.uer.Cùm igitur.& nu.14.uer. Et non ſolū.
& ſic nō probat.Quia teſtium ſingularitas teſtimo-
nia diuidit,eaq; lacerat, Ideo tanquā diuiſi & lacera
ti non probant.ita Bal.conſ.25.Punctus infraſcripti.
vol.3.quem citat Aymo conſ.41.Venerabilis.col.fi.
nu.7.uer.Et licet teſtes aliqui.uol.1.& ꝙ eorū quiſq;
de diuerſa confeſſione deponat , ex eorū depoſitio-
ne dignoſcitur.Primus.n.teſtis ſuper 3.cap.inquit di
ctum Sanctem in eius ultima infirmitate confeſſū
fuiſſe,a Luca ſatisfactum de omni eo fuiſſe,de quo
idē Lucas ſibi debitor erat uigore prædicti inſtru-
menti manu ſer Iacobi Angelini: Vgulinus uerò al
ter teſtis ſuper eodē cap.& interrogatorijs Beatricis
inquit,ꝙ cū Sanctes in lecto infirmus eſſet ad teſtis
interrogationē reſpondit,ꝙ creditor Lucæ pro inte
gra ſatisfactione dictarū rerum ſolūmodo de libris
quinq; aut ſeptē reſtabat,& ꝙ de reſiduo partē a Lu
ca,partēq; a Baptiſta de Toriera(qui eſt alter teſtis)
noīed.Lucæ receperat, ex quib.depoſitionib.cōfeſ
ſionis diuerſitas apparet,& ſic quilibet dictorum te
ſtiū in eius depoſitione ſuper dicta cōfeſſione ſingu
laris eſt,ideo tanquàm ſingularis ēt ſemiplenè non
probat,nec iuramentū in probationis defectum de
ferri poteſt, ut dixi ſup.Alia quoq; augetur cōtra di
ctū primū teſtē ſuſpicio,ex eo ꝙ ipſe aſſeuerat Lucā
ab ipſo teſte ſatisfactum fuiſſe de bonis per ipſum
ab eodē Luca comparatis,& nihilominus cōtrariū
ex inſtrumento dictæ emptionis apparet , ideo tan-
quam debitor Lucæ & de falſo ſuſpectus repellen-
dus eſt,ut ſupra dictū eſt;Quò ad Vgulini depoſitio
15 nē pariformiter concludēdū cēſeo Beatrici per illā
depoſitionē nullū inferri præiudiciū , tùm quia ipſe
contra ceſſionis inſtrumentū iuratū,& per ipſum ce
lebratum uenit,quo caſu tanquàm periurus a teſti-
monio repellēdus eſt,& ei in aliquo credi non dēt.
c.teſtimoniū.& ibi doc.ext.de teſti.Inn.in c.fraterni
taris.ext.de hære.Bal.& alij in l.ſi ex falſis.C. de trāſ.
Alex.d.cōſ.29.In cā appellationis.col.2.nu.6.uol.4.
& qui in uno periurus eſt,in aliquo non probat. A-
lex.cōſ.93.In cauſa & lite.col.fi.in prin nu.9.ver.Sed
ita eſt.uol.5.& Aymo conſ.6.Plura uidenda.col.15.
ſub nu.59.uer.Non ob.depoſitiones.& d.cōſ.9.col.
16 3.nu.10.ſub uerſ.inſertur ex prēmiſſis.Tum ēt quia
cōcludenter aſſertam apocham manu magiſtri. Io.
Antonij paſſarelli minimè probat,per ea quæ ſuper
alterius primi teſtis depoſitione dicta ſunt. Et quia
dato ēt ꝙ deponat,d.magiſtr.Io.Antonij cognitio-
nem,practicamq; literatum habere, & propterea il
lam apocham eſſe manu ipſius propria, non tamē
probat,vt latè in terminis terminantib.decidit Affl.
17 in deciſio.181.In quodam proceſſu.Vbi ēt inquit,ꝙ
quando de apocha ſine teſtium ſubſcriptione com
parationē fieri petitur cū alia ſcriptura eiuſdē, qui il
lā apochā ſcripſiſſe dicitur,quæ ſimplex eſt , & ſine
teſtib.huiuſmodi comparatio fieri nō poteſt, quia
facilius contra fit unius ſcriptura , quàm ſcriptura,
in qua plures ſubſcriptiones reperiuntur, ut inquit
Saly.in l.cōparationes.col.4.in prin.C.de fid.inſt. &
18 ideo ſcriptura priuata ſine teſtium ſubſcriptione &
ſine legitima comparatione vt in caſu propoſito,&
prout de iure requiritur , nec plenè, nec ſemiplenè
probat,ut ibi per eundē Affl.in ult.col.nu.7.uer. Et
ideo famoſus Doctor.ubi allegat Arc.cōſ. præalleg.
64.Diligenter & maturè diſcuſſis.qui etiam in 4.co-
lum.ante fi.ibi, & etiam quia ubi nō eſt ſubſcriptio,
cōcludit ꝙ niſi vtriuſq; partis ſubſcriptiones adſint,
ſola teſtium recognitio non ſufficeret,per tex. in d.
§.ſi quis igitur.in uerſicu. Sed & ſi quis.in auth. de
inſtru.caute.& fide.Tùm etiam quia in aſſerta San-
ctis confeſſione ſingularis eſt, vt ſupra oſtēſum eſt.
Ex quib.omnib.vt ſupra deductis,concludendū eſt,
teſtes ex parte Lucæ debitoris examinatos nullam ,
nec plenè,neque ſemiplenè aduerſus Beatricem fa-
cere probationem,& conſequenter nullum deferri
debere ſuppletorium iuramentum, ideo contra Lu
cam pro quantitate petita,cum expenſarum victo
ria executionem commitendam eſſe , & ita de iure
reſpondendum cenſeo , ego Matthæus Brunus Iu-
riſc.Ariminen.ad laudem omnipotentis Dei ac glo
rioſiſſ. Virg. matris Mariæ,amen ,

SVMMARIVM.

1 *Mater ad ſecundas nuptias tranſiens viuente filia vſuſfructū rei ſibi legatæ lucratur, ea uero abſq; liberis defuncta proprietatem recuperat.*

2 *Proprietas legati relicti per maritum uxori ad ſecundas nuptias conuolanti, an mortua filia cum teſtamēto ſine liberis ad eius hæredem vel ad matrem reuertatur.*

3 *Mater eius legitimam in bonis filij teſtātis, tàm in vſufructu, quam in proprietate conſequitur.*

4 *Tex.in auth.ex teſtamento.C.de ſecun.nup. procedit quando mater titulo lucratiuo aliquid acquiſiuit.*

5 *Iura pœnam imponentia matri ad ſecundas nuptias tranſeunti, loquuntur in acquiſitis ex titulo lucratiuo, & non in alijs.*

6 *Legitima matris & filij quaſi æs alienum in iure appellatur, & mater in ea creditrix, ſeu quaſi creditrix dicitur.*

7 *Cōdictio ex lege matri & filio datur ad petendam legitimam tanquam æs alienum.*

8 *Filia ſi iuſſit eius matrem ſtare tacitam & contentam de his quæ ſibi in teſtamētu reliquit, eamq; plus petere, vel habere prohibuit, nihilominus mater legitima ſupplementum conſequi poteſt.*

9 *Pater ſicut filio legitimæ ſupplementum prohibere non poteſt, nec onus in ea imponere, ita filius matri ſupplementum legitimæ prohibere non poteſt.*

10 *Mater a filio per vnam ex nouem cauſis in iure expreſſis exhæredatur, & quæ ſint cauſæ per quas mater exhæredatur.*

11 *Dos matris per eius ſecundarum nuptiarum tranſitum non perditur.*

Mater poſt filij deſcendentes præter eorum fratres & patrem omnes excludit.ibidem.
12 *Hæres ſoluendi facultatem habens in pecunia, vel in bonis.per litis conteſtationem huiuſmodi facultatem perdit.Electio ad legatarium an ad hæredem ſpectet.*
13 *Fructus rei teſtatoris legatę a die mortis legatario debentur.*
14 *Legatum per legatarium ante trigeſimum annum acceptatū, & petitum præſcribi non poteſt.*
15 *Statutum præſcriptionem cum mala fide inducens de iure canonico tanquam peccati nutritiuum non valet.*

CONSILIVM CLXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

ADEO ſubtiliter & copioſè per præſtantiſſimum.Do.Conſulentem vti fratrem honorandum præmiſſa conſultatio abſoluta fuit, quod nulla additione opus eſſe videtur, nihilominus de ſubſcriptione requiſitus, vt eius opinioni aſſentiens adducta per
1 eum deguſtaſſe videar, Dico magnificam.D.Lodouicam uiuēte Helyſabetta eius filia ad alias nuptias conuolantem rei ſibi per maritum legatæ vſumfructum conſequi, vt eſt tex.in l.fœminæ.in prin. & ibi Doc.C.de ſecun.nup.deinceps eadem filia abſq; liberis nedum vſumfructum, verumetiam proprietatem ſuperlucratur, & recuperat.vt d.l.fœminæ §. fi. in fi.& plenè declarat Boc. in deci.185.Quo ad ſecūdam.nu. 17.ver. Limita omnia prædicta. reprobata communiter glo.in uerbo filij.in auth. ex teſtamento.C.de ſecund.nupt.Tiraq.in repet. l. ſi unquam. in verb. ſuſceperit.nu.162.uer. Et in l.ſi.C.de reuo. don. & ita conſuluit Aymo conſi.36.Amadeus.in fi.vol.
retur attẽto reſcripti tenore. c. licet in corrigẽdis. cũ
ibi late per Fely. cum ſimili. de offi. ordi. Nõ obſtãt
in contrarium deducta per not. per Aymo. conſi.
3. Iudex habens. col. 3. num. 15. uerſi. Septimo facit.
& num. ſeq. Quoniam illa extra terminos noſtros
loquuntur, & ad ea quæ in quæſtione noſtra dedu-
2 cuntur, adptari nequeunt. Nam inficiari non poſſu
mus quod diſpoſitio municipalis loquens de filijſfa
milias mercatoris obligatione, ad obligationem ra
tione mercantię contractam reſtringatur, ut in ſi-
mili tradit Roma. conſi. 318. Quęritur etiã. illa enim
diſpoſitio quamuis generalis uideatur, cenſetur ta-
men generalis reſpectu illius qualitatis mercato-
ris, & ſic quò ad mercantiam, & non ad omnia, ut
declarat idem Aymo. conſi. 171. Magiſter Ioannes.
col. 3. ad fi. num. 13. uerſi. Secundo quòd iſta. uol. 1.
immo illa ſpecialis & non generalis dici poteſt, ge-
neralis enim diceretur, ſi de ſimplici filijfamilias
obligatione loqueretur, nulli dubiũ eſt, ꝙ nedũ ad
obligationẽ reſpũ mercãtiæ contractã, uerumetiã
ad omnes alios contractus extenderetur, ꝗ in caſu
propoſito ſecus apparet. nam declaratio de iuriſdi-
ctionis excitatione facta ratione ſportularum tan-
tum facta non intelligitur, ſed tàm ſportularum ra-
tione quàm etiam reſpectu iuriſdictionis facta intel
3 ligitur: Inconueniens enim uidebatur, quòd iudi
ci delegato ſportulæ non deberentur, etiam quod
ipſe ordinarius eſſet, cùm tali caſu eas licite recipe
re poſſet, ut uoluit Alex. in ſua diſputa. incip. Rex
Aragonum. in quarto dubio. in prin. Statuentes igi
tur, ut facilius ſportulas prohibere poſſent, decla-
rauerunt ordinarij iuriſdictionem per quãcunque
commiſſionem excitatam eſſe, ut ordinarius tantũ
& non delegatus diceretur, & ideo huiuſmodi de-
claratio tàm ſportularum prohibitioni, quàm offi-
cij excitationi ſeruit, & ſi aliter intelligeremus, ſe-
queretur quòd illa declaratio fruſtratoria, & inuti
lis eſſet, quia ſtatuentes ſi uoluiſſent, diſponere po-
tuiſſent quòd ordinarius per quamcunque alterá-
tam commiſſionem ſibi factam ſportulas recipere
non poſſet, etiam nulla de iuriſdictionis excitatio-
ne mentione facta, & ſatis fuiſſet quoad ſportularũ
prohibitionem, & nihilominus uoluerunt etiam
ulterius procedere declarando illius iuriſdictionẽ
per commiſſionem ſibi factam excitatam tantum
4 & non delegatam: Et ideo in propoſito dicimus
quòd diſpoſitio ad unum effectum inducta poteſt
plures alios effectus operari, dummodo eius op-
poſitum non operetur. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de
contra tab. tradit Ang. conſi. 317. Statutum, ꝙ mu-
lier. in fi. & dummodo abſurdum non ſequatur, ut
inquit idem conſi. 234. Punctus eſt. in prin. num. 2.
ſed in præſenti quæſtione dicta diſpoſitio nedum
effectum prohibitionis ſportularum operatur, ue-
rum etiam excitatæ iuriſdictionis effectum, ergo
&c. Præterea quamuis hoc ſtatutum ſpecialem ha-
beat de capitibus ſolidorum rubricam, unde dicen
dum uideretur, quod nigrum generaliter loquens
per rubrũ ſpãliter diſponens reſtringi dẽret: nihilo-
minus contrariũ eſt uerius, quia licet plus ĩ nigro, ꝙ
5 in rubro habeatur, non tamen per rubrum reſtrin-
gitur nigrum. glo. eſt ualde not. in auth. de inceſt.
nup. in prin. in uerbo illicitas. immo nigrum & nõ
rubrum tanquam poſterius attẽditur, ut probatur
in rubro & nigro. in auth. ut eccle. Roma. & in au-
then. ut nullum credẽ. agri. cum glo. in uerbo om-
nis. & uoluit Roma. conſi. 104. Pater Reuerẽde. uer
ſus fi. uerſi. Vbi autem. Soci. ſeni. conſi. 92. Circa pri
mum col. 3. in prin. num. 5. uol. 1. & conſi. 24. Abun
de. poſt prin. uerſi. Sicut in ſimili. uol. 4. & hoc mul-
tum notandum eſt, & utile pro ſtatutis rubricã ſpe-
cialem, nigrumq; generale habentibus ſecundum
Iaſ. in rub. Inſti. de actio. col. 5. in prin. uerſi. Quid au
tem econtra. & conſi. 198. Conſului. col. 2. in fi. uer-
ſi Secundo dicitur. uol. 2. & hoc ad radicem gladiũ
ponere uidetur, & penitus ſoluere dubium. Nec ra
tio per Abb. adducta in c. ſane. il. 2. in 3. not. de offi.
deleg. refragatur cum alijs per Bal. poſt Io. and. ad-
ductis in c. ad ſupplicationem. de renuncia. & in c.
cùm inferior. in prin. de maiori. & obedi. Quia du-
6 bium non eſt, quòd ibi inferior etiam varijs reſpe-
ctibus ſuperior aſſeritur, & hoc ratione cauſæ ſibi
commiſſæ procedit, ſed quòd in eadem cauſa ſit in
ferior, & ſuperior, hoc negatur. cùm impoſſibile
ſit: & ideo in caſu propoſito non aduerſatur. quia
etiam filius uarijs reſpectibus poteſt eſſe filius & pa
ter eo tempore, ſi ipſe patrẽ & filium habeat. & hoc
eſt quòd de intellectuali & non corporali conſide-
ratione dici poteſt, merito talis ratio ad noſtrę quæ
ſtionis propoſitum adduci poſſe non uidetur. Et
ideo ultimum quoq; tollitur, quia opi. Iac. But. & ſi
in puncto iuris verior videatur, vt inquit Iaſ. in d. l.
& ſi prætor. colum. 2. in prin. verſi. Pro iſta opi. ff. de
offi. eius. communiter tamen non tenetur, ut late
declarat Dec. ibi. & ſi eiuſmodi opi. in caſu propoſi
to admitteretur, fruſtratoria ac eluſoria eſſent ſtatu-
ti verba, uolentis ordinariam per quãcunq; delle-
gationem excitatam fuiſſe iuriſdictionem, ne ergo
hoc abſurdum, & incõueniens ſequatur, dicemus
opinionem Iac. But. ueram non eſſe, nec attenden
dam. & ordinarium per delegationem alteratã re-
manſiſſe uirtute ſtatuti ordinarium & non delega-
tum, & propterea ad eius ſuperiorem appellatio-
num iudicem appellari potuiſſe, & ideo appellatio
illa deſerta dici non poteſt, & conſequenter ſenten
tia hac de cauſa tranſitum in iudicatum non fecit,
ideo executioni demandari non poteſt, & ita pro-
nunciari debere arbitror, ſalua ſemper ſaniori ſentẽ
tia. & ita ad fauorem dictorum fratrum iudicatum
fuit per D. Io. Aldrobandinum Florentinum, do-
ctorem excellentiſſimum Arimini tunc Guberna-
torem anno. 1551. & in præſentiarum anno. 1570.
Epiſcopum Imolẽſem, ac Cardinalem ampliſſimũ,
ut conſulendo reſpondi ego Matthæus Brunus Iu-
riſconſ. Ariminenſis ad laudem omnipotentis Dei,
ac glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua per actorum inſpectionem probatur.*
2 *Expenſa procuratoris & aduocati in cauſa non interuenientium, in quibus pars aduerſa condemnata fuit, taxari non debent.*

3 Lex

3 *Lex ſiue deciſio generaliter loquens, & non aliter diſtinguēs generaliter intelligi debet.*
4 *Sine lege loqui non debemus, & ius allegans illud probare debet, ſiue in affirmatiua, ſiue in negatiua ſe fundet.*
5 *Argumentum ualet, hoc in iure cautum non reperitur.*
6 *Procurator & aduocatus in cauſis pupillorum & uiduarum gratis ſeruire debent.*

CONSILIVM CLXXIIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa per Camillum Pelliparium Foroliuienſem uti tutorem & curatorem
reſpectiue filiorum.q. Menghetti de uilla ſancti Pauli mora contra donnā Margaritam uiduam & olim uxorem.q.Zā
nelli dela Guglielma de uilla Couignani commitatus Arimini ſuper expenſis(ut fertur)pro aſſerta ad
uocati & procuratoris dictorum pupillorum mercede taxata, dico nullam eis deberi mercedem, cū
nullibi reperiatur aliquem pro dictis pupillis interueniſſe procuratorem nec aduocatum, ſed Camil-
lum dumtaxat eorum ut ſupra curatorē, ut ex acto-
1 rum inſpectione dignoſcitur. quæ negatiua per
actorum inſpectionem euidentiſſime probatur, &
abunde declarant Mod.Ariminen.in trac.de nulli.
proceſ.& ſenten.in rub.ex defec.citatio.numer.12.
uerſi. Et quoad primum.& Caſſado.in deciſ.3. La-
ta erat.de procura. Et ubi ex actis procuratorē non
2 interueniſſe, nec aduocatum conſtat, ſed principa-
lem eius cauſam duxiſſe, tunc eorum expenſæ, in
quibus aduerſa pars condemnata fuit, taxari nō de
bent. Rota in deciſ. 533. Au ducens. in antiquis. &
Biſignet.in deciſ.5.de procura. Nec dicatur quòd il
læ deciſiones in habilibus perſonis locum ſibi uen
dicant, & in ijs, quæ a ſeipſis acta in iudicio gerere
poſſunt, & non in ignorantibus & inhabilibus arg.
l.ut gradatim.§.& ſi lege.ff.de mune. & honori. cū
3 uulg. Quoniam reſpondetur, quòd illæ deciſiones
cùm generaliter loquantur, nec aliter diſtinguant,
generaliter intelligi debent, nec nos diſtinguere de
bemus.l.de precio.& ibi not.glo.ff.de publi. actio.
& noſtrum non eſt legem extendere.l.ſi uero.§.de
4 uiro.ff.ſol.ma. Et qui uult dicere quòd deciſiones il
læ ita intelligantur, probare tenetur. Quia ſiue le-
ge loqui non debemus. l. illam. C. de collatio. &
ius allegans illud probare tenetur, ſiue in affirmati
ua, ſiue in negatiua ſe fundet. Bal.conſi.340. Et præ
5 mitto ad fi.uol.3.& conſi.ſeq. & ualet argumētum
hoc in iure cautum non reperitur. Aymo. conſi.6.
Plura uidenda ſunt.num.87. ſub uerſi. Decimo nō
adhuc.conſ.25. Dubia plura. num.9.& conſi.90. Re
ctor eccleſiæ.ſub num.2.uerſi. Secundo ualet argu-
mentum.uolu.1. Nec refragatur conſtitutio. Card.
Papien. ſub rubric. contra Aduocatos, procura-
tores & iudices.in antiquis.ad fi.quæ inſerta reperi
tur in conſtitutio. Cardi.Carpen.in ſecundo libro.
ſub rub.de ſolutioni.patrocinio, pro cauſis ordina.
c.28.prope fi.ubi dicitur, & ſufficiat, quòd quis fue-
rit aduocatus, uel procurator in cauſa, probatio
unius teſtis cum iuramento conducti, uel per atte-
ſtationem procuratoris, ſeu notarij cauſæ, ſeu iudi-
cis, coram quo cauſam contigerit agitari. Quia cō
ſtitutiones illæ hac in prouincia Romandiolæ non
fuerant per Sanct.D.N.Paulum Tertium receptæ,
nec approbatæ, ut ex eius bulla in principio conſti-
tutio.Cardi.Carpen.inſerta cognoſcitur. Et quate-
nus ex ſtilo in urbe noſtra Ariminenſi huiuſmodi
conſtitutio per Curiales recepta & obſeruata fuiſ-
ſet, dicimus illam in ordinarijs cauſis admiſſam fuiſ
ſe, & in ijs, quibus aduocatorum & procuratorum
patrocinia debentur, ſecus in cauſis pauperum, pu
6 pillorum, & uiduarum, in quibus procurator, & ad
uocatus gratis inſeruire tenentur, & a iudice gratis
patrocinari compelluntur, ut eſt glo. Hoſti. Abb.
Imo. Fely.& omnes in c.1.de offi.iudi.Bal. in l.ſi fu
rioſi.C.de nup.Iaſ.in §. Tripli. colu.pe. numero 54.
Inſti.de actio. Gui. pa.in deciſ. 561. Si quis contra.
num.2.Roland.conſ.87. In propoſita.q.numer.25.
28.& 29.uol.2.cum concord.per Didac.Couarruu.
relatis in lib.practic.q. c.6. ſub num.4. Et ultra ꝙ de
iure communi ita cautum eſt, etiam expreſſe per
conſtitu. Magalot. diſponitur in rub. de offi.aduo-
ca. & procura. & corū mercede. ubi determinatur,
quòd aduocati & procuratores in pupillorum, ui-
duarum, miſerabiliumq; perſonarum cauſis(prout
in caſu noſtro)teneantur illarum perſonarum cau
ſas gratis defendere, & ſi requiſiti illarum defenſio
nem ſuſcipere recuſauerint, tanquàm impij, & in-
humani ab eorum officio Præſidis arbitrio ſuſpen
dantur, & ita tenet Abb.in d.c.1, Ripa in tract.de pe
ſte.in pe.par.incip. Medicorum auxilio.num. 100.
uerſi. Sic aduocatus. Didac. vbi ſupra. & Roland.d.
conſi.87.num.29. Si ergo gratis patrocinari tenen-
tur in præſenti cauſa, ergo eorum ſalaria taxari nō
debent, prout etiam ſportulæ in dictis cauſis iudici
non debentur, ut inquit Iaſ.in d.§. tripli.col. pe.nu.
55. cum concord.per Roland.citatis.d.cōſi. 87.nu.
23. verſi. Tertio ex alio. & ita de iure reſpondendū
cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſc. Ariminen. ad
laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ uirgi-
nis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Contractus factus contra tenorem ſtatuti dantis formam cum clauſula annullatiua, eſt ipſo iure nullus.*
Contractus quando eſt ipſo iure nullus, quia contra formam ſtatuti celebratus eſt, dominium in emptorem non transfertur, neque hypotheca.eod.
Alienatio vbi eſt a iure prohibita, impeditur dominij tranſlatio. ibid.
2 *Contractus principalis ſi non valet, non valent etiam ea quæ ad illum acceſſoriè veniunt.*
3 *Subſtantia obligationis ſi inefficax eſt, omnes clauſulæ illi inhærentes ſunt inefficaces, & contractu principali exiſtente inualido, omnes clauſulæ, obligationes, iuramenta, et cætera corruunt.*
Vtile per inutile quando vitietur. ibid.
4 *Donatio ſi eſt nulla, conſtitutum in ea appoſitum tanquàm acceſſorium non valet, et ideo ex eo non transfertur poſſeſſio.*
5 *Contrahens contra legis prohibitionem cùm in dolo eſſe dicatur, et in mala fide, hypothecam allegare non poteſt, ne ex eius dolo commodum reportet.*
6 *Contractus ipſo iure nullus iuramento non firmatur.*
7 *Verba ſtatuti prohibitoria, et contractus reſolutiua dominij tranſlationem operantur.*
8 *Licentia vbi requiritur, illa actum præcedere debet, et non ſufficit quòd ſubſequatur, expreſſaq; eſſe debet, et ad confirmandum actum nullum tacita non ſufficit.*
9 *Liber aſtimi ſolummodo probat inter eos, cum quibus res geſta ſit, ſecus contra tertium abſentem.*
Liber aſtimi dominium in tertij præiudicium non probat, nec poſſeſſionem.ibi.
10 *Tutor vtilia pupilli facere, et inutilia prætermittere tenetur.*
Fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt.ibi.
11 *Procurator ſi certam formam habet in mandato, et vltra*

mandati formam, vel contra formam aliquid meo nomine gerit, illud ratum habere non videor.

12 *Ratificatio in tertij præiudicium facta, cui ius quæſitum eſt, retro non trahitur. et nu. 14. et ſub nu. 20.*

13 *Titulus, et acquiſitio ſuperueniens ſolum operatur ex tempore ex quo ſuperuenit, eodem modo ratificatio operari non poterit, niſi poſtquàm notitia ſuperuenit.*

15 *Ratificatio tacita actum nullum non validat, cùm actus nullus præſertim in tertij præiudicium ratificari nequeat.*

16 *Statutum aliquid pro forma, et ſolemnitate requirens per æquipollens adimpleri non poteſt.*

Statutum diſponens per dictionem, taxatiuam. ſi vltra procedis, actum annullans non ſufficit per æquipollens adimpleri. eod.

17 *Ratificatio vt operetur, debet per allegantem de ratificantis ſcientia probari. et nu. 19.*

18 *Scientia actus ratificati ſimplex non ſufficit, ſed requiritur, quòd ratificanti legatur bonorum deſcriptio, quam ratificat.*

20 *Ratihabitio conſenſum habet ſuper re certa, et de certa ſcientia.*

Ratihabitio niſi re integra fieri non debet. ibi.

21 *Exceptio de iure tertij ita demum opponi poteſt, ſi ſit ipſo iure excluſiua iuris agentis, vbi actione reali agitur, et vbi contractus eſt ipſo iure nullus.*

De iure tertij regulariter quis opponere poteſt, quando ius illius, contra quem opponitur, excluſum eſt. ibi.

22 *Declaratio domini quò ad acquirentem non requiritur, vbi contractus eſt ipſo iure nullus.*

23 *Nullitas contractus quamuis per contrahentem allegari nequeat, per tertium tamen allegari poteſt.*

24 *Contra contractum a ſe ipſo geſtum quis venire poteſt, ſi actus eſt ipſo iure nullus.*

25 *Turpitudinem ſuam quilibet allegare poteſt, vbi actus eſt contra legem geſtus.*

26 *Deceptus, et dolo circumuentus contractui ſtare poteſt, ſi vult, quamuis contractus ſit ipſo iure nullus.*

27 *Lex ſi contractum reprobat, partes illum approbare non poſſunt.*

CONSILIVM CLXXV.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

QVamuis ſubtiliter & acurate ſcripſerit
ad fauorem D. Innocētij Brācuri Mag.
D. cius Aduocatus, nihilominus Ste-
phani iura ex infraſcriptis tueri me poſ
ſe cōfido. Et imprimis dico ſtāte ꝓhibitione ſtatuti
ꝓhibentis foreſem in agro Ariminēſi bona immo
bilia acquirere, contractum inter Benedictum Cio
num, & dictum D. Innocentium ipſo iure nullum
eſſe. Bar. & Doct. in l. non dubium. C. de legi. Iaſ. in l.
pacta quę contra. in prin. C. de pact. & tradit Cur. Iu
ni. conſi. 118. Præſupponitur in facto. columna 2.
1 nu. 5. verſi. Præmiſſis tamen. dicens quòd cōtractus
factus contra tenorem ſtatuti dantis formam cum
clauſula annullatiua, eſt ipſo iure nullus per clarā
deciſionem tex. in d. l. non dubium. Et ubi contra-
ctus eſt ipſo iure nullus, quia contra formam ſtatu
ti celebratus, dominium in emptorem nō transfer
tur, neque hypotheca, tanquàm ad ipſum contra-
ctum acceſſoria. Bar. in l. 1. §. ſi uir. & ibi Alex. ſub
num. 10. ff. de acqui. poſ. uolentes, quòd ex inutili
contractu a iure improbato, cui lex reſiſtit, domi-
nium non transfertur, nec ualet quod in eo ſequi-
tur. vt declarat Bar. in d. l. nō dubiū. in ul. col. & poſt
eū Iaſ. ibi in pe. col. in prin. uerſic. Et licet dñū. Cor
neo conſi. 203. Viſo. col. 3. in fi. nume. 9. uerſi. Et licet
ibi. & col. pe. ſub num. 10. uerſi. Item dicit Bar. uol.
3. Et ideo quando contractus eſt ipſo iure nullus iu
ramento non confirmatur, ut uoluit Bal. in d. l. nō
dubium. in 17. oppo. & Ang. cōſ. 160. Domina Cat.
colu. 1. uerſ. Contrarium dico: quos ſequitur Tira
quel. in repet. l. ſi unquam in uerbo Reuertatur. nu
mero 373. uerſicul. Trigeſimum ſextum. C. de re-
uocand. donation. Et ubi alienatio non tenet, do-
minium non transfertur, cùm dominium ex tra-
ditione ſine cauſa non transferatur. l. nunquam nu
da. ff. de acquiſ. rer. domi. & ubi eſt alienatio a iure
prohibita, impeditur dominij translatio. l. fi. C. de
non alienan. & d. l. non dubium. cum concord. de
quibus per Roland. conſi. 33. Viſis. col. fi. in fi. uol. 1.
Annullato igitur contractu celebrato contra ſtatu-
ti diſpoſitionem uolentis foreſem nullo titulo bo
na immobilia acquirere poſſe, niſi prius impetrata
& obtenta licentia a conſilio generali Ciuitatis Ari
mini, annullatur etiam hypotheca, quæ ad illum ac
ceſſoriè venit. glo. eſt. not. in l. ſi patronus. ff. de his
2 quæ in frau. patro. quæ vult quòd ſi non valet prin
cipalis contractus, non valent etiam ea quæ ad illū
acceſſoriè veniunt. quam glo. etiam allegat Bal. in l.
Imperator. ff. de ſta. hom. & in l. 1. col. 3. num. quar-
to. verſi. Quæro vtrum iuramentum. C. de inoffi. do
na. vbi inquit quòd reſciſſo contractu, reſoluuntur
omnia quæ illi accedunt, & acceſſoriè ad illum ve-
niunt. & illam glo. tanquàm memorabilem com-
mendat, & ſequitur Iaſ. conſi. 133. Præſupponitur in
facto. columna fi. in princ. num. 10. ver. Item quan-
do contractus. uolum. quarto. & Cur. iun. conſ. 130.
Habita diligenti. col. pe. in prin. numer. 6. verſi. Non
obſtat etiam. & in l. ſi quis in conſcribendo. colu. 4.
numer. 20. C. de pact. & per illam glo. dixit Soci. ſen.
conſi. 65. Circa primam. col. 6. num. 14. & conſi. ſeq.
num. 17. uol. 1. & conſi. 3. Circa præſentem. col. 2. in
fi. uerſi. Et aliæ omnes clauſulæ. eo. uol. quod quo-
3 rum ſubſtantia obligationis eſt inefficax, omnes
clauſulæ illi inhærentes ſunt inefficaces, & principa
li contractu exiſtente inualido omnes clauſulæ. ob
ligationes, renunciationes, iuramenta, & cætera cor
ruunt. ſequitur Roland. conſi. 93. Viſo inſtrumen-
to, num. 13. uol. 1. quia huiuſmodi clauſulæ ad ius,
& naturam contractus referuntur, ſuper quo agūt.
ut in l. ſtipulatio iſta, habere licere. & in l. uenditores
ff. de uerb. ob. & quòd bonorum hypotheca veniat
ad contractum principalem acceſſoriè, tradit Bar.
in l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pigno. actio. & Ne
guſan. in tract. de pigno. in 1. memb. octauę par. nu.
30. uerſi. Et ratio huius deciſionis. Et ideo tanquàm
acceſſoria ad contractum nullum non ualet, nec ſu
per ea intentionem D. Innocentius fundatam ha-
bere poteſt, ut conſuluit Ruy. conſi. 151. Circa du-
bia. columna fi. num. 9. uerſi. Non ob. poſtremo. vo
lu. 3. vbi allegat not. per Bar. in l. græce. §. illud. ff. de
fideius. ubi inquit quòd quatuor modis conſidera-
tur indiuiduum, & uno modo dicitur indiuiduum
ratione dependentiæ, ſicut eſt principale, & acceſſo
rium, & tunc utile per inutile uitiatur. allegat. l. 1. &
2. ff. de pecul. lega. Et facit etiam quod voluit Bal. in
l. ex teſtamento. C. de fideicom. ubi concludit, ꝙ ſi
4 donatio eſt nulla, quòd conſtitutum in ea appoſi-
tum tanquam acceſſorium non valet, & propte-
rea ex eo non transfertur poſſeſſio. quod dictum re
fert & ſequitur Deci. in l. contractus. col. 6. ſub nu.
18. uerſi. Vltima cōcluſio. ff. de reg. iur. & Grat. cōſ.
69. Cùm ſermones. col. fi. in prin. num. 20. uol. 1. Cū
ergo hypotheca non ualeat, non poteſt D. Innocē
tius ſuper ea ſe fundare, quod priorem hypothecā
habeat. Si enim annullato contractu annullata eſt
hypothe-

hypotheca, ſequitur quòd D. Innocentius nullam
5 ex contractu hypothecam habeat: Et tanto magis
quia cōtra legis prohibitionem contrahens in dolo
ac in mala fide eſſe dicitur, ideo hypothecā allega-
re nō poteſt, ne ex ſuo dolo commodum reportet.
l. ne ex dolo. ff. de dolo. & l. non fraudantur. §. nemo
ex ſuo delicto. ff. de reg. iur. & declarat Ruy. conſi.
6 150. Grauiſſimum col. pe. nu. 21. uol. 5. Quinimmo
contractus ipſo iure nullus iuramento etiam non
firmatur. Roma. conſi. 309. Circa propoſitam. in fi.
nu. 12. uerſi. Cæterum hoc ſubiungo. ubi in aliena-
tionis contractu in forenſem factæ loquitur. & de
communi opi. atteſtatur Calcane. conſi. 19. Ad pri-
mum uidetur. in fi. & eam magis cōmunem opi. re
fert & ſequitur Soci. Iuni. conſi. 44. Tenore tranſa-
ctionis. colu. 4. in prin. nu. 20. uerſi. Et licet iſta opi
uol. 2. inquiens quòd quando contractus eſt ipſo
iure nullus & omnino inualidus, & de iure commu
ni reprobatus, ut in caſu propoſito, tunc iuramento
non ualidatur, & maxime ſi eiuſmodi contractus
fauore tertij annullatur. Vnde dixit Bar. in l. titia. §.
Imperator. ff. de leg. 2. & in l. hac edictali. in fi. prin.
C. de ſec. nup. & Bal. in d. l. 1. & uer. Quarto ntiū iura-
mētū. C. de inof. don. & ibi ſequit Sal. in 9. q. ꝗ ubi cō
tractus fauore tertij annullatur, talis cōtractus nun-
quā iuſo firmatur. & ita cōſuluit Ruy. conſ. 70. Quā
uis. col. pe. nu. 8. uerſic. Sed tamen præmiſſis. & con-
ſi. ſeq. col. 3. in fi. nu. 9. uer. Sed tamen præmiſſis. uol.
3. Adde hic quæ dixi ſupra. ſub num. 1. allegando
Tiraq. in repe. l. ſi unquam in uerbo Reuertatur. nu.
7 373. C. de reuoc. dona. Rurſus dico quòd cùm uer-
ba dicti ſtatuti ſint nedum prohibitiua, ſed de dire-
cto tituli & acquiſitionis reſolutiua, cùm ipſo iure
& ipſo facto dictam acquiſitionem annullent, & re
ſoluant, ex quo clare cantant, quod omnis acquiſi
tio, contractus, & inſtrumenta contra formam di-
cti ſtatuti facta ſint ipſo facto & iure irriti & irrita,
nulli & nulla, operantur ipſo iure dominij tranſla-
tionem. ut conſuluit Iaſ. conſi. 128. Verba permu-
tationis. col. 2. & 3. uol. 4. & quod ipſo iure annulla-
to titulo non poſſit aliquod dominium in empto-
rem tranſire per regulam. l. nunquam nuda. ff. de ac
qui. rer. domi. quia ſine cauſa, & ſic abſq; titulo do-
minium tranſire non poteſt etiam interueniente
traditione; Et quamuis aliàs pactum uel ſtatutum
prohibitorium de non alienando ſimpliciter con-
ceptum dominij tranſlationem nō impediret. l. ea
lege. cum glo. C. de condi. ob cau. quando tamen
uim habet reſolutiuam principij contractus, ut in
caſu ſtatuti noſtri Ariminenſis, tunc dominij tran-
ſlationem bene impedit, ita expreſſe inquit Bal. in
d. l. ea lege. in 2. col. quem refert & ſequitur Iaſ. cōſi.
211. Inter quoſdam. col. 5. ſub nu. 2. ubi late circa
hanc. reſolutiui contractus materiam. uol. 2. quem
ſequitur Roland. conſi. 62. Factum ſic ſe habet. col.
4. in prin. nu. 17. cum pluribus ſeq. uol. 2. & faciunt
tradita per Caſſan. conſi. 63. Quidam minor. col. 11.
nu. 42. uerſi. Et facit id. uſq; ad nu. 46. Et quamuis ibi
in conuentione & pacto prohibitiuo & reſolutiuo
loquantur, idē tamen dicendum eſt in caſu noſtro,
quia pactum & ſtatutum paribus paſſib. ambulant.
glo. eſt ordi. in rub. C. decre. decurio. lib. 10. & decla-
rat Euerard. in tract. de modo argu. arg. 89. De pacto
ad ſtatutum. Nec refragatur quod ex diuerſo aſſe-
uerabatur quòd tacite ratificata uidetur D. Innocen
tij acquiſitio per bonorum deſcriptionem per ipſū
8 emptorem in libro. æſtimi. Quia ubi licentia requi-
ritur, ut in caſu propoſito, illa actum præcedere de-
bet, nec ſufficit quod ſubſequatur. Bar. Iaſ. & Doct.
in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæredi.
tradit Ripa conſi. 13. Viſis diligenter. col. pe. in prin.

uerſi. Non deniq; ob. cum pluribus ſeq. uſq; ad nu.
24. in rub. de iure genti. ciui. & Roland. conſi. 97. Pri
ma facie. col. 2. in prin. nu. 5. uerſi. Secūdo facit. uol.
1. & eiuſmodi licentia debet eſſe expreſſa, & ad cō-
firmandum actum nullum tacita non ſufficit, ut in
præſenti caſu. Aymo conſi. 29. Pro clariori. col. 2. in
fi. ſub nu. 6. uol. 1. & declarat Plot. in repeti. l. ſi quan
do. nu. 366. uerſi. Reſpectu uerò. C. unde ui. ubi de
9 communi opinione atteſtatur. Nec allegata deſcri-
ptio in officialis libro à publico deputati cōtra Ste-
phanū probat, cū huiuſcemodi liber inter eos tantū
probet, cum quibus res geſta ſit, ſecus contra ter-
tium abſentem, ut late probat Aymo in trac. de anti
qui. tempo. in 1. par. Sectione, Quarto limitatur. nu.
71. uerſi. Quarto intellige. per regulam quòd res in-
ter alios geſta alijs non citatis, nec præſentibus præ
iudicare non ualet, ubi allegat Alex. conſi. 36. uol. 5.
quòd æſtimi liber in præiudicium tertij dominium
non probat, nec poſſeſſionem. Bar. in l. ſi pater. C. de
actio. emp. Venafr. conſi. 120. Talia ſunt. colum. pe.
prope fi. nu. 34. uerſi. Vnde ſe offert. cū alijs per me
allegatis in ſing. meo. 2. incip. Poſſeſſio. Et auctori
tas officialis ad ſcribendum bona in æſtimi libro de
putati, ad bona ciuium & comitatiuorum tantum
& non forenſium, & perſonarum prohibitarum ex
tenditur, niſi expreſſam à cōſilio generali Ariminē-
ſi licentiam haberet, cùm eiuſmodi deſcriptio abſq;
expreſſa licentia fuerit, & ſit contra ius municipale
prohibens forenſes bona immobilia in agro Arimi
nenſi ſine expreſſa cōſilij licentia acquirere, & eiuſ-
modi officialis ea facere tenetur, quæ publico uti-
lia ſunt, & conſuetudinem & ciuitatis ſtatuta ſerua
re tenetur ad tutoris ſimilitudinem, qui utilia pupil
10 li facere & inutilia prætermittere tenetur. iuxta tex.
in §. fi. in auth. ut hi qui obliga. ſe habe. per hib. res
mino. Bar. in l. legitimos. in prin. col. fi. nu. 7. uerſ. Vl
timo ſcias. ff. de legi. tuto. & Corne. conſi. 164. Vide-
tur nu. 4. uol. 4. Cùm ergo deputatus in æſtimi libro
bona per D. Innocētiū forenſē acqſita abſq; cōſilij
generalis licētia deſcripſerit, & ſic coitatis mandatū
exceſſerit, cuius fines diligēter cuſtodiendi ſunt. l. di
ligenter. ff. manda. eiuſmodi deſcriptio non ualet,
nec Stephano præiudicium inferre poteſt. Pro quo
faciunt dicta per Oldra. conſi. 329. Has allegationes
11 col. 2. nu. 7. uerſi. Præterea facit. Vbi inquit, quod ſi
aliquis procurator certam habet formam, & ipſe
aliquid mēo nomine facit ut procurator ultra for-
mam mandati, uel contra formam, nunquàm ui-
deor illud ratum habere, quia de contraria uolunta
te conſtat propter formam ei datam, ubi exempli-
ficat in mandato mariti, qui pro uxore ſine mādato
agere poteſt in omnib. cauſis uxoris, ſed ſi certū ma
datū de certa lite proſequenda ſibi datur, nunquam
de alijs cauſis ſe intromittere poteſt, ita hoc caſu di-
cendum eſt, quòd cùm officiali deputato data fue-
rit deſcribendi forma in æſtimi libro bona ciuium
& comitiuorum, non poteſt in eo forenſium bona
deſcribere niſi de expreſſa conſilij generalis licētia.
12 Amplius dico quod quāuis huiuſmodi libro reſpe-
ctu talis deſcriptionis plena adhiberetur fides, nihi-
lominus cùm eiuſmodi deſcriptio poſt Stephani
hypothecam facta fuerit, talis deſcriptio tanquam
ius ſuperueniens D. Innocentio non operatur in
præiudicium Stephani, cui ius iam quæſitū erat, an
tequam dictū ius D. Innocentij ſuperueniret, & ſic
ratificatio facta in Stephani præiudicium retro non
trahitur ut eleganter probat Aymo conſi. 171. Ma
giſter Ioannes. col. fi. nu. 19. uerſi. Non ob. dictū Bal.
uolu. 1. dicens quòd titulus & acquiſitio ſuperue-
13 niēs ſolū ex tempore operatur, ex quo ſuperuenit,
eodem modo ratificatio operari non poterit, niſi
poſtquam

poſtquam notitia ſuperuenit, quo tempore iam alteri ius quæſitum erat. Pro quibus adduco text.no. in c.ſi pro te. de reſcrip.in 6.ubi Pontifex executori mandauit, ut Titio de canonicatu certæ Eccleſiæ prouideret, ſi ad id capituli dictæ Eccleſiæ conſenſus accederet,& antequàm capitulum conſentiret, alius a ſede Apoſtolica canonicatum obtinuit,poſtea accedente capituli conſenſu uigore primi mãdati executor Titio de canonicatu prouidit, deciditur ibi quòd Titius canonicatum obtinere non poteſt,quia capituli cõſenſus non interuenit,niſi poſt quàm alteri ius quæſitum fuit. Idem ergo in caſu noſtro per iſtum text.qui ĩ terminis facere uidetur.
14 Et quòd eiuſmodi ratificatio in præiudicium Stephani,cui medio tempore ius quæſitũ eſt, aliquid operari non poſſit, adduco no.per Dec.in d.l.contractus.col.5.in fi.uerſi.Sextò limitatur. ſub nu.17. cum ſeq.ff. de reg.iur. & conſi.226. Magiſter Ioannes.col.fi.in prin. num.8. & conſi.247. Requiſitus. col.pen.ſub num.5.uerſi. Quinto idem ſuadetur.& uerſi.Sexto,& vltimo. Pariſi.conſi.14.Deciſum.col. 1.num.3.& conſil.18. Non potuit.col.2.nu.10.cum duob.ſeq.vol.1.Soc.iun.conſi.77.Licet in præſenti. col.23.nu.118.volu.1.& conſi.101. Inſpectis. col.4. num.19.uol.2.& Rol.d.conſi.97.col.8. in fi. nu.38. ver.Quarto facit.uol.1.& conſi.46.Quia in quacunque.col.fi.nu 38.uol.2.Et ratio eſt,quia quò ad tertij præiudicium conſenſus, & licentia conſilij generalis pro ſolemnitate,& forma requiritur. Ideo nõ
15 mirum ſi ratificatio tacita non ualidat actum nullum,cùm actus ipſo iure nullus ratificari nequeat. reg.quod ab initio.de reg.iur.in 6.tradit Old.d conſil.329.col.fi.in prin.ſub nu.8. Pariſi.conſi.55. Contractus.col.pen.num.59.uerſ.Nec referenda eſt. uolum.1. Curt.iun.conſil.50.Præſupponitur in facto. col.2.in fi.nu.4.uer.Sacratiſſimæ.Grat.conſil.25. In præſenti cauſa.col.4.nu.30.uer. Non ob.inſtrumentum.uol.1.& Tiraq.in repet.l.ſi unquam.in uerbo, reuertatur.nu.373.C.de reuocan.don.præſertim in tertij præiudicium.ut tradit Pariſi. d.conſi.14. nu.3, & d.conſil.18.nu.11. & 12. uol.1. Ex quo ſtatutum
16 aliquid pro forma,& ſolemnitate requirens per æquipollens adimpleri non poteſt.l.1.in prin.iuncto §.ſi quis ita.de uerb.oblig. Et in tantum hoc eſt uerum, quòd etiam ſi ſtatutum per dictionem taxatiuam diſponeret,ſi tamen ultra procederet annullãdo actum, tunc non ſufficeret per æquipollens adimpleri.Bar.Ang.& Alex.in l.1.ff.de lib.& poſth.& tradit Iaſ.in l.ſi mater.col.2.uer.Secundo no.ibi. Limita tamen.C.de inſt.& ſubſt. Et ideo dixit Bald. in l.2.C.de patri. qui fil.diſtra. quòd ſtatutum eſt ad literam obſeruandum,nec ſufficit quod per ęquipollens ſeruetur,idem dixit Ang.in d.l.1.de lib. & poſthu.quos ſequitur Alex.conſi.137.In cauſa & lite.colum.3.uerſ.Et dicit Bald.ſub num.13. uol.2. & Rip. d.conſi.13.Viſis diligenter.col.2.nu.15.ſub rubr.de
17 iure gen.ciu. Ruſus dico, ꝙ huiuſmodi ratificatio nihil operatur,cùm requiratur quòd communitas & conſiliũ generale de eiuſmodi deſcriptione ſciẽtiam habuerit,ut ratificata dicatur. Oportet enim per Dom.Innocentium aſſertam ratificationem allegantem probare,quòd communitas, & cõſilium generale ſciret eius bona acquiſita,fuiſſe in æſtimi libro deſcripta,& non ſufficit,quod in libro deſcripta reperiantur, ut ratificatio legitime probata ſit. Quinimmo in ratificante ſimplex ſcientia actus ra-
18 tificati ſufficere non uidetur,ſed requiritur quod ipſi ratificanti dictorum bonorum deſcriptio legatur,quam ratificat.ut per Spec.in §.tertio loco.colum.pen.uer. Item no.quod perſonæ conſentienti. in tit.de emp.& uend.quem ſequitur Grat.conſ.76. Videtur quòd domina.col.fi.in prin.nu.48.uol.1. Et in terminis ratificationis.ꝙ de ratificantis ſcientia tanquam de ratificationis ſubſtantia conſtare debeat,tradit Bal.conſil.176.Præmittendum eſt ad euidentiam quòd agens.uol.2. & Oldr.d conſ.329. col.fi.nu.10.uer.Præterea ratihabitio. Vbi uolunt
19 quòd alterius ratificationem allegans ratificantis ſcientiam probare debet, quòd factum ſciret, hoc eſt comprobare quod a dicto officiali actum ſit,
20 quia nemo quod ignorat,approbat, uel ratum habet.Et ratihabitio ſuper re certa, & de certa ſcientia conſenſum habet.ut inquit ibi Oldra. ſub nu.10. & num.12.& eleganter probat in ſimili Craue.conſil. 197.Quanquam.col.fi.n.14.uerſ. Præterea in facto. uol.1.Cùm ergo communitas,& generale conſiliũ nullam habuerit, nec de huiuſmodi deſcriptione ſcientiam habeat,ratificatio ad ualidandum contractum ipſo iure nullum geſta non præſumitur,præſertim in Stephani pręiudicium,cùm ratihabitio in tertij præiudicium non retrotrahatur,ut late conſuluit Grat.conſi.127.Et ſi hic caſus.col.fi. uer.Quinto & ultimo,uſque ad fi.uolu.1.Pariſi.conſil.12.In iſto iudicio.col.3.nu.17.uerſi.Et talis ratificatio.uolu.4.ex quo ratihabitio fieri non poteſt,niſi re integra,ſecundum Bar.in l.ſi uxor. §. ſi quis uxori.ff.de adul.Ruy.conſi.128.primo.col.2.in fi.nu.4.uolu.1. Pariſi.conſi.12.Tranſactio.col.14.nu.112. uerſi. Ex defecit extremum.uol.2.Soc.iun.d.conſ.77.col.23. nu.115.uol.1.& conſi.101. Inſpectis. col.4.in princ. nu.19.uerſi.Nunquam enim.uol.2.Grat.conſil.36. Viſo proceſſu.col.fi.in prin.nu.36.uerſi. Nam ratihabitio.uol.1.& Rol.d.conſi.46.col.fi.nu.39.uol.2. minuſq; refragatur quod ex diuerſo dicebatur,non poſſe per Stephanum de iure communitatis opponi. Quinimmo dico, quòd in caſu noſtro opponi poteſt, cùm nedum actione hypothecaria agatur, quæ ius reale,& realis actio dicitur, vt declarat Neguſan.in tract.de pignor.in 1.par.nu.3.& in 2.mẽb. 5.par.nu.36.ſed & cõtra poſſeſſorem datur.l.ſi fundus.§.in uendicatione.ff.de pignori.Et ubi actione
21 reali agitur,ita demum de iure tertij exceptio opponi poteſt,ſi ſit ipſo iure excluſiua iuris agentis,ſecũdum Imo.in l.ſi alienam.ff. ſol.mat. quem ſequitur Alex.in l.a. ff. de excep.rei iud. & tenet idem Alex. conſi.91.ponderatis.col.pen.ſub num.17.uerſ. Nec poterit repelli. uolu.1.uerumetiam ubi contractus eſt ipſo iure nullus.ut tradit Rol.conſ.15. In præſenti cauſa.col.5.nu.22.uerſi. Vltimo ipſis filijs. uol.1. Et regulariter de iure tertij quis opponere poteſt, quando opponens ius habuit ab illo tertio.Pau.de Caſt.conſi.369.Viſo & examinato diligenter.col.2. nu.3.uer.poteſt autem.uol.2.in nouiſ. quem refert, & ſequitur Aymo.conſi.166.licet plurimi. in fi.uolu.1.uel quando ius illius contra quem opponitur, excluſum eſt.ut no.in l.loci corpus. §. comperit. & ibi Flo.ff.ſi ſeru.uend. per Cy. & doct. in l. cùm ſeruum quiſpiam.C.de ſer.fug.per Bart. in d.l.2.de excep.rei iud.& in l.indebiti.§.fi.col.fi.nu.13.ff. de cõdi.indeb.per eundem Bar.& Bald.in auth.qui rem. C.de ſacroſan.eccleſ.per Flo.in l.ſi conſequenter.§. 2.ff.fam.hercíſ.per no.per Bar.Bald.& doct.in d.l.ſi alienam.& Veronen.in trac.de ſeru.ruſt.præd.in c. 4.in rub.de ſeru.aquæduc.nu.64.poſtremo non refragatur, dum ex diametro aſſerebatur quod eiuſmodi contractus ita demum nullus erit,ſi communitas uoluerit,& declarauerit,qua declaratione nõ facta,licet contractus ſit ipſo iure nullus,de iure tertij opponi non poteſt, niſi de ipſius communitatis voluntate conſtet.Quoniam reſpondetur ꝙ ubi cõ-
22 tractus eſt ipſo iure nullus,ut in præſenti caſu, communitatis declaratio quo ad acquirentem non re-

quiri-

quiritur,ut declarat Saly.in d.l.ſi.col.ſi.in prin. uerſi. Si autem quæris in emptore.C. de iure emphi
prout requiritur quò ad alienantem. & ita conſuluit Ruy. conſi.143. Viſis omnibus.colum. 4.in ſi.
ſub nu.14 uſque ad ſi.vol. 1.vbi allegat , & ſequitur
Saly.ubi ſupra.& ita concludit idem Ruy.conſi.40.
Viſis allegationibus.col. ſi.num.7.uol.1. quòd domini declaratio nõ requiritur,quãdo cõtractus eſt
ipſo iure nullus, & hoc caſu tertius opponere poteſt,quia ad nullitatẽ huiuſmodi cõtractus cauſandam,non eſt neceſſarium quòd dominus declaret
uelle cõtractũ eſſe nullũ.ut Ruy. inquit.d.cõſi.143.
23 col.ſi.Et quãuis cõtrahẽs forma ſtatuti nõ ſeruatã
eiuſdẽ cõtractus nullitatem forſan allegare nõ poſſet.ut inquit Ruy. d. conſi.40.ſub numero 7. ne ex
dolo ſuo commodum reportet. l. ne ex dolo. ff. de
dolo.Tertius tamen bene poteſt dictam nullitatẽ allegare,ut colligitur ex not.per.Bar.in d.l.2.de excep.
rei iudi.dum inquit quod ſi ius tertij ſit in totum iuris agentis excluſiuum,etiam ſi tertius non contra
dicat,quamuis eius non requiratur uoluntas, tunc
de iure tertij opponi poteſt.& ita concludit Ruy.d.
conſi.40.num.8.Amplius dico quod ſi Benedictus
adhuc uiueret,dicti contractus nullitatem allegare
poſſet,cùm contra factum proprium uenire poſſit
24 quia regulariter quis contra contractum a ſe ipſo
geſtum venire poteſt,ſi actus eſt ipſo iure nullus.l.
quemadmodum. C.de agri.& cenſi.li.11.not. glo.
& Doc.maxime Bal.in l.1.in glo.magna.C.de libe.
cau. Alex.conſi.123.Diſcuſſis.col.3.numer.5. uerſi.
Et regulariter.vol.1.& conſ.103.Viſis.col.4.in prin.
num.9.uerſi.Non ob.ſecundum argumentum.volum.2.Imo.in c.ſi quis presbyterorum.colum.3.in
prin.numero 11.verſ. Not.quòd licitum eſt.extra.
de reb.eccle.non alienan. Vanti.in tract. de nullita.
proceſ. & ſenten.in rub.Quoties & intra quod tempus.num.52.uerſi.Pro quo facit.Iaſ. conſi.87. Conſultus.col.2.poſt medium.verſi,Item licitum eſt.volu.1.& Grãmati.in deciſ.93.In cauſa. Vbi volunt, quòd
quis poteſt contra factum proprium venire,quando cõtractus eſt nullus,& a iure reprobatus. Et vbi
25 actus contra legem geſtus eſt, ut in caſu propoſito,
licitum eſt ſuam turpitudinem allegare.glo.ad hoc
ſemper allegatur in l.a diuo.ff.de ritu nup. & tradit
Iaſ.in l.iuſiurandum quod ex conuentione.§. procurator.colu.pe. verſi. Decimo limitat Bal. ff.de iureiu. & in propoſito quamplura congerit Caſſand.
d.conſi.63.Quidam minor.col.10.in ſi. num.41.cũ
quatuor ſeq.Non refragantur tradita per Ruy. conſi.35.Adeo plene.col.13.in ſi.num.31.vol.1 in quibus pars aduerſa magnum fundamentum facit.Tũ
quia Imo.allegatus in d.c. ſi quis presbyterorũ.col.
5.ſub num.21. verſi.Nec ob. prædictis. non dicit id
ad quod allegat Ruy. ſed inquit hæc formalia verba,poteſt reſponderi quòd nullitas alienationis reſpicit fauorem eccleſiæ,ideo nimirum ſi eccleſia ratificat,& conſentit,& ſic contractus remanebit, eccleſia autem vel alius ipſius nomine venire poteſt
contra contractum,qui remanet nullus.& ita reſpõdet Ruy.d.conſi.40.ſub nume.7. dicens quòd Imo.
refert huiuſmodi contractum eſſe nullum fauore
eccleſiæ,& quòd eccleſia illum ratificare poteſt, tũ
etiam quia gloſ.& Bart. allegati in d.l. eleganter. in
prin.in 3.colu.ſub num 3.uerſi.Oppo. C.de reſcin.
vendi.ff.de dolo.tenent , quòd ſi quis dolo circun-
26 uentus fuit,poteſt deceptus ſtare contractui,ſi vult
quamuis ſit ipſo iure nullus, & ſic allegata procedunt inter contrahentes,quando ſolum in contractu dolus ineſt,quòd vna pars quæ decepta fuit,contractui ſi vult ratificare poteſt , & ſic in diuerſo caſu
a terminis noſtris loquitur. & ad propoſitum noſtrum faciunt dicta per Bal.in d.l.non dubium.col.
6.in ſi.ſub num.17.uerſi. Adde hic. quòd quamuis,
vbi dolus dat cauſam cõtractui,poſſit deceptus uti
contractui ſi velit, quia claudicat contractus, ſecus
tamen eſt,ſi non ſolum eſt ibi dolus,ſed eſt vera legis prohibitio,quia ſtãte prohibitionis cauſa contractus eſt nullus,nec claudicat, & firmat Bart. in appoſt.ad d.l.a diuo.per illam glo.ff. de ritu nup. quòd ſi
dolus dat cauſam contractui , approbari poteſt, ve
27 inquit glo.in d.l.eleganter.de dolo.Fallit ubi lex cõtractum illum reprobaret,quia tunc partes contractum approbare nõ poſſunt.Cùm ergo in caſu propoſito contractus contra legem prohibitiuam factus ſit,& per partes approbari nequeat, cõmunitatis declaratio non requiritur, immo de eius nullitate per Benedictum dici poſſet,per eumq; peti cõtractum declarari nullum.ut declarat Bar.in d.l.eleganter.columna 4.ſub numero 7.uerſi. Si uero cõtractus.poterit & poteſt etiam Stephanus huiuſmodi nullitatem opponere,etiam quod Communitas
nun declarauerit.per ea quæ dixit Ruy.d.conſi.143.
vol.1.& d.conſ.40.vol.5.& Roland.d.conſi. 15.nu.
22.vol.1.iunctis per Iaſ. notatis.d. conſi.211.uol. 2.
& conſi.128.volum.4.& Roland. d.conſi.62. volu.
2.& Afflic.in deciſ.107.In cauſa domini. numero 3.
ubi concludit quòd eiuſmodi nullitas per tertium
allegari poteſt,etiam quòd Eccleſia nihil dicat per
not.per Alex.in l.quod dicitur.ff.de uerb.obli. Et ex
his patet omnibus in contrarium adductis reſponſum fuiſſe, & conſequenter concludendũ eſſe Stephanum in bonis per D.Innocentium poſſeſſis,&
eidẽ Stephano per Benedictum hypothecatis meliora & potiora iura habere, & ideo ad ſecundum
decretum deueniri debere,& ita de iure reſpondẽdum cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminenſis ad laudem omnipotentis Dei ac glorioſiſſimæ virginis matris Mariæ amen.

SVMMARIVM.

1 *Laicus quamuis coniugatus tam laicos quàm clericos ex apoſtolica auctoritate excommunicare poteſt.*
Papa laicis excommunicandi facultatem concedere poteſt, non autem ſacramentalia eis committere poteſt. ibidem
2 *Excommunicatio iuriſdictionis eſt, & non ordinis.*

CONSILIVM CLXXXVI.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio,amen.

IN caſu de quo quæritur , breuiter con-
1 cludendo dico D. Commiſſarium apoſtolicũ ſuper legatis pijs (quãuis laicus,
& coniugatus ſit) attẽta facultate ſibi
cõceſſa,poſſe tã laicos, quã clericos cõtumaces,inobedientes,& delinquẽtes excommunicare, cùm eius poteſtas a Papa dependeat , qui laicis excommunicandi poteſtatem cõcedere poteſt,
ut eſt gl.in c.præter.§.ad hoc.in uerbo ducibus. 32.
diſtin. & in cap.bene quidem. in uerbo laico, & in
verbo præter romanum.96.diſtin.not.Abb.in c. eccleſia Sanctæ.Mariæ.columna 2.in 6.no. ſub num.
3. cum concord. ibi per appoſt. relatis. extra.de cõſtitu. Imo.in c.quanto.columna 2. in prin.nume.6.

uerſi. Nec ob prædictis. extra de conſuetud & Dec.
in c.2.col.6.num.12.uerſi. In eadem glo. extra de iu
di. ſequitur Roland. conſ. 23. In cauſa. col. fi. nu. 18.
2 uolu. 2. & ratio eſt, quia excommunicatio iuriſdi
ctionis eſt, & non ordinis, ut declarat d. glo. in uer-
bo ducibus. & tradit Abb. in c. canonica. num. 3. ex-
3 tra de ſent. excom. Ideo laicis per Papam committi
poteſt, ut excommunicare ualeant, ſecus in ſacra-
mentalibus, & quæ ordinis ſunt. ut declarat Imo. in
d. uerſi. Nec ob prædictis. & Deci. ubi ſupra, quia in
talibus Papa laico committere nõ poteſt, & ita cõ-
muniter tenent Doct. ut concludit Abb. in d.c. quã
to. in 2. col. in fi. uerſi. Prima quod Papa. & uerſi. cõ-
munior tamẽ opi. & ſequitur Deci. ubi ſupra, & ita
dico, & iuris eſſe cenſeo ego Matthæus Brunus Iu-
riſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac
glorioſiſſimæ uirginis matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi uiuo teſtatore deceſſit, teſtamentum annullatur.*
2 *Filia ſi in teſtamento præteritur, teſtamentum annullatur etiam quòd de nullitate non diceretur.*
3 *Neptis in locum matris ſubintrat.*
4 *Clauſula codicillaris in teſtamento appoſita, operatur quòd præteritus cenſetur rogatus hæreditatem ſcriptis hæredibus reſtituere.*
5 *Legitima & non trebellianica per præteritum de hæreditate detrahitur.*
6 *Fideicommiſſum quando in continenti reſtituitur, legitima tã tum & non trebellianica detrahitur.*
7 *Clauſula codicillaris, operatur quòd ſcripti hæredes ab inteſtato in uim fideicommiſſi bona conſequuntur, in quibus inſtituti fuerunt.*
8 *Maritus lucrum dotis tanquam æs alienum imprimis conſequi debet.*
9 *Legitima filij quanta ſit.*
10 *Maritus ſecundus exiſtentibus primi matrimonij filijs in plus non ſuccedit, quàm filij primi matrimonij ſuccedant, & habeant.*
11 *Statutum generaliter loquens ſecundum ius commune interpretari debet.*
12 *Statutum intelligi debet, ut minus iuri communi deroget, & ut cum iure communi conformitatem habeat, etiam, quòd ſtatuti uerba impropriè acciperentur, ne quis indebitè damnum patiatur et alter lucrum ſentiat.*
13 *Statutum ſtrictè intelligendum eſt, ut ius commune minus lædat, quam poſſibile ſit, et ad concordiam cum iure communi reduci debet.*
14 *Statutum intelligi debet, ne abſurditatem contineat.*

CONSILIVM CLXXVII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN caſu de quo quæritur concludendũ
uidetur teſtamentum Dominæ Euſe-
1 miæ ex duplici capite nullũ. Primo quia
cùm D. Iacoba eius filia hæres inſtituta
mortua ſit uiuẽte D. Euſemia teſtatrice
teſtamentum eſt caducum, & annullatur. l. non pu
tauit. §. a primo gradu. ff. de cõtratab. l. unica. §. pro
ſecundo. C. de cadu. tol. & facit tex. in §. 1. Inſti. quib.
mod. teſta. infirmen. Secundo ratione præteritio-
2 nis. Nam D. Siluia filia D. Iacobæ hæredis inſtitutæ,
quæ matris locum obtinet, & ab auia inſtitui, uel
exhæredari debet, in teſtamento præterita reperi-
tur, quo caſu teſtamentum etiam annullatur. l. 2. C.
de poſthu. hære. inſti. l. poſthumorum. §. 1. ff. de in-
iu. teſta. §. poſthumorum. Inſti. de exhæreda. libe.
& facit tex. in §. aliud quoque capitulum. in auth.
ut cùm de appella. cogno. Secundum diſtin. glo.
magiſtralis in §. exhæredatos. in auth. de hæredi. &
falci. tradunt glo. & Doct. in auth. nouiſſima. C.
de inoffi. teſta. Pariſi. conſi. 60. Prima facie. col. 1. uo
lumine ſecundo, & conſi. 64. Prima facie. in prin-
cip. volum. Ruy. conſi. 99. Viſo themate. columna
4. ſub numero 12. uerſi. Alia etiam ratione. uo-
lum. 2. & Roland. conſi. 68. Perſpectis. numero 25.
uolumine 1. Et procedit hoc etiam abſque eo, quòd
D. Siluia præterita de nullitate teſtamenti diceret.
l. 3. §. ex his. in uerbo ſemper. ff. de inoffi. teſta. &
Inſti. de exhæreda. libe. in prin. Soci. in l. ſi a pri-
mo. in 2. not. & in l. ſi filius qui in poteſtate. colũ-
na 1. in 4. not. ff. de libe. & poſthu. & tradit Iaſ. cõ-
ſi. 104. Renunciatio. columna pe. in prin. nume-
ro 3. uerſi. Tranſeo nunc. uolumine 4. & procedit
etiam in præteritione ſine cauſa facta a matre, vel
ab auia, ut declarat Alex. conſi. 26. Circa primum
columna 2. ſub numero 7. uerſi. Et hoc procedit.
3 uolumine 1. Stante igitur dicti teſtamenti inualidi
tate ſucceſſio ab inteſtato deuoluitur, & teſtatricis
filiæ unà cum D. Siluia nepte, quæ in matris locum
ſubintrat. d. l. poſthumorum. §. 1. & §. ſunt autem. In
ſti. de hære. quali. & diffe. cum alijs per Pariſ. cuius.
d. conſi. 60. num. 5. æqualiter ab inteſtato ſuccedũt.
auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. Virtute tamẽ
4 clauſulæ codicillaris in teſtamento appoſitæ D. Sil-
uia præterita ſcriptis hæredibus hæreditatem reſti-
tuere rogata cenſetur. l. ex ea. §. ex his uerbis. ubi
Bar. ff. de teſtam. & in l. ex teſtamento. ubi glo. C. de
fideicom. Bar. in l. 1. in 5 7. 11. & 12. q. ff. de iure codi.
Alex. conſi. 9. Viſis uerbis. colu. fi. in prin. uerſi. Nec
obſi diceretur. uol. 1. & d. conſi. 26. col. 2. nu. 7. uer-
ſi. Circa tertium. & num. 8. uerſi. Vnde nunc eſt ui-
dendum. Areti. Inſti. de codi. in prin. colum. 1. uerſi.
Quæro ſi filius. Capra. conſi. 84. Punctus fuit quidã.
num. 32. Deci. conſi. 242. In caſu propoſito. in prin.
& conſi. 369. Iuridicas. num. 2. & 3. Io. de Lec. in tract.
de arte teſtan. caute. 1. nume. 4. de libe. inſti. Aymo.
conſi. 242. Duo uidenda ſunt. col. 1. ſub num. 4. uer-
ſi. Eſt uerum. & conſi. 295. Requiſitus. col. 1. num. 2.
uerſi. Secundum dubium. uol. 2. cum multis alijs
concord. per Roland. nouiſſime relatis. conſi. 71. Vi
ſis. col. 11. in prin. num. 37. uerſi. Tertio dicitur. uol.
2. & alias dixi. conſi. 70. Super puncto. num. 27. uer-
ſi. Nec dicatur ſi inſtitutio. Et in huiuſmodi reſtitu
tione detrahitur per eam legitima, quæ in portione
5 Dominæ Iacobæ ſuæ matris erat. l. quoniã in prio-
ribus. C. de inoffi. teſta. non autem trebellianica, ex
quo grauamen purum eſt, & ſtatim reſtituitur, &
non ex interuallo & ſub conditione. Et ubi fidei-
6 commiſſum in continenti reſtituitur, ſolùm legiti-
ma, & non trebellianica detrahitur. l. quanquã. C.
ad l. falci. & tradunt Doc. in l. filium quem haben-
tem. ubi Iaſ. in 1. not. uerſi. Nota ex tota iſta lege. &
col. ſeq. in fi. uerſi. Iuxta prædicta quærit oportune
Bal. C. fami. hercíſ. cum alijs concord. per Aymo.
3. clauſ. d. conſi. 242. col. 3. ad fi. ſub num. 4. uerſi. Sed
tamen de tali reſtitutione. & num. 5. & in terminis
iſtius conſilium Corne. conſ. 96. Ex themate. col. 1. &
2. uol. 1. & Pariſi. d. conſi. 64. columna 3. ad fi. num.
7 21. cum ſeq. Vbi concludunt, quod filiæ hæredes
ſcriptæ uigore d. clauſulæ codicillaris cõſequentur
bona, in quibus inſtitutæ fuerunt, a uenientibus ab
inteſtato, & ſic a D. Siluia præterita in uim fideicõ-
miſſi detracta dicta legitima. l. ſcæuola. ff. ad treb. l.
tractabatur. ff. de mili. teſta. & not. Bar. & Doct. in d.
l. 1. de iure codi. & in auth. ex cauſa. C. de libe. præ-
teri. Baldus, & Doctores, in l. final. C. de codicil.
Modo, uidendum eſt quo pacto inter neptem præ-
teritam & filias, ac Dominum Virgilium ſecundũ
teſta-

teſtatricis maritum hæredes inſtitutos bona hære-
8 ditaria diuidãtur: Et ante omnia. D. Virgilius dotis
lucrum tanquam æs alienũ conſequi debet. l. papi-
nianus. §. quarta autẽ. ff. de inoffi. teſta. quod ad ter-
tiam dotis partem aſcendit iuxta diſpoſitionem ſta
tuti Cæſenæ ſub rub. de lucro dotis &c. in ſecundo
capite, & illud ab omnibus hæredibus æqualiter ſol
ui debet. l. ſi unus. §. item papinianus. ff. fami. hercif.
declarat Corne. conſi. 15. In hac. uol. 2. & Pariſi. con-
ſi. 69. Viſo teſtamento. nu. 23. uerſi. Et ideo dos. uol.
2. Quo lucro dotis detracto cætera bona hæredita-
ria in tres diuiduntur partes, ad effectũ ut ſciamus
quanta ſit legitima per D. Siluiam detrahenda. Po-
namus quòd cætera bona hæreditaria ad ſcutos mil
le aſcendant, cuiuslibet triũ filiarum portio ab inte
ſtato ad ſcutos trecentum, & ſolidos uiginti ſex,
9 octoq; denarios aſcendit: legitima igitur, quę eſt ter
tia pars prædictæ portionis iuxta auct. nouiſſima.
C. de inoffi. teſta. erit ſcutorum centum, ſolidorum
octo, & denariorum decem, & hæc erit portio, quæ
ad D. Siluiam remanet: Reſiduum uero dictorum
mille ſcutorum inter. D. Franciſcam & D. Blancam
diuiditur, de quo reſiduo portio. D. Virgilij ſecun-
di uiri Dominæ Euſemiæ teſtatricis hæredis inſtitu
ti detrahitur, quæ ad eandem ſcutorum centum, ſo
lidorum octo, denariorumq; decem quãtitatẽ aſcẽ
dit, quam detrahit & conſequitur. D. Siluia: Et quan
uis in medietate totius hæreditatis in teſtamento
D. Euſemiæ eius uxoris inſtitutus fuerit. D. Virgili-
us, ſtante diſpoſitione iuris municipalis Cęſenę ſub
rub. Quòd extantibus filijs ex primo matrimonio
10 &c. In quo diſponitur quòd nulla mulier ad ſecun-
da uota tranſiens poſſit eius ſecundo uiro in ultima
uoluntate plus relinquere, quàm filijs primi matri-
monij, in plus ſuccedere non poteſt in hæreditate
dictæ ſuæ uxoris, quàm primi matrimonij filiæ ſuc-
cedant: In caſu igitur propoſito in ea ſuccedet quã
titate, quam. D. Siluia conſequi poteſt. Quia ſtatutũ
illud ſecundum ius commune intelligi debet, uideli
cet quòd ſecundus uir de uxoris bonis non conſe-
quatur plus quàm unus ex primi matrimonij filijs,
qui minus habuerit. l. hac edictali. §. ſin uero non
æquis. C. de ſecun. nup. cum concord. de quibus per
Aymo. conſi. 142 Claudius. col. 1. in fi. ſub nu. 3. uer.
ſi. Super quo breuiter, cum ſeq. conſi. 193. Minor.
col. 4. in prin. nu. 11. uerſi. Ad tertium quæſitum. &
conſi. 194. In caſu. col. fi. nu. 5. uol. 1. & dixi ſupra cõ
ſi. 70. Super puncto. nu. 34. uer. Vbi habetur. Et quã-
11 uis ſtatutum generaliter loquatur, illud tamẽ inter-
pretari debet, ut tantum habeat, quantum habet fi-
lius, qui minus habuerit, & ſic ſecundum ius com-
mune, ſecundum quòd ſecundus uir capere poteſt.
12 d. §. ſin uero non æquis. Quia hoc pacto intelligen-
do minus iuri communi derogatur, cum quo cura
re debemus, ut ius municipale conformitatem ha-
bet, quantum fieri poſſit, etiam ſi iuris municipalis
uerba impropriè acciperentur, ut probat tex. quem
ad hoc ponderat Ant. de But. in c. cùm dilectus. de
conſuetu. Alex. conſi. 19. Viſo proceſſu. col. fi. nu. 9.
uerſi. Vnde cùm ſtatutum. uol. 1. conſi. 2. Ex narra-
tis. col. 2. in prin. nu. 3. uol. 4. conſi. 85. Animaduer-
ſis. col. pe. nu. 10. co. li. & conſi. 117. Viſo titulo. col.
2. in fi. nu. 9. uerſi Ad hanc interpretationem. uol. 6.
Aymo. conſi. 197. Quamquam. col. 2. nu. 6. uol. 1. &
conſi. 259. Verba. ſub nu. 2. uol. 2. Roland. conſi. 97.
Si contemplanda. col. 4 nu. 21. cum ſe. uol. 2. Et hoc
fieri debet, ne filiæ & neptis indebite damnum pa-
tiatur, & D. Virgilius lucrum ſentiat, cùm ſtatutum
interpretari & reſtringi debeat ſecundum ius cõm.
nequis indebite damnum patiatur, uel ne alius inde
bite ad lucrũ admittatur. l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxali.
l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. cum alijs con
cord. de quibus per Alex. conſi. 50. Viſis. col. pe. nu.
12. uer. Secundo reſpondeo. uol. 1. d. cõſi. 2. nu. 3. uol.
4. & cõſ. 5. Cõſideratis. col. 1. ad fi. nu. 5. uer. Moueor
13 quia ſtatutum. uol. 6. Et ſi ſtatutũ ſimpliciter intelli-
geretur, quòd ſecundus uir capere poſſet, quantum
filię hęredes ſcriptę cõſequi debent, ſtatutũ eſſet cõ
tra ius commune, ideo ſtricte intelligendum eſt, ut
minus lędat ius commune, quàm poſſibile ſit, & ab
ipſo iure cõi interpretationem recipere debet, &
ad concordiam cũ iure communi reduci. l. unica.
C. de inoffi. dona. c. cùm expediat. de electio. in 6 &
Roma. conſ. 448. Videtur primo. ubi inquit inhone
ſtum uideri, quòd mulier eius ſecundum uirum ali
cui filiorum ex primo matrimonio præferat. & ſta
14 tutũ etiam intelligi debet, ne abſurditatem conti-
neat. quia à ſtatuto ea uidetur excepta. l. põponius
ff. de nego. geſt. Soci. Iun. conſi. 9. Circa præſentem.
col. 2. in fi. nu. 6. uerſi. Et propterea. uol. 1. & Roland.
cõſi 72. Statuto. col. 3. nu. 21. uerſi. Nam omnis ab-
ſurdus. uol. 1. Et ideo ſi generaliter intelligi deberet,
ſequeretur abſurditas, ꝙ D. Virgilius ſecundus uir
plus quã m. D. Siluia neptis Dñæ Euſemiæ teſtatri-
cis conſequeretur cõtra. d. l. hac edictali. §. ſin uero
nõ æquis. ꝙ minime dicendum eſt, & ubi abſurdũ
reſultaret, accipiũtur uerba eo modo quo ceſſat ab-
ſurdũ. l. ex facto. §. fi. & ibi not. ff. ad treb. cũ alijs con
cord. per Alex. relatus conſ. 61. Super. eo. col. fi. nu. 7.
ſub uer. Vel tertio. uol. 1. Habebit ergo D. Virgilius
quantũ erit legitima, quam conſequitur. D. Siluia,
ut declarat Aymo. d. cõſi. 142. nu. 5. uerſi. Sed hic in-
cidenter. Et ultra hãc hæreditariam portionem ter
tiam quoque dotis partem habebit, ut ſuperius di-
ctũ eſt, quæ in portionem hæreditariam ſibi relictã
nõ computatur. ut conſuluit Pariſi. d. conſi. 69. nu.
25. cũ duobus ſeq. uol. 2. & Rol. conſi. 65. Circa ca-
ſum. col. pe. in prin. nu. 18. uerſi. Ad ſecundũ reſpon
detur. cum pluribus ſeq. uol. 2. & ſic reſiduum ultra
prædicta inter. D. Franciſcã & Dñã Blancã hæredes
ſcriptas diuiditur. & ita concludendum & de iure
reſpondendum cenſeo, ego Matthæus Brunus Iu-
riſc. Ariminen. ad laudem omnipotentis Dei ac glo
rioſiſ. Virg. matris Mariæ, amen.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de uulneribus, de homicidio inquiri non poteſt. & numero. 3.*
2 *Inquiri non poteſt ſuper eodem delicto, ne ſæpius de eodem facto quæratur.*
4 *Qualitas ſi in accuſatione omiſſa fuit, & reus pecuniariter cõdemnatus fuit, quamuis ob delicti qualitatem corporaliter condemnari debebat, denuo accuſari poteſt.*
5 *Prævaricatio in iudicem non cadit.*
Dolus in iudice non præſumitur, neq; fraus, niſi probetur. ibi.
6 *Culpa potius præſumitur quàm dolus.*
Veriſimile eſt quòd iudex expertiſſimus iuſtitiam miniſtrare uoluerit, ibidem.
7 *Compoſitio & tranſactio ad iudicem inferiorem non ſpectat, ſed ad ſuperiorem.*
8 *Princeps ſolus pœnas delinquenti remittit.*
9 *Iudex ſucceſſor præceſſoris ſententiã retractare non poteſt, præſertim quando ſententia tranſiuit in iudicatum.*
Par in parem non habet imperium ibidem.
10 *Regula, quòd delicta impunita remanere non debeant, quomodo procedat.*
11 *Vulnerans aliquem, licet antequam mors ſequatur, de homicidio puniri non poſſit, ſi de uulnere condemnatus fuit, an & quo caſu proceſſus de nouo fieri ualeat.*
12 *Vulneratus lethaliter ſi moritur retro occiſus uidetur.*
13 *Lex, ſi vulnerato ſeruo. ff. ad. l. aquil. quomodo procedat.*

14 *Lex cornelia de ſicarijs non requirit quòd percuſſus moriatur, ſed ſufficit quòd animo occidendi percuſſerit, quod eſt ſecus ſecundum formam ſtatutorum.*
Inquiſitio de lætali vulnere quamuis facta ſit, non tamen de occiſo ſequi poteſt condemnatio. eo.
15 *Qualitas an & quo caſu omiſſa dicatur in inquiſitione.*
Clauſula, ſuper quibus omnibus &c. in inquiſitione appoſita quid operetur. ibidem.
16 *Contumax quando ſententiam contra ſe latam non poſſit in ſui fauorem allegare.*
Contumax ſi condemnatur, & a ſententia non appellat, tacitè in illam conſenſiſſe uidetur. eo.
17 *Confeſſio facta in ſupplicatione Principi porrecta plenè probat, et uim iudicialis confeſſionis habet.*
18 *Curia maiorem conſequitur honorem in abſoluendo, quàm in condemnando.*
Contra fiſcum in dubio ſemper iudicari debet. ibidem.

CONSILIVM CLXXVIII.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa Gaudentij Cipriani pro dubiorum reſolutione ad me tranſmiſſorũ, dico quod ſtante communi doctorum ſententia, quòd de vulneribus condemnatus de homicidio inquiri non valeat ut late per Doct. in principio dubiorum adductos, non poteſt per iudicem contra ipſum Gaudentiũ amplius de occiſo inquiri. Cùm ſuper eodem deli
2 cto inquiri nequeat, ne de eodem facto ſæpius quęratur. l. licet. in fi. ff. nau. caupo. ſtabu. not. Inno. in c. cum dilecti. de electio. per Bar. in l. ſi cui. §. iiſdem. ff de accuſa. Ang. in l. 1. col. 1. C. quando ciuil. actio præiudi. crimi. & Bal. conſi. 292. Et primo. uol. 3. cũ concor. Hanc concluſionem tenet Bar. in l. nũquã plura. col. 3. ad fi. nume. 6. uerſ. Quæro circa hoc. ff. de priua. delic. & in l. prætor edixit. §. fi. ff. de iniuri. & in l. ſenatus. colum. 2. uerſi. Circa hanc l. quæro. ff. de accuſa. quem ſequitur Are. in tract. maleſi. in glo. Vna alia percuſſione. num. 5. uerſ. Quid ſi quis. Et ideo inquit Hyp. in §. ſequitur. numero 21. uerſi. Et primo, quod ſi facta ſit. in eius pract. crimi. ubi Spec. allegat in tit. de accuſatore. §. 1. numero 7. ver
3 ſi. Quid ſi primo. quòd ſi quis de vulnere abſolutus uel condemnatus fuit, de morte accuſari & procedi non poterit, quamuis mors deinde ſequatur, & hanc concluſionem inquit eſſe communẽ Clar. in ſua pract. crim. §. fi. q. 57. uerſi. Procedunt etiam hæc omnia. poſt Bero. in c. de his. numero 20. extra de accuſatio. & idem Clar. ibidem in prin. dictæ. q. 57. poſt Lancel. Corrad. in ti. de accuſa. num. 11. verſi. Duodecimo quia accuſatus. fol. 227. & eam quoque ſequitur Soar. in ſuo Theſau. recep. ſenten. in uerſi. Accuſatio. numero 28. Non obſtat, quòd cõtrarium tenere uideatur Bar. in d. l. ſenatus. uerſi. Extra glo. quæro. quia ibi Bar. in caſu noſtro non loquitur, ſed in caſu in quo in primo iudicio omiſſa fuit delicti qualitas. & ita Pau. de Ca. conſi. 348. Notandum, quòd adulterium. colu. pe. ad fi. uerſi. Sed iſta prima inquiſitio. uolu. 1. in nouis. declarat illud Bar. dictum. ubi determinat quòd ſi in accuſatione
4 aliqua fuit omiſſa qualitas, & reus pecuniariter condemnatus fuit, ubi propter delicti qualitatem corporaliter condemnari debebat, quòd ob illam denuo accuſari poteſt, & pœna pecuniaria reſtituetur corporaliterq; condemnabitur. arg. l. unde quæritur. ff. commoda. quod in caſu noſtro ſecus eſt, merito &c. Et quamuis cum opi. Bar. conſuluerit Collegi. Peruſi. contra Bar. tamen conſuluit Iac. But. quem refert & ſequitur Bal. d. conſi. 292. uolu. 5. & Ang. impugnat Bar. ut refert ibi Alex. & contra Bar tenet Floria. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. quem etiam ſequitur Alex. in d. l. ſenatus. in uerſ. In contrarium uidetur. & inquit Bal. d. conſi. 292. quòd Bar. contra ueras omnium antiquorum doctorum opiniones tenet, & quòd Bartoli rationes nullũ obolum valent, & quòd. d. l. unde quæritur. ff. commoda. allegari non meretur, quia in cauſis ciuilibus, & non ad uindictam productis loquitur. Et quamuis cõtrarium in caſu noſtro tenere videatur Aug. de Arimi. in ulti. addi. ad Ang. in tract. maleſi. in d. glo. Vna alia percuſſione. allegans not. per Bar. in l. damni. §. ſabini. ff. de dam. infec. Bar. tamen ibi nullum uerbum ſuper hoc paſſu tangit. ideo Aug. allucinatus fuit. & licet etiam ipſe contrarium teneat, ſufficit nobis opinionem communem eſſe, quòd denuo de occiſo inquiri nequeat, a qua opi. cõmuni minime in iudicando recedendum eſt, alioquin iudex litem ſuam faceret, & in ſindicatu teneretur, ut tenent omnes in l. fi. C. de pœna iudi. qui male iudi. Alex. conſi. 7. Videtur. col. pe. nu. 8. uol 4. & Roland. conſi. 46. Quia in quacunque. nu. 9. uo. 2. cum cõcord. Nec refragatur ſecundum dum dicebatur,
5 in inquiſitione omiſſum fuiſſe, quòd Gaudentius Petrum lætali vulnere percuſſit, quinimmo expreſſum & non omiſſum fuit, ut in inquiſitione legitur. Ideo iudicem præuaricatum fuiſſe dici non poteſt, nec in iudicem præuaricatio cadit, ut per Alberi. in eius dictionario in verbo Præuaricatio. præſertim quando ex officio, & non ad offenſi accuſationem & inſtantiam procedit. & in iudice nec fraus neque dolus præſumitur, niſi probetur. l. dolum. C. de dolo. & in dubio dolus non præſumitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. c. 2. de renuncia. in 6. & po
6 tius culpa quàm dolus præſumitur. l. quotiens. §. 1. ubi Bar. ff. de hæred. inſti. cum ſimiliter per Alex. conſi. 40. col. fi. uol. 1. & Aymo. conſi. 319. Proponitur in facto. col. 2. num. 1. uerſ. Et primo ipſe dominus. uol. 2. Nec eſt ueriſimile quòd D. Ferrantes Ferrus uir probatiſſimus & excellens doctor dolũ cõmittere uoluerit, immo ueriſimile eſt, quòd ipſe tã quam iudex expertiſſimus ſemper iuſtitiam miniſtrare uoluerit. l. hæc ſententia. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti. & declarat Ang. in l. unica. col. 3. in prin. C. quando ciui. actio præiudi. crimi. Nec refragantur tradita per Pari. de Put. in tract. ſindi. in uer. An ſi delinquens num. 3. uerſi. An ſi eſt facta compoſitio. Quia aliud eſt per iudicem compoſitionem, &
7 de delicto tranſactionem fieri. aliud iudicialiter per ſententiam delinquentem condemnari. Primo caſu compoſitio & tranſactio ad inferiorem non ſpectat, ſed ad ſuperiorem, ut conſuluit Pau. de Ca. d. conſi. 348. & tradunt Doct. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & ita quotidie in practica ſeruatur. & ita declarat Paris de Put. ubi ſupra. dum quærit an compoſitio. per officialem factã in caſu a iure non permiſſo ſuperior præcidere & punire ualeat. & idẽ Paris de Put. in uerbo, An facta cõ poſitione per Iuſtitiarium. n. 1. 2. & 3. ubi inquit, quod ſolus Princeps pœnas remittit, & ſolus Princeps pęnam criminoſo tollere poteſt. l. 1. in fi. ff. de conſti.
8 princi. & tradit Pariſi. conſi. 1. in prin. num. 2. & nu. 12. uol. 4. Quinimmo iudex inferior ueniens cũ delinquente ad tranſactionem & compoſitionẽ agere uidetur ut priuatus, cùm hoc in caſu auctoritatem non habeat, merito de nouo per iudicem ſemper inquiri poteſt, quòd eſt ſecus in iudice condemnante, quia tunc non, ut priuatus, ſed

vt

ut iudex agit, ideo ad caſum noſtrum prædicta apta
tari nequeunt, præſertim cùm præſens iudex in præ
ceſſoris locum ſuccedat, & præceſſoris ſucceſſor re
9 tractandi ſententiam auctoritatem non habeat,
cùm idem ſit tribunal. capitu. ſecundo, de conſuet.
in 6. maximè quando ſententia tranſiuit in iudica-
tum, cum par in parem non habeat imperium. l. il-
le a quo. §. tempeſtiuum. & ibi gloſſ. Barto. & om-
nes. ff. ad treb. & c. innotuit. extra de electio. cum ſi-
10 milibus. Nec allegata ratio, quod iudex ratione
publicæ vtilitatis illum denuo punire poteſt, re-
fragatur, quia ratio illa quòd delicta impuni-
ta remanere non debeant, procedit ubi delinquens
in aliquo condemnatus non fuiſſet, ſecus ſi condē-
natus fuit, ut in caſu noſtro, hoc enim caſu deli-
ctum non remanet impunitum, ut in ſimili decla-
rat Gandi. in lib. maleſi. in titul. de homici. colum. 4.
ſub num. duodecimo, ibi. Et his itaque rationi-
bus. alioquin ſequeretur, quòd regula prædicta
ꝙ de eodem crimine quis ſæpius puniri non poteſt,
uera non eſſet, quod minimè dicendum eſt, &
minus malum eſſet quòd delicta remaneant im-
punita, quàm quòd quis duplici pœna pro eo-
dem delicto plectatur contra iura prædicta. Nec
Barbat. in additio. ad Bald. in allegata. l. ſecunda. C.
de probation. dicit id, ad quod allegatur, ſed in-
quit tantum quòd ſi de percuſſione quis fuit accu-
ſatus non de ſanguine, quòd iudex ex officio ſuo
cōdemnare poteſt etiam de ſanguine in fauorem
publicæ utilitatis, & ſic non aſſerit, quòd facta cō-
demnatione iterum de ſanguine condemnare va-
11 leat, merito Ciril. male allegauit. Minus in caſu
noſtro allegata ratio procedit, quòd antequam
hic eſſet mortuus, quamuis lætaliter uulneratus
fuiſſet, de morte contra uulnerantem inquiri non
potuit, nec de homicidio puniri ſecundum Barto.
in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto. & eſt
communis ſententia ſecundum Clar. in dict. prac.
§. fina. quæſt. trigeſimaſecunda. verſicu. Sed pone
tu ſcis. quem ſequitur Menoch. de arbi. iudi. quæ-
ſtio. octuageſima num. centeſimo vigeſimoquar-
to. fol. 69. & ait Clar. vbi proximè quòd nouo pro-
ceſſu opus eſt, & ꝙ omnia prius acta ſunt nulla &
fruſtratoria prout ſentire videtur Foleri. in ſua prat.
crimi. in verbo Audiantur exceptiones. nu. 66. poſt
Aret. in d. trac. maleſ. in gl. In platea cōis, in fi. Vnde
ſequitur ꝙ ſententia & quicquid inde ſecutum fuit,
eſt nullū, vt per Rol. conſ. 16. Videtur dicendū. col. 5.
in prin. nu. 16. conſ. 31. Viſo proceſſu. nu. 18. & conſ.
51. Iudicātē. col. 4. in fi. nu. 23. ver. Cùm igitur. vol. 1.
Quoniā reſpondetur obiecta procedere & uera eſ-
ſe ſi mors ſuperueniat, antequam cōdēnatio ſequa-
tur, nam ſi contra uulnerantem de vulnere tantum
proceditur, & pendente ſuper eo proceſſu ſequatur
mors, dēt nouus de occiſo proceſſus inchoari, quia
acta facta, quò ad uulnus finiuntur, ut inquit Bald.
in l. ſi uulnerato. ff. ad l. aquil. & ſic inualida rema-
nēt, & ideo requiritur, ꝙ denuo contra uulnerantē
procedatur, & de homicidio inquiratur, vt aſſerit
ibi Bal. alioquin ſententia eſſet nulla ut latè probat
Bar. in d. l. damni. §. ſabini. & Are. & Angu. de Ari. in
d. gl. In platea communis. nu. 29. ver. Quid ſi aliqua.
vſq; ad fi. additionis. Secus eſt in caſu noſtro, quia il
la acta & proceſſus de vulnere factus non ſecuta an-
te condemnationem & ſententiam morte, ſunt va-
lida: & allegata per Rolan. dicto conſil. 16. num. 16.
cum alijs citatis vol. 1. uera ſunt in caſu ſuo, videlicet
quando inquiſitio nulliter formata reperitur, quia
omnia inde ſecuta ſunt nulla, & hoc ego quoq; fa-
teor: in caſu autē noſtro inquiſitio & acta ſuper vul
nere facta non ſecuta interim morte, non reperiun
tur nulla, immo valida, cum de uulnere, vſq; ad ſen
tentiam condemnatoriam nondum morte ſecuta
proceſſum fuerit, vt colligitur eſt tex. in l. ſi uulnera
to. ff. ad l. aquilia. qđ ſecus eſſet ſi pēdente ſuper uul
nere proceſſu mors ſecuta fuiſſet, & de uulnere cō-
dēnatio facta fuiſſet, eo. n. caſu eū debuiſſet de mor
te inchoari proceſſus, vt dixi, ſi inchoatus non fuiſ-
ſet, ſed de uulnere tantum condemnatio facta fuiſ-
ſet, vtiq; omnia acta & ſententia eſſent nulla, & ita
12 in dubijs allegata procedunt. Nec aduerſatur tex. in
d. l. ſi uulnerato ſeruo. ad l. aquil. dum allegatur, ꝙ
quādo quis eſt mortifere vulneratus, & de vulnere
tantum condemnatus, quòd de occiſo contra ip-
ſum procedi poteſt, & ratio adducitur, quia mors
ex uulnere ſecuta trahitur ad vulneris diem, & uide
tur retro occiſus qui lætaliter uulneratus moritur.
ut l. ita uulneratus. & ibi not. Bal. in utraq; lectu. ad
13 l. aquil. Quoniam reſpondetur. d. l. ſi uulnerato. in
cauſa ciuili, non autem in criminali procedere, vt
ibi per Albe. & doc. & ita in ſimili declarat Gandi.
in d. rub. de homici. col. 4. ibi in uerſi. Item non ob.
Item mela. a cuius ſententia non eſt recedendum,
cùm ſit criminaliſtarum Princeps, vt refert Venafr.
conſil. 7. Super inquiſitione. col. 4. nu. 22. & temera-
rium foret dicere contra deciſionem tanti uiri & in
hac materia expertiſſimi, ut inquit Pau. de Caſt. con
ſi. 299. Viſa inquiſitione. col. fi. in prin. uerſicu. Foret
enim temerarium. uol. 2. in nouis. alioquin ſi etiam
in criminali procederet, falſa eſſet prædicta cōmu-
nis opi. & Doctores illam communem opin. tenen
tes dixiſſent contra expreſſum caſum legis. quod
minimè dicendum eſt. Et ratio in dubijs allegata
minimè ad hoc propoſitum aptatur, quia allegata
per Boe. in d. deciſi. 323. nu. 4. adaptantur ad illam q.
an quis ex vulnere præſumatur mortuus. ubi ponit
quinque caſus, primo ſi lætaliter uulneratus fuit, &
hoc caſu de occiſo tenetur, & hoc ego quoque ad-
mitto, & ad hoc propoſitum allego Bald. conſ. 328.
An vulnus. volum. 2. & Afflict. qui ampliſſimè exa-
minat in conſtitutione Regni Terminum vitę. col.
4. in prin. nu. 17. ver. Quis enim probabit. & Fel. in c.
præsbyterum. ext. de homici. & quamuis ibi Boer.
dicat quòd ſi conſtat quod uulneratus ex illo mor-
tali uulnere deceſſerit, de occiſo tenetur, etiam ſi
prius de vulnere contra ipſum proceſſum fuiſſet,
& condemnatus, ſi mors inde ſecuta fuit. & alle-
gat. dicta l. ſi uulnerato ſeruo. male tamen & con-
tra communem opin. ſupra relatam loquitur. &
fundat ſe ſuper. d. l. ſi vulnerato. quæ (vt diximus) in
cauſa ciuili & non in criminali loquitur, ideo eius
opinio non eſt attendenda: Et licet dicat ꝙ mors
ex uulnere ſecuta trahatur ad vulneris diem, hoc
dixit ad demonſtrandum ꝙ mors ex illo lætali vul
nere proceſſit, & non alia de cauſa, & ideo de occiſo
& non de vulnere punitur, & hoc ſi de uulnere nō
fuit condēnatus, ſecus ſi condemnatus fuiſſet, quia
de occiſo inquiri non poteſt ſecundum communē
14 opi. ſupra relatam. Et quamuis uideatur retro occi-
ſus qui lætaliter vulneratus moritur, id de iure cōi
procedit. Quia lex cornelia de ſicarijs nō requirit ꝙ
percuſſus moriatur, ſed ſufficit ꝙ animo occidendi
percuſſerit. l. ſi is qui cum telo. C. de ſicari. Secus eſt
hodie ſecundum formam ſtatutorum, ſecūdū quā
requiritur ꝙ vere interfecerit, quia etiā ꝙ inquiſitio
de lætali uulnere facta ſit, condemnatio de occiſo
ſequi non poteſt, ut uoluit Bar. in d. l. damni. §. ſabi-
ni. quem refert Aug. de Ari. conciuis noſter in addi.
15 ad Ang. in d. gl. In platea cōis. in vlt. addi. Nec obſtat
dum dicebatur quòd cum in quolibet proceſſu ap
poni cōſueuerit clauſula ſalutaris, ſuper quib. oīb &
ſingulis &c. per illā videatur ſuper omiſſa qualitate

& ſic de occiſo procedi poſſe. Quia ad hoc tripliciter reſpõderi poſſe opinor, primo quòd in caſu noſtro qualitas omiſſa non dicitur, illa enim omiſſa diceretur, quando in inquiſitione de vulnere ſimpliciter proceſſum fuiſſet, at in caſu noſtro de lætali vulnere proceſſum fuit, & ſic de vulnere qualificato, & non ſimplici, merito &c. Secundo quòd obiecta procedunt, quando ſimpliciter de vulnere inquiritur, & pendente iudicio ſequatur mors, tunc ſine nouo proceſſu ſequi poterit de morte cõdemnatio uirtute illius clauſulę, ut declarat Arc. in trac. maleſi. in glo. Emergentibus. Tertio & ultimo obiecta procedere poſſunt, quãdo ſimpliciter de uulnere inquiritur, & ſi in proceſſu de qualitate omiſſa probatur, uirtute dictæ clauſulæ ſequi poterit de vulneris qualitate cõdẽnatio. & ita uoluit Alex. in d. l. ſenatus. & ſequaces. Sed in propoſito illa clauſula ad caſum noſtrũ trahi nõ poteſt, cùm illa poſt finitũ de vulnere iudiciũ nihil operetur, & ſic ad nouum de occiſo iudicium trahi non poteſt, merito
16 ad caſum noſtrum aptari minime poteſt. Ad illud, quòd contumax ſentẽtiã cõtra ſe latã in ſui fauorẽ allegare nõ poteſt per not. per Arc. in d. tract. maleſi. in glo. Hæc eſt quædã inquiſitio. & Grãmati. in deciſ. 26. Michael. cũ cõcord. Reſpõdetur, ꝙ allegata loquuntur in cõtumace de pẽdẽtia litis opponẽte, quãdo in d. nob. locis in diuerſis territorijs formantur inquiſitiones, ꝙ ipſe nõ auditur, niſi cõpareat, & expẽſas reficiat, ut ibi refert Arc. & Grã. & abunde per Porti. in 3. concl. libro. in 22. cõcluſione. in 5. limit. qui caſus eſt ſatis a caſu noſtro diuerſus. unde ex diuerſis nõ fit bona illatio. l. papinianus exuli. cũ ſimili. ff. de minor. Secũdo reſpõdetur, ꝙ quamuis cõtumaciter condẽnatus fuerit, quia tamẽ a dicta ſententia nõ appellauit, in illam tacite conſenſiſſe uidetur. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. c. ꝙ ad conſultationem. ext. de re iudi. & tradit Alex. cõſi. 3. In cauſa & lite, col. 1. uol. 2. cum uulg. Immo in illam expreſſe conſenſiſſe dicitur, ex eo quòd Principi ſuper dicta condemnatione ſupplicauit. Et cõ
17 feſſio facta in ſupplicatione Principi porrecta plene probat, uimq; confeſſionis iudicialis habet ſecũdum Mat. Laud. in tract. de Princi. in rub. de Fiſco. concl. 87. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. cum te. in quarto nota. & ibi Cur. Iuni. in princ. C. de tranſac. & tradit Pariſi. conſi. 115. Viſo proceſſu. col. pe. nu. 30. uolu. 1. Et quòd dictæ condemnationi paruerit, apparet ex actis Curiæ ueſtræ, dum Gaudentij procurator uirtute bannimẽtorum S. D. noſtri unum loco ipſius pro remigando ad triremes ſedis apoſtolicæ contra Turcas, pręſentauit, & ſic dictæ ſententiæ condemnatoriæ beneficio gaudere poteſt, & opponere quòd contra ipſum amplius de occiſo inquiri
18 nequeat. Vltimum quoque non refragatur, quia licet iudicis intentio fuerit de vulnere tantum inquirere, & non de morte, dum aſſeruit uulnus eſſe lætale, cùm mors eo tempore ſecuta non fuiſſet, & vulnus ſecundum eum mortale fuiſſet, dicens quòd illud uſque ad pulmonem penetrauit, ex quibus vulneribus mors ſequi conſueuit, vt per Bocri. in d. deciſ. 323. & Afflic. & Fely. ubi ſupra. Et quãuis de vulnere tantum iudex inquirere uoluerit, prout ex cõdemnatione apparet, cùm in ducentis ſcutis, & tribus funis ictibus Gaudentium condemnauerit, in quibus pro vnico tantum vulnere condemnare nõ poterat, ſed in centum dumtaxat ſcutis uigore bannimentorum Car. Sancti Georgij in 19. c. incip. Anchora ha ordinato. ſub rub. Dei metter mano all'armi a ſente, ubi diſponitur quòd ſi quis perſonã aliquam cum ſanguine appenſate vulnerauerit, centũ ſcutorum & trium funis ictuum pœnam incurrat;
Et quia iudex ad vulnus vſque ad iecur penetrans conſiderationem habuit. ipſum Gaudentium in ducentum ſcutis, & tribus funis ictibus condemnauit per determinationem dictorum bannimentorum ſequentem in eodem capitulo aſſeuerantem, & ſi vulnus erit cum membri debilitatione, incurrat vulnerans in pœnam ducentorum ſcutorum, non tamen ſequitur quòd etiam de occiſo inquirere naſcat: quia ſequeretur quòd pro eodem delicto quis duplici pęna puniri poſſet, quod minime dicẽdum eſt, ut ſuperius dictum eſt. Et per hæc puto omnia dubia fuiſſe ſublata, & ſic concludo quod contra Gaudentium de vulnere condemnatũ amplius de homicidio inquiri non poteſt, & ita ad fauorem dicti Gaudentij iudicari debet, cùm in dubio pronunciari debet in fauorem rei præſertim in criminalibus l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pę-
19 nis. Et curia maiorem conſequitur honorem in abſoluendo quàm in condemnando. Pau. de Ca. cõſi. 229. Viſa inquiſitione. ad fi. volu. 2. in nouis. & ita conſuluit Aymo conſi. 244. In cauſa inquiſitionis. in fi. vol. 2. & Natta conſi. 42. in fi. vol. 1. & Gramati. in deciſ. 28. Mag. Io. in pe. col. num 26. & præſertim quia in dubio cõtra fiſcum ſemper iudicari debet. l. non puto. ff. de iure fiſci. ad cuius materiam late ſcribit Egid. Boſſi. in tract. maleſi. in rub. de fiſco & eius priuilegio. num. 74. & ita de iure reſpondendũ cenſeo ego Matthæus Brunus Iuriſconſ. Ariminen. ad laudem omnipotentis dei ac glorioſiſſimę virginis matris Mariæ, amen. & ita iudicatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quandocumque, plura tempora complectitur.*
2 *Verbum omne, & omnis ſillaba, et omnis dictio, in quauis diſpoſitione appoſita non debet eſſe fruſtra appoſita.*
Lingua eſt præco cordis. ibidem
3 *Ratificatio tacita nedum ex re ipſa colligitur, ſed ex facto.*
4 *Actus quando reſpicit acquiſitionem quæ fieri debet, non improbare approbare eſt.*
5 *Vxor de bonis mariti et de his quæ per maritos ex communi conuerſatione et habitatione fiunt, notitiam habere conſueuit.*
6 *Res inter alios acta quamuis tertio non præiudicet, aliqualem tamen præſumptionem facit.*

CONSILIVM CLXXIX.

Indiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio, amen.

IN cauſa reſtitutionis dotis per Mag. & excellẽt. Art. & med. Doc. fratrem meũ honor. Dominum ſaladinum Brunum contra Sebaſtianum Montanarum petitę, reſpondẽdo ſolutionibus per eius Aduocatũ traditis, dico aduertendum eſſe, ꝙ quatuor uidentur caſus, quorum tres in inſtrumento dotali conſpiciuntur, & unus extra inſtrumentum. Primus eſt quòd magiſt. Anton. Fauſtinæ maritus per ſe & ſuos hæredes obligãdo cõfeſſus fuit ſe habuiſſe & recepiſſe a D. Saladino de ſuis proprijs pecunijs libras cẽtum quinquaginta denariorum occatione & nomine dotis dictæ Fauſtinæ: Secundus caſus eſt quòd magiſter Antonius ut ſupra obligãdo, promiſit D. Saladino pro ſe & ſuis hæredibus, & notario ſtipulanti nominę eiuſdẽ Fauſtinæ, & eius filiorum & nepotum, ac deſcendentium, & prouenientium ex legitimo dictorum Iugalium matrimonio libras cẽtum quinquaginta dictæ dotis reddere,

dere, & reſtituere eidem Fauſtinæ, uel eius filijs, &
nepotibus, ac deſcendentibus ex dicto eorum ma-
trimonio. Tertius caſus eſt, ꝙ in euẽtum, quòd ipſa
Fauſtina qñcunq; ſine filijs, nepotib. & deſcẽdẽtib.
naſciturís ex ipſis ingalib. decederet, tunc & eo caſu
ipſe magiſt. Antonius ut ſupra obligando promiſit
reddere, & reſtituere eidem D. Saladino, uel ſuis hæ
redibus ſecundum formam iuris, & ſtatutorũ Ari-
mini ſecuta morte, uel diuortio, vel alia legitima cã
on. ni iuris, & ſacti &c. Quartus caſus eſt, qui extra
inſtrumentum reperitur, ꝙ ſi Fauſtina poſt diſſolu-
tum matrimonium ſine liberis decederet, cui dos
reſtituenda ueniat? Quò ad primum dicimus ſuper
eo uim non eſſe faciendam, quia nihil ad rhumbũ.
Quò ad ſecundum dicimus illum comprehendere
dumtaxat caſum, quo magiſt. Ant. Fauſtinæ mari-
tus conſtãte inter eos matrimonio decederet, quo
caſu uoluit, & promiſit per ſe, & ſuos hæredes obli-
gando reſtituere eidem Fauſtinæ, uel eius filijs, & ne
potibus: ex quibus uerbis colligitur quòd D. Sala-
dinus d. dotem perſoluens noluit eam Fauſtinæ hæ-
redibus reſtitui, ſed eius filijs, & nepotibus tantum.
Circa tertium, & quartum dicimus illum compre-
hendere caſum quo ipſa Fauſtina quandocunque
ſine liberis decederet, uidelicet tam conſtante ma-
trimonio, q̃ poſt diſſolutum matrimonium per illã
1 dictionem, quandocunque, quæ eſt dictio multipli
catiua, quæ plura complectitur tempora, uidelicet
tam tempus conſtantis matrimonij, quàm poſt diſ
ſolutum matrimonium, ut declarat Bal. in l. precib.
col. 10. ſub nu. 38. uerſic. In contrarium oſtendo. C.
de impub. & ali. ſubſt. & huiuſmodi uerbum, quan
